

SACRÆ

Victorin.
BIBLIOTHECÆ
SANCTORVM PATRV

TOMVS QVINTVS,

QVO VARIE DISPTATIONES CONTINENTVR,
OLIM AB ECCLESIE PATRIBVS CONTRA
portentosa Hæreticorum Monstra instituta.


Per MARGARINVM DE LA BIGNE,
Theologum Doct. Parisiensem.



PARISIIS,
APVD MICHAELEM SONNIVM, VIA IACOBÆA,
SVB SCVTO BASILIENSI.

M. D. LXXV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



SACRÆ

BIBLIOTHECÆ
Veterum
SANCTORVM PATRV

TOMVS QVINTVS,

QVO VARIE DISPVATIONES CONTINENTVR,
OLIM AB ECCLESIE PATRIBVS CONTRA
portentosa Hæreticorum Monstra instituta.

Per MARGARINVM DE LA BIGNE,
Theologum Doct. Parisiensem.




PARISIIS,
APVD MICHAELEM SONNIVM, VIA IACOBÆA,
SVB SCVTO BASILIENSI.

M. D. LXXV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

DISPUTATIONVM, QVIBVS VARIÆ HÆRESES
AB ECCLESIAE DOCTORIBVS OLIM SVNT OPPV-
gnatae, & quae sequenti Sacrae Bibliothecae Sanctorum Patrum
Tomo quinto continentur, Index.

- P**hilastrij Brixien. Episcopi, Lib. de Hæresib. siue Catalogus Hæreticorum. columna 1.
 Vincentij Lyrinensis, natione Galli, pro catholicæ fidei antiquitate & vniuersitate, aduersus
 prophanas omnium hæresum nouationes, Lib. 2. col. 63
 Iulij Firmici Materni V. C. de mysteriis & erroribus prophanarum Religionum, ad Constan-
 tinum & Constantem Aug. lib. col. 92
 S. Patris Theophili Patriarchæ Anthiocheni, contra Christianæ Religionis Calumniatores, ad Auto-
 lycum, Libri 3. col. 123. Eiusdem Allegoriarum in 4. Euangelia. Lib. 4. col. 170
 Hermiæ Philosophi, Gentilium Philosophorum irrisio. col. 190
 Iuliani ~~Episcopi~~ Arch. Tolet. de demonst. ætatis sextæ contra Iudæos, ad Eruigiū, regē, Lib. 3. col. 199.
 B. Samuelis Marrochiani, de aduentu Messiae quem Iudæi temerè expectant, Lib. col. 235
 Phœbadij, Agennensis in Gallia Episcopi, Liber contra Arianos. col. 262
 Mârij Victorini, Affri. V. Consularis, aduersus Confutatorium Candidi Ariani Lib. 4. col. 275. Eiusdem
 de Trinitate, Hymnus, col. 360. Eiusdem de Homouiso recipiendo, col. 361. Eiusdem de Trinitate,
 Hymnus 2. & tertius, col. 363. Eiusdem de Machabæis, eruditiss. carmen. col. 2. 366
 Idacij Clari, Hispani, ad Varimadum Arianū, difficillimorū de Trinitate locorum declaratio. col. 374
 Paulini Aquileiensis Archiepiscopi, aduersus Fœlicem Vrgelitanū, & Eliphandum Tolcranum, Episc.
 Cerealis Episcopi contra Maximinum Arianum, lib. col. 444 (Libellus, col. 434)
 Victoris Episcopi, fidei ratio exigente Hunnerico Rege Wandalorum. col. 454
 Ioannis Pontif. Rom. ad Auienu, & alios Senatores, de 2. in Christo naturis, contra Eutychnianistas, 463
 Gelasij ~~Episcopi~~ de 2. naturis in Christo, contra Eutychnen, & Nestorium. col. 467. Eiusdem, testi-
 monia veterum ad idem Argumentum. columna 476
 Hormisdæ Papæ Epistola ad Possessorem. columna 404
 Ioannis Maxentij, Catholica fidei professio, & alia opera. columna 485
 Vigilij ~~Episcopi~~ contra Eutychen, Lib. 5. col. 546
 Ionæ Aurelianensis Episcopi de cultu Imaginum, aduersus Hæresim Claudij Taurinensis, Lib. 3. col. 593
 Eiusdem Claudij Taurinensis Episcopi, Excerptum, siue Rescriptum, atque Apologeticum aduersus
 Theodomirum Abbatem, & cultum Imaginum, superioribus Ionæ libris insertum est. col. 598
 Claudiani Mamerti, Viennensis Galliarum Archiepiscopi de statu Animæ, lib. 3. col. 662. Eiusdem
 Epistola ad Sydonium. columna 727
 Sydonij Epistolæ ad Claudianum. col. 729. Eiusdem ad Nymphidium Epistola. columna 732
 Zachariæ primū scolastici, deinde Mytilen. Episcopi, de Vniuersitatis procreatione, contra Mundi
 & Materie æternitat. col. 733. interprete Gilb. Genebr. Hebraicarum literarum Regio Professore,
 SS. Basilij & Gregorii Theologi, Dialogus de inuisibili Dei essentia, eodem Genebr. interprete.
 Anastasij Patriarchæ Theopolitani, & Cyrilli Alexand. compendiaria orthodoxæ fidei explicatio, 763
 Professio fidei facta à B. Martino Archiepiscopo Thuronen. columna 765
 Faustini Episcopi opus egregium de fide contra Arianos ad Flaccillam Imperatricem. col. 766
 Fausti Episcopi Epistola ad Lucid. col. 800. Eiusdem fidei professio contra negantes liberum Arbi-
 trium 802. Eiusdem de gratia Dei, & humanæ mentis Libero Arbitrio, Lib. 2. col. 803
 Lucidi Presbyteri, præteritos errores reuocantis, Epistola ad Faustum. col. 802
 Christianæ disputationes 15. Theodori, cognomento Abucaræ, Episcopi Carum, contra plerōsque
 temporis hæreticos, Sarracenos, &c. col. 830
 Genadij Scholarij Patriarchæ Constantinop. Libellus qui Vita salutis hominum, inscribitur. col. 869.
 Eiusdem Libellus 2. de articulis fidei nostræ ad Mahumetem Imperatorem Turcarum. col. 873
 D. Pelegrini Laureacensis Archiepiscopi Symbolum. columna 875
 Fidei professio, quam Moses Mardenus Assyrius Iacobita, Patriarchæ Antiocheni Legatus, professus
 est Romæ, ann. 1552. col. 87. Eiusd. Theologica de sacrosancta Trinitate, Contemplatio. col. 879
 Professio fidei quæ Siud. siue Sulaka, Patriarch. electus à Nestorianis, professus est Ro. ann. 1553. col. 880
 Libellus D. Bertrandi contra Petrum de Cuneris pro Libertate Ecclesiastica. columna 881
 D. Alexij, Comneni Imp. de donariis & reb. Sacris, Oratio, quæ A V R E A M B V L L A M inscripsit. col. 922
 D. Petri Diac. & aliorū qui in causa fidei à Græcis ex Oriēte Romā missi fuerūt, de grā Dei, Lib. col. 924
 Timothei Pbrī S. magnæ Eccl. & vavorū custodis, Sac. S. Deiparæ quæ est in Calco prateis, &c. col. 931
 Methodij S. Patriarchæ Const. Constitutio de iis qui abnegarūt per diuersos modos & ætates. col. 932
 D. Nicetæ de ordine qui obseruatur cum quis à Sarracenis, ad Christianam fidem venit, ex eiusdem
 Lib. 20. thesauri Orthodoxiæ, fragmentum, col. 933



HÆRESEOLOGIÆ, SIVE
MULTIPLICES TRACTATVS ANTIQVO-
RVM PATRVM, CONTRA VARIAS HÆRESES,

BIBLIOTHECÆ. TOMVS QVINTVS.

D. Aur. Augustini de Philastrio testimonium.

Philastrius quidam Brixienſis Episcopus, quem cum sancto Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi. Scripsit hunc librum, nec illas hæreses prætermissas quæ in populo Iudæorum fuerunt ante aduentum Domini, easq. xx. & viij. commemorauit. Et post Domini aduentum cccx. & viij. scripsit.

Philastrij vita ex Ioanne Tritemio.

Philastrius Episcopus Brixienſis, vir in diuinis scripturis doctissimus, & secularium literarum non ignarus, beato Ambrosio Mediolanensi & notus, & familiaris. Cuius meminit sanctus Augustinus in quadam epistola ad Quod vult deum. Scripsit pro viliuæ communi quædam præclara opuscula, & quibus nullum ad manus nostras memini peruenisse. Fertur eius (beato Augustino ubi supra restante, insigne opus quod scripsit, De lvi. hæresibus. Cætera non vidi. Claruit sub Theodosio Imperatore Christianissimo, Anno Domini cclxxx.

PHILASTRII EPISCOPI BRIXIENSIS IN
LIBRVM DE HÆRESIBVS PRÆFATIO.



E hæresin diuer-
sa pestilentia, va-
riisq. erroribus,
qui ab origine mū-
di emerſerint, &
sub Iudæis deflu-
xerint, & ex quo
venit Dominus
noster Iesus Salu-
ator in carne, pul-
lulauerint, dicere
oportet, nume-
rumq. earum pau-
latim exponere, i-

tes idololatriā mortiferam inimici, Christum etiam
verum dominum de lege & Prophetis audientes,
eūque cū patre sepe esse credentes, ac recordantes,
æque ad eum modis omnibus supplices properant
peruolare, vt compleatur prophetia: Recordabun-
tur & conuertentur ad dominum Christum omnes
fines orbis terrarum.

*Solum hoc opus cau-
te legendum.*

CATALOGVS EORVM QVI
ante aduentum Christi hæreses arguuntur.

Ophite.

Primi sunt Ophite, qui dicuntur Serpentine, isti
colubrum venerantur dicentes: quod hic prior
initium nobis scientiæ boni & mali attulerit. Vnde
ci Dominum inuidisse asserunt: quia scientiam pri-
mus detulerit mulieri bonæ rei atq. malæ, perque
illam ita ad genus omne hominum permanerit,
propter quod & de cælo primo deiectus est, inquit,
in alterum: vnde cum & de cælo aiunt aduentu-
rum, & velut aliquam dei virtutem esse eundem a-
stimant, atque eum aduantiunt adorandum.

Caini.

CAiani, qui Cain laudant fratricidam, primoge-
nitum patris nostri ac beati Adæ protoplasti: di-
centes ex altera virtute, id est, diaboli Cain factum,
ex altera autem Abel beatissimum natum, & virtutē
maiores, quæ erat in ipso Cain inualuisse, vt suum
interficeret fratrem.

Sethiani.

Sethianorum hæresis, quæ Seth filium Adæ, postea
genitum, hocq. appellatum nomine veneratur,
quod post interfectionem Abel beatissimi natus est,
ex quo & Sethiani appellantur, colentes eum & di-
centes: quod duobus creatis hominibus in initio,
& angelis in disſensione constitutis, tenuit virtus in

Perdix
diaboli.
nimumque humani generis Perdici fuisse à Hie-
remia propheta non immerito comparatum agnos-
cere, qui cum infæcunditatem patiatur, sapius alio-
rum furtim fœtus incubans, quasi suos iam fouet ac
vindicare filios, vsq. ad tempus aliquod: Cumque
eis iam tempus ætatis discernens adcreuerit, runc a-
missis falsis parentibus, iura parentum sensu pro-
prio recordantes, palamque oculis intuentes, sequi
eos amplius non demorantur. Quorum causa no-
bis similitudo hæc nunciata est, quod Diabolo re-
lictæ impietatis causa, eius qui orbem terrarum sua
sub ditione cum tenere putaret: Postquam vero
Christo paræte à nobis viso & recognito, omni
falsitate parentis mendacissimi, iam veri parentis
Christi vestigia sequi omnis homo non moratur, a-
gnoscentis quotidie per ænigma: compleri enim co-
gnoscimus prophetiam Hieremias beatissimi ita di-
centem: Clamauit perdix, collegitque non partu-
rit, faciens sibi diuitias non cum sapientia, in medio
dierum derelinq. uentem, & in postremo erit insi-
perum. Quod nunc deserentes quotidie omnes gen-
Tom. 5.

AAa ij

caelo feminea : Apud eos enim masculi & feminae dii deaque esse putantur. Quod peruidens, inquit, mater, diua occisus est Abel iustus, cogitavit ut pareret iustum Seth, in quem & collocavit magnae virtutis spiritum, ut possint destrui virtutes inimice. De Seth autem ipso Christum dominum genus deducere aiunt : Quidam autem ex eis non solum genus de eo deducere, sed etiam ipsum Christum esse asserunt atque opinantur.

Dositheus.

Dositheus quidam postea, Iudaeus genere, ausus est dicere, secundum carnem solum esse viuentium in lege domini, de qua ea non sperans resurrectionem futuram, nec dei spiritum, nec angelum esse credens, nec futurum iudicium de lege atque prophetis expectans.

Sadducei.

Sadducei unde dicitur.

Sadducei post istum, a Saddoc homine Iudaeo qui hoc nomine vocabatur, qui discipulus fuit illius, qui & confirmavit hanc haeresim, ut ex eo Sadducei dicerentur : Secundum carnem aequae solum praedicant viuendum, circumcidendum, corpusque baptisandum. De lege autem diuina non aliud expectantes, Epicuream dementiae potius quam diuinam legis iura sectantes. De quibus & in Euangelio scriptum est, docente Domino, contraque hanc haeresim pestiferam praedicant.

Pharisaei.

Pharisaeorum alia est, quae resurrectionem futuram constituit, legem accipit & prophetas, Christum autem expectat ut iustum hominem. Hi iudaizant, & Euangelia non accipiunt, & quaedam tempora Christo domino nostro esse contraria asserunt.

Samaritani.

Samaritani, a Samaro rege ita nuncupati sunt: Alij autem aiunt a filio Chanaam, qui hoc nomine Samarus vocabatur, a quo Samaritani sunt appellati. Isti legem accipiunt Mose, id est, quatuor solum libros, iudicium futurum non expectantes, resurrectionem negantes, Christum dominum dei filium in lege & prophetis nunciatum ante non credentes. Aniam etiam immortalem habere hominem iuxta legem non sentientes. Solum autem hoc in corpore viuendum esse putantes, resurrectionemque futuram in procreatione filiorum, quae in hoc seculo fit quotidie, hanc aestimantes, eamque praedicantes vanitatem: insensatis quippe pecudibus comparati, ut scriptum est in propheta: Homo in honore constitutus non intellexit, comparatus pecudibus insensatis, & similis eis factus est.

Nazareni.

Nazareorum haeresis est, quae legem & prophetas accipit, carnaliter tamen viuendum affirmat, omnemque iustificationem in carnali obseruantia consistere suspicatur. Crines etiam nutriendos capitis, omnemque virtutem iustitiae in eo putantes consistere, quasi a Sampson illo sibi hoc praesumentes iudicij, quia Nazareus vocabatur, a quo postea Pagani fortes viros ex illius figura usurpantes, Hercules nuncupant.

Samson Pagani Herculis.

Esseni.

Esseni autem sunt, qui monachorum vitam exercent, escas delictiosas non sumentes, nec studium in vestimentis gerentes, nec possidentes aliquid: lectioni autem & bonis operibus insistentes, in locis etiam separatis habitantes, Christum autem domi-

num dei filium non expectantes, nec in lege atque prophetis eum dominum agnoscentes annuntiant, sed ut prophetam, aut iustum hominem solum credentes expectant.

Heliognosti.

Heliognosti, qui & Deistiaci dicuntur, Solem adorantes, atque dicentes, Solem scire omnia quae dei sunt: Homines etiam non alium nisi solem illuminare, Solemque eis praebere omnia nutrimenta: non cognoscentes, quod in seruitute positus cursum suum peragrat a deo patre per Christum dominum in sancto spiritu statutum quotidie. De quo scriptum est: Qui dicit soli oriri & oritur, & non oriri, & non oritur. Quem Hermes ille vanus paganus Trimegistus docuit, post dominum omnipotentem non alium nisi Solem, a quo ipse & homines adorare, qui cum ad Celtae provinciam perrexisset, ipse eos dignoscitur docuisse, aequae huic errori ut succumberent eisdem suasisse. Quem Solem Iudaei captiuati adorabant, ut Ezech. Propheta eosdem Iudaeos inculpando condemnat, & acrius crimen maiestatis declarat & arguit contestando sicut scriptum est.

Regnarum cultores.

Alij sunt, qui ranas colunt, quas sub Pharaone per iram dei tunc temporis Aegyptiorum terra emanauit, ut putore Aegyptios defangere, inque eo scelerate adhuc perseuerant putantes dei iram ex hac vana obseruantia posse placari.

Musorite.

Musorite sunt quidam nomine, qui sorices colunt, qui sub Belo quoque sacerdote, cum fuisset capta arca testamenti ab Allophylis, atque ex ira dei produxisset terra sorices, ut eorum fruges deperirent, admoniti a suis fecerunt aureos mures, atque eos cum arca & sedibus aures quinq;, remiserunt statimque ab eis desit pestilentia. Legem itaque & Prophetas isti accipientes, non cognoscunt hoc esse vanum & abominabile, quod ab vniuersis contemnitur & modis omnibus deridetur.

Musca-Accaronita.

Alij sunt, qui muscam colunt in ciuitate Accaron dicta, ut in regnorum libro scriptum est: sicuti rex Ozias Iudaeorum languens miserat ad muscam Accaron ciuitatem, si sanus fieri posset de languore corporis, cuius causa beatus Helias iratus zelo diuino propheta, quia non a deo salutem Iudaeorum rex sperare maluit, sed a Musca potius, & Accaron ciuitate: Iratus in hoc beatus propheta non eum euasurum, sed moriturum in lecto suo illico diuino spiritu pronunciauit.

Troglodite.

Troglodite, qui ita dicuntur in Iudaeis, qui in speluncis habitantes aditis, idola colere non desinebant, ut ait Ezechiel propheta monstrante Domino quomodo in speluncis absconditis seniores populi tenentes turibula, idolis sacrificabant, atque ea cecis mentibus adorabant.

Fortuna caeli.

Alia est haeresis in Iudaeis, quae reginam, quam & Fortunam caeli nuncupant: quam & Caelestem vocant in Aphrica, eique sacrificia offerre non dubitabant, ut etiam propheta Ieremiae Iudaei tunc dicerent ex aperto, cum moneret eos recedere ab idolis, & seruire domino, solumque eum adorare eos debere, irati exclamant, dicentes: ex quo illi for-

illi fortunae caeli, siue reginae non sacrificant, ex coeuncta illis mala & pericula contigisse. Propter quod beatus Ieremias exiens de populo, de qua ciuitate eorum, lamentationes illius causa impietatis in libro conscripserat, casumque illis atque ciuitati, aduenturum non multo post nunciabat.

Bahalite.

Sunt & Bahalite in eis, qui Bahal nomen regis Tyriorum detinentes memoria, atque ipsius idolum adorantes eidem sacrificabant, ut in Regnorum libro continetur, cum rex Israelitarum Achab, & Hiezabel vxor eius, illi idolo sacrificare non desinerent. In quo, zelo ductus diuino beatus Helias propheta missus a domino, ait eis sub nomine iudaismi legem confidentibus, impietati autem permissiose paganam seruitutibus, & omni populo ita dixit: Ut quid vos claudicatis in vtriusque poplitibus vestris? aut deo deo, aut Bahal Bahal. Et nihilominus fauens lucorum sacerdotibus rex atque regina, diuersis penis & cruciatibus perierunt. Populus etiam non recedens ab idolis, crebris captiuitatibus interitit.

Assari.

Alij sunt, qui Asthar hominem, & Camos abominationem Chananeorum, & Sydoniorum, id est, idola hominum ac mulierum venerabantur, atque eisdem diuersa offerbant sacrificia, quorum causa & captiuitas illis regibus & populo tunc temporis permittente domino saepius aduectabat, sicuti in Regnorum libris continetur. Propter Dauid beatum regem, & Ezechiam sanctum, & Iosiam, & Iesu filium Naue. Alij omnes permittentibus populos sacrificare idolis, ac saepius cum illorum interitu & ipsi versabantur, non ea destruentes, sed magis impietatis eorum fautores fieri properantes ut reges ceteri, sicuti libri Regnorum contestantur.

Haeresis de idolo Moloch & Rempham.

Lia est haeresis in Iudaeis, de qua dominus propheta incusabat eos, de qua et beatus Stephanus martyr increpabat dicens: Numquid immolationes & sacrificia mihi quadraginta annis obtulistis domus Israel, dicit dominus omnipotens: & nunc susceperitis tabernaculum Moloch, & sydus dei Rempham, formas fixorum idolorum sculpsistis? Propter quod dicit dominus transmigratioe vos faciam captiuari in Babylonem atque Persarum, & interiora loca alia & arida, & in postrema terrarum omnium.

Haeresis de ara Tophet.

Sunt & qui aram collocantes ita dictam Tophet nomine alicuius in valle filij Ennon, ibidem suos filios, & filias Iudaei demoniis immolabant. De quibus dicit dominus per prophetam Ezechiel: Ecce filii hominis, vide quid facit populus Israel, iste filios & filias suas in valle Tophet immolat demoniis, quibus ego non mandauit hanc facere iniquitatem in Israel populo.

Puteorite.

Puteorite sunt qui puteos colunt, in altum fodientes, de quibus eis haurientes quasi aquam salutis in ea sperantes aliqua, cum dicat dominus per prophetam monendo: Me dereliquerunt fontem aquae viuae, & foderunt sibi lacus detritos, qui non possunt capere aquam salutarem. Quod ergo ante dicebat per prophetam, in sua diuina complebat praesentia, dicens: Omnis qui ex hac aqua terrestri biberit, rursum sitiet: de aqua autem quam ego ei dabo non sitiet in

atrum, quam ego ei dederam, si biberit non sitiet in aeternum, sed erit ei saliens in vitam aeternam: Quippe erit gratia Christiani baptismi salutaris humano generi concessa a domino saluatore.

Haeresis ob animum serpentem.

Haeresis est quoque in Iudaeis, quae serpenti sacrificabat, & usque ad Ezechiam regem Iudaeorum eandem impietatem celebrabat. Serpenti enim in libris Regnorum usque ad Ezechiam sacrificabat areo populus Iudaeorum, quem Moses facere iussus fuerat in exitu Israel de Aegypto, cum a serpentibus morderentur Iudaei murmurantes, atque deperirent inique; iussit dominus ut faceret Moses serpentem areum, ac suspenderet eum in medio populi supra lignum, & qui intuebantur in eum saluabantur a plagis atque diuersis vulneribus: Illi ergo serpenti areo usque ad regem Ezechiam sacrificabat Iudaeorum populus, formationes etiam in lapide magno, velut obelisco, qui erat in templo positus pro colina, & in eo incisiones & impressiones manu hominum, & ut literarum quarundam sculptentes Iudaei, & formulas diuersas tollentes, & ponentes in lamina baiulabant in collo: incantationes etiam docentes, & velut phylacteria habentes, imo potius exercentes maleficia eadem percolebant, atque inde alligaturas & tutamina suo portabant & portant in pectore, quae dominus ubique in lege vetuerat fieri: quia paganam caecitatis haec erat impietas. Has igitur beatissimus Ezechias rex impressiones siue sculptiones deleri iussit, atque ferro radi pernitit atque excindi, areum etiam serpentem deponi atque frangi praecipit: pro quo merito est liberatus a domino de obsidione tanta Persarum & Assyriorum, tunc temporis qui venerant captiuare Iudaeorum populum, atque ciuitatem, ut illa nocte, qua timebat Barbaros rex Ezechias, angelus domini de caelo descenderet, centumque & octoginta quinque milia alienigenarum obsidentia ciuitatem nocte silenti percuteret, atque omnes homines exanimet atque mortuos manere regi omnique Iudaeorum populo demonstraret.

Serpentis arei cultus apud Israelitas.

Haeresis subterraneis in locis ad omnem turpitudinem apta.

Alia est haeresis, ut Ezechiel propheta dei iussu idololatrya peruidit sub terra in spelunca stantes septuaginta subterranei viros seniores Iudaeorum, tenentes turibula, diuersisque formarum sculpsilibus sacrificantes eisdem, atque eadem adorantes.

Haeresis mulierum cum Thamur simulachro.

Et alia haeresis Iudaeorum, quam sub spelunca simulacrum iussu dei cogitur peruidere propheta, mulieres chrum Ta sedentes & plangentes quendam Thamur nomine, qui filius fuit regis gentilium, cuius Iudaeae mulieres simulachrum cum stilibus adorabant, impietatemque gentilium colentes, ei offerre sacrificia non desinebant: Thamur enim Pharaon ille dicebatur rex Aegyptiorum, qui sub beato Mose Aegyptiis praesidebat illo tempore.

Belite.

Alia est haeresis in Iudaeis, quae multorum quasi hominum, multarumque mulierum percolens idola, Bahalitarum speluncis absconditis eisdem offerre sacrificia non desinebant, scriptura dicente, quasi multorum atque multarum fuisse numerum. Hoc autem aut a Belo rege, qui orientem potenti regimine multo tempore detinuit, ac de ipsius vxore & filiis, filiabusque, ita ex parentibus ad-

11
 tis omnem eorum progeniem processisse monstra-
 bat, vt ex eis Bahalitæ appellarentur: Nam vt est ge-
 nus, aut Græcorum, aut Anitiorum, & aliorum, ita
 ex parentibus suis omnis illorū emerit progenies,
 vt ex vno nomine impia generatio Belitæ diceretur:
 Itaque mortui cum in monumentis ponerentur, &
 progenies illorum itidem sepulta in eo loco hoc no-
 mine à suo populo meruit à posteris nuncupari, vt
 Belitæ appellarentur à sua generatione pristina. Belus
 autem siue à proprio nomine, siue à fortitudine bel-
 li, quia multos superabat tūc tēporis, hoc nomē aut
 cognomen sortitus est, deque hac re Iudæorum
 populus impietatem gentiliū sequēdo à diuina scri-
 ptura accusatur, quod sacrificantes illis, id est, Regi-
 bus, & eorum filiis, omniūque cognationi illorum, se-
 quentes diuersis captiuitatibus tradebantur.

Hæresis cum Bahal idolo.

12
 A Lia est hæresis in Iudæis, quæ Bahal idolum, aut
 Balaam pseudopphetam, qui de Mesopotamia
 aduenerat contra Moſen beatissimum, asserunt
 nomen accepisse: qui Balac tunc temporis rex Moa-
 bitarum illum rogauerat, vt ad eum iret, & maledi-
 ceret populo Iudæorum. Et quia vt propheta in scri-
 pturis ante dicebatur, cōtempo ante præcepto Do-
 mini ad Pseudo prophetæ postea descendit interitū,
 contra Dei populum cogitando, Iudæi vt pagani sub
 hoc vocabulo Idolum facientes ipsius, colere illud
 non desinebant.

De Phitonissa muliere, hæresis superstitiosa.

13
 A Lia est hæresis de Phitonissa, qua cooperientes
 vestimentis mulierem, ab ea quædam responsa
 sperabāt posse consequi: vnde & aiunt Phitonissam
 1. Reg. 28
 illam beati Samuelis animā ab inferis excitalle: atq;
 inde maxime credi, posse homines vsque hodie plu-
 rimi suspicantur, quæq; dixerat regi Sauli superstiti
 Samuele propheta beatissimus, ea etiam in executione, quasi
 à Phitonissa plurimi huic adqueſcere mendacio malint, in per-
 fuisse suis perpetuum descēdunt interitum, cum propheta dicat:
 Iustorum animæ in manu domini, & non tangit eas
 mors. Quo modo itaq; anima impia piam sanctāq;
 animam, & prophetā maxime poterat ab inferis exci-
 tate? Sed quia ignorant quod recedentes animæ à
 fide Christi Domini, deditas iam se impietati faciūt,
 atque ei omni se studio subiiciūt: quia arbitrij sui est
 omnis homo, quod velit vt eligat facere permittente
 Deo. Sed quia recessit à domino, vt immūdus spi-
 ritus iam ei dominaretur, dubiis & claudicantibus in
 lege diuina, quod dixit beatus Helias: Aut deo deo,
 aut Bahal Bahal. Qui enim adhaeret Christo, vnum
 corpus est, & qui immūdo spiritui vnus cōsensus est.
 Et Achab rex Iudæorum, cum crederet Sedechiæ, &
 aliis falsis prophetis, verumque prophetam Domini
 Michæam contemneret, interrogat Dominus immū-
 dum spiritum, adhuc bonitatis loco regi con-
 cessō à Christo Domino vsque ad tempus aliquod:
 vt si vellent credere prophetæ vero, procellam peri-
 culi deuiterent: si nollet, magisq; crederet Pseudo-
 prophetis sine dubio deperiret. Ita enim interrogat
 3. Reg. 22
 Dominus immūdum spiritum dicens: Quis sedu-
 cet regem Achab Israhelitarum, vt vadat in pugnam
 & ibi interficiatur? Et ecce immūdus spiritus adue-
 nit dicens: Ego vadam & faciam. Et ait dominus ad
 immūdum spiritum: quomodo id facies? Et ait im-
 mundus spiritus ad dominum: *Faciam me quasi Am-
 3. Reg. 22
 gelum lucis.* & verba similia eloquar, & ducam eum in

14
 Homo est
 sui Ar-
 bitrij:

3. Reg. 18

1. Cor. 6

3. Reg. 22

3. Reg. 22

Et ac non
 habentur
 in textu.

3. Reg. 22

3. Reg. 22

3. Reg. 22

3. Reg. 22

3. Reg. 22

prælium, & ibi eum deseram, & sic morietur, Et ait
 dominus ad eum: *Vade, sic facies.* Ideoque & Apo-
 stolus ait: Non magnum est, si & Satanas tranſ-
 2. Cor. 11
 figuret se velut in Angelum lucis, cum ipsius satelli-
 tes transfigurantur, & ita decipiunt multos visu,
 verbo, aut persuasione non alterius rei: quippe visu
 quasi verisimili, vt cum verbis veluti similibus, &
 visibus quasi bonis & non malis in tempore vo-
 lunt credere atque eis inhærere, homines incuitabi-
 lem æternæ mortis incurrant sententiam, diuersis
 que post exitum corporis pœnis & cruciatibus pes-
 fundentur. Quod & regi Iudæorum illo tempore
 periculum superuenit, quod falsis magis quàm veris
 dei prophetis credere maluisset.

De Asthar & Astharot simulachris, hæresis.

15
 E St hæresis in Iudæis, quæ Asthar, & Astharoth
 post Moſi defunctionem, successionemque
 Iesu filij Naue colentes, ad captiuitatem genti-
 lium trahebantur: Nam & Asthar & Astharoth ho-
 mines & fœminas, figurasque eorum colebant, quæ
 nomina regum Syriorum fuerunt & Ægyptiorum,
 quorū filij filieque cū à suis populis colerentur, post
 etiam templa illis facientes, post mortem illorum
 progeniem ibidem sepelientes, deorum dearum-
 que eis nomina offerebant cum sacrificiis itidem:
 nam asturtium est in Syria aliqua diuersa & pluri-
 ma, quæ de gente Chananæorum omnis hæc illo
 tempore exarsit impietas, quam Moſes gētem cum
 omni suo populo eradicare iubebatur à Domino.

Herodiani.

16
 A Lij Herodiani sunt, ab Herode rege Iudæorum
 ita appellati: isti resurrectionem cōfitentur, le-
 gem & prophetas accipiūt: Herodem autem regem
 Iudæorum percussum ab angelo, ipsum vt Christum
 sperantes expectant.

CATALOGVS EORVM QUI POST
 Christi passionem hæreses arguuntur.

17
 P Ost passionem autē Christi domini nostri, & as-
 censionem in cœlum, Simon quidam fuit Ma-
 gus, genere Samaritanus, de villa, quæ est Cithus
 vocitata, qui magicis vacans artibus multos felle-
 bat: dicens se esse virtutem quandam dei, quæ supra
 omnes virtutes esset. Quem Samaritani quasi pa-
 trem venerantur, & suæ hæreses institutorem per-
 nitiose extollunt, multisque eum laudibus præfer-
 re nituntur, qui baptizatus à beatis Apostolis, re-
 cessit à fide eorum, sceleratamque & pernitiosam
 hæresim seminavit, dicens se transformatum puta-
 tiuē, id est quasi vmbra, & ita se passum fuisse, cum
 non, inquit, pateretur. Qui & audebat dicere
 mundum ab angelis factum: angelos autem factos
 à quibusdam sensibus de cœlo præditis, eosque se-
 fellisse genus hominum. Intellectum autem quen-
 dam alium asserit esse, qui descendit in mundum
 salutis causa hominum. Helenam illam, inquit,
 quæ in Troiano bello à Poetis vanissimis ædita
 nunciatur, & virtutes, inquit, quæ mundum fece-
 rant, concupiscentia ductæ illius Helenæ, seditio-
 nem mouebant: Ista enim dans, inquit, concu-
 piscentiam illis virtutibus & in figura fœminæ ap-
 parens, ascendere in cœlum non poterat: quia vir-
 tutes in cœlo quæ erant, non eam permittebant as-
 cendere: expectabat autem virtutem aliam, id est, Equum
 Magi ipsius Simonis præsentiam, quæ eam saluaret Troianum
 adueniens. Ligneum etiam equum, quem Poetæ
 vanissimi

18
 vanissimi dieunt in Troiano bello fuisse, per allego-
 riam asserit quod illa machina ignorantia erat vni-
 uersarum gentium impiarum, cum cōstet illam He-
 lenam, quæ cum mago erat de Tyto, meretricem
 fuisse, hancque eundem Simonem magum, fuisse se-
 cutam, & cum eadem diuersas magias, diuersaque
 scelera perpetrasse. Qui cum fugeret beatum Pe-
 trum Apostolū de Hierosolymitana ciuitate, Ro-
 mamque veniret, ibique pugnaret cum beato Apo-
 stolo apud Neronem regem, deuisus vndique ora-
 tione beati Apostoli, atque percussus ab angelo, sic
 meruit interire, vt eius magiæ euidens mendacium
 cunctis hominibus patcheret.

Menandrus.

19
 P Ost hunc Menandrus quidam nomine, qui dis-
 cipulus factus ipsius impietatem est secutus in
 omnibus.

Saturinus.

20
 S Aturninus quidam paulo post & ipse sumens in
 de fomenta doctrinæ mortiferæ, asserbat
 Mundum ab Angelis factum, & ditare angelos
 à virtute illa, & mundum esse diuisum per
 ordinem Angelis, & cogitasse eos vt facerent ho-
 minem: fecerunt itaque hominem: & opus, inquit,
 ipsorum erat homo: De virtute enim superna
 lumen dicunt fuisse dimissum, quod illuminauit
 mundum istum, & ad concupiscentiam adduxit An-
 gelos, statimque ascendit in cœlum. At illi cupidi ip-
 sus luminis facti, virtutem eius videre cupiebant:
 Non præualescentes autem, ad inuicem dixerunt: Fa-
 ciamus hominem secundum imaginem & similitu-
 dinem nostram: & facto homine, quia impotens e-
 rat, saluari non potuit: Videns itaque iura superna,
 quod illi hoc fecerunt, misit scintillam, quæ cor-
 rexerit hominē & suscitauit, & fecit eum viuere. Scin-
 tillam itaque voluit saluari, alia autem virtutibus
 illis quæ fecerunt dimitti, ac derelinqui suspicatur:
 Christum autem vmbra liter apparuisse asserunt,
 non carnem hominis veram & animam accepisse,
 atque omnem œconomiam mysterij Saluatoris ita
 compleſse.

Basilides.

21
 B Asilides (qui & Hæresiarches dicitur à multis)
 quia de lege & prophetis, & Apostolis proponē-
 do & loquēdo, sentiendo autem aliter, iura violabat
 Christianæ veritatis cum venisset in Ægyptum,
 docebat ita definiens: de innato & solo deo natum,
 fuisse intellectum, de intellectu verbum, de verbo
 sensum, de sensu autem & virtute sapientiam, de vir-
 tute autem & sapientia principatus & potestates, &
 Angelos factos diuersos: Ipsi enim Angeli fecerunt,
 inquit, cœlum post illos alij Angeli fecerunt cœlum
 ita ex aliis alij prolari fecerunt tertium cœlum, qui
 secundum ordinem & alij, inquit, fecerunt trecen-
 365. Cæli
 tos sexaginta quinque cœlos, & imponit virtutibus
 illis nomina angelica, & ipse magis vacans itidem
 multos imperitos decepit. Hominem autem ab An-
 gelis factum asserit: Dominum etiam verum omni-
 potentem & eum audeat Angelum dicere, & accepit
 se genus Iudæorum in hæreditatem, & eduxisse eos
 de terra Ægypti. Hic ergo audacior factus, elatus
 est, inquit, aduersus ceteros Angelos, & volens in
 subiectione habere alios, habuit contrarias gentes,
 quas commouerunt virtutes inimicæ eius. Ideo &
 contra Iudæos diuersæ gentes, inquit, surrexerunt.
 Christum autem dicit quasi per vmbra putatiuē

22
 passum fuisse. Simonem etiam Cyrenæum pro eo ad
 passionem venisse asserit: Ipse enim inquit, porta-
 uit eius crucem. Hic etiam male permittit viuere, &
 dat licentiam vitiis secularibus inhærere: prohibet
 etiam pati Martyriū homines pro nomine Christi,
 dicens ita: ignoras quid desideras: non enim passus
 est, inquit, Christus, neque crucifixus est: quomodo
 itaque potes, inquit, confiteri hunc crucifixum cum
 non sit crucifixus, & ignoras qui passus sit.

Nicolaus Antiochenus.

23
 N icolaum Antiochenum aduenam qua sit amē-
 tia deceptus, videmus: Hic sub Apostolis fuit,
 atque ab eis est electus Diaconus septimus, vt scrip-
 tum est in Actibus Apostolorum, Posteaque recedens
 ab eis, atque à sana doctrina, diuersis erroribus
 & fallaciis pessundatus est. Qui fuit primum cum
 Apostolis, & Stephano beatissimo martyre: Qui dicit
 & ipse virtutes esse plurimas, vnde & Gnostici,
 qui scire se aliquid putant, maxime emerunt: Isti
 Barbelo venerantur, & Noram quædam mulierem.
 Alij autem ex eis Ialdabaoth quendam, alij autem
 Calacaun hominem. Dicunt autem & dogmata po-
 nentes ista: Ante erant solum tenebræ & profundū
 ex aqua, atque terræ diuisio facta est in medio, & spi-
 ritus separauit hæc elementa. Tunc ergo tenebras
 intuentes in spiritum genuerunt quatuor Aeonas:
 & isti quatuor, genuerunt alios quatuor Aeonas: Hoc
 autē dextra atque sinistra lux, inquit, sunt, & quæ-
 dā etiam concubuisse cum illa muliere & virtute di-
 cunt, de qua nati sunt dij, & homines, & angeli, & sep-
 tem spiritus damoniorū. Addunt etiam prophetas
 quosdā natos de ea specioso nomine & Barrabā. Alij
 autem Euangelium consumationis, & visiones ina-
 nes, & plenas fallaciæ & somnia videre se diuersa asse-
 runt delirantes.

Hæresis de Iuda traditore.

24
 A Lij autem ab Iuda traditore instituerunt hære-
 sim dicentes: bonum opus fecisse Iudam, quod
 tradiderit Saluatorem: Hic enim, inquit, nobis
 omnis scientiæ bonæ autor extitit, per quem cœle-
 stia nobis mysteria manifestata sunt: Virtutibus ete-
 nim in cœlo nolentibus pati Christum, & scienti-
 bus quod si fuerit passus, vitam hominibus donatu-
 rus sit: Hoc sciēs, inquit, Iudas, quod si fuerit passus
 Christus, salutem hominibus allaturus esset, hinc
 tradidit Saluatorem. Hoc autem malum adserionis
 impię quibusdam vanis & vecordibus quasi verifi-
 mile videtur esse interdum, cum sit in omnibus cō-
 trarium & execrabile, cum propheta Dauid ante,
 & dominus saluator dānauerit, & beati Apostoli sen-
 tentiam domini aduersus eum confirmauerint edo-
 centes.

Carpocrates.

25
 P Ost istū quidā Carpocrates nomine surrexit, & ip-
 se dicit: Vnum principium, de quo principio, id
 est, de deo, prolationes factæ sunt Angelorum atque
 virtutū: quæ autē virtutes deorum sunt, fecerunt crea-
 turam istam visibilem vbi nos consistamus. Chri-
 stum autem dicit non de virgine Maria, & diuino
 Spiritu natum, sed de semine Ioseph hominē natū
 arbitratur, deque eo natū carnaliter sicut omnes
 homines, suspicatur. Qui post passionē, inquit, me-
 lior inter Iudæos vita integra, & conuersatione in-
 uentus est, cuius animam in cœlum susceptam præ-
 dicat: carnem vero in terra dimissam estimat, ani-
 ma a iij

mique salutem solum, carnis autem non fieri salutem opinatur.

Cherinthi hereses.

Cherinthus successit huius errori, & similitudini vanitatis, docens de generatione itidem Saluatoris deique creatura angelorum, in nullo discordans ab eo nisi quia ex parte solum, legi consentit quod a deo data sit, & ipsum dominum Iudeos esse aestimat, qui legem dedit filiis Israel. Docet autem circumcidi, & sabbatizari, & Christum nondum resurrexisse a mortuis, sed surrecturum annuntiat. Apostolum Paulum non accipit, Iudam traditorem honorat, Evangelium secundum Matthaeum solum accipit, tria Evangelia spernit, Actus Apostolorum abijcit, beatos Martyres blasphematur. Hic sub Apostolis questionem seditionis commouit, dicens debere circumcidi homines, cuius causa, contra illum & haeresim eius decreuerunt de suis Actibus Apostoli sententiam, non debere iam homines Iudaismo, id est, circumcissioni, aliisque talibus superstitionis vanae parere carnalibus, qui de gentibus venientes credebant in Christum dominum nostrum saluatorem.

Iudas traditor.

Act. 15.

Hebionitarum hereses.

Hebio discipulus Cherinthi, in multis ei similiter errans, Saluatorem nostrum hominem de Ioseph natum carnaliter aestimabat, nihilque in eo diuinitatis fuisse docebat, sed sicut omnes Prophetas, sic & cum gratiam dei habuisset adferebat, non tamen dominum maiestatis, & dei patris filium, cum patre sempiternum esse credebat, cum diuinae scripturae Dominum sempiternum, cum patre vero eque sempiterno ubique testentur ac praedicent.

Valentinianae patriae, et hereses.

Post istum Valentinus quidam surrexit, Pythagoricus magis quam Christianus, vanam quandam ac perniciosam doctrinam eructans, & velut arithmeticam, id est, numerositatis nouam fallaciam praedicans, multorumque animas ignorantium captiuauit. Et in primis quidem fuit in ecclesia, elatior autem factus postmodum, errore non paruo deceptus est, degensque in Cypri prouincia, cepit hoc de finire: Nihil erat aliud ante, inquit, in mundo, nisi profundum maris & Silentium, quod Poetae Chaos adferunt, deque hoc Profundo & Silentio edocens processisset Intellectum, & Veritatem, de Intellectu autem & Veritate, Verbum & Vitam: de Verbo autem & Vita, hominem & Ecclesiam: de homine autem & Ecclesia processisset duodecim Aeonas, id est secula: & de Verbo & Vita decem Aeonas processisset: De Intellectu autem & Veritate octo Aeonas, & esse hanc *ἑπτὰ κόσμων* seculorum, id est, septem Aeonas. De ogdoade ergo & decade, & duodecade consistere triginta Aeonas delibatur. Dicit autem Christum a patre, quem Profundum nomine appellat, ad totius mundi salutem fuisse dimissum, deque caelo cum carne detulisse, nihil autem accepisse de sancta Virgine, sed ut aquam per riuum, ita transisset per eam affirmat. Animam ergo solum saluari, corpus autem hominis non saluari arbitratur.

De Ptolemaei Valentinianae heresibus.

Alij sunt successores ipsius, Ptolemaeus, qui doctrinam eque vanam intulit, dicens quatuor esse Aeonas, & alios quatuor, nouum quid volens commentum falsi decernere, quam Valentinus doctor eius est ementitus.

Secundus.

Post hunc quidam Secundus nomine, Aeonas similiter docens factos, adferit tamen infinitos, Christum autem quasi per phantasiam apparuisse, id est, veluti vmbrae humano generi, & non veram carnem hominis habuisse suspicatur.

Post hunc Heraclion discipulus ipsius surrexit, dicens: principium esse vnum, quem Dominum appellat, deinde de hoc natum aliud, deque his duobus generationem multorum asserit principiorum, cum suis itidem delirans doctoribus.

Marcus autem quidam post istum successor eius, numerum & mensuram, & calculum rationem etiam computationis faciens literarum, quasi verisimilis & cuiusdam rei nouae inuentor, cum aestimaret a quibusdam se posse laudari, non in paruam itidem erroris incurrit amentiam: dicit enim ita, viginti quatuor literae sunt, quae perfectionem habent omnium rerum. Propter quod & Christus, inquit, dicebat: Ego sum *α, & ω*. Dicebat etiam quod in postremo tempore Christus descendet ad Iesum in figura & similitudine columbae, & Christum ipsum columbam esse docebat, quae descendit, inquit, & duodecim Aeonas, id est, ad duodecim Apostolos, & vnum ex eis cecidisse, id est, Iudam aestimabat: Christum autem putatiue dicit apparuisse, & passum fuisse quasi per vmbrae, non tamen vere passum corpore arbitratur.

Post hunc C. Bassus, similiter in literis & numero elementorum astrorumque septem, vitam omnium hominum, & generationem consistere assererat, non in Christi maiestate & potentia, neque in ipsius carnali praesentia veram hominum sperari salutem aduertebat.

Cerdon autem quidam surrexit post hos, peius suis doctoribus praedicans, qui cum venisset Romam de Syria, ausus est dicere duo esse principia, id est, vnum deum bonum, & vnum malum: & deum quidem bonum, bona facere, & malum, mala. Iesum autem saluatorem non natum asserit de virgine, nec apparuisse in carne, nec de caelo descendisse, sed putatiue visum fuisse hominibus, qui non videbatur, inquit, vere, sed erat vmbra: vnde & putabatur quibusdam pati, non tamen vere patiebatur.

Marcion autem discipulus eius, genere Ponticus, de ciuitate Sinope, urbem Romam deuenit, ibique degens sceleratam haeresim seminabat, atque interrogans presbyteros sanctos ecclesiae, sensus sui eis errorem mortiferum propinabat, dicens ita: **Q**uid est quod in Euangelio dicente domino scriptum est: Nemo pannum rudem mittit in vestimentum vetus, neque vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpentur vtres, & effundetur vinum: Et iterum: Non est arbor bona, quae faciat malum fructum, neque arbor mala, quae faciat bonum fructum. Deque hoc accipiens interpretatione a sanctis presbyteris non acquiescebat veritati, sed magis Cerdonis sui doctoris firmabat mendacium, & iste similiter vnum deum bonum, & vnum malum annuntians, Christum autem putatiue apparuisse, id est, quasi per vmbrae, & passum cum fuisse vmbrae, non tamen in vera carne credebat. Secundum Lucam

De Secundo Valentiniano.

Heraclionis Valentiniani hereses.

Marcus ex superbia in heresim.

Apollinis aduersi.

Septem vno numero vno omnia consistere.

Cerdonis hereses.

Marcion Ponticum.

Matth. 9.

Lucam autem Euangelium solum accipit, non euangelia, nec Epistolas Pauli Apostoli, nisi ad Timotheum, & Titum: quae enim de Christo dicunt, vt de deo vero, praeterit: quae autem quasi de homine dicunt scripturae, ea accipit capitula, & neque Christum iudicem esse omnium confitetur. Qui deus est atque fugatus a beato Ioanne Euangelista, & a presbyteris de ciuitate Ephesi, Romae hanc haeresim seminabat.

Lucanus post istum quidam familia Marcioni staturus ac decernens, vt ille doctor ipsius Marcion est in omnibus ementitus.

Vit Appelles discipulus eius, familia in quibusdam Marcioni praedicans, qui interrogatus a quibusdam, quoniam modo de fide sentiret, respondit, non mihi opus est dicere a Marcione, vt duo principia adferam coeterna: ego enim vnum principium esse praedico, quem deum cognosco, qui deus fecit Angelos, fecit etiam alteram virtutem, quem deum scio esse. Secundum, qui & virtus dei est, quae fecit illum. Hic autem deus qui fecit mundum, non est, inquit, bonus, vt ille qui fecit illum: subiectus autem est deo illi, a quo & factus est iste, qui & nutui & iussioni & praecipiti paret illius in omnibus: Cuius Ariani nunc consortes sunt atque fautores, sic praedicantes atque sentientes. Dicit autem Christum in carne apparuisse, non tamen sicut Valentinus de caelo carnem desumpsisse: Ait etiam post passionem non carnem surrexisse, sed de quatuor clementis, quae de mundo acceperat, eaque in terram dimissis, ipsum in caelum sine carne ascendisse asserit. Sub Apostolis itaque haec fuerunt haereses per ordinem.

CATALOGVS HAERESION QVAE sub Apostolis extiterunt.

Post Decij autem persecutionem fuit Tacianus quidam discipulus sancti Iustini Martyris, qui recessit a veritate postmissionem ipsius: doctrinamque tanti ac tam beati Martyris: & magistri contempsit in omnibus, dicens Aeonas quosdam de caelo fuisse prolatos. Addens etiam hoc: Adde patrem nostrum protoplastum non saluari, Aeonas autem nuntians sicut Marcio delirauit. Qui etiam generationem hominum execratur, & ius nuptiarum legitimum abijcit, idque iuris a deo statutum non confitetur.

Alij autem post istos surrexerunt Cataphryges, in Phrygia prouincia habitantes, isti prophetas, & legem accipiunt, patrem & filium & spiritum confitentur, carnis resurrectionem expectant, quae catholica ecclesia praedicat: Quosdam autem suos prophetas, id est, Montanum nomine, & Priscillam, & Maximillam annuntiant, quos neque Prophetas, neque Christus nuntiavit: Addunt etiam pleitudinem sancti spiritus non per Apostolos Christo dante fuisse concessam, sed per illos suos pseudo prophetas aestimant impartitam, & separant se a catholica ecclesia per illos suos pseudo prophetas, & falsos doctores: Hi mortuos baptizant, publice mysteria celebrant, Pepuzam villam suam, quae sic dicitur in Phrygia, Ierusalem appellant, vbi Maximilla

& Priscilla, & ipse Montanus, vitae tempus vanum & infructuosum habuisse dignoscuntur. Vbi & mysterium Cynicorum, & infantis execranda celebratur impietas: Dicunt enim eos de infantis sanguine in Pascha miscere in suum sacrificium, siue ita vbi que emittere permitiosis & falsis satellitibus.

Post istos Theodotus quidam Byzantinus genere, denegator Christi dei nostri in persecutione extitit Saluatoris, qui cepit dicere, docens ita: Coeternis homo erat, vt omnes homines, Christus. Hoc autem dicebat, vt denegationis opprobrium ab hominibus non amplius pateretur, cogitans, quod si qui ei diceret, quare negasti Christum deum ac dominum: diceret, quod hominem negauit, non deum. Isti vtuntur capitalis scripturarum, quae de Christo veluti de homine edocent: quae autem de deo dicunt, ea vero non accipiunt. Legentes & nullo modo intelligentes, impietatisque paganae, & caecitatis Iudaeae consortes se potius quam Christianae salutis participes demonstrantes.

Sunt alij dicentes *μετ' υμῶν*, id est, filium intra re in patrem, & vt vas in vase inesse, ignorantes quid asserant, cum Saluator non dixerit filium in patrem intrare, sed aequalitatis causam in diuinitate & potentia docuerit, non introitum aut continentiam, vt illi aestimant, impartitam. Et separant se a catholica ecclesia, propter illos suos Pseudopphetas infaniunt, id sentientes, & non intelligentes, quod qualis immensus est pater, talis est & filius, talis est & spiritus sanctus, equalis in omnibus, ita vt sit immobilitas Trinitas, immensa, & omnipotens, atque sempiterna vbi que, quae nobis nuntiatur ex sanctis scripturis aperitissime, vt & sint tres personae viuente in perpetuum, & aequales in omni maiestate, & potentia: filius tamen & spiritus sanctus de patre sint proprie.

Post istos alij recedentes ab iis dixerunt familia, addunt etiam Melchisedech sacerdotem virtutem dei magnam esse, & nomina quaedam diuina hominum adferunt a fide catholica dissonantes.

Alij autem Noetiani infensati, cuiusdam nomine Noetiani: qui dicebat patrem omnipotentem ipsum esse Christum, & ipsum natum, & ipsum passum, & ipsum mortuum fuisse in corpore: hic etiam dicebat se Moysen esse, & fratrem suum Heliam prophetam.

Sabellius post istum de Lybia discipulus eius, similitudinem sui doctoris itidem secutus est & errorem, vnde, & Sabelliani postea sunt appellati, qui & Patripassiani, & Praxiani, a Praxeae, & Hermogene, qui fuerunt in Africa, qui & ita sentientes abieci sunt ab ecclesia catholica.

Quae est haec vanitas Galatarum, Seleuci & Hermiae hereticorum? qui cum volunt deum esse corporeum, hylen etiam, id est, materiam mundi coeternam esse cum deo asserunt, & materiam quidem elementorum, quae est sine anima, irrationalis scilicet, quae facta est a deo patre per filium ex nihilo, vt possit esse quae ante non erat, non ita accipiunt: Spiritum autem hominis, id est, animam

Priscilla & Semicorum.

Theodotus apostata.

Haeresis de patris & filij substantia.

Immobilis.

De Melchisedech.

Disti etiam Patripassiani.

Hermogeniani ab Hermogene.

non factum à deo per filium, sed de terra esse aiunt: malum autem aliquando à deo, aliquando esse à materia adserunt. Saluatorem autem in carne negant sedere ad dexteram patris, sed expoliasse carnem, & posuisse in solem estimant: quia dixit Propheta, cum nesciant quid dixerit: In sole posuit tabernaculum suum. Paradisum visibilem affirmant ex Platone, & isti vanitatibus seruientes, & animas hominum de igne & spiritu esse estimantes, isto baptismo non videntur, propter verbum hoc, quod dixit Ioannes baptista: Ipse vos baptizabit in spiritu & igne. Isti Angelos dicunt creatores esse animarum nostrarum, non Christum saluatorem: Mundam autem istum infernum esse adserunt, & resurrectionem in filiorum procreatione hanc esse predicant, quae fit in humano genere quotidie, non illam immortalitatis futuram atque gloriosam annuntiant expectantes.

Prodianitae
Alij sunt discipuli horum, qui Prodianitae appellantur, & Hermiotitae, addunt etiam diuersos errores, docentes: quod in Ezechiele propheta scriptum est de quatuor animalibus, leonem regem esse pastorem, vitulum Aegyptiorum, aquilam Romanorum, hominem vero pissimorum tenere similitudinem arbitrantur. Hic Sapienciae libro videntur Sirach illius, qui scripsit post Solomonem, id est, post multa tempora, librum vnum Sapienciae. Christum autem in carne venisse negantes, resurrectionem & iudicium non sperantes, de virgine natum eum non credentes, qui in locis Galatie commorantur, & ut vulpes latitantes plurimos depradantur, sicut Solomon testatur est dices: Prendite nobis vulpes minimas, exterminantes vineam domini saluatoris.

Floriani, sive Carpocratiani.
FLoriani etiam, sive Carpocratiani dicuntur, qui & Milites vocantur, quia de militaribus fuerunt negantes iudicium atque resurrectionem, Christum natum de virgine non credentes, omnemque resurrectionem in filiorum procreatione, nefandi carnis aestimantes consistere, ut in Ecclesia sua post occasum solis lucernis extinctis misceri cum mulierculis non dubitauerint, legis praecipuum implere putantes: Nascimini & multiplicamini. Iudaismo potius & Paganitati parere nefandae, quam Christianae veritati acquiescere properantes, pecudumque potius vitam & amentiam detinentes, quos & scriptura vitae pecudum comparauit.

De Paschae festo, heresis.
Sunt & qui de die Paschae saluberrima ambigunt, adserentes quartadecima luna celebrandum esse Pascha, non sicut ecclesia catholica celebrat, & mense Martio semper celebrandum adserunt: & cum hoc faciunt, diem non dominicam semper custodiunt Paschae, non computantes horas & dies, sed secunda, aut tertia, aut quarta, aut quinta, aut sexta die celebrant, & ex hoc errore non cognoscunt diem Paschae domini nostri veram, & salubrem vnam orbi terrarum statutam, & confirmatam à domino cursu numerali luna mensibus & embolismis, & cum haec non computant, ignorant quid celebrant.

Chilionitae.
Alia est heresis Chilionitarum, id est, mille annorum, quae docet ita: Cum venerit Christus de caelo, mille anni illi erunt iterum nobis carnaliter ad viuendum, generandum, & manducandum, sicut fit nunc in hoc seculo quotidie, ignorantes es-

Mat. 22.
Rom. 14.
Mar. 1.
Mundus infernus.
Hermiotitae.
Eccl. 1. 10.
Sapientia liber 5. rath.
Gen. 2.
Milites heretici.
Promisseni concubitus.
Gen. 1. 8. 9.
Dies dominicus Paschae.

cam caelestem, id est immortalitatis illud praemium affuturum, non hoc caducum & transiens, cum dominus in Euangelio Iudaeis quibusdam hoc suspicantibus: Nescitis, inquit, scripturas, & virtutem earum ignoratis: nam in die iudicij non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli. Et iterum Apostolus dicit: Non est regnum dei etica & potus, sed iusticia, pax, & gaudium in spiritu domini sempiternum.

Hereticis, Euangelium Ioannis & Apocalypsim ipsius resiciens.
Post hos sunt heretici, qui Euangelium secundum Ioannem, & Apocalypsim ipsius non accipiunt, & cum non intelligant virtutem scripturae, nec desiderant discere, in haereticis permanentes percutunt, ut etiam Cherinthi illius heretici esse audeat dicere, & Apocalypsim itidem, non beati Ioannis Euangelistae & Apostoli, sed Cherinthi heretici qui tunc ab Apostolis beatis hereticus manifestatus, abiectus est ab ecclesia.

Manichaei
MAnichaei post hos de Perfide à Mane homine, siue Turbone ita dicto surrexerunt, fomenta de illis pernitiosa sumetes prioribus, qui duos deos, vnum bonum, & vnum malum esse adserentes, & pugnam inter Deum & Dominum esse predicantes, & hominis quidem animam de deo esse proprie putantes, corpus autem à diabolo factum arbitrantur. Resurrectionem negantes, iudicium non sperantes, daemonia colentes, elementa adorantes, deorum deorumque nomina, ut pagani, inuocantes, & masculos foeminas quaedam esse dicentes, & vtriusque naturae participes, & nefandae turpitudini seruientes, qui ab Archelao sancto Episcopo in disputatione superati, abiecti, atque notati, manifestati sunt vniuersis in illo tempore, & ut latrones iam sub figura confessionis Christianae multorum animas mendacio, ac pecudiarum turpitudine non desinunt captiuare, qui & in Hispania, & quinque prouinciis Iudaeae dicuntur, multosque hac quotidie fallacia captiuare.

Patriciani.
Patriciani à Patricio quodam, qui fuit Romae, dicti sunt. Hic carnem hominis non à deo factam asserunt, sed à diabolo arbitrantur. Hanc etiam comendandam, & modis omnibus abijciendam decernunt, ut etiam vltro quidam de eis sibi mortem inferre non dubitauerint.

Symmachiani.
Symmachiani discipuli istius, eadem sentientes in omnibus, non sperantes iudicium, vitii seculi ritibus & carnalibus concupiscentiis praedicant seruendum.

Paulus samosatensis
Paulus quidam fuit Sambatensis post hos in Syria, qui verbum dei, id est, Christum deum dei filium substantiuum, ac personalem, & sempiternum esse cum patre denegabat: prolatiuum autem, id est, quasi aera quendam dicebat, non tamen personam vitam filij sempiternam cum sempiterno patre credendam docebat. Hic Christum hominem iustum, non deum verum praedicabat, iudaizans potius, qui & circumcisionem docebat, vnde & Zenobiam quandam reginam in oriente tunc temporis ipse docuit iudaizare.

Photinus.
Photinus doctrinam eius secutus, in omnibus similiter praedicabat, inque hoc mendatio perseverans

Mat. 22.
Rom. 14.
Cherintho Euangelium Ioannis & Apocalypsim ipsius adscribitur.
Turbo ex Mani.
Archelao episcopo.
Patricium.
Zenobium docuit Paulus Sambatensis.

uerans, proiectus est de ecclesia Sirmiensium ciuitatis, à sanctis Episcopis superatus.

Ariani.
ARiani ab Ario presbytero Alexandriae ciuitatis, qui sub Alexandro Episcopo bonae memoriae fuit, & Constantino sancto imperatore, dicens filium dei deo similem: nominetenus, similem autem dicens, & non dei ipsius patris diuinam credendo substantiam, haeresim periculosam incurrit: nam & creatura similis deo dicitur, cum dicat scriptura: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Non tamen est homo, aut angelus, de deo proprie ac naturaliter, id est, de diuina illa substantia patris inenarranda, & sempiterna genitus, ut vnicus filius, qui genitus est de patre proprie sempiternus, sed homo & angelus facti sunt ex nihilo: Filius autem cum sit verus, oportet de diuina illa substantia patris genitus cognoscatur: Verus enim deus alio modo esse non potest filius vnicus, nisi sit de patris illa diuina substantia proprie genitus. Sempiterna similitudo itaque filij & secundum opera, quia sicut facit pater, & filius similiter facit omnia, & dei ipsius est qualitatis diuina substantia genitus, quia de ipso natus est proprie sempiternus, non factus ex nihilo ut homo, & angelus, aut creatura aliqua est.

Semiariani.
Semiariani sunt quoque, 31 de patre & filio bene sentiunt, vnam qualitatis substantiam, vnam diuinitatem esse credentes: spiritum autem non de diuina substantia, nec deum verum, sed factum atque creatum spiritum praedicantes, ut eum coniungant & comparent creaturam: cum Christus dominus patri & sibi in fide baptismi salutis aeternae coniunxerit, eumque cum patre & filio cunctis credentibus adorandum iusserit, omnique seculo eum verum praedicandum statuerit. Non intelligentes, quod Euangelista cum dicit: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, non de spiritu sancto dicit, quasi factum spiritum per filium: nam propheta trinitatem omnia fecisse visibilia & invisibilia definit, dicens: Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. In omni itaque creatura, quae facta est per spiritum, non aliquid praetermisit quod non per eum factum sit, alioqui in fide seruus cum domino non iungeretur, si esset creatura diuina & sanctus spiritus. Cuius causa omnis scriptura, & dominus concedi omnia peccata hominibus praeter blasphemiam diuini & adorandi spiritus caelesti essentia, pronuntiauerit.

Eunomiani.
Eunomiani post hos ab Eunomio discipulo Arij in omnibus inimici verae fidei aiunt tres esse diuersas qualitatis substantias ut auri, argenti & eris: & patrem quidem fecisse filium, & iterum filium, qui sit creatura, fecisse spiritum: & adserunt filium non patri esse similem, quia creatura est: neque spiritum filio similem, quia à filio factus est, magis impietati paganorum, & iniquitati iudaicae consentientes apertissime, quam christianae doctrinae, ac fidei catholicae parere volentes.

Hereticis animam veram Christum non habuisse.
Alij sunt, qui circa incorporationem aberrant, dicentes non animam veram hominis rationalem accepisse Saluatorem, sed corpus solum hominis, & cum subtrahunt animam à corpore, veram denegant hominum salubritatem. Quomodo itaque potest dici anima, quae non sumpta est à Saluatore: cum Saluator dicat: Tristis est anima mea usque ad mortem. Alio-

quin anima dici non potuit, nisi esset in eo cuius causa aduenerat: Itaque haec vtrique in comparatione Saluatoris, id est, corpus erat & anima, quae pro nostra salute dignatus est sumere. Scire nos conuenit, quod & animam veram hominis habuit, intellectum habentem, & corpus hominis sensum carnalem itidem, ut & dolere possit corpore, & emori. Tamen de sancto spiritu facta haec cognoscitur caro, & creata anima scilicet, sicut scriptum est in Euangelio: Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit te. Et quod animam veram habuit, dicens: Animam meam pro vobis pono. Et de carne passibili ad Thomam: Quod spiritus non habet ossa & carnem, sicut me videtis. Et Apostolus Petrus de Saluatore testatus est, dicens: Huius anima non derelicta est in inferno, nec caro eius vidit corruptionem. Ex quo autem incarnatus est, & homo nostrae causa salutis, & deus verus creditur, cognoscitur, colitur, & in ecclesia catholica praedicatur.

Tropitae.
TRopitae sunt, qui dicunt conuersum verbum in carnem, non intelligentes quod ait Apostolus Ioannes: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: Non attendentes, quod verbum est immutabile, & inconvertibile, id est, deus dei filius: Caro autem quam accepit pro nostra salute, ipse eam formando adsumpsit, & induit nostrae causa incapacitatis. Ad eum videndum itaque res istae in vnum coniunctae pro nostra salute, non mutationem verbi in carnem, sed assumptionem magis rei visibilis declarabant, ut inuisibilis per visibilem carnem videri possit, credi atque cognosci, & ab humano genere capaciter adorari.

Hereticis de passione Christi.

Sunt etiam heretici, qui circa passionem aberrant, dicentes: quod in passione dimiserit deus noster Christum carnem, & sic ascenderit in caelum, ut non sit iam in carne diuinitas: neque enim post passionem resurrexit in carne, neque cum carne ascendit, inquit, in caelum, cum salus omnis hominum in passione carnis ipsius, & resurrectione, & ascensione in caelum consistat, sine cunctatione nobis & credentibus vniuersis: cum & Apostolis angeli dixerint pro nostra fide ac laetitia, in actibus Apostolorum: Quod sicut vidistis eum ascendentem in caelum, sic eum iterum sperate venturum de caelo.

Aerij.
Aerij, ab Aetio quodam sic appellati sunt, qui abstinentis vacat, & in prouincia Pamphilia quam plurimi commorantur, qui & Eneclitae dicuntur, id est, abstinentes. Hi non possident aliquid, etiam abominantur, quas deus cum benedictione humano generi tribuit, damnant etiam de lege nuptias, non à deo institutas adserentes.

Borboriani.
Alia est heresis Borborianorum, qui vitii implicati seculi, & malis concupiscentiis seruientes, non sperant iudicium futurum, sed potius carnalem seculi concupiscentiam laudant. Hic itaque in caelum euntes, & inde obliti de caeno facies & membra sua deformantes, eadem re cunctis velut culpam dei creaturam demonstrantes: cum illa vorago culpatorum & vitiatorum pernitiosa damnatio ex hominum voluntate, non legis diuinae promissione descenderit.

A
B
C
D
E

Artotyritæ.
Artotyritæ sunt nomine, ex re ipsa imposito, in Galatia, qui panem & caseum offerunt, nõ illud quo ecclesia catholica & apostolica celebrat offerendo.

Ascodrogitæ.
Alij sunt Ascodrogitæ in Galatia, qui vitem inflatum ponunt & cooperiunt in sua ecclesia, & circumcumeunt eum infantes potibus, & bacchantes, sicut Pagani Libero patri, infans mentibus more gètilium furentes, & non intelligentes, quod ait Saluator: vtres novos fumendos, inque eos nouum vinum mittendum, non in veteres. Et cum cum suis cæcitatibus properant inferuire, alieni modis omnibus christianæ salutis reperiuntur, cum Apostolus deiciat iustificacionem illam iudaicam, carnalemque vanitatem: Christi autem veram & plenam confirmet scientiam dicens: Verera transferunt, & ecce noua omnia per Christum facta sunt. De lege enim & umbra dicebat dominus, & de suæ gratiæ plenitudine: Duorumque hominum, quod ait Apostolus: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Quod enim erat per umbram, & quod erat futurum in domini præsentia maius & melius, hoc nuntiabat docendo, ac rebus testantibus confirmando.

Passalorinchitarum hæresis.
Alij sunt Passalorinchitæ, qui digitum imponentes in nares, & ora sua, & in labia, quasi silentium semper exercent, non rei aliæ nisi taciturnitati, quasi studium commodantes. Hoc autem facientes quasi prophetas cupiunt imitari, quia ait David propheta: Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. Et quia ieiuniis beati prophetæ vacantes silentium sæpius commodabant, inde vsurpantes isti æstiment obseruandum, Pythagoricam vanitatem potius quam prophetarum cælestem vitam, & sapienciam sequi properantes.

Aquarij.
Aquarij sic dicti sunt, qui in sacramentis cælestibus offerunt tantum aquam, non illud quod ecclesia catholica & apostolica facere consuevit.
Sunt nonnulli, qui prophetas quotidie adferunt, & prophetas fieri prædicant, ignorantes legem & prophetas vsque ad Ioannem fuisse Baptistam, sinemque legis & prophetarum in Christi præsentia cõpletum, atque consummatum.

Coluthiani.
Coluthiani, à Colutho quodam ita dicti sunt in Ægypto, qui dicunt dominum malorum nõ esse factorem. Contrà autem alter quidam opponebat dicens: dominum malorum esse factorem, qui & ipse est hæreticus pariter, & cum vtrique contentione ferrentur inani, nescierunt potentiam rationis. Scriptura enim deum facere bona, & nihilominus & mala facere prædicauit, cum dicat propheta: Ego sum dominus qui facio pacem, & creo mala: Et alter propheta: Si est, inquit, malitia in ciuitate, quam deus non fecit. Sed mala ista non natura esse dixit scriptura à deo facta, sed causis existentibus hominum, scilicet in lege peccantium domino, quæ sunt tentationes persecutionis diuersæque angustia, quæ deo permittente insurgunt peccantibus, sicut scriptum est: Quis dedit Israël in direptionem, nõne dominus cui peccauerunt, & noluerunt in viis eius ambulare? Non autem fecisse malam

Malorum autor quo modo Dem.

Gen. 1.

deum naturam, dicit scriptura alicubi: Ecce enim omnia valde erant bona, quæ fecit deus, in libro Genesios, id est, creaturæ mundi. Et alibi propheta dicit: Quoniam deus malum non fecit, neque delectatur in perditione viuorum. Quia ergo non causa dei creantis est mala naturaliter, sed hominum voluntatis, quæ obnoxia legi dei vrgetur, & coërtione constringitur, conuersionis causa à domino hæc inferuntur hominibus quotidie. Cum ergo hæc dicuntur, quomodo dicta sunt ignorantur: quæ enim purantur hominibus in coërtione mala, hæc eruditionis & utilitatis sunt plena, quæ hominum voluntas peruersa pati meretur, cum dicat Apostolus: Nunquid iniustus deus qui infert iram suam hominibus? Non tamen sine utilitate & emolumento futuro hæc cuncta humano generi fieri permittuntur: iustus enim in tribulatione sustinendo fidelior & iustior comprobatur, peccator autem aut peccare desinet emendatus, aut perseuerans de mundo tollitur, ne in corpore constitutus amplius delinquere videatur. Ergo aut emendatus cum superest adhuc in corpore, bonum iam opus facere non retardabit, aut mens coërtetur vt desinat à peccato, quod ait Apostolus: Qui mortuus est, iustificatus est à peccato.

De mundo, hæresis.
Alia autem est hæresis, quæ dicit mūdum non mutari, sed in eodẽ statu semper manere, etiam post domini nostri Christi de cælis præsentiam, cum ipse dicat: Omnia transibunt & mutabuntur. Hoc autem non intelligunt mutationis causa clemetorum dictum fuisse à domino, vt his mutatis noua creatura reformetur, quod & David docet: Ipsi peribunt, tu autem ipse es in æternum. Et dominus: Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Et: Ego facio nouum cælum & nouam terram, dicit dominus. Restauranda potius ergo non pereunda annuntiat elementa, & quamuis impossibile deo non est, vt qui fecit ex nihilo omnia, vt iterum delere possit omnia, quod ait beatissimus Iob: Si autem destruxerit vniuersa, quis ei dicet, quid fecisti? Ergo si ita senseris, omnipotentiam domini Christi cognosces, sin ea restauranda quis æstimat, sequenter intelliget: nam et si pereunda semina scriptura demonstrat, id est, ipsum mundum ad nihilum deuenire posse, tamen quia quod fecit non deperit: fecit enim vt ait Solomon, ex nihilo omnia vt possent esse quæ non erant & in resurrectione hominum non pereunda semina sed ad gloriam maiorem venientia demonstrat vt ait Apostolus: Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. Et ipse iterum Apostolus: Expectatio enim creaturæ reuelacionem filiorum dei expectat: vanitati enim creatura subdita est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe futuræ gloriæ dignitatis. Propter quod & ipsa creatura, inquit, liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Ostendens itaque à gloria ad gloriam processura elementa, id est, homines cum hac ipsa visibili creatura, cum dicit Dominus: Sol tunc septemplex lucet. Transientia ergo erunt elementa ad maiorem iam gloriam, inque ea permanenda cum hominibus, quamuis & ad nihilum possit adducere, qui fecit omnia Dominus. Sed in hoc est eminens Christi maiestas & potentia, quod ad gloriam eadem maiorem elementa transire permittit: Nam & Apostolus elementa hæc liquescere, & ad nihilum venire nuntiat pariter & prophetat.

Tob. 4.

psal. 101.

Exo. 3. Esaias ambulabat nudis pedibus.

Luc. 11.

2. Cor. 11.

Act. 3. Iob. 14.

Montani- ste dicti Donatiani

Excalceati.
Excalceatorum est hæresis, quæ excalceatos ambulare debere homines adferit, quod sub Mose, inquit, dictum est: Solue calceamenta tua. Et quod Esaias ita ambulauerit tribus annis, quæ magis humana, ac vanæ superstitionis sunt, non traditionis sanctorum, ac domini nostri Iesu Christi iustitias, & imperij, eiusque potestatis.

Novatiani.
Novatiani surrexerunt post persecutionem postremam à Nouato quodam, qui sicut Ecclesia Catholica credebant antea vetus Testamentum, & nouum accipiētes, in persecutione autem, quia lapsi sunt multi fideles, & in penitentiam suscepti sunt à Catholica Ecclesia, irati, immo potius præsumptione ducti ac superbia, vanam doctrinam conati sunt seminare, separātes se ab Ecclesia Catholica, atque à Christi bonitate ac misericordia dissonantes, arque dicentes, Non esse fideli post baptismum locum aliquem penitentia: Ignorantes quod per prophetam clamat: Viuo ego dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris, sed magis vt reuertatur & viuat. Si ergo dixerint de his qui baptizandi sunt dixisse scripturam, non tamen fidelibus, audiant Saluatorem post baptismum aquæ dicentem de baptismo alio penitentia, scilicet passionis ita: Baptismo habeo, inquit, baptizari, & quam festino si scieris. Ostendens vtrique nobis post baptismum quem per aquam ante dederat, aliud etiam passionis penitentia humano generi ab ipsius bonitate, & clementia labentibus concedendum, atque ab eodem Domino tribuendum. Quod Apostoli intelligētes de passione eius saluberrima, post illam primam gratiam humano generi etiam hoc cum contulisse prædicabant: Vt prouisor enim & omnipotens, peccanti bus cõcedit per penitentiam, vt qui lapsus est, surgens ac pugnans iterum, atque perseuerans speret se posse à domino desiderandam victoriam adipisci: In Christo enim & eius clementia, & iustitia, bonitas, & propter peccantes & penitentes abundat quotidie, vt Paulus testatur de illis est, qui peccati causa non egerant penitentiam, vt dixit in sua Epistola: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et rursum: Ne veniam ad vos, & iterum me humiliet Dominus propter quosdam qui nõ egerunt penitentiam. Et Petrus Apostolus mago Simoni dixerat: Age penitentiam, si quo modo dimittatur tibi quod fecisti. Et Paulus quem abiecerat cum suscipi post tempus iterum iubet. Amissionem itaque dignitatis possit perpeti tales, non detrimētū salutis, vt ait dominus: Multæ mansiones sunt apud patrem meum.

Montanistæ.
Montanistæ sunt, qui rebaptizāt si quos seduxerint homines, & supra baptismum Ecclesie Catholice aliud suum baptismum infantes promittunt, qui & Donatiani dicuntur, à quodam Donato in Africa constituto, qui hanc hæresim seminavit, qui & Parmeniani nunc appellantur à Parmenione quodam, qui eorum nuper successit erroribus atque falsitati.

Abstinentes.
Sunt in Gallis, & in Hispanis, & Aquitania, veluti abstinentes, qui & Gnosticorum & Manicheorum particulā perniciosissimam æque sequuntur, eandemque non dubitant prædicare, separātes persuasionibus coniugia hominū, & escarum abstinentiam.

Tom. 5.

tiam promittentes, quæ non ex legis præcepto, sed promotionis cælestis, & dignitatis causa voluntari hominū talis à Christo cõcessa est gratia. Dicit enim dominus Petro: Nõ omnes capiunt hoc verbum. Et iterum idem dominus ait: Qui dimiserit uxorem suam sine causa criminis, facit eam mœchari. Aliud est itaque consensu communi hoc fieri laudis causa maioris consequendæ à domino, & aliud contra legem suadere, contraque amborum facere voluntatem. Et iterum: Qui non manducat, manducantem non spernat & qui manducat, non manducantem non iudicat. Quod ex voluntate est itaque, laudis est amplioris, immo potius mercedis cælestis est desiderium: quod autē extra legem est, non à deo Christo est traditum, sed inani hominū præsumptione, & errore inuentum. Scriptum est enim de vobis omnia edere sicut fœnum. Hoc autem ideo faciunt, vt escas paulatim spernentes, dicāt eas non esse bonas, & ita non à deo hominibus esca causa fuisse concessas, sed à Diabolo factas vt adferant, ita sentiunt. Inque hoc iam creaturam non à deo creatā, sed à Diabolo eam factam prædicare nituntur, perque hoc mendacium multorum animas captiuarunt.

Circuitoires.
In Africa sunt qui Circuitoires dicuntur, hi circueunt terras, & quos inueniunt in via cogūt eos vt interficiantur ab illis: dicentes se desiderare pati martyrium, & sub causa hac multi latrocinantur interdum. Quidam autē ex iis velut Biothanati moriuntur, sese dātes ad præcipitium, diuersumque subeunt calamitatis interitum: qui cū sine causa perire ita properāt, honeste mortis sustinēt detrimenta, & iudicio dei futuro se potius implicāt, quā solūūt.

Hæresis de cibo & spiritu sancto.
Nec defunt, qui cum hominibus non sumunt escas, præsumptione ducti inani, putantes se melius quid facere: quia & prophetæ hoc, inquit faciebant, ignorantes diuersam œconomiam Christi domini esse statuta hominibus. Hi de patre & filio bene sentiunt, de spiritu autē non recte accipiūt, creatum credētes esse & factum sanctum spiritum, non deum, sicut scripturæ nuntiant, & Ecclesia Catholica prædicat.

Hæresis alia de Pascha.
Alia est hæresis: quæ adferit cum Iudæis debere fieri Pascha. Isti in Galatia, & Syria, & Phrygia commorantur, & Ierosolymis, & cum Iudeos sequantur, simili cum eis errore deperunt. Inque hoc & suum Iudæi confirmant mendacium, cum peruidet quosdā Christianos indoctos legis eorū magis sequi vanitatem, quā regulā Catholice veritatis, & nihilominus illi cum istos concelebrant vt consortes Iudæorum criminis & sceleris manifestantur, atque ab omnibus dignoscuntur.

Apocrypha.
Hæresis est etiam quæ Apocrypha, id est, secreta dicitur, quæ solū prophetas, & Apostolos accipit nõ scripturas Canonicas, id est, Legē & prophetas, vetus scilicet & nouū Testamentū. Et cum volunt solum illa Apocrypha legere studiose, contra scripturis Canonicis sentiunt, atque paulatim dogmatizāt cõtra eos, dantes sententias contra legē & prophetas, cõtraque dispositiones beatissimorū Apost. consulta ponētes, è quibus sunt maxime Manichæi, Gnostici, Nicolaitæ, Valentiniani, & alij quam plurimi, qui apocrypha prophetarū & Apostolorū, i.

Mat. 19.

Continentia laudabilis.

De circuectionibus.

BB b

Quæ de beatis in Ecclesia legi.

Apocrypha à quibus post sunt legi.

Andreas acta.

Ioannis acta. Petri acta. Pauli acta.

Epistola ad Laodiceenses.

Heb. 1.

Actus separatos habentes, Canonicas legere scripturas contemnunt. Propter quod statutum est ab Apostolis, & eorum successoribus, non aliud legi in Ecclesia debere catholica, nisi legem, & prophetas, & euangelia, & Actus Apostolorum, & Pauli tredecim Epistolas, & septem alias, Petri duas, Ioannis tres, Iudæ vnâ, & Iacobi vnâ, quæ septem Actibus Apostolorum coniunctæ sunt. Scripturæ autem absconditæ, id est, apocrypha, & si legi debent morû causa à perfectis, non ab omnibus legi debent, qui non intelligentes multa addiderunt & tulerunt, quæ voluerunt hæretici: Nam Manichæi, apocrypha beati Andree Apostoli, id est Actus, quos fecit veniens de Ponto in Græciam, quos conscripserunt tunc discipuli sequentes Apostolum: Vnde & habent Manichæi, & alij tales Andree beati, & Ioannis Actus Euangeliste, beati & Petri similiter Apostoli, & Pauli pariter Apostoli, in quibus, quia signa fecerunt magna, & prodigia, vt & pecudes, & canes, & bestię loquerentur, etiam & animas hominum tales, velut canum & pecudum similes impulerunt esse hæretici perditii.

Hæresis quorundam de epistola Pauli ad Hebræos.

Vnt alij quoque, qui Epistolâ Pauli ad Hebræos non adserunt esse ipsius, sed dicunt aut Barnabæ, esse Apostoli, aut Clementis de vrbe Roma Episcopi. Alij autem Luca Euangelistæ aiunt Epistolam eam ad Laodicenses scriptam. Et quia addiderunt in ea quædam non bene sentientes, inde non legitur in ecclesia, & si legitur à quibusdam, non tamen in ecclesia legitur populo, nisi tredecim Epistolæ ipsius, & ad Hebræos interdum. Et in ea quia rhetorice scripsit, sermone plausibili, inde non putant esse eiusdē Apostoli. Et quia & factum Christum dicit in ea, inde non legitur. De pœnitentia autem propter Noatianos æque. Cum ergo factum dicit Christum, corpore non diuinitate dicit factum, cum doceat ibidem quod diuinæ sit & paternæ substantiæ filius, qui est splendor gloriæ, inquit & imago substantiæ eius. Pœnitentiam etiam non excludit docendo, sed diuersum gradum dignitatis ostendit inter hunc qui integrum custodiuit, & illum qui peccauit. Dignitatis est igitur detrimentum in eo qui peccauit, non damnum salutis. Nam si fortiter quis pugnauerit per martyriū, recipiet pristinam dignitatem aut si condigne in hoc seculo vixerit, impetrat quod desiderat adipisci. Nam in ipsa epistola rebaptizatores excludit, non baptismum pœnitentiæ abnegat. Conferendum quod interdum in multis fructuosum inueniatur pœnitentibus, quod postea fide, vita, bono opere, & in hoc seculo à domino collaudati sunt persecrantes iam in rebus bonis & operibus fructuosos, quod dominus dixerat per prophetam: Nō ero memor malorum eius, sed bonorum potius si iam in bonis permanferint operibus.

Melitanus.

Melitanus sunt à Melitio quodam in Ægypto, qui de parte fuerat Arriana, & abiectus est ab Ecclesia catholica, qui postea quasi verum sequendo susceptus est, & discipuli eius cum eo pariter. At que iterum indifferenter post hæc agere cupientes, communicabant & hæreticis & Ecclesię catholicę, quorum cum cognouisset indifferentiā, exortes eos suæ communionis effectit Ecclesia Catholica.

Rhetorij.

Alij sunt in Ægypto & Alexandria à Rhetorio quodam qui omnes laudabat hæreses, dicens omnes bene sentire, & neminem errare ex eis, sed ambulare bene omnes illos, & malè eos non credere sentiebat. Si itaque omnes laudabat, quem vituperabat? Ergo non tenet quod verum est. Et Photinus ergo laudandus est hæreticus, qui Christum dominum negat esse ante secula cum patre. Et omnis hæresis, quæ blasphematur aut in patrem, aut in filium, aut in spiritum. Cur itaque blasphemos hæreticos laudat, cum eos Christus dominus ex hoc iam seculo damnauerit, dicens: non dimitti hominibus blasphemiam in spiritum sanctum blasphemantibus & persecrantes, neque hic, neque futuro? Propter quod constat & istum esse hæreticum, immò potius nihil scire, qui eos laudandos non vituperandos & abijciendos iudicauerit.

De diuinitate Christi, hæresis.

Lia est hæresis, quæ dicit diuinitatem doluisse, cum caro pareretur in cruce coniuncta diuinitati: errans in eo quod non solum diuinitas pati nō potest naturaliter, nec teneri, neque videri, verum etiam nec anima hominis, quæ à deo facta est, dicente domino: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed timere hunc potius, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Errant itaque modis omnibus, qui dicunt diuinitatem Christi esse naturam passibilem, & impie sentiūt aut doluisse, aut fleuisse, aut ingemuisse: passio enim Christi est carnalis, naturaliter non diuinitate dolente. Ideoque non cognoscebatur à Iudæis qui erat in carne passibili loquendo, qui de lege & prophetis deus verus nuntiabatur, palamque in carne venturus prædicabatur dicente propheta: Deus palam veniet, Et iterum eodem propheta David: Dominus pars hereditatis meę, & calicis mei. Qui est enim calix, nisi eius passio? qui tantę bonitatis munus & clementiæ humano generi conferens, ab Iudæorum iniquissimo ignorabatur populo: Passus itaque est carne passibili, non diuinitate naturaliter impassibili, qui & agnoscitur, & creditur non absente tamen diuinitate, sed coniuncta cum corpore pariter propter mysterium confirmationis statutum ac definitum antea. Quod sciens Apostolus non separauit in cruce diuinitatem à carne: dicens: Si enim cognouissent, nunquā dominum maiestatis crucifixissent. Paulus itaque coniunxit vtrumque, vt Christi bonitatem & misericordiam nobis manifestaret plenissimam, Petrus autem Apostolus quod natura est passibile, & quod est impassibile docuit ex aperto, dicens: Mortuus quidē est corpore, viuificatus autem spiritu. Neque ergo caro à diuinitate, nec diuinitas à carne aberat, cum caro pareretur humana naturaliter, & in hoc ipsa permittere Christi diuinitate mysteriū nostrę causæ salutis consummatur à domino, vt plena deuictio fieret inimici, vt in quo videbatur vt homo pati, qui deus erat in carne, non sibi sed nobis iam vinceret inimicum, nobisque ante deuictis in sui passione, in eum credentibus vincendi potentiam aperiret, eumque sequentibus cœlestē gloriā ministraret. Nō ergo dei naturalis passio & dolor talis in diuinitate eius gignebatur, sicut quidā aestimāt, alioquin homo solū erat, non deus & homo, vt scriptū est, sed mysterium nostrę causæ salutis eterne cōsumabatur, quod ante fuerat nuntiatum à lege pariter & prophetis.

Hæresis

Hæresis triformem Deum faciens.

Mysteriū finitatis

Patrem minus finitatis quid sit.

Gen. 1.

Psal. 148

1. Cor. 12

Est hæresis quæ dicit veluti triformem deum esse & compositum, vt quædā pars patris, quædam filij, quædam spiritus sancti sit: atque ita credi debet adserit, & hoc dicens nescit, nec intelligit diuinæ scripturæ sententiam: Triformem enim quendam dicens substantiam, multo blasphematur maxime, ignorans quod alter est qui misit, alter qui missus est. Ergo est vera persona patris quæ misit filiū, & est vera persona filij quæ aduenit de patre, & est vera persona spiritus quæ à filio & patre missa est. Trium itaque harum personarum vna est veritas, maiestas, & substantiæ æqualitas, & diuinitas sempiterna. Qualis est enim immensa & incarranda patris persona, talis est & filij, talis est sancti spiritus: vt in distinctione nominum ac trium personarum non sit aliqua naturę diuersitas. Immensibilis est igitur hæc Trinitas, inuisibilis & incarrabilis, quæ fide solum cognoscitur: non tamen expositione humanę vocis, ac sensu mortali condigne exprimitur. Cum enim dicit mittere patrem filium, & filium mittere spiritum sanctum, personarum causa dicit, nō loci separatione disiunctos ostendit, propter Sabellium scilicet & Photinum hæreticos, qui condigne de deo intelligere noluerunt, dicente domino: Cui me similem fecistis dicit dominus, & cui similis ero? Sicut enim cœlum distat à terra, ita distant sensus vestri, & cogitationes, & consilia vestra à sensibus & cogitationibus meis, dicit dominus. Cum ergo dicit misisse patrem, emissum fuisse filium, personarum causa dicit, ne quis aut ipsum patrem, aut ipsum filium esse aestimet, quod ita sentiens delirat Sabellius: Et ne iterum missus filius de cœlo aestimetur non esse vbique in patre, dicit quidem se missum à patre: vbique tamen esse cum patre ostendit, dicens: Pater qui me misit, mecum est. Non ergo separationem loci dixit, cum omnia & ipse filius compleat, contineatque cum patre & sancto spiritu, sed vt patris veram personam, & filij talem qualis patris, & sancti spiritus, sicut filij verā credamus personam, harumque trium personarum vnā qualitatis substantiam, maiestatem & potentiam cognoscamus, hæc ita docere dignatus est, & in carne maxime constitutus, in qua & eius humilitas enituit seculo, & incarranda respicendū bonitas, & condescensio fragilitatis humanę in tam copiosa clementia ac liberalitate, vt generi manifestaretur humano, hæc ita dignatus est operari, atque loqui pro nostra salute, vt nos scire de deo, & capere & intelligere aliqua ex parte valeamus.

De cœlorum diuersitate.

De cœlorum diuersitate est hæresis quæ ambigat: Scriptura enim in primo die cœlum & terram facta declarat duo hæc elementa: Secundo firmamentum æquefactum, & nihilominus ipsum firmamentum cœlum appellatum fuisse testatur. Dauid autem dicit de cœlis ita: Laudate Dominū cœli cœlorū, & aque quę super cœlos sunt. Siue ergo sex cœlos, secundum Dauid, & septimum hoc firmamentum accipere quis voluerit, non errat: nam Solomō tres cœlos dicit, ita: cœlū, & cœlum cœli. Paulus eque Apostolus vsque ad tertium cœlū se raptū fateatur. Siue ergo septem quis acceperit, vt Dauid: siue tres, siue duos, nō errat: quia & Dominus ait: Pater qui in cœlis est. Nā & Pagani vnum cœlū, & cœlos profitentur interdum. Dauid ergo quod plenum est Tom. 5.

docuit. Solomon autem quod ex parte est, & beatus Paulus eque. Liber autē Genesios duos cœlos nobis nuntiauit.

Hæresis terram beatitudinis ignorans de reprobandis.

Lia est hæresis quæ de terra ambigit, dicens: Terra non hanc esse solam, & aliam non esse: Ignorans quod alia est, quę veluti matrix est omnium rerum, vniuersaque continet, quę quasi ἕλλα, id est, materia reperitur in scripturis, quæ est inuisibilis & incomposita, quæ à deo facta est in primo die. Hęc autem in qua habitamus super aquam fundata ostenditur, vt dixit Dauid: Qui fundasti terram super aquam. Nam matrix omnium rerum terra immensa est, illa prior quę in primo die facta est, quæ continet aquam, & hanc terram quę habitatur à nobis, quæ & humano generi & volatilibus, serpentibus pecudibus, ceterisque aliis fruges & fructus exhibet opulenter, iussa à Christo domino Salvatore, sicut scriptum est in libro Genesios creaturę seruire.

Hæresis aquam à deo factam esse negans.

Lia est hæresis quæ de aqua ambigit, quod non facta sit à deo, sed semper esse eam ex semetipsa adserit, ignorans quod si maius elementum factum est, id est terra, quanto magis & minus, id est aqua, quę cōtinetur à terra? dicente Propheta Iona: Ego seruus sum dei, qui fecit mare & aridam. Et Dauid idem dicit factam aquam à Domino. Et tres pueri itidem. Alia itaque est terra, quæ continet vniuersa, & alia est quæ super aquam fundata est: quippe ista quę habitatur à nobis, de qua ait Propheta: Qui fundasti terram super aquam. Non illā vti que primam: Hanc itaque renouari & purgari necesse est, quam & moueri sepe cognoscimus tremotū, de qua ait dominus: Ego faciam nouum cœlum, & nouam terram. Et iterum Dominus ait: cœlum & terram transire in Euangelio. Hęc terra itaque veluti de radicibus illius prioris cognoscitur habere substantiam, quę supra aquam subsistere iussa est, quę copiose humano generi exhibet alimenta.

Hæresis de imagine dei in corpore humano.

Hæresis est quoque, quæ dicit ante corpus fuisse hominis factum, non animam: & quod imago dei corpus sit, non anima hominis, & quod secundum prædestinationem dixerit ita arbitrat, cū dicat scriptura: Et fecit deus hominem, ad imaginem suā fecit eum, masculū & fœminā fecit eos. Ignorās propheta quid dixerit: Cū dicit enim faciamus, pro mittit facturum se, cumque dicit: fecit deus, iam opus factum demonstrat, & factam non carnem sed animā, quę rationalis est declarauit: Nā quod caro sine anima nō possit cloqui, nō est dubiū: ergo caro organū anime est rationalis. Masculū & fœminam cū primum dicit scriptura, non hic corporū sexum, sed animæ dominantis, & subiactis declarat indicium. Et quod non corpora sint ante facta iactantia, sicut quidam estiment imprudentes, non est ambiguum. cū caro Adæ, ac mulieris postea facta sit, nā septimo die dicit scriptura de Adā ita: Et accepit dominus terram de limo, & plasmauit hominem, quem fecit. Vides ergo quomodo factum hominem, id est animam ante ostendit rationabilem & immortalem esse creatam à domino, quę vti que imago dei est appellata: Terram autē de limo acceptam adiunctam animæ, id est, exteriorem hominem, corpus fragile die sequenti manifestauit plasmatum, ac immisso BB b ij

fopore in Adam, posteaque de costa eius accepisse dominum, & fecisse mulierem scriptura testatur ac pradicat: Et ut primum sit anima facta, id est, sexto die: die autem septimo corpus de terra plasmatum Adar: Sic de viri corpore, id est, de latere eius factam foeminam demonstraverit, non est ambiguum, & quid anima ante facta sit, caro autem postea plasmata, & sic postea inspiratione infusa dei, & spiritalis in fine collata sit gratia, ut sic iam capax homo legis diuine non impotens a domino monstraretur. Euidens est ratio veritatis, quod & beatus dicebat Dauid, factam animam primum, sic corpus plasmatum: Manus tuae, inquit domine fecerunt & plasmaverunt me. Ac sic postea fuisse infusum spiritum declaravit dicens: Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

psal. 118.

psal. 50.

Heresis de anima homini inspirata.

Alia est heresis, quae dicit inspirationem, animam esse, non inspirationem in animam datam fuisse, ignorans quod si inspiratio anima est, quomodo iudicare potest quod a deo est infusum proprie, cum non attendat, quod inspiratio diuini spiritus est quae dam gratia, & perfectio dignitatis, ut possit homo capax legis caelestis existere. Et quam habenti animam ad patri nostro data est inspiratio, non anima inspirata in eum sit, ostendit dominus in Euangelio: sicut ante enim in Adam inspirauerat ipse, ita postea Apostolus habebit animam post resurrectionem diuini spiritus maiorem gratiam inspirauit dicens: Accipite spiritum sanctum &c. Et non dixit, animam accipite, sed spiritum sanctum. Qui ergo inspirauit facta homini habenti animam. Adeo, ipse & postea inspirauit beatis Apostolis habentibus animam, ut cognoscant, quod per ipsum cuncta sunt, & sine ipso factum nihil sit. Nullius rationis est itaque ut velut quis estimaret inspirationem esse animam, cum facta cognoscatur anima, quae sub legis conditione posita iudicio obnoxia reperitur, de qua ait: Noli timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed hunc timere, qui potest corpus & animam perdere in gehennam. Inspiratio itaque, quae non est anima, sed gratia dignitatis de diuino spiritu a deo Christo perueniens omnibus quae habentes & custodientes adiectionem accipiunt gratiarum, & ut Apostoli, & prophetae & omnes iusti: iniusti autem negligentes ac contemnentes amittunt tantum meritum dignitatis, ut Saul ille, de quo dictum est: Recessit ab eo spiritus domini, & immundus spiritus fatigabat eum. Et quae in maligna animam non intrabit spiritus sapientiae, scriptura testatur.

1. Cor. 20.

Matth. 10.

1. Reg. 20.

Heresis de anima & intellectu hominis.

Anima creata post Angelos.

Alia est heresis, quae dicit hominis animam non factam a deo ita appellari animam, sed ante, inquit, intellectus vocabatur, & erat in caelo: postea autem, quia terrena desiderauit, discessisse eam de caelo, & ex eo eam animam nuncupatam arbitrantur: ignorantes quod in principio facta a deo, & creata post Angelos anima est appellata a domino, hocque nomen proprietatis accepit a deo, ut anima non intellectus vocaretur, dicente scriptura: Anima eius in bonis demorabitur. Et iterum: Quod non derelinques animam meam in inferno. Et iterum Conuertere anima mea in requiem tuam. Et iterum: Anima mea conturbata est valde. Et iterum: Ita desiderat anima mea ad te deus. Et iterum Benedictus dominus qui fecit animam meam. Illud itaque

Philosophorum inani sententia adserunt, quo dicitur diuina scriptura non ita predicat.

Gnosticismi & Manichaeorum heresis de serpentibus & auiibus.

Est heresis quae pecudes, & serpentes, & aues rationabiles arbitrantur esse ut homines, sicut Manichei, & Gnostici perdidit, & quidquid Poetae, & Philosophi Stoici suspicantur: ignorantes quod homo rationalis intellectum habeat animi de deo, id est, scire posse de deo & credere: Sensum autem habet corporis cum pecudibus, quippe & ceteris aliis similibus, quae sensum quidem corporis habere possunt, intellectum autem animi de deo habere: nullo modo possunt, aut animam immortalem ac rationabilem ut homo, qui imago est dei appellatus, dicente scriptura: Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: Et homo in honore cum esset non intellexit, comparatus est pecudibus insensatis, & similis factus est illis. Sensus itaque pecudum, auium, & serpentium nobiscum communis est corpore: Intellectus autem solummodo est hominum, id est, immortalis animae potentia de sancto in eam infusa spiritu, quae imago dei est appellata, quae a iis omnibus imperat, regit ac possidet vniuersa corpore, ut scriptum est, Dedit vobis omnia sub potestate, etc.

De falsis prophetis, heresis deo omnia mala ascribere.

Alia est heresis, quae dicit malos reges & pseudo prophetas non a sua venire, & fieri voluntate, sed a dei eos iussione emitti: ignorans quod non a deo illos fieri pseudoprophetas, aut malos reges scripturae adnuntiant, sed contra dei voluntatem, sua voluntate & inimici suggestionem sic eos aduenire: declarant, ut Iamnes & Mabres contra Moysen & Aarō sacerdotes dei sub Pharaone, sua venerant voluntate: cum dicat scriptura: Regnauerunt non per me, neque per spiritum meum, dicit dominus. Et de pseudopropheta ita, Haec dicit dominus: Non illos mittebam, & illi ibant in nomine meo prophetae. Propter quod etiam contra illos saepe mortis in hoc mundo condignam dominus decernit sententiam enuntiando. Non sunt itaque a deo pseudoprophetae missi, neque reges impij recedentes a domino, sed & si excitantur mali contra malos interdum dimittente domino, hoc gignitur ut malis mali confumantur: boni etenim sustinentes persecutionem, & iustitiam habentes apud dominum, reparationem magnam futuri expectant premij. Mali autem ideo a malis, non solum bonis interdum perimuntur, ut illorum iniquitas etiam in hoc seculo ex parte puniatur.

De terra motu, heresis.

Terramotum heresis quaedam non dei iussione & indignatione fieri, sed natura ipsa elemento rerum opinatur, cui ignorat quid dicat scriptura: Qui respicit, inquit, terram, & eam commouet terrae motu. Et iterum: Adhuc ego mouebo caelum & terram. Non attendentes dei potentiam, elementorum naturae adscribere audent potentiae motionem, ut quidam philosophi vani, qui rerum naturae hoc adscribentes, dei potentiam non cognouerunt. Quod etiam in huiusmodi rebus indignatio dei, & potentia operatur, & istam commouet creaturam, conuersionis causa & utilitatis: quippe multorum peccantium ac redeuntium ad dominum saluatorem atque creatorem.

Heresis Heremi Trismegisti de pecoribus & sideribus.

Alia est

Hermes Trimegisti

Iob 9.

Isa. 46.

Gen. 11.

Enigmati cognitio.

Alia est heresis, quae dicit nomen linguae de Iudeis primum processisse, alij de Paganis, cui vtrique hoc sentientes errore non paruo decepti sunt: Homo enim factus rationis particeps fuit: qui ergo loquebatur ratione, quomodo rationis erat alienus? Plus ergo & prius est rationis esse participem, & rationabilem dici, quam nomen speciale & locale habere alicuius linguae, atque ex nomine hominis possidere aliquid: ab Adam enim vsque ad Heber duomilia & septingenti anni transierunt. Erat ergo nomen linguae omnium hominum vnum, & vna lingua. Ex quo autem contra Dominum cogitauerunt, subtracta est illis scientia ista caelestis, id est, linguarum omnium prudentia & sapientia: Et Heber quidem sanctus, qui non discessit a deo secundum nomen ipsius, deus voluit genus eius pullulare amplius, hoc quoque nomine primum in seculo nuncupari, ut ab Heber, qui non consenserat aedificationi turris rebellanti, Hebraei nomine appellarentur. Prior itaque non solum Paganis, verum etiam & Iudeis, id est ante septingentos annos Heber fuisse cognoscitur iustissimus, qui in Dominum credens, & a conuersione sceleratorum hominum separatus, sui nominis primam hanc a Domino nuncupationem meruit impetrare. Vnde & Poetae vniuersam aedificationem illam ad sua mendacia tresferentes Gygantes docuerunt, Haloidas illos rebellantes ascendere voluisse in caelum per impositionem montium, atque inde eos fuisse damnatos. Quorum deliramenta non latuerunt amplius scientiam ac peritiam Christianam.

De variis linguis, heresis.

Est heresis alia quae de lingua & linguis ambigit: cum scriptura dicat & vnam linguam & linguas. Si ergo erat vna ante quia pauci erant, siue postea multae quia multi creuerant iam nati homines in seculo, non est ad hoc inutile hoc ita sentire: post quintamdecimam enim generationem ab Adam vsque ad Eber MM. DCC. anni sunt, sub quo confusio missa est linguarum, propter peccatum quod fecerant edificantes turrim & ciuitatem, & ut rebellantes a deo hoc passi sunt: habentes enim Angelicam gratiam, id est multarum linguarum scientiam, non agnoscere darentur tantae sapientiae dominum, contraque eum conantes progredi, perdidit gratiam, quam sine vilo labore diuinitus habebant concessam. Et quod sine studio ante donatum fuerat a domino naturaliter omnibus ut dei imagini, postea per studium atque doctrinam, obliuione immissa a domino, vix discere praeualebant non omnes, nec multas, sed vix paucas linguas, ita ut tres, quae, aut quatuor valeret ediscere, atque ipsidem vix eloqui. Tamen omnem scientiam linguarum, quam ante duomilia annorum, & septingentos annos offendentes amiserat homines, sub Apostolis rursum post ascensionem suam dominus per spiritum sanctum sine quodam labore credentibus coferebat, sicut scriptum est in actibus Apostolorum: Angelice enim virtutis est linguas scire omnium hominum: per fidem autem Christi sine labore linguarum omnium credentibus subministratur scientia sicut legitur docente diuino spiritu, Apostolos atque Gentes itidem credentes tunc temporis in Christum dominum Saluatorem, sine labore linguarum omnium donatam scientiam praedicasse, ut sub Petro & Paulo, & aliis factum est, cui docerent Gentes venisse spiritum dei a deo, & linguis multis eos potuisse eloqui, ut audientes homines mirarentur de Gensibus, quod tantarum linguarum & ipsi per fidem Christi scientiam haberent sine doctrina concessam.

Heresis de nomine linguae.

Tom. 5.

Alia est heresis, quae dicit nomen linguae de Iudeis primum processisse, alij de Paganis, cui vtrique hoc sentientes errore non paruo decepti sunt: Homo enim factus rationis particeps fuit: qui ergo loquebatur ratione, quomodo rationis erat alienus? Plus ergo & prius est rationis esse participem, & rationabilem dici, quam nomen speciale & locale habere alicuius linguae, atque ex nomine hominis possidere aliquid: ab Adam enim vsque ad Heber duomilia & septingenti anni transierunt. Erat ergo nomen linguae omnium hominum vnum, & vna lingua. Ex quo autem contra Dominum cogitauerunt, subtracta est illis scientia ista caelestis, id est, linguarum omnium prudentia & sapientia: Et Heber quidem sanctus, qui non discessit a deo secundum nomen ipsius, deus voluit genus eius pullulare amplius, hoc quoque nomine primum in seculo nuncupari, ut ab Heber, qui non consenserat aedificationi turris rebellanti, Hebraei nomine appellarentur. Prior itaque non solum Paganis, verum etiam & Iudeis, id est ante septingentos annos Heber fuisse cognoscitur iustissimus, qui in Dominum credens, & a conuersione sceleratorum hominum separatus, sui nominis primam hanc a Domino nuncupationem meruit impetrare. Vnde & Poetae vniuersam aedificationem illam ad sua mendacia tresferentes Gygantes docuerunt, Haloidas illos rebellantes ascendere voluisse in caelum per impositionem montium, atque inde eos fuisse damnatos. Quorum deliramenta non latuerunt amplius scientiam ac peritiam Christianam.

Heresis de annis Christi & tempore dubitans.

Alia est heresis de anno annuntiato ambigens, quod ait Propheta Esaias: Annuntiare annum dei acceptabilem & diei retributionis. Putant ergo quidam, quod ex quo venit Dominus vsque ad consummationem seculi, non plus nec minus fieri annorum numerum, nisi trecentorum sexaginta quinque, vsque ad Christi Domini iterum de caelo diuinam praesentiam. Quod contrarium inuenitur, si ita qui senserint: nam quadringentos iam plus annos transisse cognoscimus, ex quo venit Dominus, atque completos. Quomodo itaque hoc erit rationis de anno, sicut sentire voluerunt hoc itaque plurimi: Dominus enim quae in vno gessit & docuit, haec sola praecipit describi. Nam quae ante facta sunt ab eo ac dicta, primis triginta annis secundum beatum Ioanem, quae dicit mundum non capere posse, si vniuersa scriberentur, quae fecerat. Propheta itaque Esaias de anno illo dixit Saluatoris Domini, in quo dicit vsque ad passionem, & resurrectionem, & ascensionem in caelum, sicuti & beatissimi tradiderunt, non de trecentis sexaginta quinque annis, ut quidam arbitrantur, sed de anno illo post baptismum scilicet, in quo praedicans credentibus salutis mysteria referabat de Lege pariter & Prophetis, quae olim dicta sunt testando atque consummando.

De Gigantibus tempore Noe.

Alia est heresis quae de Gigantibus adserit: quod Angeli miscuerint se cum foeminis ante diluuium, & inde esse natos Gigantes suspicantur: cum Nembroth non a spiritu, id est, non ab Angelo, sed ab homine Chus, qui filius fuit Cham, inde natus sit postea, qui & in scriptura primus Gigas est appellatus, quod iste cepit esse venator, & fortis homo, ut & Gigas appellaretur in terra: inde dicturi sunt, inquit sicut Nembroth Gigas, ita fortis est, si qui ei similis in fortitudine postea videretur. Homines itaque

Gen. 11.

Heber non consensit aedificationi Turris Babel.

Isa. 18.

Ioan. 1.

Nembroth primus Gigas.

BB iij

fuerūt fortes & à iuuetute rapaces, vastatores, iaculātes, cursitantes, p̄dationi vācantes, inde veluti alieni non solum morum, verum etiam visu hominum: non solum etiam, vt contra naturā aliorū hominum tanta scelera perpetrantes nūcuparentur & Gigantes: Gigas enim per etymologiā, terrę m̄strum dicitur, ex duobus nominibus cōpositum, siue forma; siue vita, siue visu, siue fortitudine, siue mole membrorum: Nā vt scias Gigantes non alia natura, sed de hominib; fuisse progenie, editos, & ἄλλοις ἰδούς in Regnorum libris habes, quos forma grādi & mole membrorum diffusos, & ingenti fortitudinē de genere Gigantum Regnorum libri annuntiarunt, post duo milia & trecentos annos diluuij, sicut & illum Goliath, quem deiecit in pugna solus Dauid beatissimus rex & Propheta, cuius & aliorum talium carra, inquit, instructionem portabat armorum: Quia ergo bestiali morē à pueritia ad rapinam erant dediti huiusmodi homines, & veluti à natura hominum morumque alienos scriptura nuntiauit: Nā quod illi Angeli, qui de cælo deiecti sunt, non sint humanę naturę similes, non est dubium, nisi solum, quia nefanda & contraria, contraque legē suggerere, sicuti & nunc hominibus faciunt, p̄tequebant intrantes in homines, id est, suadentes, sicut Iudeis inimicus humani generis persuasit, contra deum, contraque sanctos prophetas talia scelera perpetrare, sicut scriptum est: Intrauit, inquit, Satanas in Iudam. Ita igitur & ante intrantes in mundi spiritus in animas hominum, ac scēinarum male persuasionis scelera in orbem terrarum diffuderāt. Si quis autem putauerit esse iustum, Angelos ita peccasse transformatos in carne, vt in ea remansisset, aut ita factos carnales crederet; violenta ratione decernit historiam, sicuti & Paganorum, & Poetarum mendacia adserunt deos deasque transformatos, nefanda coniugia commisisse. Quod si factum est aliquando, & nunc fieri non erit ambiguum: quod autem non factum est aliquando, nec modo fieri manifestum est. Gygas autem & in bono accipitur virtutis causa: Exultabit enim vt Gygas ad currendam viam, quod in Christi diuina presentia probatum ostenditur atque consummatum.

Gigas

Iob. 13.

Gen. 8.

psal. 18.

Gen. 1.

Testimonia scri. p̄ure de Trinitate.

Hæresis deo tribuens Paganitatem & omnia facinorā.
Alia est hæresis, quę dicit Paganitatem à deo institutā, non ab hominum malignitate, & suggestione inimici vitiorum causa, & facinorum gignendorum fuisse excogitatam. Quę ergo à deo instituta est, quomodo damnatur ab eodem deo? Nā quod ab origine mundi dei patris omnipotentis, & filij eius, & sancti spiritus scientia nuntiata sit, non est dubium: cum enim in libro Creaturę mundi, id est, in Genesi scriptum habeas: Et dixit deus, & fecit deus. Et iterum: Dixit deus: fiant luminaria. Et sexto die dixit deus: faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et fecit deus non Angelo vtique persuasore in creatione hominis, sed filij sui Christi domini nostri, & sancti spiritus manifesta est: Habes enim in Genesi, id est, in primo libro sanctam adorandamque trinitatem, ante hominibus nuntiatam: dicit enim ita: & pluit dominus, & domino sulphur & ignem, Et iterum de spiritu in primis die: Et spiritus dei superferebatur super aquam, Et Pharo rex Ægypti dicit: Quis hæc interpretabitur, inquit, nobis, nisi qui dei habuerit spiritum? Et David: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris

eius omnis virtus eorum. Postea verò voluntas hominum praua, recedens à tanta scientia pietatis, idolorum mendaciis, ac vanitatibus studiose cum prosperat inseruire, turpissimęque vitę se dare conuulisset, iudicio damnationi obnoxio tenebatur: ita vt ante prophetę dicerent: Sacrificans diis eradicabitur. Et iterum: Dij qui cælitum nō fecerūt eradicabuntur. Et ideo dominus non suam nouam presentiam ostendebat, dicens, Qui loquebantur in prophetis, ecce adsum. Neque ergo, Angelos adorari præcepit alicubi dominus, neque mundi elementa, nec creaturam aliquam, neque idola, quę hominū voluntas pessima sui sceleris & turpitudinis perpetrandę causa maluit inuenire, vt colentes eam effusam operandi mali possint habere licentiam: nam & ipsum nomen idoli species doli, & formę p̄uaricatio, de interpretatione gręca est nuncupatum. Trinitas itaque Christianitatis ab origine m̄di p̄dicabatur, & veritas pietatis sine intermissione vbi que docebatur: nam & David docet: Dixit dominus domino meo. Et: Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam. Et iterum: Spiritus domini impleuit orbem terrarum. Et: Quō fugiam à spiritu tuo, & à facie tua quō vadam? Nam Solomon docet, quod idololatria ab homine instituta sit: Quia amicum filium suum cum diu ferebat quidam pater, fecit imaginem eidem, & videndo delectabatur in ea, atque ex eo traditam fuisse posteris, diuersamque impietatis materiā inde humano in genere pulullasse.

Hæresis de Christianis tempore vltimo, verbo dei credentibus.

Alia est hæresis, quę dicit Christianos nuperrimos & posteriores Iudæis, & Paganis fuisse creatos: Ignoras quod Iudæis & Paganis natura priores creati sunt, & fide, vita, & tempore, sacrificio, & conuersatione. Fide quidem, quia ab Adam vsque ad Mosem tribus annorum milibus & septingentis, omnes iusti deum & deum, dominum & dominum colentes, etiam spiritum sanctum, veram nuntiabant trinitatem, ita vt ipsam trinitatem integram sine labore possis cognoscere ab illis beatis prioribus & antiquis nobis etiam hoc postea fuisse manifestatā à domino: Cum enim dicit scriptura: Pluit dominus à domino super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem, quid tibi videtur, nuntiare: nōnne deum patrem per filium suum, id est, Christum deum cuncta signa, & mirabilia perfecisse declarauit? Quod sciens Dauid, dominum patrem, & dominum Christum, id est, verbum eius & sanctum spiritum nuntiabat: trinitatem quidem personarum, vnus tamen maiestatis, & substantię, ac diuinitatis æqualem potentiam nuntiabat. Tamen filium de deo patre esse priore, & spiritum sanctum proprie demonstrauit edocens: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et iterum alibi: Dixit dominus domino meo. Et omnes prophetę de verbo & spiritu nuntiauerunt vbi que, ita dicentes: Et factum est verbum domini ad me, & spiritus domini fuit ad me. Ergo non est fidei causa temporalis Christianitatis, sed ante Iudęos & Paganos, in lege quidem studentibus, & quęrentibus erat manifestata. Nunc autem cupientibus vox patris omnipotentis quę scientia nuntiabatur à sanctis illis doctoribus & perfectis. Vita etiam non alia priores illi sancti nisi hæc, in qua nos viuimus vtebantur: vsque ad Abraham enim non circum-

psal. 109.

psal. 50.

Christiani Iudæis et Paganis antiquior.

Gen. 19.

psal. 109.

Paganis imbecillis

Paganis imbecillis

circumcisionem habentes, non sacrificiis gaudentes Deo placebāt, & iusti in omnibus ab eo nuntiabantur. Dixit enim Dauid: Sacrificium Deo cor contribulatum. Et: Immo Deo sacrificium laudis. Et quod necessitate indocilitatis cogente, sacrificia temporalia, non perpetua, nec vera fuerint indicata Iudæis nec salutaria, dicit propheta ad Iudæos. Ecce ego facio notia, & priusquam veniant, annuntiata sunt vobis. Ante ergo Iudæis Iaias testabatur propheta: Quis enim hæc exquisiuit de manib; vestris? Et iterum: Circumcidimini corda vestra, & non corpora vestra. Quale autem est, quod sacrificium Melchisedech sub Abraham in primis obtulerit: ante quadringentos triginta annos quā Iudæi nominarentur, aut Iudas nasceretur & antequam acciperent librum Genesios. Præuidens mysterium Christianitatis, vt omnia quę in Christianitate sunt, siue fides, siue vita, siue sacramentum, non temporalia, sed ab origine mundi statuta & nuntiata, & potius celebrata cognoscas: In Christo autem, & per Christum, per quem cuncta facta sunt, oportuerat nos ab eo videre & cognoscere: & quod erat maius in lege mysterium, de eo ante nuntiatum ab ipso plenius excipere completum consummatumque: Nam quod & castitas similis fuerit in prophetis quā plurimis, non est dubium, vt in Helia, Helisaco, Daniele, Ieremia, Esdra, trib; pueris, & aliis multis beatissimis, vt in Christi presentia & quod supra legem erat ante nuntiatum ab eis cognosceret, & quod per legem coniunctum erat ipsius firmaretur diuina sententia, voluntati que hominum & studio concessa hæc gratia nosceretur. Ideo & ipse dominus priores illos sanctos ante legem nobis, & nos illis prioribus secundum fidem iustitię copulabat: Iudæos autem & Paganos respuens, qui medio tempore inter mandatum erant, & gratiam positi, qui inimica voluntate ac pernitiosa pessundati reperiuntur in vitis carnalibus, doctrinę cœlesti inimici & aduersarij, æterno pœnarum iudicio referantur.

De corpore & anima hominis, hæresis nocentissima.

Et hæresis quę dicit nasci Paganos naturaliter, non Christianos, id est, rerum natura, corpus & animam hominis, non à Deo per Christum creati quotidie, sed per vanitatem paganā ita progredi arbitrat: cum ab Adam vsq; ad Abraham, & postea vsque ad Iudam, qui post Abraham quartus est in generatione, non Paganus fuerint, neque Iudæi appellati, sed Gentes à prouinciarum nōmine & diuersitate nuncupati. Paganus autem post Iudęos, siue à pagano rege, quod verum esse, vt ait Hesiodus gręcus poëta, manifestum est. Si ergo à pagano, loci est indicium, sicuti & nunc dicitur de pagano illo: Si autem de idolis, quod ea colentes sculptilia ita nominabantur Paganus, id est, gentiles: quia non à deo idola, sed ab hominum prauissima inuenta sunt voluntate, sicut & scriptura nostra, & paganorum quā plurimi hoc nuntiarunt, homines hæc inuenisse ad seductionem damnationemque animarum, quod illa aspiciens populum delectabatur epulis. In quorū vanitate suis animis interitum afferiebant. Certa autem est probatio & maior, quod ipsi Paganus in suis historiis referunt, quod à pagano rege, vt ait Hesiodus gręcus poëta, Paganus sint appellati, qui postea ex rege pagano Deucalionis filio & Pyrrha quasi plaustrabile atq; amabile nomen eius habentes,

imò potius colentes memoriam eius vsque in hodiernum diem, hoc est, mendacium nominis vsque nunc detinent percolentes. Helles itaque, id est gręcus homo à lingua & à nomine regis dicitur, qui fuit Deucalionis filius, qui ita appellatus est, sicut ab Italo Itali, & Romani à Romulo & Latini à Latino nomen acceperunt, non ab idolorū impietate. Idola etenim, id est, formas sculptilium hominum postea pessima voluntas inuenit. Linguam autem gręcā prouincię vnus proprietatis declarauit, quam rex Paganus ex suo nomine confirmauit. vt Romanos Romulus nuncupauit, & vt ait Hesiodus, à Græco rege fuisse Gręcos appellatos, qui Gręcus nomine filius fuit Deucalionis.

De annorum mundi incertitudine, hæresis.

Alia est hæresis, quę dicit incertum numerū esse annorum à mundi origine, & ignorare homines curricula temporum, cum ab Adam vsque ad diluuium decem sint generationes, & annorum mm. cc. xlii. anni. Et à diluuiio vsque ad cōfusionem linguarum sub Heber sancto, qui non consenserat ædificationi turris, quinta sit generatio penē d. c. anni, quando & nomina prouinciarum diuisa sunt, veluti lxxii. linguarum. Exinde vsque ad Abraham Patriarcham quinta est generatio, anni d. xl. Et ab Abraham vsque ad Mosem septem generationes, anni cccxxx. vt ait beatus Apostolus: Et à Mose vsque Samuel iudicem d. c. xlii. anni: Et à Samuel & Dauid, vsque ad captiuitatem Iudæorum in Perside anni penē d. & à captiuitate vsque ad domini nostri presentiam anni penē d. & inde à domino vsque nunc anni cccxxx. plus. Ergo si hæc fides erat in illis prioribus sanctis nostris patribus quę in nobis est, ab illis autem ante est tradita & p̄dicata, id est, patris, & filij, & sancti spiritus: Hęc quippe diuina scientia, quomodo temporalis est, vt quidam æstimant, & non ab origine mundi hæc ante scientia christiana cunctis hominibus nuntiata, quę in mandato & lege manifestata & p̄dicata ostenditur? Si autem in medio temporis sub Mose per vmbra minus dictum sit aliquid, non vtique dantis erat inuidia domini, quantum non capientis populi cœlestis mysterium, incapax & debilis hominum, & non valentium incusabitur infirmitas. Denique ipse Christus dominus, quod ante nuntiauerat per sanctos prophetas, hoc & postea firmando præcepit, dicens. Euntes Baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, vt non solum fidem pristinam ab origine mundi hanc esse declararet, verum etiam vitam in qua nos degimus hodie, in circumcissione cordis, non carnis iactantia comprobaret. Errant ergo nimium qui generationem hominis, aut Paganę impietati, aut Iudæicę audent adscribere vanitati: cum Iudæum nisi dies octaua susceperit, Iudæum non licet appellari, nec paganum æque nisi deos vanos hominem fecisse putauerit. Ergo natura rerum deo adscribenda est non alicui horum vanitati: doctrina autem quę fœcundat post naturam, si vera fuerit fidei dei copulanda est, ac saluberrimę seruituti iungenda, non recedens ab ea quippe, sed suum potius per fidem agnoscens dominum, recordansque creatorem naturaliter. Itaque non naturę animi infirmitas hominum, sed praua voluntas est potius acculanda, dicente Domino. Et nunc si volueritis & audieritis me, bona terrę manducabitis: si autem nolueritis, nec audieritis me, gladius

Helles

Græci à Græco

Heber sanctus

Philastrius

Mosis doctrina obscura

Matt. 28.

vos comedet. Os enim Domini locutum est. Et hoc: Venite ad me omnes qui onerati estis, & ego vos subleuabo.

Hæresis de septem planetis.

Nomina dierum.

Hermes Trismegistus.

CAuenda est & hæresis, quæ dicit nomina dierum, Solis, Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, Veneris, Saturni, à deo hæc ita posita ab origine mundi, non hominum vana præsumptione nuncupata, cum à prima origine vsque ad Græcos reges, & Hermem fallacissimum illum, qui hæc nomina vanissima, & friuola menciondo ausus est nuncupare, si querere volueris inuenies multum fluxisse temporis, & sic Paganos, id est, Græcos hæc nomina posuisse: cum hæc nomina etiam secundum septem stellas dixerint hominum generationem consistere, vt ille ipse delirans hoc definit: Dierum enim numerus primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, à deo est appellatus, non in hac vanitate nuncupationis turpissimæ initio enuntiatus, aut traditus.

De mundi infinitis hæresis.

Democriti sententia de mundo.

Gen. 3.

Lia est hæresis quæ dicit mundos esse infinitos & innumerabiles, secundum Philosophorum quorundam inanem sententiam, cum scriptura mundum vnum dixerit, & de vno nos docuerit. Hæc etiam de apocryphis Prophetarum, id est secretis, vt ipsi Pagani dixerunt, sumentes, vt & Democritus ille, qui multos mundos esse asseruit, deq; sua sapientia cum hoc prædicat, multorum animas sensusq;que dubios diuersis erroribus concitauit.

Hæresis de Ade & Eua cæcitate.

Exod. 4. Applicatio dicitur pro diuinitate.

Exod. 4.

Vnt quidam heretici, qui patrem nostrum Adam, & Eua matrem nostram æstimant cæcos ante fuisse, quam gustarent de arbore: posteaque aperuisse suos oculos, ac tunc quod nudi essent peruidisse: Cum ante scriptura dixerit quod vidit etiam oculis suis arborem, & fructum eius: & quia bona aspectu, & suavis visu, & extendens manum gustauerit. Hæreticorum est itaque dementia, & Iudeorum potius cæcitas, hoc ita sentire: cum modum non intelligant nuditatis, hancque amissionem immortalitatis in præuaricatione mandati nos docuit, non corporis nuditatem. Quod nos Apostolus docuit, dicens: Et si induit Christum, non nudi inueniamur. Et iterum: Induite Christum Iesum. Et quod Dominus in Euangelio increpat, dicens illi qui non indumentum nuptiale habuit, qui erat vocatus ad nuptias.

Hæresis culpam filiorum in parentes transfundens.

Et hæresis, quæ in Exodo cum audit quod Moysi occurrit Angelus in diuersorio vbi applicauerat, cumque vellet interficere, non eius filium qui nondum fuerat circumcisus, non paruum hinc sibi adsumit scandalum: Si enim & ita quis vult sentire quod minas eis reddebat angelus, quia transactis diebus statutis, id est octo, in quo oportuerat circumcidi masculum, non fecissent, dei que præceptum ita contempserunt, Ideoque in parua ætate constitutorum culpa filiorum non est illorum, quantum parentum eorum, vt scriptum est: Vnde cum intelligeret, quod culpa esset parentum non infantis, statim, inquit, accepto calculo circumcidit puerum mater eius, cuius visu sanguinis ilico recessit ab eodem Angelus, mortisque penam, quam ei minabatur inferre omni modo remouerat: Non enim Moses in illa hora dignoscitur circumcisus, sicut quidam opinantur, sed filius ipsius est circumcisus:

quia quod ante sub Patriarchis & lege iubebatur, tardo opere, non veloci implebatur à populo, aut parentibus quorundam, vt scriptum est.

Hæresis de libro Deuteronomij.

Deut. 18.

Exod. 24.

Vnt quidam, qui turbantur hæretici de Deuteronomio, in quo Moses cum exiret de corpore, huncque librum conscriberet de quatuor libris repetendo, in quo veluti prioris legis firmamenta decernit, Christi que carnalem presentiam plus contestatur, nõ paruo ducuntur errore aliter sentientes: nam quæ in Lege, id est in Exodo scripta sunt, eadẽ & in ipso libro continentur. Solum autem hoc videtur plus ab eo dictum, quia addidit: Prophetam vobis suscitabit dominus Deus vester de fratribus nostris, sicut audietis eum: erit autem si quis cum non audierit radicibus eradicabitur. Quidam enim putant de Deuteronomio dictum ab eo, quod & in ipso accepit, vt in monte iterum tabulas conscripserat lapideas, cum in Exodo bis cognoscitur accepisse, atque in montem ascendisse: Rationis est itaque, vt quod legis & gratia erat manifestaretur de Christo domino, vt quod in lege per vmbra celebrabatur, in Christo carnali presentia diffusa cœlesti gratia ex credentibus nuntiaretur, ipsum que in libro conscriptum omnibus velut testimonio traderetur.

De nuptiarum legitimarum contemptoribus.

Gen. 8.

Heb. 13.

Sanctificati.

Pro itin vte.

ris maris.

Gen. 9.

Romani à Iaphet.

Solonis vox.

Quidam sunt hæretici, qui cum audiunt David dixisse in quinquagesimo Psalmo, quod in iniquitate conceptus sum, & in peccato peperit mater mea, æstimant ita dixisse prophetam, quod ius nuptiarum legitimarum esse dixerat atque peccatum. Cum ante dicatur in Genesias libro: Nascimini, & multiplicamini, & implete terram. Et: Honorandæ nuptiæ, &c. Nã si ita quis sentierit, ergo & iusti tot ratiq; in iniquitate concepti sunt, cum & in ventre sanctificati sint, vt Patriarchæ, Propheta, Iudices, Ieremias, & Ioannes Baptista beati sumus, vt scriptum est. Sed ignorant quod alio modo dixerit propheta David, non de naturali generatione, sed de transgressione Adæ patris nostri, & Eue, qui post transgressionem mandati, pulli de paradiso genuerant filios, atque inde quasi matrem omnium post iniquitatem transgressionis mandati eam sic concepisse, atque eam ita peperisse docuerit. Quomodo enim de se dicebat David in iniquitate conceptum, & in peccato genitum, cum legitimo iure natus sit, electusq; à deo ad tantam regni gloriam peteretur, vt de eo scriptum est. Non ergo hic in iniquitate aut in peccato genitum edocet, sed parentes nostros Adam, & Eua voluit ostendere, quod ante admissum peccatum, i. transgressionem mandati, postea sic genuerit filios, atque de eis nos omnes itidem parturierit: Ideoque post præuaricationem in dolore parturire filios, inquit: Quia ergo de parentibus habemus illis prioribus præuaricationis iniquitatem communem carnis, atque generalem ex hereditate prima descendente in omnes, vt dixit Apostolus: Sicut per vnum hominem mors introiit in omnes homines. Hoc enim ius coniugij à deo promulgatum laudatur quotidie, ac benedicuntur consueti: nam & quod erat primum ostendit trinitaria, & quod Christi gratia cœlestis creditibus erat allatura magnum gaudium, nuntiavit dicens: Si quis non regeneratus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Ideoque in Psalmo eo præcitur

ps. 50.

De diuisione orbis, hæresis.

Noë diuisione orbem.

Gen. 9.

Romani à Iaphet.

Solonis vox.

Præcitur futuri gaudij, testatus est dicens: Asperges me hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super nicem dealbabor: Vt per eum nos etiam credentes in salutari baptismo cum eo pariter gratulemur.

Sunt quidam heretici, qui de diuisione orbis terrarum, & partitione habitationis recte non sentiunt: disputantes quod Græci ceperint, aut Egyptij, aut Persæ describere orbem terrarum vniuersum, non beatus Noë suis filiis tribus post diluuium diuiserit, de hereditate ac definitis, & partierit ordine. Vnde postea Historiographi accipientes velut quosdam semitas, diuersis sunt falsitatibus emetiti. Tribus itaque filiis Noë: Sem, Cham, & Iaphet omnem diuisit orbem terrarum & tradidit Sem quidem orientalia India, Persarum, vsque ad Partem aliquam meridiana occidentis: septentrionis, vsque ad montem Libani, finesque ibi suum primogenitum habiturum fixa sententia confirmavit. Cha n etiam secundum filio omnes Syrias, & diocesces Egypti, Africa, Ætiopum ingentem latitudinem prope fines tendentem oceanum, atq; Hispaniarum censendo distribuit, possidentemque eam atque habitandam spiritu diuino pronuntiauit. In medio autem vsque Cappadociam, id est, Tauri montem fines habere concessit. Tertio autem Iaphet nomine, Cappadociam ingredientibus, atque à Cilicia exiitibus loca frigida, quæ Armenia, Bosphorici Ponti, Thraciæ, Pannoniarum, Illyrici, Italiæ & Occidentis vniuersas partes, iussu diuino ei statuendo attribuit: Et de primo quidem xxv. generationes numerat descendisse. De secundo xxxv. id est, de Cham. De Iaphet autem, cui minor generatio numerabatur tunc temporis, id est, quinta decima tantummodo ei amplior optanda à beato Noë promittebatur in posterum alitura, dicente scriptura: Dilatet dominus Iaphet, habitet in tabernaculo Sem, cum minori filio minor numerus generationum reperiebatur concessus tunc temporis, maior crescendo eidem numerus postea amplificabatur aduenturus quam duobus eius fratribus, vt & media & extrema loca, id est, Chananaeorum, Ægyptiorum, Astorum, Persarumque teneret imperia. De quo postea Romani sunt editi, victores orbis terrarum, atque rectores vniuersarum gentium. Vnde cognoscimus Romanos, Latinos, Italos de Iaphet genus deducere, atque hos orbem terrarum sua subditioe tenere quotidie, atque ante sapius tenuisse. Si quid autem falsitate Græcorum putatur esse antiquum, temporale modis omnibus ipsorum autoribus restantibus comprobatur, Solone restante Atheniensibus, quod ab Ægyptio audierit sacerdotem, dicente ei: Solon Solò, Græci vos semper estis nouelli, atque pueri. Græcus autem nunquam erit senex, aut antiquus, neq; doctrinam aliquam, aut scientiam habetis antiquam, sed ab aliis raptam atque iniustam habetis, eamque diuersis mendaciis immutatam exponitis, atque ita homines edocetis. Plato enim in Timæo ita dicitur: Nam post confusionem linguarum tunc nomina diuersa ceperunt emanare, atque inde sumentes Græci Historiographi duo aut tres diuersa velut monumenta conscribentes, temporalitatem cum suam voluit obumbrare, atque abscondere à suis testibus, mendacissimi iudicati sunt atq; comprobati: Cum enim quinquaginta de ipsis consentiant de antiquitate nostra, id est, Græci, Ægyptij, Chaldei, Syri, duo autem tres dissentiant,

iustius est multis consonantibus in vnum, quam duobus aut tribus dissonantibus Historiographis acquiescere: quia multi illi verius quæ duo edixerunt.

De diluuiio hæresis.

Est & hæresis, quæ dicit sub Deucalione & Pyrrha diluuium fuisse antiquius quam quod sub Noë factum est. Quod Pagani transferentes mutatis nominibus impio modo & arcam velut in Græcia fuisse post diluuium adferunt, & quod est temporalitatis in paganitate vanissima, ab eis velut antiquum cum multo mendacio prædicatur. Et quod factum est in Thessalia loco breui, velut factum ubique, id est, in mundo à Paganis furacibus edocetur: Quod fit quidem post annos in Thessalia, in loco interdum modico, illud autem diluuium in omni seculo factum est, sicut & eorum scriptura testatur gentiliam.

Hæresis de signis Zodiaci & ortu hominum.

Lia est hæresis, quæ dicit secundum XII. Zodiaci signa homines, sicut Mathematici illi vanissimi, totiusq; erroris & sceleris adfertores: hæcque audientes interdum indocti quam plurimi lege dei dimissa Mathematicorum inseruire non dubitant vanitatibus, vnde completur apostolica sententia: Coluerunt & seruiuerunt creaturæ potius quam creatori. Et iterum: Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam, secundum elementa mundi, & nõ secundum Christum: quoniam in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ergo igno- rant quod Zodiaci ista signa XII. quæ ab illis dicuntur, diuersa sunt climata, diuersæque regiones in orbe terrarum à deo disposita: vt inhabitentur, locorumq; ac temporum diuersa temperamenta statuta sint, vt calidum, frigidum, siccum, & humidum vt quatuor angulis seculi, è quibus cum veluti pleni qualitate fontes exuberant flatu, respirantes, in inuicem virtute nimia insita proprie mixtionem existentem salubri: rursum cum diffunditur eorum vbiq; mixtio, amena temperies salutis inde cunctis habitantibus subministratur, atque ita diuina potentia mortalibus vita dulcis, & prospera concessa à domino, & impertita non ignoratur.

De animabus sceleratorum, hæresis.

Nec deest hæresis, quæ dicit animas sceleratorum, sceleratorum, & homicidarum, & aliorum talium transire in demones, ac pecudes, & bestias, & serpentes: ignorantes quod anima hominis cum exierit de seculo, siue bona siue mala, id est, pia atque impia, ab angelo ducitur in locum statutum, vt in futurum percipiat iuxta quod gessit in hoc seculo constituta. Si quis autem hoc ita putauerit fieri, paganitatis & vanitatis, Philosophorum magis quam Christianitatis videretur habere consortium, cum dicat Apostolus: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque ea quæ gessit in hoc corpore. Et iterum: In inferno autem quis confitebitur tibi? Anima itaq; natura non vertitur in naturam alteram, sed eam voluntate contemnit ac negligit dei præceptum, studiisque legitimus ac salutaribus inherere dissimular, futuro iudicio pœnarum se dedicans, non alia nisi morum causa pecudibus cognoscitur comparanda: non natura, sed moribus, vt scriptum est. Non ergo natura pecudum sed moribus in hoc seculo similes efficiuntur huiusmodi homines, Pagani, Iudei, & alij quam plurimi. Nam & saluator Iudeis cum diceret: vos

Diluuii sub Deucalione.

Thessalia obnoxia cataclismis.

Rom. 1.

Signa cœlestia.

Animas impiorum non transire in demones.

2. Cor. 5.

In pecudes transfutari quid sit.

Eno.

de diabolo estis patre vestro, non natura sed scelera ris moribus & beluinis sensibus similes arguendo & iudicando manifestabat. Et Ioannes Iudæis dixit: progenies viperarum.

Hæresis de Christi descensu ad inferos.

Psal. 6.

Alij sunt heretici, qui dicunt dominum in infernum descēdisse, & omnibus post mortem etiam ibidem renuntiasse, vt consitentes ibidem saluarentur, cum hoc sit contrarium dicenti prophetae Danid: In inferno autem quis consitebitur tibi? Et Apostolo: Quotquot sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Sed & dicit: remissus erit quibusdam quam ciuitati illi que non crediderit, Apostolorum quippe doctrinæ & Euanglij. In cōparatione multarum pœnarū dicit sustinere eos minora tormenta quam illos, non tamen saluari eos hac ratione affirmat: nam pœtas falsos, & vanos Philosophos qui æstimāt posse saluari, rebelles deo errant illis peius, & à veritate dissentiant, cum semina impietatis pagant, non alij nisi illi Poëtæ vani, & Philosophi deorum dearumque appellationes hominum sensibus seminauerint, cum propheta clamet de futuro iudicio, vt hic ei dimitteretur in pœnitentia, dicens: Remitte mihi vt refrigerer priusquam vadam, & iam non ero amplius. Si ergo iusti peccantes, & in hac adhuc vita vix acceperunt pœnitentiam pœnitentes, vt ait Solomon, & si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebit? Nam si deum esse credidissent, deorum & dearum turpia nomina non seminassent, & in descensione Christi in infernū veniam impetrassent. Cum ergo impij & hostes dei sint vbi que, quomodo post mortem ibi consitentes saluabuntur? Cum Apostolus doceat, quod omnem hominem mori oportet, postque hoc iam iudicari, vt scriptum est, ante tribunal Christi, & recipere secundum quæ gessit in hoc seculo. Saluator autem confirmat dicens de illis, quod nec patri crediderint: vnde etiam eos iudicandos declarauit: qui autem credit in patrem, antequam Christus veniret in carnem, transit de iudicio impiorum in cōparatione autem peccatorum atque impiorum, diuersitas est pœnarum atque plagarum, non plena amborum est absolutio, sed diuicationis iustitia, & secundum peccatum condigna reppensio, illis etiam qui sub Noë ab aqua absorpti fuerant, vt scriptura docuit.

Psal. 38.

Christi descensu ad infernum.

Gen. 6.

1^a Censu

Psal. 8.

Eno. 27.

De Christi natiuitate, hæresis.

Alia est hæresis, quæ dicit de Saluatore, quod primum fuerit apud patrem, & sic natus sit: & cum simpliciter ita consitetur, diuersa hominibus scādala subministrat: Esse enim ante, & postea nasci contrarium est modis omnibus. Et quamuis generatio ipsius duplex sit, vna diuinitatis indefinita ac sempiterna, altera incorporationis per virginem temporalis: at non est dubium tamen, quod secundum diuinitatem debemus cognoscere, quod neque desuit aliquando esse cum patre, neque qui erat cum patre semper ex semetipso erat, & non de patre genitus noscebatur, vt quidam suspicantur aberrantes. Vtrunque ergo si bona interpretatione profertur, rectum & fidei firmamentum ostenditur, vt & genitum cum cognoscamus de patre proprie hunc venicum filium, non tamē in tempore, sed ante omnia secula omnemque creaturam esse genitum de patre proprie cognoscamus atque credamus, vt concedat, cumque patre eum in perpetuum manere, atque semper mansisse non ignoramus. Nulla est ergo separatio, aut contrarietas inter esse semper & fuisse, & genitum esse: nam semper esse propter sempiternitatem dicitur, ne temporalis filius æstimetur: Genitum autem dicit, quia non ex semetipso, sed de patre natum cognoscit Ecclesia prædicans. Non ergo disiungendum est vnum ab altero, sed coniungenda est sempiternitas filij, & generatio cum sempiternitate copulanda, deque patre ita est credenda ac detinenda confessio, vt vnus nobis pater genitor, & vnus nobis filius vnicus patris, proprie quippe genitus de patre cognoscatur. Ergo semper esse & genitum esse pia fide est æquum, vt sempiterna eius generatio non temporalis sit, & filij vnigeniti de patre, & cum patre vera proprietatis ac sempiternitas non ignoretur: Si quis autem primum consitetur esse cum ingentum, & sic postea fuisse genitum de patre, ignorat, quid consitetur: Cum enim vnā patet euaere hæresim, incurrit in alteram peiorem, ingentum filium consitendo, imò potius & patrem, & filium denegando, duoque ingenita prædicando, & vnus patris ingentis, & vnus filij vnigeniti de patre proprie denegando veritatem.

Hæresis de Induratione dei.

Sunt quidam heretici, qui de Pharaone ita arbitrantur dixisse dominum per Moysen: quod ad hoc excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam. Et indurans indurabo cor Pharaonis, ne dimittat vos. Et ait Apostolus: Ergo neque volentis neque currentis, sed miserentis dei est. Sed hæc Pauli de non definiens dicit Apostolus, sed disputans atque edocens quod verum est, ne ita deum dixisse quis æstimet: debet enim attendere quod ait dominus: Vt ostendam in te quippe omnem virtutem meam, id est, magnanimitatem, bonitatem, sustinentiam, quæ est vtique omnibus hoc effusa in seculo. Cum enim ei dicit, omni homini dicit in corpore constituto, in prosperitate quippe, facultate ac potentia temporali annuntiat, qui cum ad diuitias atredunt, signiores ac negligentiones efficiuntur circa dei Christi timorem & gratiam, suæque ita vsque ad finem salutis obliuiscuntur, ac timoris dei efficiuntur immemores: Cum enim tribularetur ipse Pharaon, inuitus dominum cognoscebat, vt scriptum est. Cumque iterum dimittebatur à deo, reuertebatur vt canis ad suum vomitum. Ideoque omnium Paganorum, Iudæorum, hæreticorum, diuinitumque animæ, ac peccantium

Christi duplex generatio.

Dauis femina imma.

Canis ad vomitum.

Psal. 118.

Psal. 77.

superbia cogitudo.

Im. 17.

Im. 20.

cantium pariter in prosperitate contemptrices dei reperiri interdum: ideo cruditi vtilis est humano generi in omnibus atque salutaris, dicente propheta: Bonum mihi est domine quod humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Et iterum de obiurgatione: Cum occidebat, inquit, dominus Iudæos, tunc inquirebant eum, & vigilabant ad eum. Non itaque dicit beatus Apostolus, vt non curramus, aut non velimus seruire deo, sed primum debemus nostra currere voluntate, deinde non cum presumptione & iactantia, quasi nostra virtute & iustitia cōdigna, non Christi mereamur saluari clementia: qui enim currit cum superbia, & presumptione, non à deo sperat præsidium, quantum ex sua conuersatione sibi presumat iustitiam. Et currere itaque, & velle nos docet beatus Apostolus, inque nostra voluntate esse, vt in ipso cursu bonorum operum in humilitate perseueremus, ac tunc demum speremus salutem posse ab ipso domino adipisci, vt ait dominus: Et cum feceritis omnia, dicit quod serui sumus nequissimi. Et: Si iustus vix saluatur, peccator & impius vbi apparebit? Ergo sunt in nobis quædam, in quibus currédum est. Sunt autem maiora quæ à deo speranda & impetranda sunt, vt ait Apostolus: Nescitis quid petatis. Vtputa si quis dixit, possum esse martyr, possum esse Apostolus, & non dicit, si deus Christus voluerit, quod ab eo incrementum id mereris & gratiæ quippe confertur, non vana hominum presumptione atque iactantia comparatur: Tentantis est enim hominis voluntas huiusmodi, ac præsumptis, non quaerentis, supplicantis vt tantam consequi mereatur dignitatem.

Hæresis negans, Dauid, Christi prophetam fuisse.

Sunt quidam heretici, vt Manichæi & Gnostici, & Nicolaitæ, & alij qui de beato Dauid audent dicere, quod non Christi propheta fuerit, neque doctor & commentator diuinarum omnium scripturarum, sed humanæ cantationis, ac secularis rei descriptor extiterit: cū celestis gratiæ atque arcani salutaris Christi domini ipse meruerit præ multis humano generi mysteria prædicare: Sicut enim sanctis aliis diuersam tribuit Christus dominus gratiam, ita huic maiorem concessit scientiam, dicente domino: Dabo vobis sancta Dauid fidelia. Et: inueni Dauid filium Iesse, hominem qui faciat omnia quæ sunt in corde meo, dicit dominus. Ignorant ergo quod velle ac præpotens commentator hic diuinarum extitit scripturari, rex atque propheta Dauid emissus à domino, vt quod ante dicebatur, præsensque videbatur hæc cuncta breui collecta humano generi prædicarentur ab eodem, tribusque in versibus psalmi primi omnem veram virtutem exponeret veritatis, præteritorum, instantium, atque futurorum, omnemque errores cuiusque populi, diuersaque facinora nuntiando cum dicit: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, id est, Paganorum: & in via peccatorum non stetit, quippe Iudæorum: & in cathedra peilentia non sedit: vtrique hæreticorum. Atque hinc iam quasi ex fontibus atque materis copiosis diuersa semina iniquitatis humano generi affutura doceret, vt hiis quippe tribus malis paganitate, Iudaismo, & omni hæresi contempnis, atque damnatis, sola fides vera, id est, patris, & filij, & sancti spiritus ab omnibus credita coleretur. Zelo enim diuino ductus beatus Dauid, tunc temporis, cum videret homines deomonis immolare, nō in Ierusalem ciuitate, quatuor

choros posuit secundum mundi aditus, ana septuaginta duo, quatuor etiam hominibus positus & psallentibus, atque arcam dei custodientibus, vndique infinitis etiam aliis extrinsecus: In medio autem ea posita psallebat cum populo beatissimus ipse Dauid Patriarcha, & incorporationis Christi domini quippe vt testis tantus ac prædestinatus à domino, psallentium diuersa gaudia & laudes pariter, non alij nisi ipsi Christo domino canendo referebat, trinaque vice quotidie cum orationibus psalms etiam cantore sonante omni delectabatur cum populo diuinam Christi præsentiam nuntiando, de que ea re futura gaudia seculo promittendo, de quo & dominus dignatus est dicere multos fuisse prophetas & sapientes, & desiderasse videre & audire que Apostoli audire meruerūt & videre: Nam quod & Græcorum ipsa que videtur esse sapientia, ex lege atque prophetis, & specialiter de Dauid sit secundum temporis omnibus manifestum. Ideoque & poëtæ, alique sapientes versibus quod voluere dicere imitando eundem conati sunt fingere: que argumenta cum de lege atque prophetis fumerent, immutatis nominibus cum iura veritatis violare pererent, suæ perfidiæ diuersa mendaciæ seculo seminarunt. Inde hæc ignorantes quam plurimifeculares homines at que imperiti, temporalitatis pagana mendaciæ potius quam salutaris christianæ legis antiqua & vera arcana desiderant colere, atque sequi firmam cetera. Ex suis itaque vanitatibus, id est, ex Græcorum historiographis potest quis cognoscere quàm sit temporalis vana sapientia Græcorum, que cum paulatim cognoscitur à suis, sine dubio spernitur, calcatur, atque quotidie condemnatur.

Hæresis de psalterij inæqualitate.

Sunt alij heretici, qui de inæqualitate psalterij errorem patiuntur non modicum, æstimantes totum librum Psalterij non esse Dauid, & cum historiam querunt per ordinē, inueniunt inæqualitatem, id est, vt que nouissima, prima: & que prima, nouissima esse posita peruidet, nō modicū scādali patiuntur: Nā in tertio psalmo persecutionē patitur à filio: & in ceteris plus cōtra Aphilum pugnaō dissertur, cum inuenimus primum pugnaōe cum Goliath in sua iuuentute, à filio autem suo in senectute postea bellum sustinuisse. Et quamuis hæc spiritaliter de Christo intelligenda sint, tamen & historiam inquirentes studiose, de eodem beato propheta non paruo offendiculo perturbantur. Quia ergo & post septuaginta duos psalmos defecisse dicunt hymnos Dauid scriptoris psalms, & postea iterum eiusdem titulatio in multis psalmis nuntiatur, & de hoc queruntur, cur ita sit positum, nescientes quod beato regi atque propheta diuersa gaudia psalms recte à domino impertita sunt. Si ergo & aliorum inueniuntur titulationes in psalmis, postea tamen, summa rerū laudis huic autori & institutori, à Christo cōcessa est, ut propheta, regi, atque patriarcha: de inæqualitate autem psalms secundum historiam, qui interpretati sunt studiosissimè hoc dixerunt, quod sape existente captiuitate in Iudæorum populo, à gentilibus propter idololatriam, quia cum illis colebantur Iudæi & idola, inque his, etiam scripturæ diuinæ inquirebantur, & comburebantur à gentibus: Si quis autem abscondisset de psalmis aliquid existente pace, postmodum requirebantur à paucis sanctis eadem diuinæ scripturæ: cumque in-

Poëtæ Dauid sapientes versibus quod voluere dicere imitando eundem conati sunt fingere: que argumenta cum de lege atque prophetis fumerent, immutatis nominibus cum iura veritatis violare pererent, suæ perfidiæ diuersa mendaciæ seculo seminarunt. Inde hæc ignorantes quam plurimifeculares homines at que imperiti, temporalitatis pagana mendaciæ potius quam salutaris christianæ legis antiqua & vera arcana desiderant colere, atque sequi firmam cetera. Ex suis itaque vanitatibus, id est, ex Græcorum historiographis potest quis cognoscere quàm sit temporalis vana sapientia Græcorum, que cum paulatim cognoscitur à suis, sine dubio spernitur, calcatur, atque quotidie condemnatur.

De auid re oratione psalms.

1. Reg. 17. 2. Reg. 18.

Scripturæ diuinæ inquirebantur, & comburebantur à gentibus: Si quis autem abscondisset de psalmis aliquid existente pace, postmodum requirebantur à paucis sanctis eadem diuinæ scripturæ: cumque in-

tuenirentur, accipientes postea qui erant illo tempo...

Gen. 4.

Arbitrium liberum.

Mat. 5.

Psal. 4.

Ira sine peccato quid sit.

Mat. 5.

Gen. 4.

Mat. 13.

dulgentia pariter copiosa, ut poenitentium iam bo...

Gen. 4.

Poenitentia Cain.

St haeresis, quae stellas infixas putat esse in caelum...

Mat. 5.

St haeresis quae non recte intelligit de Cain, quod...

Ecclesiastes 1.

Ecclesiastes 1.

Id. 48.

Id. 10.

Id. 1.

Id. 7.

Id. 6.

Id. 33.

Christi doctus.

nuntiabit, in vanum hominum labor impenditur. Ergo...

St haeresis, quae de Canticis Canticorum ambigit...

Tom. 5.

pus & animum hominis accenderet, atque amore...

Lia est haeresis, quae dicit mandatum non esse accipiendum...

De imagine & similitudine Dei in homine, haeresis.

St quidam haeretici, qui cum legunt scripturam, dicente domino...

3. Adversarij.

Gen. 1.

Imago.

Similitudo.

tutum consequi promittuntur, vt Patriarcha, Propheta, Sacerdotes, Iudices, Apostoli, atq; Euangeliste, & Martyres, qui Trinitati credentes, & in vita praeclara permanetes, Angelorum gloriae copulari a domino nuntiantur: Similitudo enim ex doctrina legis, fide, vita, & studio, & opere cognoscitur vera, vt quae a deo facta est legis eius diuinae consentiens praecipua statuta complendo, regni caelestis consortium speret ab eo se posse adipisci, dicente Apostolo: Nostra aut conuersatio in caelis est, Et dominus iterum: Gaudete, quia nomina vestra in caelo scripta sunt. Et quod in die iudicij eos sicut Angelos demonstrabat, futuros, dominus dicit de regno caelestis. Venite, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Similitudo itaq; est ex vnde sancta Trinitatis, & vita bona, & opere sequenti inesse ostenditur, vt exeuntes percipiant promissum consortium Angelicae dignitatis, vt ait Ioannes: Tunc si miles ei erimus. Et dominus: Similes estote patris vestri.

Phil. 3. Mat. 5.

Mat. 25.

1. Iob. 3.

Heresis Deum increpans quod diuersis linguis & modis homines allocutus sit.

caute lege.

Sunt quidam dicentes heretici, cur non deus vno modo semper locutus est, sed diuersis modis & linguis humano generi praedicauit? Cum secundum capacitatem hominum videntium atq; cupientium videre, atque audire, ita sit locutus, & visus hominibus. Proiecto itaque de Paradiso homine, mortemque induto, non iam ita apparebat sicut & antea, sed loquebatur de caelo voce ipsius audita, atque ea custodita: processu autem temporis & apparere dignabatur, vt Abraham beatissimo Patriarcha, & aliis per ordinem: sub Mose autem diuersis rebus apparens, & quod erat timoris atque erroris in monte Sina demonstrabat, posteaquam in figura Angeli, & in forma hominis incorporationis suae affuturam indicium praecurrentibus generalem clementiam nuntiabat visionem, qua iam per somnia iustus se dominus ostendebat, vt scriptum est. Postea vero in incorporatione apparens, testabatur Iudaeis adnuntians quae ante dixerat per prophetas. Quia ergo diuersa erat capacitas visendi dominum, vt bonus medicus, sicut infirmitas exigebat, & diuersa remedia hominum infirmitatibus conferebat, ideoque languenti saeculo in fine plus contulit medicinae, vt & illorum primorum virtus prepotens monstraretur, & nostri generis periculosa infirmitas nosceretur, dicente domino: Non egret sani medico, sed qui infirmi sunt: Maiores sunt itaque priores illi, qui audientes credebant, vt Seth, Enoch, Noe, & ceteri, quam nos, qui & audientes atque legentes misericordiam Christi domini, & bonitatem eius contemnimus copiosam: nam & Iudaeorum causa & aliis locutus est linguis, vt compleatur quod in linguis aliis, & labiis loquar huic populo, & nec ita erunt credituri dicenti dominus: nam per Isaiam dicit: Verbum meum mittam in Achaiam.

Exo. 20.

1. Reg. 27.

Christus cur iam se ro veni.

Mar. 2.

De animalibus quatuor in Prophetis, heresis nimis crassa.

Eccl. 1. Apoc. 4.

Alia est haeresis, quae cum legit quatuor animalia in prophetis, non paruam errorem persentit, aestimans quod animalia diuersa forma praedita Deum collaudauerint: ignorantes quod irrationalia, i. non rationis capacia, Deo laudare vt homines referre non possunt: Neque enim deus laudem pecudum quaerit, quia non pecudes ad imaginem dei factae,

sed homines rationabiles a Deo sunt creati, & ad hoc positi. Sed quia visio est Prophetarum diuino spiritu praedicata, hic sanctorum populorum quatuor diuersae virtutes, diuersaque certamina nuntiabantur aduentura saeculo in diuersis doctrinis ac virtutibus, in diuersa sublimitate eminentia: quod leo nomen, vituli, hominis & aquilae, quorum diuersae doctrinae ac merita fulgentia percurrerent. Primum in Patriarchis regalis auctoritas, in Prophetis deinde scientiae caelestis fecunditas, in Sacerdotibus labor fortis, & pertinax cōcertatio cerneretur, in Apostolis volatilis sublimis in caelo, & eminens dignitas monstraretur. Vtque formarum ante diuersitas nuntiabat, diuersarum quippe virtutum caelestia merita in Christi praesentia manifestaretur in saeculo, ab eo quippe concessa domino saluatore, nam in leone regni fortitudinis, in vitulo labor exuberans, in homine passio indefinens, in aquila volatus sublimis agnoscitur, certantiū scilicet atque mirantium, Apostolo dicente: nostra conuersatio in caelis. Et rapiemur in caelum, & erimus semper cum Christo. Et dominus dignatus est dicere: pater vbi ego sum, volo & isti sunt.

4. animalia missae quid.

De Leuitico Mosis, Error.

Alij sunt haeretici, qui legis praecipua quae per Moysen dicta sunt in Leuitico Iudaeis carnaliter, nostrorumque in tempore spiritaliter reuelata sunt ignorantes, summam rerum festiuitatem numerumque; carum caelestis utilitatis praetererunt, nescientes quid celebrerent, putantes quod de sabbatis solū, & Pascha, & azimis Moyses praeeperit, & non de octo festiuitatibus quas Ecclesia catholica cognoscit & detinet. Dicit enim ita Moyses Iudaeorum populo primum de neomenia & sabbatis, secundo de Pascha, tertio de azimis, quarto de manibus, quinto de rubricatione, quae graece σαλπιγγος dicitur, quae celebrant Iudaei per annum sollemniter, sexto autem ieiunium, septimo tabernaculorum constructio, octaua quae est plenitudinis fructuum, pomorumque; vndem Octobris mensis, omnium postrema colatio, consummatio, quae & secundum menses octo diuersitas iuxta litteram celebratur a Iudaeis, & secundum spiritalē scientiam incipientibus mense Martio in octauo mense, id est, Octobri, consummate omnia per ordinem a Christo domino conferuntur, quae sunt plenae salutis aeternae pignora, in fide atque opere Christianitatis consummandae, atque comprobandae: nam & si tunc temporis iubebantur Iudaei Deo offerre horum mensium diuersa munera, vt recedentes ab Idolis Deo esse cognoscere offerenda haec omnia, attamen illa oblationis spiritalis habebant indicia, quae in octaua perfectione virtutum, id est, diei Dominicae plena fructuum gratia in fide resurrectionis Domini iam mortale praemium pignurumque diuinitatis subeunda erunt Angelici adepturi homines, non terrestres iam oblationis offerentes munera, id est, vitae carnalis sacrificia, sed caelestis gloriae participationem quippe sperantes a Christo Domino consequi saluatore, octies enim offerentes dona annua, & octauo die quippe plenitudinem cognoscentes, diuinique spiritus accincti fortitudine, id est, summa rerum perfectione praediti, de hoc exeuntes saeculo, resurrectionis illius promissam gloriam se posse consequi, caelestisque dignitatis consortio copulari non desperant, quod dominus dignatus est dicere: Tunc critis sicut Angeli. Iustus omnibus & perfectis hoc praedicans, quod & Dauid dixit pro Octaua adnuntians.

Indaeorum 8. festa.

Dies Domini.

Mat. 22.

Haere-

Heresis septuaginta duorum interpretationem respiciens.

Aquila Ponticus.

Isal. 2.

Isa. 7.

Aquila interpretatio nomen.

Interpretatio 72.

Iob. 10.

Sunt haeretici, qui sicuti septuaginta duorum sanctorum, sapientissimorumque; virorum interpretationem respicientes, Aquilae cuiusdam hominis vnus Pontici, qui post annos multos interpretatus est, aditionem suscipiunt. Qui cum quadam praetermittere, necessitate vigente tunc temporis cogeretur, dissoluantia putantur dictasse. Is veluti plus, a quibusdam Iudaeis maxime, intellexisse laudatur, cum de patre & filio, non sicuti illi priores de lege, dictauerit: Septuaginta enim duo dixerunt: aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Aquila autem, aduersus dominum, & aduersus vnctum eius. Et iterum: Septuaginta duo dixerunt: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, Et nomen eius, deus nobiscum. Aquila autem dixit: Ecce iuuenula concipiet, & pariet filium, & nomen eius, potens cum hominibus: Quae quidem si pio sensu lectionis accepta fuerint, quo fortis & potens nemo nisi Christus deus dei sit filius, recte intelligit, si autem de eo dubitat, abiicienda, & spernenda est talis editio. Vnde Iudaei non Septuaginta duorum interpretationes habent, qui de Patre, & Filio, & Sancto Spiritu bene sentientes, vnam substantiam, diuinitatem, maiestatemque; enuntiant, sed illius Aquilae, qui non ita recte sentit de filio dei, sed quasi de Propheta nuntiauerit. Vnde interpretationes eius in medio librorum nunquam ponuntur, sed dextra leuaque adsignantur. Et vt contrariae, & non plene veritatis ita leguntur a plurimis. Septuaginta vero duorum decreta atque consulta, ea legens Ecclesia catholica semper habet, & detinet incunctanter, illius autem quali superflua ita est imitatio esse & iudicat. Haec etenim, id est, Septuaginta duorum interpretatio, sub Ptolomaeo rege Aegyptiorum, post Alexandrum Macedonem est edita omnibus, populoque Iudaeo in Hierusalem data est, cum habitaret non multi Iudaei, velut in subiectione iam positi regis Aegyptij, rogatiq; ab ipso Ptolomaeo, vt interpretes mitterentur Alexandriam. Quod cum venissent Septuaginta duo sapientes, ac prudentes viri interpretes, secundum iustum regis hebraeam linguam Graeco sermone interpretati, Graecis literis adiderunt, sicuti & factum est. Cumque suscepisset eos Ptolomaeus rex Aegypti, tentare volens si esset eorum diuina scriptura, qua legebant Iudaei, separatim quaeque iussit includi in cubiculum, nullamque videret aliam, nisi solo excepto eo qui interpretem exciperet dicentem: omniumque accipies postea interpretationem, quotidie cum consentientem in vnum inueniret aditionem omnium, iussit conscribi atque poni in templum, vt venientibus de Achaia, de Graecia, atque aliis prouinciis philosophis, poetis, & historiographis cupientibus, legendi copia non negaretur. Vnde & maxime argumenta sumentes Philosophi, Poetae, Oratores atque Historiographi sicuti voluerunt ad suae paganitatis mendacia transulerunt, alitque nominibus rudes puerorum animos edocentes, legem Dei diuinam irritam saeculo facere properarunt, impietatisque semina in sono verborum, in periculosis sententiis confirmarunt, quorum causa dicebat & dominus, fures atque latrones eos fuisse, in omnibus atque ab omnibus cognoscendos.

Heresis altera de septuaginta interpretibus.

Est haeresis, quae iterum post Aquilam triginta hominum interpretationem accipit, non illo Tom. 5.

rum beatissimorum Septuaginta duorum, qui integre inuolanteque de Trinitate sentientes, Ecclesiae catholicae firmamenta certissima tradiderunt interpretantes scripturas. Isti triginta in multis Aquilam sunt secuti, vnde ab Ecclesia catholica & istorum non suscipitur interpretatio, quae continetur in libris autenticis.

Alia de eadem re.

Est haeresis, quae iterum sex virorum interpretationem postea editam vult sequi, non illorum priorum sanctorum, qui Septuaginta duorum aliis modis interpretari desiderant, & non paruam errorem incurrit, diuersa itidem sentiens de fide catholica.

Quarta de eadem re.

Sunt haeretici alij, qui Theodotionis & Symmachii itidem interpretationem diuerso modo expositam sequuntur, non illam beatissimorum priorum, quam Ecclesia catholica colit & praedicat.

Heresis de libris veteris testamenti in dolio inuentis.

Est alia haeresis, quae de dolio inuentos libros post captiuitatem, postque incensionem prolatos & non consentientes interpretationi primae sanctorum virorum vult sequi, cum Ecclesia catholica Septuaginta duorum interpretationem legat, colat, & praedicet: alia autem superuacua, & contraria tantae aditioni contemnit & abiicit.

Heresis quod diis alienis non sit maledicendum.

Sunt quidam haeretici non intelligentes quod dicit scriptura: Diis alienis non maledicetis. Et ita obseruant, putantes de vanitate Paganorum dixisse: atque ita sentientes, non paruam salutis suae sustinent detrimentum. Cum enim Moyses dicat: Tepla eorum destruetis, idola frangetis. Et Abraham beatissimus us frangens idola, iustificatus est. Et Gedeon nocte incensidit idola & frangens, a Deo tantum virtutis meruit impetrare, vt cum paucis infinitos vinceret inimicos: idola omnesque iusti, vt Helias & alij itidem: quomodo ergo hic aestimar homo imprudens, de idolorum diuinitate, iisdem non esse maledicendum? cum Dauid dicat: Similes illis fiant qui adorant ea. Hic itaque, diis non esse maledicendum alienis, cum dicit, est maledicendum iustis ab origine mundi colentibus pietate vera, id est dum quid Angelis, & sanctis aliis vere fidei dedicatis non sit. esse maledicendum: nam omnes iusti maledixerunt idolis, & fregerunt ea, indeque meruerunt gratiam: Vt Moyses fecit de monte descendens, sine eo quod Christi nuntij, ij sunt dii vt Moyses Pharaoni & Aegyptiis, cum scriptura clamat. Ergo dii estis. Vtique qui sanctam adorandamque Trinitatem colentes forti fide praedicant, qui & omnes iusti vere beati & sancti sunt, & vt dii infidelium scilicet dignoscuntur, quia ait dominus: ad quos fuit verbum dei, & per eos praedicatum est, incredulorum dii ipsi sunt appellati, vt Paulus, Barnabas & Moyses Pharaoni: qui non sunt maledicendi, sed modis omnibus collaudandi atque honorandi, & glorificandi, vt dixit Dauid: Timeutes autem dominum glorificauit. Et dominus: Glorificantes me glorificabo. Non ergo intelligentes virtutem scripturarum ex litera Paganitati consentiunt, & alieni a Christianitate reperiuntur. Quia ergo non credebant iustis Iudaei prophetis, & aliis talibus, alieni & isti sicut & pagani iudicabuntur a domino per scripturam, atque ita nuntiabatur, ne maledicerent suis doctoribus, & prophetis & iustis aliis.

Exo. 22.

Exo. 34.

Abraham & Gedeon.

idola.

Iudic. 6.

Diis alienis non esse maledicendum.

Hic maledicendum iustis ab origine mundi colentibus pietate vera, id est dum quid Angelis, & sanctis aliis vere fidei dedicatis non sit.

esse maledicendum: nam omnes iusti maledixerunt idolis, & fregerunt ea, indeque meruerunt gratiam: Vt Moyses fecit de monte descendens, sine eo quod Christi nuntij, ij sunt dii vt Moyses Pharaoni & Aegyptiis, cum scriptura clamat. Ergo dii estis.

Vtique qui sanctam adorandamque Trinitatem colentes forti fide praedicant, qui & omnes iusti vere beati & sancti sunt, & vt dii infidelium scilicet dignoscuntur, quia ait dominus: ad quos fuit verbum dei, & per eos praedicatum est, incredulorum dii ipsi sunt appellati, vt Paulus, Barnabas & Moyses Pharaoni: qui non sunt maledicendi, sed modis omnibus collaudandi atque honorandi, & glorificandi, vt dixit Dauid: Timeutes autem dominum glorificauit. Et dominus: Glorificantes me glorificabo.

Non ergo intelligentes virtutem scripturarum ex litera Paganitati consentiunt, & alieni a Christianitate reperiuntur. Quia ergo non credebant iustis Iudaei prophetis, & aliis talibus, alieni & isti sicut & pagani iudicabuntur a domino per scripturam, atque ita nuntiabatur, ne maledicerent suis doctoribus, & prophetis & iustis aliis.

Exo. 32.

Exo. 7.

Psal. 14.

Hæresis de Melchisedech sacerdote

Sunt quidam legentes in Genesi de Melchisedech sacerdote atque rege, qui erat in Salem ciuitate, tunc temporis ita nominata sub Abraham beatissimo Patriarcha, de quo ait scriptura: Sine patre, sine matre fuisse genitum eum, cum sit hoc contrarium ita sentire. Scriptura enim non de carnali cum generatione editum esse negauit, sed de iustis cum non genitum parentibus declarauit, qui naturali studio, de mandato pristino ad tantam Christi peruenire meruit scientiam, ut quæ à parentibus suis non audierat proprio tamen studio maiora Christi mysteria per mandatum agnosceret offerenda, cum dicat dominus per prophetas: Ecce ego facio noua. Et: Priusquam ueniant, annuntiata sunt uobis. Et: Nolite meminisse præterita, quæ in lege carnaliter dicta sunt. Et saluator ait: Quod nascitur de carne, caro est: & quod nascitur de spiritu, spiritus est. De hoc enim cum dicit: sine patre, sine matre editum, sine traditione atque doctrina parentum cum fuisse inquisitorem scriptura nuntiavit, naturaque potentem ad panem cælestis sapientiæ, id est, Christi mysterij per mandatum declarauit aduertentes: quod sciscens Apostolus, naturam homini cælestis scientiæ ac pietatis esse capacem in omnibus, prædicabat ita: Cum enim gentes legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, isti legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, & cetera. Quod etiam ait dominus Petro: quia caro & sanguis non illi reuelasset, sed pater qui in cælis est: fidem quippe domini saluatoris ostendens, Ideoque & ipse iterum dominus: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit, inquit, in regnum cælorum. Et iterum in lege: Qui dixerunt patri & matri, non nouimus vos, isti custodierunt mandatum meum, dicit dominus. Non genituram parentum odiendam utique, sed impietatem coram paganâ spernendam atque damnandam esse modis omnibus collaudabat, eum dicat: Si quis non renuntiauerit suis omnibus non erit dignus regno cælorum. Ait igitur beato Melchisedech cum de alienigenis, id est, Chananæis impijs fuisset editus, contempta impietate parentum, cum capax legis diuinæ cælestisque esset, & suo studio, ut dei imago, inquisito dei mysterio, contemptis impijs parentibus non solum cognoscere Christum dominum ante in mandato, insuper etiam eius cæleste mysterium meruit intuens & intelligens celebrare. Ideoque & Apostolus baptizatis dicebat: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Duorum igitur populorum Melchisedech, & Abrahæ erat tunc in unum societatis coniunctio, præcepta quippe & circumcissionis, conueniens ratio, ut Melchisedech quidem personam Christianorum gereret, ita ut nos uiuamus, & celebremus in omnibus, Iudæorum autem figuram Abrahæ circumcisio, Christi quippe fidei subdita, cælestisque eius inferuientis mysterio salutari: ut Abraham beatus Melchisedech sacerdoti magno erat subditus, cui insuper etiam decimas de suis facultatibus offerre non dubitaret ut regi atque sacerdoti dei, quod nunc Iudæorum docilitas subiecta nobis est. Cum uelit edificare atque à nobis de lege & prophetis Christi mysteria paulatim agnoscere, atque in eius passione cælestem sperare scientiam de lege pariter & prophetis.

Iob. 3.
Heb. 7.

Melchisedech sine parentibus ortum quid sit.

Rom. 1.

Mat. 16.

Melchisedech Christi filiiu ge niti.

Abraham Iudæorum typus gessit.

Hæresis de Zacharia propheta de ieiuniis

Sunt quidam legentes in Zacharia quod dicit ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Israël in exultatione & gaudio. Quid ergo si quis omnem septimanam uoluerit, aut mensis ieiunare multos, in præiudicium incursum est: Absit: imò potius laudem habebit ampliorem, ut multi propheta fecerunt, & iusti homines quotidie faciunt plurimi: sed cum dicit quatuor ieiunia, ueluti dies quatuor ieiunandos decernit: Non autem nobis dixit, aut mensis alicuius, aut anni, sed sic absolute prædicauit, ut mysteria Christianitatis ipsius quatuor ieiunijs nuntiata cognoscere mus: nam per annum quatuor ieiunia in ecclesia celebrantur: In natali primum, deinde in Pascha, tertium in Epiphania, quartum in Pentecoste. Nam in natali Saluatoris domini ieiunandum est, deinde in Pasche Quadragesima, atque in Ascensione: itidem in cælum post Pascha die quadragesimo, inde usque ad Pentecosten diebus decem: Id quod postea fecerunt beati Apostoli post ascensionem, ieiunijs & orationibus insistentes ut scriptum est, quod meruerint in Pentecoste plenitudinem diuini spiritus, & perfectionem consequi potestatis, ut in uocatione diuini spiritus affluente, tam armis instructi cælestibus, omni dubitatione seposita, in qua erant ante, post autem doctores inuicti & gloriosi martyres ipsius domini fieri quotidie properabant, Iudæos & Paganos edocentes, eisque de lege & prophetis Christum ubique dominum cum patre sempiternum prophetarum testimonio comprobantes, eiusque presentiam carnale saluberrimam orbi terrarum annuntiantes. Alij autem putant secundum quatuor anni cuiusque ieiunia dixisse scripturam. Alij etiam de Noë dixerunt: Quando audiit & credidit, inde cum arcam cõfecit: postea autem cum intrauit in eam, quarto quando exiit de arca. Alij autem Iudæorum Israel dixisse scripturam arbitrantur, quod cum audiuit populus primum in Ægypto per Moysen tunc temporis & credidit, liberatur de Pharaone & Ægyptis: deinde quod exiit de Ægypto: tertio quod in montem iuit, & accepit legem à domino saluatore: quarto quod intrauit in terram re promissionis: sed non omnes introierunt, sicut scriptum est, nisi duo soli, Iesus & Chaleb, ut dixit scriptura, Alij autem dixerunt, quatuor ieiunia sunt ecclesie ista in quatuor libris Moysi: quia primum fecit deus omnia in Genesi & hominem, ut scriptum est. Secundo in Exodo, quo de tenebris liberatus exit omnis homo credens in Christum Deum: Tertio quo in Leuitico offert sacrificia diuersa, quæ sunt omnia Christianitatis mysteria. Quarto post oblationem spiritualium donorum in libro Numeri mereatur omnis fidelis conferri, quod ait & dominus: gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in libro cælorum. Ideo & Dauid de Iudæis dicit: Deleantur de libro & cum iustis non scribantur, Et ipse iterum: Et in libro tuo in te credentes conscribentur. Hac etiam ieiunia in quatuor Euangelia nos oportet accipere de Patriarchis, Prophetis, Sacerdotibus, & Apostolis, quæ in nobis complenda sunt. Quod primum fides Patriarcharum, deinde uirtus prophetarum, tertio labor Sacerdotum, quarto Apostolorum perfectio inuicti certaminis nuntiantur, quæ diuersæ uirtutes inuicem cum suis uirescunt connexa temporibus, & docentes homines diuersa iocunditatis gaudia desiderantibus &

Zach. 7.

4. ieiunia Christiani rati.

Causa 4. Quatuor ieiunia.

Act. 1.

4. ieiunia Noë.

4. Israëlitarum ieiunia.

psal. 68
psal. 138.

bus & cupientibus subministrant.

Hæresis de uxoris & concubinis Solomonis.

Sunt hæretici, qui cum legunt in Salomone, sexaginta reginae, & octoginta concubinae, & inuencularum quarum numerus non est: putant eum mulierum causa & inuencularum atque concubinarum numerum edixisse. Cumque ita sentiunt, infructuosius, imò potius ut Pagani, impij, & Iudæi inruditi atque indocti iudicantur, ignorantes quod hæc rationabilia sunt & intellectibilia ab eodem nuntiata, quæ in Christi maiestate & potentia diuersa gratiarum munera humano generi ostendebantur aduentura, diuersisque temporibus uoluntati hominum ac capacitati desiderantium ab eodem impertita, non denegante pariter gratiam, sed iuxta quod capere potuissent uoluntas hominum nosceretur, ipso domino tribuente atque conferente querentibus studiose, cum dicat beatus Apostolus Petrus: In ueritate cognosco quod deus personarum acceptor non est. Et Paulus Apostolus itidem: Deus hominis, inquit, personam non accipit. Ex uoluntate itaque iuxta quod quisque desiderat, ita & deo Christo ei tribuetur atque impertitur quotidie. Diuersæ igitur dignitates, ac diuersæ gloriæ à Solomone nobis nuntiatae sunt: In mandato quippe, lege, & Christi gratia omnia quæ & primo & secundo & postremo tempore, populus per diuersa meritum collata sunt munerum dignitatis, ut priori populo, deinde Iudæorum, tertio Christianorum, qui ab illis prioribus qui ante Iudæos fuerunt, cum edocemur in Christi presentia de diuersam essentiam gratiam cupientibus & querentibus quotidie peruidemus effundi. Nam quod alia anima ad reginam, alia ad coniunctionem, alia ad incrementum perfectionis atatis in coniunctionem futuræ fidei Christi domini uocetur, manifestum est, dicente Apostolo: Qui coheret Christo domino, unum corpus est. Nam ubi regina nomen dicitur, regni cælestis manifestatur excellens nobilitatis sublimitas, quod & Dominus uocationem multorum prædicans, paucarum electionem annuntiat asfuturam. In quibus triplex uirtutis dignitas emittitur & in Euangelio, dicente Domino ad illum: Si vis esse perfectus, uade uende omnia quæ habes & da pauperibus, & ueni sequere me: & habebis thesaurum in cælo. At ille tristatus est, inquit, ut scriptum est: Ergo & si ante generaliter secundum temporis diuisionem populorumque factum est, tamen in Christi presentia triplex gratia resplendet ac dignitas, ut alij perfecti, alij sequentes, alij postea secuturi demonstrarétur, non in uno modo dignitatis, id est, regni cælestis inueniendi, sed secundum fidem ac laborem eorum atque diuersa certamina mercedem congruam adepturi, dicente Domino: Multæ mansiones sunt apud patrem meum. Ideo & Dauid animam ad regimen uocatum modis omnibus collaudat, edocens. Altitit regina à dextris tuis. Aliam etiam sequi hortatur: Audi filia & uide, & obliuiscere domus patris tui, & concupiscet rex speciem tuam. Ut ergo est rationis, conuenit cognoscere quod alij in regnum, alij in paradisum, alij in uitam atque remissionem peccatorum in futuro erunt deputandi quod non negatur currentibus ac uolentibus nunc ut oportet: dissimulantibus autem, & non recte currentibus à domino hæc non erunt conferenda.

De spiramine quod Adam accepit, hæresis.

Tom. 5.

Alia est hæresis, quæ spiramen quod accepit Adam putant tantum esse, quantum est à Christi post Resurrectionem concessum Apostolis: cum ignoret quod spiramen, est modica uirtutis aliqua gratia in audienda lege dei, multorum primus. Spiritus autem perfectionis est plenitudo. Spirame itaque datur ab infantia & cathecumenis, Spiritus autem in incremento doctrinæ fideique & salutaris baptismi plena dei gratia, ut intelligere, & ad maiorem ipsa possit scientiam peruenire. Ideoque post baptismum, iam non spiritum ut Apostoli, sed spiramen accipit qui baptizatur in trinitate. Comune est enim omnium spiramen: Spiritus autem paucorum est fidelium atque credentium, & discendum, & ueluti ab honore ad honorem, & à gloria ad gloriam maiorem cælestemque scientiam & gratiam peruenientium, dicente Apostolo, quod à fide in fidem procedimus & à gloria ad gloriam prodire properamus. Ideoque ait ipse: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis, ut & natura non exors Christi muneris inueniatur aliena penitus, id est, nec Cathecumenus, & fides atque doctrina, studiūque & uita prædicata in paucorum fidelium & cupientium uoluntate dignosceretur exuberans, dicente Domino: Habenti dabitur, & plus ei adicietur: Non habenti autem, & quod habere uidetur, auferetur ab eo. Quod Iudæo contigit, & alijs itidem plurimis.

Hæresis de funiculo mensorio in Zacharia proph.

Eta de funiculo agri-mensorio, de quo & Dauid edixerat, quod Angelus tenens ibat mensurare Ierusalem, æstimat secundum litteram ita dixisse scripturam: cum non Ierusalem metiri, quæ tradi debebat hostibus, sed credentium recte atque paucorum perfecte lectio nuntiabatur per Angelum asfuturam, ut dictum est: Multi uocati, pauci electi. Ierusalem ergo in funiculo agri-mensorio mensurabatur, id est, & Ierusalem ante sub paucis, & post fidem Christi paucorum catholicæ fidei gignendo electio prædicabatur in funiculo. Quod & Apostolus ait: Oportet hæreses esse, ut probati manifestentur. Quia ergo funiculus hæreditarius triplici uirtute connexus est, id est, patris, & filij, & spiritus sancti, hæc coniunctio cum in una eadēque accipitur fide atque credulitate: æqualitatis quippe, & uirtutis coniungenda unitas, atque colenda potentia cum noscitur ab Ecclesia catholica, non in diuersa maiestatis aut qualitatis credenda substantia prædicatur, ut quidam æstimant Hæretici. Quod & dominus dicere dignatus est: Putas filius hominis cum uenerit, inueniet fidem super terram? Quia & ante propheta quod tunc erat in paucis, & post Christi presentiam, passionem, & resurrectionem eius, diuinamque sententiam quod essent præuaricatorum: hoc ita nuntiatum sit, ut sint hæretici homines qui à spiritu sancto, aut à filio recedentes diuersam maiestatis & potentie inequalitatem quotidie prædicant aberrantes. In hoc ergo nos oportet agnoscere, quod funiculus, ut ait Solomon, triplex non disrumpetur, quod & credi debet à nobis, quod & de diuina substantia, & propria, filius & sanctus sit itidem spiritus: Patri quippe connexus in omnibus, qui & cognosci debet & coli ab omnibus. In hac ergo coniunctione baptismi & Saluator nos dignatus est confirmare, imperans: Euntes baptizati.

CCc iij

zate omnes gētes in nomine patris & filij & spirit⁹ sancti. In quo coniungentes filium patri, & spiritum cū filio & patre, hanc salutē cognoscimus adepturi quia non aliunde salutis remedium, nisi ex fide hac humano generi cognoscimus affuturam. Vnde & in hac coniunctione sanctæ adorandę Trinitatis gaudemus, in qua ante Adam pater noster, Noë, Abraham Moses & propheta sacerdotes, Iudices, & Apostoli, pariter & Euangelistæ prædicantes meruerunt consequi angelicam dignitatem, in qua & Ecclesia catholica exultat, hoc prædicans quotidie atq; edocens, eandemque hanc omnem impietatem paganā & iniquitatem Iudaicam destruens quotidie, omni exultat in gaudio. Nam etsi triplex funiculus debet accipi primum mandati, deinde legis in medio tempore, deinde gratia saluatoris, vtilitatis nō parū est, aut si de fide, spe atque charitate, vt dixit beatus Apostolus, quis velit accipere: & in hoc non parui est intellectus prudentioribus ac spiritalia desiderantibus plurimis.

Hæresis descripta ex Isaiâ propheta de Cherubin & Seraphin.

1. 6.

Est quoque hæresis, quæ cum legit in Isaiâ propheta, quod Cherubi & Seraphin animalia duo sex pennis prædita, duabus faciem dei, duabus pedes tegebant, & duabus clamabant voce sublimi deum collaudantes, nimium conturbatur: & nunc historiam querens, nunc rationem intellectibilem perferens, diuersa ambiguitate fatigatur. Cum & secundū literam non parua sit vtilitas, & secundum intellectibilem rationem Christi resonet cœlestis scientia: Secundum literam enim primum, quod deum inuisibilem scriptura docendo, impietatem vbiq; paganam damnabat, in qua scripturæ illorum impiæ visibilem & compositum prædicant. Deinde etiam Iudæorum, ne & ipsi pari cæcitate obrecti, vt Gētes impij corrupti sensibus deperirent, hoc ita edocuit. Sed hic etiam erat Iudæorum futuri temporis in Christi præsentia incredulitas & cooperatio annuntianda mysterij: quod cecitate operi nimia, nec propheta, nec ipsi domino erant postmodum credituri, cum missus ad populum prædicat manifeste: *Aure audietis, & oculo videbitis, & non intēdetis: cooperati quippe tenebris lucem salutis æternæ, id est, Christi carnalem præsentiam non erant agnitori, sicut & factum est: Quod Apostolus docens, velamē esse vsque hodie in cordibus eorumdem positum affirmavit: quod non reuelabitur vsque quo Christū non crediderint saluatore. Vbi autē cōuersa fuerint, id est crediderint in Christum dominum, auferretur velamen ab eorū cordibus. Quod autē & duo animalia nuntiata sint Cherubin & Seraphin, lex quippe & Propheta, testes Christi & doctores sculpi, non est ambiguum. Velabant autem faciem & pedes domini, siue quia in parabolis, & similitudinibus, & anigmatibus docebatur mysterium, vt scriptum est: Aperiam os meum in parabolis. Et Dauid, reucla oculos meos, & cōsiderabo mirabilia de lege tua, & Apostolus: filiū suum, inquit, pater reuelabit mihi. i. de lege atq; Prophetis ostēdēs. Sex autē pennæ erant eis, & duabus quidem faciem, & duabus pedes cooperiebant, duabus autem clamabant, ne forte facie & pedes cum dicit domini cooperitos, quod sursum atque deorsum est, & longitudo & latitudo deo monstrare, quod nec altitudo nec profundum, nec latitudo nec longitudo dei potest cognosci aut inueniri condigne ab aliqua creatura, & ma-*

Mat. 13.

2. Cor. 3.

Psa. 48.

Psal. 118.

xime hominum, aut humanis quorundam sensibus cōprehendi: qui etiam tantam elementorum naturam immēsamq; creando perfecit, quāto magis quia talia facillē cognoscitur modis omnibus antecellit. Solum autem per fidem noscitur: quia virtus, inquit, in infirmitate similitudine & anigmatibus perficitur atque inuenitur. Cūque rāta immēstas Dei dicitur atq; nuntiatur duabus pennis, id est, à Cherubin & Seraphin, lege atq; Prophetis canitur & prædicatur. Duarum etiam pennarum clamatio die noctūque, id est, & hic & in futuro cordis quippe credulitas hominum atque oris confessio non desinens inuenitur quotidie resonando, quæ & tunc canebatur ab Angelis atque ab hominibus prædicabatur in seculo: vt quod videre in excelsis, profundo, lato atque longo non poterant, corde credentes atque ore confidentes, in desinenti voce cantantes omni tempore lætarentur. Nam quod inuisibilis & incapabilis sit diuinæ qualitatis natura & substantia, in lege & prophetis ostenditur, Ioanne dicente: Deum nemo vidit vnquam. Nō dixit, non credit, sed non vidit. Ergo dominus credendi potentiam, & confitendi solum fiduciam tribuit, vt virtus eius in enarranda carnali fragilitate manifesta nosceretur: quod & dominus vbiq; fidem suam prædedit hominibus, quam & ipse ante dederat, posteaque in sua præsentia confirmauerat. Cherubin autem & Seraphin quadrisformia, id est, leonis, vituli, hominis & aquilæ, diuersa sunt sanctorum pariter virtutumque certamina fortiora præcellendæ eorū varięque dignitatis Patriarcharum quippe & Prophetarum, Sacerdotū atque Apostolorum itidem cum Martyribus sociata, vt in quibus ante tanta fides & dilectio Christi exuberans noscebatur, impar autē doctrina in quibusdam postea cogente causa tempore canebatur, non impar tamen fidei, ac certaminis gloria in coniunctione diuersæ virtutis monstraretur à Christo concessa atq; cōdonata, inq; omni Christianorum populo nosceretur, vt quod videre non possumus, nec humanis condigne sensibus desinere, corde credentes, atque ore confitētes, his duarum pennarū virtutibus non desinamus Iudæis & Gentibus hoc gaudij prædicare, atque his sublimes virtutibus euolare, sperantes cœlestia, vbi Christus est dominus, vt ait Apostolus, inq; hac sententia salutē perperuam posse consequi non dubitantes docente eodem: Quod si credideris in corde tuo, & confessus fueris Christū dominum saluatorem corpore crucifixum resurrexisse, saluus eris: Corde enim creditur ad iustitiā, ore autē confessio fit in salutē. Vnde ait de Christo domino, quod eius qualitatis diuina substantia nō in visione & mensura aut compositione consistat aliqua, sed in fide virtutis atque confessionis nostrę exuberans consumatur, quæ latitudo & longitudo, altum atque profundum sit scire, inquit, eminentissimam & incomprehensibilem Christi dei gratiam, atque non est humana fragilitatis poterit expromere, sed in fide atq; per fidem facile posse contingere docuit, quod mens hominum non præualeat enarrare.

Hæresis de Isaiâ propheta labijs tactis carbone.

Sunt quidam qui æstimant, quod Isaias post confessionē populi peccatoris, ac precem quam supplex ad deum effuderat, de Cherubin vnus venerit missus à deo ad prophetam, & accepit de forcipe carbonem, & tetigerit labia ipsius, atque ei: Ecce iam mundatus es. Putant aut de Angelis vnum venisse

Cherub. missio quia.

Igni missio quia.

Mat. 1.

1. 11.

Act. 2.

Rom. 8.

uenisse ad eum, aut de animalibus, aut de forcipe ignem accepisse, & mundasse prophetam, quod non est adeo scientiæ salutaris: cum hic de Cherubin aut Seraphin vnus animal cum dicit, id de duobus testamentis dicit, vnde Patriarchæ, Sacerdotes edixerint & Apostoli, mundo omni aduenturam gratiam ostendebant, quadrisformi virtute fulgentia muncera ad certamina cœlestia capientibus ministrantes: Nam Cherubin plenitudo scientiæ dicitur, virtus ignea peragrans appellatur. Hi itaque plenitudinē habentes scientiæ spiritualis, ac Christi mysterij tenētes diuitias, diuersas doctrinas iussu domini nobis dimitunt & deserunt, omniq; seculo itidem sine quadam intermissione nuntiantes, ex quibus vnus missus est ad Isaiam prophetam, hanc quippe Christi doctrinam annūtians, saluatorem quod erat aduenturus in carnem, spiritusque diuini credentibus allaturus gratiam copiosam. Isaias itaq; de Patriarchis, & lege & prioribus suis prophetis acceperat gratiam fortiorem, id est, diuini spiritus potentiam ampliolem, à prioribus scilicet, vt Christi mysteriū, id est, incorporationis ipsius seculo gratiam nuntiaret, ideo & dominus ad quosdam. O duri corde & imprudentis animo, cur non adueritis quod lex & propheta de filio hominis quæ ante prædixerant affutura cuncta consummari oportuerat: Decebat enim de Patriarchis & lege beatum accipere Isaiam, vt ab eis doctus, forti animo Christi carnalem præsentiam prædicaret. Ignem etiam quod ait accepisse Angelum, & purgasse ipsius labia, vtiq; diuini spiritus ei gratiam ostendebat concessam à domino vt ait: Ignem veni mittere in mundum, quā volo vt accendatur ocyus? De forcipe autem, id est de ferro, de inuicta natura eius atque diuina quippe dicebat potentia, quod corpus Christi diuino spiritu diuinaque potētia in vero sanctę virginis creatum atque consummatum est, sicut scriptum est: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus dei vmbra bit te. In quo apparens corpore vinceret omnia, à nullo autem superaretur: Sicut enim ferro domantur ac subiiciuntur omnia, à quo & gladius gignitur, vt dictum est: Verbu domini gladius bis acutus, qui domare potest testimonia, domari autē ab aliquo nō potest: Daturusque eis erat post passionem in resurrectione diuini spiritus beatis Apostolis inuictam potentiam, vt scriptum est: Spiritus domini super me, & cætera. Et Petrus promissione accepta à patre, ad Iudæos dicens effudit hanc gratiam, quam vos videtis atque auditis hodie. Igni etiam forcipe sicut formari cognoscimus, ita & corpus domini diuino spiritu nouimus consummatum. Ita que ita suis eum dedisse in corpore illā promissam gratiam atque inuictam potētiam, vt ait: Dedi vobis potestatem calcare super omnē virtutē inimici. Et Apostolus: Quis nos separabit à charitate Christi? per quæ eis cunctis itē in hoc credentibus seculo, vt dictum est, per impositionē manus Apostolorū diuinus dabatur spūs in Christum dominum credenti-

bus saluatorem. Et sicut duo hæc animalia, duo testamenta accipiuntur, legis & prophetarū, adstantia domino, sicut viderunt in monte Apostoli, artem rationis erit, quod & duo animalia intelligēda sunt mandatum primum quod datum est, quod & spirituale potest intelligi, vt scriptum est, quod & Saluator non soluit, sed confirmauit potius: Secundum autem animal doctrinam Christi, id est fidem eius & gratiam incorporationis & testamenti, passionisque eius, & resurrectionis mysterium continebat. Vnde lex literæ in medio est posita inter madata & gratiam, quæ si intelligitur, de Christo consentanea in multis accipitur: Si autem in carnali iustificatione quis saluari putauerit, abiicienda decernitur, cum de patre, & filio, & sancto spiritu ante legem, id est, ante tria milia annorum, & septingentos annos iusti priores illi sub mandato viuētes, ac beatam Trinitatem colentes, & suis filiis tradentes, cognatisque & seculi prædicabant, mysteriumque Christi Domini de ipso mandato antiquissimo nuntiabatur. Lex itaque admonitio mandati est, quæ & coniungitur secundum fidem colendę Trinitatis, & iterum separatur quædam eius propter Iudaicam & carnalem iustificationem, cum & propheta illa destruxerint antea, & Saluator abiecerit, & Apostoli veterint circuncidi homines. Lex itaque de mandato, causa cogente, carnali descendit ad tempus, gratia autem Christi, id est mysterium incorporationis, & passionis, & resurrectionis, fideique eius & ascensionis in cælum ante legem à iustis omnibus noscebatur, & querentibus, & cupientibus non celabatur, vt Enoch, Noë, & Melchisedech, & Iacob, & aliis iustis ac beatissimis Patriarchis, & cæteris qui ante legem Moysi vixerant, sub mandato scilicet constituti, atque in omnibus iustificati à domino. Lex autem & fides Christi dicitur, vt ait Apostolus, per legem fidei Christi: Lex carnalis iustificatio Iudæorum est: mandatum & si non putatur lex esse, tamen quod à Domino seruo dicitur & decernitur, legis est ratio, vt quod velit, eligat, aut seruare vt amicus & fidelis, aut contemnere vt seruus sub lege subiectus: Vnde & Saluator Apostolis mandatum dabat, vt amicis & fidelibus, quod & Adę patri nostro antequam peccaret, similiter dederat: post peccatum autem non iam mandatum societatis & propinquitatis, ac dilectionis erat & fraternitatis, sed timendę seueritatis iudicium decernebat, in cōtemnendis legis sententiis scilicet vt etiam ait Moyses: Maledictus omnis qui in legitimis non perman serit libri huius. Ideo & Saluator quæ in lege dicta sub illis beatissimis, comprobabat, vt suam doctrinam illorum priorum coniungeret, multorumque ita credentium & circuncisorum, pariter copularet, & naturalium itidem, id est gentium credentium sociaret, ac nolentium Iudæorum aliorumque incredulitatem & imperitiam coniunctam vtrorumque condemnaret.

Iusti ante legē noue rant Christi miste-ria.

Deut. 27

EX CATALOGO GENNADII.

Vincens natione Gallus, apud monasteriū in Lirinēsi insula Presbyter, vir in scripturis sanctis doctus, & notitia Ecclesiasticorū dogmatum sufficēter instructus, composuit ad euertendā hereticorū collegia, niuido & aperto sermone validissimam disputationem, quam absconso nomine suo, attulauit, Peregrini aduersum hereticos, cuius operis quia secundū libri maximam in schedulis partem, à quibusdam furatam perdidit, recapitulato eius paucis sermonibus sensu, primo compexit & in librum vnum edidit. Moritur Theodosio & Valentiniano regnantibus.

PRÆFATIO.

Deh. 32.

Pro. 22. Pro. 3.



Icente scriptura & monente, Interroga patres tuos, & dicent tibi: seniores tuos, & adnuntiabunt tibi: Et iterum, Verbis sapientium adcommoda aurem tuam. Et item: Filii mi hos sermones ne obliuiscaris, mea autem verba custodiat cor tuum, Videtur mihi minimo omnium seruatorū Dei, peregrino, quodd res nō minimā vtilitatis domino adiuuante futura sit, si ea que fideliter à sanctis patribus accipi, literis comprehendam, infirmi tati certē propriē pernecessaria: quippe cum adsit in promptu, vnde imbecillitas memoriæ meā assidua lectione reparatur. Ad quod me negotium, non solum fructus operis, sed etiam consideratio temporis, & opportunitas loci adhortatur. Tempus propterea quod cum humana omnia ab eo rapiantur, & nos ex eo aliquid in inuicem rapere debemus quod in vitam proficiat æternā: præsertim cum & propinquans diuini iudicij terribilis quedam expectatio augeri efflagitet studia religionis, & nouorum hæreticorum fraudulencia multum curæ & attentionis indigeat. Locus autem, quod vrbium frequentias turbasque vitantes, remotioris villulæ & in ea secretum monasterij incolamus habitaculum, vbi absq; magna distractione fieri possit illud quod canitur in Psalmo: Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus. Sed & propositi nostri ratio in id conuenit: quippe qui cum aliquādiu variis ac tristibus secularis militiæ turbibus volueremur, tandem nos in portum religionis cunctis semper fidissimum, Christo adspirante condidimus: vt ibi depositis vanitatis ac superbiæ flatibus, Christianæ humilitatis sacrificio placantes Deum, non solum præsentis vitæ naufragia, sed etiam futuri seculi incendia vitare possemus. Sed iam in nomine Domini, quod instat, adgrediar: vt scilicet à maioribus tradita, & apud nos deposita scribam, relatoris fide potius, quam auctoritatis præsumptione: hac tamen scribendi lege seruata, vt nequaquam omnia, sed tantum necessaria que perstringam: neque id ornato & exacto, sed facili communique sermone: vt plaræque significata potius, quam explicata videantur lautē & accuratē, his qui ad hoc munus vel ingenij fiducia, vel officij ratione ducuntur: me vero subleuādē recordationis vel potius obliuionis meæ gratia, commonitorium mihi met parasse suffecerit: quod tamen paulatim recolendo quæ dicit, emendare & implere quotidie, Domino præstante, conabor. Atqui hoc ipsum idcirco præmonui, vt si forte elapsum nobis, in manus sanctorum deuenerit, nihil in eo temere reprehendant, quod adhuc videant promissa emendatione limandum.

Vincen^{ti} monachus fuit.

Psal. 45.

Vincen^{ti} primum miles.

Commonitorium.

* Fortē Cē sorum.

Authoritati sacre scripturæ dandam esse Ecclesiasticæ intelligentiæ auctoritatem, vt Catholica fidei veritas ab hæreticæ prauitatis falsitate discernatur.

CAPVT I.

Sæpè igitur magno studio & summa attentione perquirens à quam plurimis sanctitate & doctri

na præstantibus viris, quoniam modo possim certa quadam & quasi generali ac regulari via, Catholicæ fidei veritatem ab hæreticæ prauitatis falsitate discernere, huiusmodi semper responsum ab omnibus ferè retuli: Quod siue ego, siue quis alius vellet exurgentium hæreticorum fraudes deprehendere, laqueosque vitare, & in fide sana sanus atque integer permanere, duplici modo munire si dem suam domino adiuuante deberet. Primum scilicet, diuinæ legis auctoritate: tū deinde Ecclesiæ Catholicæ traditione.

CAPVT II.

Hic forsitan requirit aliquis: Cum sit perfectus scripturarum canon, sibi que ad omnia satis, si perque sufficiat, quid opus est, vt ei Ecclesiasticæ intelligentiæ iungatur auctoritas? Quia videlicet scripturam sacram pro ipsa sua altitudine non vno eodemque sensu vniuersi accipiunt, sed eiusdem eloquia aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur: vt penè quot homines sunt, tot illic sententiæ erui posse videantur. Aliter namque illam Nouatianus, aliter Phorinus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arius, Eunomius, Macedonius, aliter Apollinarius, Priscillianus, aliter Iouinianus, Pelagius, Celestius, aliter postremò Nestorius. Atque idcirco multum necesse est, propter tãtos tam varij erroris anfractus, vt Propheticæ & Apostolicæ interpretationis linea secundum Ecclesiasticæ & Catholici sensus normam dirigatur.

Magno opere curandum esse, vt id teneamus quod vbi que, quod semper, quod ab omnibus creditum est.

CAPVT 3.

In ipsa item Catholica Ecclesia magno opere curandum est, vt id teneamus quod ab omnibus creditum est: hoc est etenim verè propriæque, Catholicum (quod ipsa vis nominis ratioque declarat, que omnia verè vniuersaliter comprehendit) sed hoc ita demum fit si sequamur Vniuersitatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autem Vniuersitatem hoc modo, si hanc vnam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia: Antiquitatem verò ita, si ab his nullatenus sensibus recedamus, quos sanctos Maiores ac Patres nostros celebrasse manifestum est: Consensionem quoque itidem, si in ipsa vetustate, omnium Sacerdotum pariter & Magistrorum definitiones sententiasque sectemur.

CAPVT 4.

Quid igitur faciet Christianus Catholicus, si se aliqua Ecclesiæ particula ab vniuersalis fidei communionem præcederit? Quid vti que nisi vt pestiferi corruptoque membro, sanitatem vniuersi corporis anteponat? Quid si nouella aliqua contagio non iam portiunculam tantum, sed totam pariter Ecclesiam commaculare conetur? Tunc item prouidebit, vt antiquitati inhereat, quæ prorsus iam non potest ab vlla nouitatis fraude seduci: Quid si in ipsa vetustate, duorum aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnus, aut etiam prouinciæ alicuius error deprehendatur? Tunc omnino curabit, vt paucorum temeritati vel inscitia, si qua sunt, vniuersaliter antiquitus vniuersalis Ecclesiæ decreta præponat. Quid

Catholica fidei reuolunda regula.

Cur ad vniuersales hæreticorum fides scripturæ non eadem si intelligitur sita vniuersi.

Catholica fides constat vniuersitate, antiquitate, consensione.

Quid agat si pars ab vniuersali fidei non iam portiunculam tantum, sed totam pariter Ecclesiam commaculare conetur? Tunc item prouidebit, vt antiquitati inhereat, quæ prorsus iam non potest ab vlla nouitatis fraude seduci: Quid si in ipsa vetustate, duorum aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnus, aut etiam prouinciæ alicuius error deprehendatur? Tunc omnino curabit, vt paucorum temeritati vel inscitia, si qua sunt, vniuersaliter antiquitus vniuersalis Ecclesiæ decreta præponat. Quid

nat. Quid si tale aliquid emergat, vbi nihil huiusmodi reperitur: Tunc operâ dabit, vt collatas inter se Maiorum consular, atque interroget sententias: eorum duntaxat, qui diuersis licet temporibus & locis, in vnus tamen Ecclesiæ Catholicæ communionem & fide permanentes, magistri probabiles extiterunt: & quicquid non vnus aut duo tantum, sed omnes pariter vno eodemque consensu, apertè, frequenter, perseveranter, tenuisse, scripsisse, docuisse cognouerit, id sibi quoque intelligat absque vlla dubitatione credendum. Sed vt planiora fiant quæ dicimus, exemplis singulatim illustranda sunt, & paulò vberius exaggeranda: ne immodicè breuitatis studio, rerum pondera, orationis celeritate rapiantur.

CAPVT 5.

Tempore Donati, à quo Donatistæ, cū sese multa pars Aphricæ in erroris sui furias præcipitaret, cum que immemor nominis, sacrilegam temeritatem, Ecclesiæ Christi præponeret, tunc quicumque per Aphricam constituti, prophano schismate derestato, vniuersi mundi Ecclesiæ adlocati sunt, soli esse omnibus intra sacraria Catholicæ fidei salui esse poterunt: egregiam profectò relinquentes posteris formam, quemadmodum scilicet & deinceps bono more, vnus, aut certè paucorum vesanij, vniuersorum fanitas ante ferretur.

Novelli dogmatis inductione quantum inuehatur calamitatis, Ariane perfidia exemplo monstratur.

Tem, quando Arrianorum venenum, non iam portiunculam quandam, sed penè orbem totum contaminauerat, aded vt propè cunctis Latini sermonis Episcopis, partim vi, partim fraude deceptis, caligo quadam mentibus offunderetur, quid nam potissimum in tanta rerum confusione sequendum foret, tunc quisquis verus Christi amator & cultor extitit, antiquam fidem nouellæ perfidiæ preferendo, nulla contagij ipsius peste maculatus est. Cuius quidem temporis periculo satis superque monstratum est: nouelli dogmatis inductione. Tunc siquidem non solum prauæ res, sed etiam maxime labefactæ sunt. Nec enim tantum affinitates, cognationes, amicitia, domus, verum etiam Vrbes: Populi, Prouinciæ, Nationes, vniuersum postremò Romanum imperium funditus cõcussum, & emoritur est. Namque cum prophana ipsa Arrianorum nouitas, velut quadam Bellona aut Futia, capto prius omnium Imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis subiugasset, nequaquam deinceps destitit vniuersa miscere atque vexare, priuata ac publica, sacra, prophanaque omnia, nullum boni & veri gerere discrimen, sed quoscunque collibuisse, tãquam de loco superiore percutere. Tunc temerata coniuges, depopulata vidua, profanatae virgines, monasteria demolita, disturbati clerici, verberati Leuitæ, acti in exilium Sacerdotes, oppleta Sanctis ergastula, carceres: metalla: quorum pars maxima interdictis vrbibus protrusi atque extorres, inter deserti, speluncas, feras, saxa, nuditate, fame, siti affecti, contriti, & rabefacti sunt. Atqui hæc omnia nūquid vllam aliã ob causam, nisi vti que dum pro cælesti dogmate humanæ superstitiones introducantur, dum benè fundata antiquitas scelestâ nouitate subruitur, dum superiorum instituta violantur, dum rescinduntur scita Patrum, dum conuellantur definita maiorum, dum sese intra sacrata atque incorruptæ vetustatis castissimos limites prophanae ac

Novelli dogmatis inductione quantum inuehatur calamitatis, Ariane perfidia exemplo monstratur.

Tem, quando Arrianorum venenum, non iam portiunculam quandam, sed penè orbem totum contaminauerat, aded vt propè cunctis Latini sermonis Episcopis, partim vi, partim fraude deceptis, caligo quadam mentibus offunderetur, quid nam potissimum in tanta rerum confusione sequendum foret, tunc quisquis verus Christi amator & cultor extitit, antiquam fidem nouellæ perfidiæ preferendo, nulla contagij ipsius peste maculatus est. Cuius quidem temporis periculo satis superque monstratum est: nouelli dogmatis inductione. Tunc siquidem non solum prauæ res, sed etiam maxime labefactæ sunt. Nec enim tantum affinitates, cognationes, amicitia, domus, verum etiam Vrbes: Populi, Prouinciæ, Nationes, vniuersum postremò Romanum imperium funditus cõcussum, & emoritur est. Namque cum prophana ipsa Arrianorum nouitas, velut quadam Bellona aut Futia, capto prius omnium Imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis subiugasset, nequaquam deinceps destitit vniuersa miscere atque vexare, priuata ac publica, sacra, prophanaque omnia, nullum boni & veri gerere discrimen, sed quoscunque collibuisse, tãquam de loco superiore percutere. Tunc temerata coniuges, depopulata vidua, profanatae virgines, monasteria demolita, disturbati clerici, verberati Leuitæ, acti in exilium Sacerdotes, oppleta Sanctis ergastula, carceres: metalla: quorum pars maxima interdictis vrbibus protrusi atque extorres, inter deserti, speluncas, feras, saxa, nuditate, fame, siti affecti, contriti, & rabefacti sunt. Atqui hæc omnia nūquid vllam aliã ob causam, nisi vti que dum pro cælesti dogmate humanæ superstitiones introducantur, dum benè fundata antiquitas scelestâ nouitate subruitur, dum superiorum instituta violantur, dum rescinduntur scita Patrum, dum conuellantur definita maiorum, dum sese intra sacrata atque incorruptæ vetustatis castissimos limites prophanae ac

Novelli dogmatis inductione quantum inuehatur calamitatis, Ariane perfidia exemplo monstratur.

Tem, quando Arrianorum venenum, non iam portiunculam quandam, sed penè orbem totum contaminauerat, aded vt propè cunctis Latini sermonis Episcopis, partim vi, partim fraude deceptis, caligo quadam mentibus offunderetur, quid nam potissimum in tanta rerum confusione sequendum foret, tunc quisquis verus Christi amator & cultor extitit, antiquam fidem nouellæ perfidiæ preferendo, nulla contagij ipsius peste maculatus est. Cuius quidem temporis periculo satis superque monstratum est: nouelli dogmatis inductione. Tunc siquidem non solum prauæ res, sed etiam maxime labefactæ sunt. Nec enim tantum affinitates, cognationes, amicitia, domus, verum etiam Vrbes: Populi, Prouinciæ, Nationes, vniuersum postremò Romanum imperium funditus cõcussum, & emoritur est. Namque cum prophana ipsa Arrianorum nouitas, velut quadam Bellona aut Futia, capto prius omnium Imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis subiugasset, nequaquam deinceps destitit vniuersa miscere atque vexare, priuata ac publica, sacra, prophanaque omnia, nullum boni & veri gerere discrimen, sed quoscunque collibuisse, tãquam de loco superiore percutere. Tunc temerata coniuges, depopulata vidua, profanatae virgines, monasteria demolita, disturbati clerici, verberati Leuitæ, acti in exilium Sacerdotes, oppleta Sanctis ergastula, carceres: metalla: quorum pars maxima interdictis vrbibus protrusi atque extorres, inter deserti, speluncas, feras, saxa, nuditate, fame, siti affecti, contriti, & rabefacti sunt. Atqui hæc omnia nūquid vllam aliã ob causam, nisi vti que dum pro cælesti dogmate humanæ superstitiones introducantur, dum benè fundata antiquitas scelestâ nouitate subruitur, dum superiorum instituta violantur, dum rescinduntur scita Patrum, dum conuellantur definita maiorum, dum sese intra sacrata atque incorruptæ vetustatis castissimos limites prophanae ac

Novelli dogmatis inductione quantum inuehatur calamitatis, Ariane perfidia exemplo monstratur.

Tem, quando Arrianorum venenum, non iam portiunculam quandam, sed penè orbem totum contaminauerat, aded vt propè cunctis Latini sermonis Episcopis, partim vi, partim fraude deceptis, caligo quadam mentibus offunderetur, quid nam potissimum in tanta rerum confusione sequendum foret, tunc quisquis verus Christi amator & cultor extitit, antiquam fidem nouellæ perfidiæ preferendo, nulla contagij ipsius peste maculatus est. Cuius quidem temporis periculo satis superque monstratum est: nouelli dogmatis inductione. Tunc siquidem non solum prauæ res, sed etiam maxime labefactæ sunt. Nec enim tantum affinitates, cognationes, amicitia, domus, verum etiam Vrbes: Populi, Prouinciæ, Nationes, vniuersum postremò Romanum imperium funditus cõcussum, & emoritur est. Namque cum prophana ipsa Arrianorum nouitas, velut quadam Bellona aut Futia, capto prius omnium Imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis subiugasset, nequaquam deinceps destitit vniuersa miscere atque vexare, priuata ac publica, sacra, prophanaque omnia, nullum boni & veri gerere discrimen, sed quoscunque collibuisse, tãquam de loco superiore percutere. Tunc temerata coniuges, depopulata vidua, profanatae virgines, monasteria demolita, disturbati clerici, verberati Leuitæ, acti in exilium Sacerdotes, oppleta Sanctis ergastula, carceres: metalla: quorum pars maxima interdictis vrbibus protrusi atque extorres, inter deserti, speluncas, feras, saxa, nuditate, fame, siti affecti, contriti, & rabefacti sunt. Atqui hæc omnia nūquid vllam aliã ob causam, nisi vti que dum pro cælesti dogmate humanæ superstitiones introducantur, dum benè fundata antiquitas scelestâ nouitate subruitur, dum superiorum instituta violantur, dum rescinduntur scita Patrum, dum conuellantur definita maiorum, dum sese intra sacrata atque incorruptæ vetustatis castissimos limites prophanae ac

Novelli dogmatis inductione quantum inuehatur calamitatis, Ariane perfidia exemplo monstratur.

Tem, quando Arrianorum venenum, non iam portiunculam quandam, sed penè orbem totum contaminauerat, aded vt propè cunctis Latini sermonis Episcopis, partim vi, partim fraude deceptis, caligo quadam mentibus offunderetur, quid nam potissimum in tanta rerum confusione sequendum foret, tunc quisquis verus Christi amator & cultor extitit, antiquam fidem nouellæ perfidiæ preferendo, nulla contagij ipsius peste maculatus est. Cuius quidem temporis periculo satis superque monstratum est: nouelli dogmatis inductione. Tunc siquidem non solum prauæ res, sed etiam maxime labefactæ sunt. Nec enim tantum affinitates, cognationes, amicitia, domus, verum etiam Vrbes: Populi, Prouinciæ, Nationes, vniuersum postremò Romanum imperium funditus cõcussum, & emoritur est. Namque cum prophana ipsa Arrianorum nouitas, velut quadam Bellona aut Futia, capto prius omnium Imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis subiugasset, nequaquam deinceps destitit vniuersa miscere atque vexare, priuata ac publica, sacra, prophanaque omnia, nullum boni & veri gerere discrimen, sed quoscunque collibuisse, tãquam de loco superiore percutere. Tunc temerata coniuges, depopulata vidua, profanatae virgines, monasteria demolita, disturbati clerici, verberati Leuitæ, acti in exilium Sacerdotes, oppleta Sanctis ergastula, carceres: metalla: quorum pars maxima interdictis vrbibus protrusi atque extorres, inter deserti, speluncas, feras, saxa, nuditate, fame, siti affecti, contriti, & rabefacti sunt. Atqui hæc omnia nūquid vllam aliã ob causam, nisi vti que dum pro cælesti dogmate humanæ superstitiones introducantur, dum benè fundata antiquitas scelestâ nouitate subruitur, dum superiorum instituta violantur, dum rescinduntur scita Patrum, dum conuellantur definita maiorum, dum sese intra sacrata atque incorruptæ vetustatis castissimos limites prophanae ac

Novelli dogmatis inductione quantum inuehatur calamitatis, Ariane perfidia exemplo monstratur.

Tem, quando Arrianorum venenum, non iam portiunculam quandam, sed penè orbem totum contaminauerat, aded vt propè cunctis Latini sermonis Episcopis, partim vi, partim fraude deceptis, caligo quadam mentibus offunderetur, quid nam potissimum in tanta rerum confusione sequendum foret, tunc quisquis verus Christi amator & cultor extitit, antiquam fidem nouellæ perfidiæ preferendo, nulla contagij ipsius peste maculatus est. Cuius quidem temporis periculo satis superque monstratum est: nouelli dogmatis inductione. Tunc siquidem non solum prauæ res, sed etiam maxime labefactæ sunt. Nec enim tantum affinitates, cognationes, amicitia, domus, verum etiam Vrbes: Populi, Prouinciæ, Nationes, vniuersum postremò Romanum imperium funditus cõcussum, & emoritur est. Namque cum prophana ipsa Arrianorum nouitas, velut quadam Bellona aut Futia, capto prius omnium Imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis subiugasset, nequaquam deinceps destitit vniuersa miscere atque vexare, priuata ac publica, sacra, prophanaque omnia, nullum boni & veri gerere discrimen, sed quoscunque collibuisse, tãquam de loco superiore percutere. Tunc temerata coniuges, depopulata vidua, profanatae virgines, monasteria demolita, disturbati clerici, verberati Leuitæ, acti in exilium Sacerdotes, oppleta Sanctis ergastula, carceres: metalla: quorum pars maxima interdictis vrbibus protrusi atque extorres, inter deserti, speluncas, feras, saxa, nuditate, fame, siti affecti, contriti, & rabefacti sunt. Atqui hæc omnia nūquid vllam aliã ob causam, nisi vti que dum pro cælesti dogmate humanæ superstitiones introducantur, dum benè fundata antiquitas scelestâ nouitate subruitur, dum superiorum instituta violantur, dum rescinduntur scita Patrum, dum conuellantur definita maiorum, dum sese intra sacrata atque incorruptæ vetustatis castissimos limites prophanae ac

Novelli dogmatis inductione quantum inuehatur calamitatis, Ariane perfidia exemplo monstratur.

Tem, quando Arrianorum venenum, non iam portiunculam quandam, sed penè orbem totum contaminauerat, aded vt propè cunctis Latini sermonis Episcopis, partim vi, partim fraude deceptis, caligo quadam mentibus offunderetur, quid nam potissimum in tanta rerum confusione sequendum foret, tunc quisquis verus Christi amator & cultor extitit, antiquam fidem nouellæ perfidiæ preferendo, nulla contagij ipsius peste maculatus est. Cuius quidem temporis periculo satis superque monstratum est: nouelli dogmatis inductione. Tunc siquidem non solum prauæ res, sed etiam maxime labefactæ sunt. Nec enim tantum affinitates, cognationes, amicitia, domus, verum etiam Vrbes: Populi, Prouinciæ, Nationes, vniuersum postremò Romanum imperium funditus cõcussum, & emoritur est. Namque cum prophana ipsa Arrianorum nouitas, velut quadam Bellona aut Futia, capto prius omnium Imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis subiugasset, nequaquam deinceps destitit vniuersa miscere atque vexare, priuata ac publica, sacra, prophanaque omnia, nullum boni & veri gerere discrimen, sed quoscunque collibuisse, tãquam de loco superiore percutere. Tunc temerata coniuges, depopulata vidua, profanatae virgines, monasteria demolita, disturbati clerici, verberati Leuitæ, acti in exilium Sacerdotes, oppleta Sanctis ergastula, carceres: metalla: quorum pars maxima interdictis vrbibus protrusi atque extorres, inter deserti, speluncas, feras, saxa, nuditate, fame, siti affecti, contriti, & rabefacti sunt. Atqui hæc omnia nūquid vllam aliã ob causam, nisi vti que dum pro cælesti dogmate humanæ superstitiones introducantur, dum benè fundata antiquitas scelestâ nouitate subruitur, dum superiorum instituta violantur, dum rescinduntur scita Patrum, dum conuellantur definita maiorum, dum sese intra sacrata atque incorruptæ vetustatis castissimos limites prophanae ac

Novelli dogmatis inductione quantum inuehatur calamitatis, Ariane perfidia exemplo monstratur.

novellæ curiositatis libido non continet, Quod fidem Confessorum & Martyrum denegare non possumus, quorum victorias prædicamus, & à quibus non parvis, sed vniuersitatis suscepta est defensio.

CAPVT 7.

Sed forsitan odio nouitatis, & amore vetustatis Exissimat hæc fingimus. Quisquis hoc æstimat, beato saltē In fine ca. credat Ambrosio, qui in secundo ad Imperatorem Gratianum libro, acerbitatem temporis ipse deplorans, ait: Sed iam satis, inquit, omnipotens Deus nostro exitio, nostròque sanguine, Confessorum necesse exilia Sacerdotum, & nephas tanta impietatis eluimus. Satis claruit, eos qui violauerunt fidem, tutos esse non posse. Item in tertio eiusdem operis libro: Seruemus igitur, inquit, præcepta maiorum, ne hæreditaria signacula, ausu rudis temeritate violemus. Librum signatum illum Propheticum, non seniores, non potestates, non Angeli, non Archangeli aperire ausi sunt: soli Christo explanandi eius prerogatiua seruata est. Librum sacerdotalē quis nostrum signare audeat, signatum à Confessoribus, & multo rum iam martyrio consecratum: Quem qui resignare coacti sunt, postea tamen damnata fraude signarunt: qui violare non ausi sunt, Confessores & Martyres extiterunt. Quomodo fidem eorum possumus denegare, quorum victoriam prædicamus? Prædicamus, inquam, & venerande Ambrosii, prædicamus planè laudantemque miramur. Nam quis ille tã demens est, qui eos & si adsequi non valeat, non exoptet sequi, quos à defensione fidei Maiorum nulla vis depulit: non minã, non blandimenta, non vitia, non mors, non palatium, non satellites, non Imperator, non imperium, non homines, non demones: Quos, inquam, pro religiose Veritatis tenacitate tãro munere dominus dignos iudicauit, vt per eos prostratas repararet Ecclesias, extinctos spirituales populos viuificaret, deiectas sacerdotum coronas reponeret, nefarias illas nouellæ impietatis non literas, sed lituras, infuso cœlitus Episcopis fidelium lachrymarum fonte, deleret: vniuersum postremò iam penè mundum, sacra repentina hærescon tempestate percussum, ad antiquam fidē à nouella perfidia: ad antiquam sanitatem, à nouitatis vesaniam: ad antiquam lucem à nouitatis caritate reuocaret.

CAPVT 8.

Sed in hac diuina quadam confessionum virtute, illud est etiam nobis vel maximè cõsiderandum quod tunc apud ipsam Ecclesiam vetustatem, nō partitatis alicuius, sed vniuersitatis ab iis est suscepta defensio. Neque enim fas erat, vt tanti ac tales viri non autē nius, aut duorum hominum erabundas, sibi que ipsi contrarias suspiciones tam magno molimine adfererent, aut verò pro alicuius prouinciolæ temeraria quadã cõspiratione certarent: sed omnium sanctæ Ecclesiæ catholicæ Sacerdotū, Apostolicæ veritatis decreta & definita sectantes, maluerunt semetipsos, quam vetusta vniuersitatis fidem prodere. Vnde & ad tantam gloriam peruenire meruerunt, vt non solum confessores, verum etiam confessorum principes iure merito que habeantur. Magnum hoc igitur eorumdem beatorum exemplum, planeque diuinū & viris quibusque Catholicis in defessa meditatione recolendum: qui modum septemplicis candelabri, septena sancti spiritus luce radiantes, clarissimā posteris formulam præmonstrarunt, quoniam modo deinceps per singula queque errorū vaniloquia,

Exissimat In fine ca.

Cap. 7. Apoc. 5.

Retulit vniuersitatis fidei tuebatur. non autē parvis aliis.

facrata vetustatis autoritate, prophanæ nouitatis conteratur audacia.

Quid quisque religiosior est, sed promptius nouellis aduentionibus contrari. Vnde magno studio Stephanus Papa resistit iterationi baptismi. CAP. 9.

Sedes apostolica.

Neque hoc sanè nouum: siquidem mos iste semper in Ecclesia viguit, ut quo quisque religiosior, eo promptius nouellis aduentionibus contraret. Exemplis talibus plena sunt omnia. Sed ne longum fiat, vnum aliquod, & hoc ab Apostolica potissimum sede sumemus: ut omnes luce clarius videant, beatorum Apostolorum beata successio quata vi semper, quanto studio quanta contentione defenderit susceptæ semel religionis integritatē.

Agrippinus Carthaginiensis Episcopus iterandi baptismi auctor.

Quondam igitur venerabilis memoriæ Agrippinus Carthaginiensis Episcopus, primus omnium mortaliū contra diuinum canonem, contra vniuersalis Ecclesiæ regulam, contra sensum omnium consecratorum, contra morem ac instituta maiorum, rebaptizandum esse censebat. Quæ præsumptio tantum mali inuexit, ut non solum hæreticis omnibus formam sacrilegij, sed etiam quibusdam Catholicis occasione præbuerit erroris. Cum ergo vndique ad nouitatem rei cuncti reclamaret, atque omnes qua uauetsum sacerdotes pro suo quisque studio reniterentur, tunc beata memoriæ Papa Stephanus, Apostolicæ sedis Antistes, cum cæteris quidem collegis suis, sed tamen præ cæteris restitit: dignum, ut opinor, existimans, si reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret, quantum loci autoritate superabat. Denique in Epistola quæ tunc ad Africam missa est, idem his verbis sanxit, nihil nouandū, nisi quod traditum est. Intelligebat etenim vir sanctus & prudens, nihil aliud ratione pietatis admittere, nisi ut omnia, qua fide à patribus suscepta forent, eadem fide filijs consignarentur: nōsq; religionem, non quæ uellemus ducere, sed potius quæ illa duceret, sequi oportere: idque esse propriū Christianæ modestiæ & grauitatis, non sua posteris tradere, sed à Maioribus accepta seruare. Quis ergo tunc vniuersi negotij exitus: quis utique nisi uictus & solutus? Retenta est scilicet Antiquitas & explorata Nouitas.

Stephanus Papa.

Apud Cyprianum lib. 2. Ep. 7.

Pulchre dictum.

Nouitatis vim nullam esse exempli.

Ed forte tunc ipsi nouitiæ aduentioni patrocina defuerunt: Immo uero tanta vis ingenij ad fuit, tanta eloquentiæ flumina, tantus adfertorum numerus, tanta ueri similitudo, tanta diuinæ legis oracula, sed planè nouo ac malo more intellecta, ut mihi illa conspiratio nullo modo destrui potuisset uideatur nisi solam tanti moliminis causam ipsa illa suscepta, ipsa defensa, ipsa laudata nouitatis professio destitisset. Prostreud ipsius Africani Concilij sine decreti quæ uires? donante Deo, nulla, sed vniuersa tāquam somnia, tanquam fabulæ, tanquam superflua, abolita, antiqua, calcata sunt.

Heretici, ut filij Cham, libenter erratum sancti uiri produnt, & veteris cuiuspiam uiri scripta paulo inuolutis edita, pro se citant. CAP. 11.

Ed rerum mira cōuictio. Authores eiusdem opinionis, Catholici: consecratores uero hæretici iudicantur. Absoluuntur magistri, condemnantur discipuli, conscriptores librorum filij regni erunt, assertores uero gehenna suscipiet. Nam quis illud sanctorum omnium & Episcoporum, & Martyrum lumen, beatissimum Cyprianum, cum cæteris colle-

Cyprian.

gis suis in æternum dubiter regnatorum esse cum Christo? Aut quis contra tam sacrilegus, qui Donatistas & cæteras pestes, quæ illius autoritate Concilij rebaptizare se iactitant, in sempiternum neget arturos esse cum Diabolo? Quod quidem mihi diuinitus uidetur promulgatum esse iudicium, propter eorum maximè fraudulentiam, qui cum sub alieno nomine hæresim concinnare machinentur, captant plerumque ueteris cuiuspiam uiri scripta paulo inuolutis edita, quæ pro ipsa sui obscuritate dogmatis suo quasi congruant: ut illud nescio quid quodcunque proferunt, neque primi, neque soli sentire uideantur. Quorum ego nequitiam duplici odio dignam iudico, uel eò, quod hæresicos uenenum propinare aliis non pertimescunt: uel eo etiam, quod sancti cuiusque uiri memoriam tanquam sopitos iam cineres prophana manu uentilant, & quæ silentio sepeliri oportebat, rediuidua opinione distillant: sequentes omnino uestigia authoris sui Cham, qui nuditate uenerandi Noë, non modò operire neglexit, uerum quoque irridendam cæteris enuntiauit. Vnde tantam læsæ pietatis meruit offensam, ut etiam posteri ipsius, peccati sui maledictis obligarentur, beatis illis fratribus, longeque dissimilibus, qui nuditate ipsam reuerendi patris, neque suis temerare oculis, neque alienis patere uoluerunt, sed auerti, ut scribitur, reuerunt eum, quod est, erratum sancti uiri nec adprobasse, nec prodidisse: atque idcirco beata in posteris benedictione donati sunt. Sed ad propositum redeamus.

Heretici ym fricid.

Qui sim hodie. Ely Cham.

Gen. 9.

Exponitur locus Pauli. Licet nos aut Angelus de celo Euangelizet uobis, præterquam quod Euangelizauimus uobis, anathema sit. CAP. 12.

Magno igitur metu nobis immutata fidei, ac temerata religionis piaculum pertimescendum est, à quo nos non solum constitutionis Ecclesiasticæ disciplina, sed etiam censura Apostolica: deterret autoritatis. Scitum etenim cunctis est, quam grauitate, quam seuerè, quam uoluntate inuachatur in quosdam beatus Apostolus Paulus, qui miralitate nimium cito translati fuerant ab eo, qui eos uocauerat in gratiam Christi, in aliud Euangelium, quod non est aliud: qui coaceruarant sibi magistros ad sua desideria, à ueritate quidem auditum auertentes, conuersi uero ad fabulas, habentes dānationem quod primam fidem irritam fecissent. Quos deceperant ij de quibus ad Romanos fratres scribit idem Apostolus: Rogo autem uos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones & offencicula præter doctrinam, quam ipsi didicistis, faciunt, & declinat ab illis: huiusmodi enim Christo domino nō seruiunt, sed suo uentri: & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Qui intrat per domos & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uariis desideriis: semper discentes, & ad scientiam ueritatis nunquam peruenientes. Vaniloqui & seductores, qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Homines corrupti mente, reprobis circa fidem: superbi, & nihil scientes: sed languentes circa questiones & pugnas uerborum, qui ueritate priuari sunt, existimantes questum esse pietatem: simul autem & otiosi discunt circumredomios: non solum autem otiosi, sed & uerbofi & curiosi, loquentes quæ non oportet. Qui bonam conscientiam repellentes, circa fidem naufragauerunt. Quorum prophana uaniloquia

Heretici ym fricid.

Qui sim hodie. Ely Cham.

Gen. 9.

Gal. 1.

1 Tim. 4.

1 Tim. 5.

Rom. 16.

2 Tim. 3.

1 Tim. 3.

1 Tim. 6.

1 Tim. 5.

1 Tim. 1.

1 Tim. 2.

loquia

1 Tim. 3. uendicij errores.

Gal. 1.

1 Tim. 5. de uenatione.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

1 Tim. 5.

loquia multum proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit: Bene autem, quod de iis item scribitur: Sed uiltra non proficiunt: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorū fuit. Cum ergo tales quidam circumcuntes prouincias & ciuitates, atque errores uenalicios circumferendo etiam ad Galatas deuenissent: cumque his auditis Galata: nauis quadam ueritatis adfecti, Apostolica catholicaque doctrina manna reuomentes, hæreticæ nouitatis fordibus oblectarentur, ita sese Apostolicæ potestatis exercuit autoritas, ut summa cum seueritate decerneret: Sed licet aut nos, inquit, aut Angelus de celo Euangelizet uobis, præterquam quod Euangelizauimus, anathema sit, Quid est quod ait. Sed licet nos: Cur non potius, sed licet ego? Hoc est, etiam si Petrus, etiam si Andreas, etiam si Ioannes, etiam si postremò omnis Apostolorum chorus Euangelizet uobis, præterquam quod Euangelizauimus, anathema sit. Tremenda dilictio: propter adferendam primæ fidei tenacitatem, nec si bi, nec cæteris coapostolis perperit. Parum est, Etiam si Angelus, inquit, de celo Euangelizet uobis præterquam quod Euangelizauimus, anathema sit. Non suffecerat ad custodiam tradita: semel fidei humanæ conditionis commemorasse naturam, nisi Anglicam quoque excellentiam comprehendisset. Licet, nos inquit, aut Angelus de celo. Non quia sancti celestesque Angeli peccare iam possint, sed hoc est quod dicit: Si etiam, inquit, fiat quod non potest fieri, quisquis ille traditam semel fidem mutare tentauerit: anathema sit.

CAPVT 13.

Ed hæc forsitan perfunctoriè prælocutus est, & humano potius effudit impetu, quam diuina ratione decreuit. Absit. Sequitur enim, & hoc ipsum ingenti molimine iterata insinuationis inculcat: Sicut prædiximus, inquit, & nūc iterum dico: Si quis uobis Euangelizauerit præterquam quod accepistis anathema sit. Non dixit. Si quis uobis aduertiauerit præterquam quod accepistis, benedictus sit, laudetur: recipiatur: sed anathema sit, inquit, id est, separatus, segregatus, exclusus, ne unius ueni dirum contagium, innoxium gregem Christi uenena permixtione contamine. Sed forsitan Galatis ista tantum præcepta sūt, Ergo & ista solis Galatis imperata sunt quæ in eiusdem Epistolæ sequentibus commemorantur: qualia sunt hæc: Si uiuimus spiritu, spiritu & ambulemus: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes. Et reliqua. Quod si absurdum est, & omnibus ex æquo imperata sunt, stat, ut sicut hæc morum mandata, ita etiam illa quæ de fide cauta sunt, omnes pari modo comprehendat.

CAPVT 14.

Ed, sicuti nemini licet inuicem prouocare aut inuidere inuicè, ita nemini liceat præter id quod Ecclesia Catholica usque quaque Euangelizat, accipere. Aut forsitan tunc iubebatur, si quis aduertiauerit præterquam quod anuntiatum fuerat, anathemari: nunc uero iam non iubetur, Ergo & illud quod item ibi ait: Dico autem, spiritu ambulate, & desiderium carnis non perficietis, tunc tantum iubebatur, modò uero iam non iubetur. Quod si impiiū pariter & perniciosum est ita credere, necessario sequitur, ut sicut hæc cunctis quælibet obseruanda sunt, ita illa quoque quæ de non mutanda fide sancita sunt, cunctis quælibet imperata sunt. Adnunti-

tiare ergo aliquid Christianis Catholicis, præter id quod acceperūt, nūquā licuit, nunquā licet, nunquā licebit: & anathematizare eos qui aduertiunt aliquid, præterquam quod semel acceptū est, nūquā oportuit, nusquā nō oportet, nunquā nō oportebit. Quæ cū ita sint, est ne aliquis uel tātæ audaciæ, qui præter id quod apud Ecclesiam adnuntiatum est, aduertiatur: uel tantæ leuitatis, qui præter id quod ab Ecclesia accepit, accipiat: Clamet, & repetendo clamet, & omnibus & semper, & ubique per literas suas clamet ille, ille uas electionis, ille magister gentium, ille Apostolus, tuba, ille terrarum præco, ille cælorum conscius, ut si quis nouum dogma aduertiauerit, anathematizetur. Et contra reclamant tanæ quedam, & cyniphes & muscæ morituræ, quales sunt Pelagiani, & hoc catholicis: Nobis, inquit, authoribus, nobis principibus, nobis expofitoribus damnate quæ tenebatis, tenere quæ damnabatis reicite antiquam fidem, paterna instituta, Maiorū deposita, & recipite, quænam illa tandem? Horreo dicere, sunt enim tam superba, ut mihi nō modo affirmari, sed ne refelli qui dem sine aliquo piaculo posse uideantur.

Ex Deuter 13. cap. Docet cur per sepe diuinitus sinantur magni uiri, rerum nouarum in Ecclesia fieri aucthores. CAP. 15.

Ed dicit aliquis. Cur ergo per sepe diuinitus sinantur excellentes quadam persone in Ecclesia constitutæ res nouas Catholicis aduertiare? Re-eta interrogatio, & digna qua diligentius atque uerius pertractetur: cui tamen non ingenio proprio, sed diuinæ legis autoritate, Ecclesiastici magistrum documento satisfaciendum est. Audiamus ergo sanctum Moysen, & ipse nos doceat, cur docti uiri, & qui propter scientiæ gratiam ab Apostolo etiā propheta nuncupantur, proferre interdum permittantur noua dogmata, quæ uetus testamentum allegorico sermone deos alienos appellare consueuit, eò quod scilicet ita ab hæreticis ipsorū opiniones, sicut à gentilibus dii sui obseruentur. Scribit ergo in Deueronio beatus Moyses. Si surrexerit, inquit, in medio tui propheta, aut qui somnium se uidisse dicat: id est, Magister in Ecclesia constitutus, quæ discipuli uel auditores sui ex aliqua reuelatione docere arbitrentur: Quid deinde? Et prædixerit, inquit, signū atque portentum, & euenit quod locutus est, Magister profectò nescio quis significatur Magister, & tantæ scientiæ, qui sectatoribus propriis non solum quæ humana aut nosse, uerè etiam quæ supra hominem sunt prænoscere posse uideatur, quales ferè discipuli sui iactitant fuisse Valentinum, Donatū, Photinum, Apollinarem, cæterosque eiusmodi. Quid postea? Et dixerit, inquit, tibi, eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis, Qui sunt dii alieni, nisi errores extranei, quos ignorabas, id est, noui & inauditi? Et seruiamus eis, id est, credamus eis, sequamur eos. Quid ad extremum? Non audies, inquit, uerba Propheta: illius, aut somniatoris. Et quare, oro te, à deo non prohibetur doceri, qui à deo prohibetur audiri, Quia, inquit, tærat uos dominus Deus uester, ut palam fiat, utrum diligentibus eum non, in toto corde, & in tota anima uerè, Luce clarius aperta causa est: cur interdum discipuli prouidentia quosdam Ecclesiarum Magistros, noua quædam dogmata predicare patiatur: ut tentet uos, inquit, Dominus Deus uester. Et profectò magna tentatio est, cum ille quem tu

Pelagiano riu uoces.

Dij alieni noui dogmata. Deu. 13.

Hæreses quando Deus ori ri patitur Tentatio

Prophetam, quem Prophetarum discipulum, quem doctorem & adfertorem veritatis putes, quem summa veneratione & amore complexus sis, is subito latenter noxios subinducat errores, quos nec cito deprehendere valeas, dum antiqui magisterij duceris præiudicio: nec facile damnare fas ducis, dum magistri veteris impediris affectu.

Illud Moysi. Tentat vos Dominus, si diligatis eum, declarat exemplis Nestorij, Photini, & Apollinaris, qui non parua tentationi Catholicis extiterunt. CAP. 16.

Hic forsitan efflagitet aliquis vt ea quæ sancti Moysi verbis adserta sunt, Ecclesiasticis aliquibus demonstrantur exemplis. Aequa expostulatio, nec diu differenda. Nam vt à proximis & manifestis incipiam, qualem fuisse nuper tentationem putamus, cum infelix ille Nestorius subito ex oue conuersus in lupum, gregem Christi lacerare cœpisset? cum cum hi ipsi qui rodebantur ex magna adhuc parte ouem crederent, ideoque moribus eius magis paterent. Nam quis cum facile errare arbitrareretur, quem tanto sacerdotum studio persecutum videret: qui cum magno sanctorum amore, summo populi fauore celebraretur quotidie, palam diuina tractabat eloquia, & noxios quoscumque Iudæorum & Gentilium confutabat errores. Quo tandem isto modo non cuius fidem faceret, se recta docere, recta predicare, recta sentire? Qui vt vni hæresi suæ auditum patefaceret, cunctarum hæreseon blasphemias infectabatur. Sed hoc erat illud quod Moyses ait: Tentat vos dominus Deus vester, si diligatis eum, an non. Et vt Nestorium prætereamus, in quo plus semper admirationis quæ utilitatis, pl' famæ quam experientiæ fuit: quem opinione vulgi aliquandiu magnum humana magis fecerat gratia, quam diuina: eos potius commemoremus, qui multis profectibus multaque industria præditi, non parua tentationi Catholicis hominibus extiterunt: velut apud Pannonias maiorum memoria Photinus Ecclesiam Sirmitanam tentasse memoratur. Vbi cum magno omnium fauore in sacerdotium fuisset ascitus, & aliquandiu tanquam Catholicus administraret, subito sicut malus ille Propheta, aut somniator, quem Moyses significat, creditam sibi plebem Dei persuadere cœpit, vt sequeretur deos alienos, id est, errores extraneos, quos antea nesciebat. Sed hoc vitiatum, illud verò perniciosum, quod ad tantum nefas non mediocribus adminiculis utebatur: Nam erat & ingenij viribus valens, & doctrinæ opibus excel-lens, & eloquio prepotens: quippe qui utroque sermone copiose & grauius disputaret & scriberet: vt monumentis librorum suorum manifestatur quos idem partim Græco, partim Latino sermone composuit. Sed bene, quod commisit ipsi oues Christi, multum pro Catholica fide vigilantes, & cautæ, citò ad præmonentis Mosi eloquia, respexerunt, & Propheta atque pastoris sui licet admirarentur eloquentiam, tentationem tamen non ignorarunt. Nâ quem antea quasi arietem gregis sequebantur, eum dem deinceps veluti lupum fugere cœperunt: Neque solum Photini, sed etiam Apollinaris exemplo istius Ecclesiasticæ tentationis periculum discimus, & simul ad obseruande diligentius fidei custodiam cõmonemur. Etenim ipse auditoribus suis magnos actus, & magnas generauit Angustias, quippe cum eos huc Ecclesiæ traheret authoritas, huc Magistri retraheret consuetudo: sic inter vtraque nutabundi

Nestorius

Nestorius qualis.

Photinus Pannonius.

Photini notes.

Apollinaris.

Foris a-

stus,

& fluctuantes, quid potius sibi feligendum foret, nõ expendunt. Sed forsitan eiusmodi ille vir erat, qui dignus esset facile contemni. Immo vero tantus ac talis, cui nescium citò in plurimis crederetur. Nam quid illo præstantius, acumine, exercitatione, doctrina? quam multas ille hæreses multis voluminibus oppræsserit, quod inimicos fidei confutauerit errores, indicio est opus illud, triginta non minus librorum nõbissimum ac maximum, quo insanas Porphirij calumnias magna probationum mole confudit. Longum est vniuersa ipsius opera commemorare, quibus profecto summis edificatorib' Ecclesiæ par esse potuisset, nisi prophana illa hæreticæ curiositatis libidine, nouum nescio quid inuenisset, quo & cunctos labores suos velut cuiusdam lepræ ad mixtionem fœdaret, & doctrina eius non tam edificatio, quàm tentatio potius Ecclesiastica diceretur. Hic à me forsitan deprecatur, vt horum quos supra commemorauimus hæreses exponam: Nestorij scilicet, Apollinaris, & Photini. Hoc quidem ad rem de qua nunc agimus non attinet, propositum etenim nobis est, non singulorum errores persequi, sed paucorum exempla proferre, quibus cuiusdam ad perspicuè demõstratur illud quod Moyses ait: Qui scilicet, si quâdo Ecclesiasticus aliquis magister, & ipse interpretandis prophetarum mysterijs Propheta, noui quidam in Ecclesiam Dei tentent inducere, ad tentationem id nostram fieri prouidentia diuina patiatur.

Quid sentiant memorati hæretici, Nestorius, Photinus & Apollinaris. CAPVT 17.

Vtile igitur fuerit in excursu, quid supra memorati hæretici sentiant, breuiter exponere, id est, Photinus, Apollinaris, Nestorius. Photini ergo secta hæc est: dicit Deum singulum esse & solitarium, & more Iudaico confitendum: Trinitatis plenitudinem negat, neque vllam Dei verbi, aut vllam spiritus sancti putat esse personam: Christum vero, hominem tantummodo solitarium adserit, cui principium adscribit ex Maria, & hoc omnibus modis dogmatizat, solam nos personam Dei patris, & solum Christum hominem colere debere. Hęc ergo Photin', Apollinaris verò, in vnitatem quidem Trinitatis quasi consentire se iactat, & hoc ipsum plena fidei sanitate: sed in domini incarnatione, aperta professione blasphematur. Dicit enim in ipsa Saluatoris nostri carne, aut animam humanam penitus nõ fuisse, aut certe talem fuisse, cui mens & ratio non esset. Sed & ipsam domini carnem, non de sanctæ virginis Mariæ carne susceptam, sed de cœlo in virginem descendisse dicebat: eamque nutabundus semper & dubius, modò coæternam Deo verbo, modo de verbi diuinitate factâ predicabat. Nolebat enim in Christo esse duas substantias, vnam diuinam, alteram humanam, vnam ex patre, alteram ex matre, sed ipsam verbi naturam putabat esse discissam, quasi aliud eius permaneret in Deo, aliud verò fuisset in carne: vt cum veritas dicat ex duabus substantiis vnum esse Christum, ille contrarius veritati, ex vna Christi diuinitate duas asserat esse substantias. Hęc itaque Apollinaris. Nestorius autem contrario Apollinaris morbo, dum se duas in Christo substantias distinguere simulat, duas introducit repente personas, & inaudito scelere duos vult esse filios Dei, duos Christos: vnum deum, alteram hominem: vnum qui ex patre, alterum qui sit generatus ex matre. Atque ided asserit sanctam Mariam non Thotocoon sed Chri-

Apollinaris præstantia.

Photini secta.

Apollinaris visita.

Nestorij errores.

stoto-

stotocon esse dicendam: quia scilicet ex ea non ille Christus, qui Deus, sed ille qui erat homo, sit natus. Quod si quis eum putat in literis suis vnum Christum dicere, & vnam Christi predicare personam, non temerè credat. Aut enim istud fallendi arte machinatus est, vt per bona, facilius suaderet & mala, sicut ait Apostolus: Per bonum mihi operatus est mortem. Aut ergo, vt diximus, fraudulentie causa, quibusdam in locis scriptorum suorum vnum Christum, & vnam Christi personam credere se iactat: aut certè post partum iam virginis, ita in vnum Christum duas perhibet conuenisse personas vt tamen conceptus seu partus virginis tempore, & aliquanto postea, duos Christos fuisse cõtendat. Et cum scilicet Christus homo communis primum & solitarii natus sit, & necdum dei verbi personæ vnitatem sociatus, postea in eum adsumptis verbi personæ descenderit: & licet nunc in dei gloria maneat adsumptus aliquandiu, tamen nihil inter illum & ceteros homines inter fuisse videatur.

Quid contra prædictas hæreses, de Deo & Salvatore nostro Catholica sentias Ecclesiæ. CAPVT 18.

Hęc ergo Nestorius, Apollinaris, Photinus aduersus Catholicam fidem rabidi canes latrant, Photinus, Trinitatem non confitendo: Apollinaris, conuertibilem verbi dicendo naturam, & duas in Christo substantias non confitendo, & aut totam Christi animam, aut certè mentem atque rationem in anima denegando, & adserendo pro sensu mentis fuisse Dei verbum: Nestorius, duos Christos, aut semper esse, aut aliquandiu fuisse adserendo. Ecclesiæ vero Catholica, & de Deo, & de Salvatore nostro recta sentiens, nec in Trinitatis mysterium, nec in Christi incarnationem blasphematur: Nam & vna diuinitatem in Trinitatis plenitudine, & Trinitatis equalitatem in vna atque eadè maiestate veneratur, & vnum Christum Iesum, non duos, eundemque, Deum pariter atque hominem confitetur: & in eo duas substantias: sed vnâ credit esse personam: duas substantias, quia mutabile non est verbum Dei, vt ipsum verteretur in carnem: vnam personam, ne duos proficendo filios, quaternitatem videatur colere, non Trinitatem.

CAPVT 19.

Sed operæ pretium est, vt id ipsum etiam atque etiam distinctius, & expressius enucleemus. In Deo vna substantia, sed tres personæ: in Christo duæ substantiæ sed vna persona: in Trinitate alius atque alius, non aliud atque aliud: in Salvatore aliud atque aliud, nõ alius atque alius. Quomodo in Trinitate alius atque alius, non aliud atque aliud? Quia scilicet alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti: sed tamen Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nõ alia & alia, sed vna est eadèque natura. Quomodo in Salvatore aliud atque aliud, nõ alius atque alius? Quia videlicet altera substantia diuinitatis, altera humanitatis: sed tamen deitas & humanitas non alter & alter sed vnus idemque Christus, vn' idemque filius Dei, & vnus eiusdemque Christi & filij Dei vna eademque persona. Sicut in homine aliud caro, & aliud anima, sed vnus idemque homo anima & caro. In Petro & Paulo aliud anima, aliud caro: nec tamè duo, Petri caro & anima, aut alter Paulus anima: & alter caro: sed vnus idemque Petrus, vnus idemque Paulus ex duplici diuersaque subsistens animi cor-

Tom. 5.

Due substantia in Christo.

Alius. Aliud.

porisque natura. Ita igitur in vno eodemque Christo duæ substantiæ sunt: sed vna diuina, altera humana: vna ex patre Deo, altera ex matre virgine: vna coeterna & æqualis patri, altera consubstantialis matri. Nõ ergo alter Christus Deus, alter homo: non alter increatus, alter creatus: non alter impassibilis, alter passibilis: nõ alter æqualis patri, alter minor patri: nõ alter ex patre, alter ex matre, sed vn' idemque Christus Deus & homo: idem non creatus, & creatus: idem incommutabilis & impassibilis: idem commutatus & passibilis: idem Patri & æqualis & minor: idem ex patre ante seculum genitus: idem in seculo ex matre generatus perfectus Deus, perfectus homo: in Deo summa diuinitas, in homine plena humanitas: Plena, inquam, humanitas, quippe quæ animam simul habeat, & carnem: sed carnem, veram, nostram maternam: animam verò intellectu præditam, mente ac ratione pollentem. Est ergo in Christo verbum, anima, caro: sed hoc totum vnus est Christus, vnus filius Dei, & vnus Saluator ac redemptor noster. Vnus autem, non corruptibili nescio, qua diuinitatis & humanitatis confusione, sed integra & singulari quadam vnitatem personæ. Neque enim illa coniunctio alterum conuertit atque mutauit (qui est error proprius Arianorum) sed ita in vnum potius vtriusque compegit, vt manente semper in Christo singularitate vnus eiusdemque personæ, in æternum quoque permaneat proprietates vniscuiusque naturæ: quò scilicet nec vquam Deus corpus esse incipiat, nec aliquando corpus esse desinat: quod etiam humanæ conditionis demonstratur exemplo. Neque enim in præsentem tantum, sed in futuro quoque vnusquisque hominum constabit ex corpore & anima: nec tamen vnquam aut corpus in animam, aut anima vertetur in corpus: sed vno quoque hominũ sine fine victuro, in vno quoque hominum sine fine necessarid vtriusque substantiæ differentia permanebit. Ita in Christo quoque vtriusque substantiæ sua cuique in æternum proprietates, salua tamen personæ vnitatem, retinenda est.

CAPVT 20.

Sed cum personam sepius nominamus, & dicimus quod Deus persona, homo factus sit, vehementer verendum est, ne hoc dicere videamur, quod Deus verbum sola imitatione actionis, quæ sunt nostra suscepit, & quicquid illud est conuersationis humana, quasi adumbratus, non quasi verus homo fecerit: sicut in Theatris fieri solet, vbi vnus plures effingit repente personas, quarum ipse nulla est. Quotiescunque etenim aliqua suscipitur imitatio actionis alienæ, ita aliorum officia aut opera patantur, vt tamen hi qui agunt, non sint ipsi quos agunt. Neque enim, vt verbi gratia secularium & Manichæorum vtamur exemplis, cum actor tragicus sacerdotem effingit, aut regem, sacerdos aut rex est: nam desinente actu, si mul & ea quæ susceperat persona desistunt. Absit hoc à nobis nefarium scelus, tantumque ludibrium. Manichæorum sit ista dementia, qui phantasiæ prædicatores, aiunt filium Dei Deum, & personam hominis non substantiæ extraxisse, sed actu putatio quodam, & conuersatione simulasse. Catholica verò fides ita verbum Dei hominem factum esse dicit, vt quæ nostra sunt, non fallaciter & adumbratè, sed vere, expressèque susciperet: & quæ erant huma-

DDd

2. in Chri-
sto sub-

Quis in
Christo
vnitas.

Manichæi

na, non quasi aliena imitaretur, sed potius, ut sua gereret, & prorsus quod agebat, hoc etiam esset. Sicut ipsi nos quoque in eo quod loquimur, sapimus, vivimus, subsistimus, non imitamur homines, sed sumus. Neque enim Petrus & Ioannes, ut eos potissimum nominem, imitando erant homines, sed subsistendo. Neque item Paulus simulabar Apostolum, aut fingebar Paulum, sed erat Apostolus, & subsistebat Paulus: Ita etiam Deus verbum, assumendo & habendo carnem, loquendo, faciendo, patiendo per carnem, sine vlla tamen suae corruptione naturae, hoc omnino praestare dignatus est, ut hominem perfectum non imitaretur aut fingeret, sed exhiberet: ut homo verus non videretur, aut putaretur sed esset atque subsistere. Igitur sicut anima conexa carni, nec in carnem tamen versa, non imitatur hominem, sed est homo, & homo non per simulationem, sed per substantiam, ita etiam verbum Deus, absque vlla sui conuersione vniendo se homini, non confundendo, non imitando factus est homo, sed subsistendo. Abijciatur ergo tota penitus personae illius intelligentia, quae fingendo imitatione suscipitur: ut semper aliud est, & aliud simulatur: vbi ille qui agit, nunquam is est, quem agit. Absit etenim ut hoc fallaci modo Deus verbum hominis personam suscepisse credatur: sed ita potius, ut incommutabili sua manente substantia, & in se perfecti hominis suscipiendo naturam, ipse caro, ipse homo, ipse persona hominis existeret: non simulatoria, sed vera: non imitativa, sed substantiva: non denique quae cum actione desisteret, sed quae prorsus in substantia permaneret. Haec igitur in Christo personae unitas, nequaquam post virginis partum, sed in ipso virginis utero compacta atque perfecta est.

CAPVT 21.

Vehementer enim praecauere debemus, ut Christum non modo vnum, sed etiam semper vnum confiteamur: quia intolleranda blasphemia est, ut etiam si nunc cum, vnum esse concedas, aliquando tamen non vnum, sed duos fuisse contendas: vnum scilicet post tempus baptismatis, duos vero sub tempore natiuitatis. Quod immensum sacrilegium non aliter profecto vitare poterimus, nisi vnitum hominem Deo in unitate personae, non ascensu, vel resurrectione, vel baptismo, sed iam in matre, iam in utero, iam denique in ipsa virginali conceptione fateamur: proter quam personae unitatem, indifferenter ei atque promiscue, & quae Dei sunt propria, tribuntur homini, & quae carnis propria, adscribuntur Deo. Inde est enim quod diuinitus scriptum est: Et filium hominis descendisse de caelo, & dominum maiestatis crucifixum in terra: Inde etiam est, ut carne domini facta, carne domini creata, ipsum verbum Dei factum, ipsa sapientia Dei impleta, scientia creata dicatur: sicut in praesentia, manus ipsius & pedes fossi esse referuntur. Per hanc, inquam, personae unitatem illud quoque similis mysterij ratione profectum est, ut carne verbi ex integra matre nascente, ipse Deus verbum natus ex virgine Catholicissime credatur, impiissime denegetur. Quae cum ita sint, absit ut quisquam sanctam Mariam diuinae gratiae priuilegijs ut speciali gloria fraudare conetur: Est enim singulari quodam domini ac Dei nostri, filij autem sui munere, verissime ac beatissime theotocos confitenda. Sed non eo modo theotocos, quo impia quaedam haereticis suspicatur, quae

Christus verus homo.

Intolleranda blasphemia.

Psal. 21.

Maria theotocos.

adserit eam Dei matrem sola appellatione dicendam, quae eum scilicet peperit hominem, qui postea factus est Deus, sicut dicimus presbyteri matrem, aut Episcopi matrem, non iam presbyterum aut Episcopum pariendo, sed eum generando hominem, qui postea presbyter vel Episcopus factus est. Non ita, inquam, sancta Maria theotocos: sed ideo potius, quoniam, ut supra dictum est, iam in eius sacramento vtero sacrosanctum illud mysterium perpetratum est, quod propter singularem quandam atque vnicam personae unitatem, sicut verbum in carne caro, ita homo in Deo Deus est.

Recapitulatio praedictorum a capite. 71. CAPVT. 22.

Sed iam ad ea quae supra de memoratis haereticis, vel de Catholica fide breuiter dicta sunt, renouandae causae memorie, breuius strictiusque repetamus: quo scilicet & intelligantur iterata plenius, & firmiter inculcata teneantur. Anathema igitur Phorino, non recipienti plenitudinem Trinitatis, & Christum hominem tantummodo solitarium praedicanti, Anathema Apollinari, adserenti in Christo conuersionem diuinitatis corruptionem, & auferenti perfectae humanitatis proprietatem. Anathema Nestorio, neganti ex virgine Deum natum, adserenti duos Christos, & explosa Trinitatis fide, quaternitatem nobis introducenti. Beata vero Catholica Ecclesia, quae vnum Deum in Trinitatis aequalitatem in vna diuinitate veneratur: ut neque singularitas substantiae personarum confundat proprietatem, neque item Trinitatis distinctio unitatem, separet deitatis. Beata, inquam, Ecclesia, quae in Christo duas veras perfectasque substantias, sed vnam Christi credit esse personam, ut neque naturarum distinctio unitatem personae diuidat, neque item personae unitas differentiam confundat substantiarum: Beata, inquam, Ecclesia, quae ut vnum Christum & esse & fuisse fateatur, vnitum hominem Deo non post partum, sed iam in ipso matris utero constituit. Beata, inquam, Ecclesia, quae Deum factum hominem, non conuersione naturae, sed personae ratione intelligit: personae autem non simulationis & transeuntis, sed substantiae ac permanentis. Beata, inquam, Ecclesia, quae hanc personae unitatem tantam vim habere praedicat, ut propter eam miro ineffabilique mysterio & diuina homini, & Deo adscribat humanae: Nam propter eam & hominem de caelo secundum Deum descendisse non abnegat, & Deum secundum hominem credidit in terra factum, passum, & crucifixum. Propter eam denique & hominem Dei filium, & Deum filium Virginis constituit. Beata igitur ac veneranda bene dicta & sacrosancta, & omnino supernae illi Angelorum laudationi comparanda confessio, quae vnum dominum Deum trina sanctificatione glorificat, id circo etenim vel maxime unitatem Christi praedicat, ne mysterium Trinitatis excedat. Haec in excursu dicta sunt, aliam (si Deo placuerit) vberius tractanda & explicanda. Nunc ad propositum redeamus.

Quod error Origenis, magna fuerit Dei Ecclesiae populi tentatio. CAP. 23.

Dicebamus ergo in superioribus, quod in Ecclesia Dei & tentatio esse populi, error Magistri: & tanto maior tentatio, quanto ipse esset doctior, qui erraret. Quod primum scripturae auctoritates, deinde Ecclesia

Phorinus.

Apollina.

Nestorius.

Ecclesiae des de s.

Trinitate.

Ecclesiae des de Christo.

Nota.

Origenis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

magis.

Ecclésiasticis docebamus exemplis: eorum scilicet commemoratione, qui cum aliquandiu sanae fidei forent habitus, ad extremum tamen, aut in alienam decidissent sectam, aut ipsi suam haereticam condidissent. Magna profecto res, & ad discendum vtilis, & ad recolendum necessaria, quam etiam atque etiam explorum molibus illustrare atque inculcare debemus: ut omnes ferè Catholici nouerint, se cum Ecclesia doctores recipere, non cum doctoribus Ecclesiae fidei & serere debere. Sed ego ita arbitror, quod cum multos in hoc tentandi genere proferre valeamus, nemo penè sit, qui Origenis tentationi valeat comparari: in quo plura adeo praecleara, adeo singularia, adeo mira extiterunt, ut inter initia habendam cunctis adseritionibus eius fidem, quiuis facile iudicaret. Nam si vita facit auctoritatem, magna illi industria, magna pudicitia, patientia, tolerantia: si genus vel eruditio, quid eo nobilius, qui primum in ea domo natus est, quae est illustrata martyrio: Dein de pro Christo non solum patre, sed omni quoque facultate priuatus, tantum inter sanctae paupertatis profectus angustias, ut pro nomine Domini confessionis sapius, ut ferunt, adligeretur. Neque vero haec in illo sola erant, quae cuncta postea tentationi forent, sed tanta etiam vis ingenij, tam profundi, tam acris, tam elegantis, ut omnes penè multum longeque superaret: tanta doctrinae ac totius eruditionis magnificentia, ut pauca forent diuinae, penè fortasse nulla humanae Philosophiae, quae non penitus adsequeretur. Cuius scientiae cum Graeci non crederent, & Hebraei quoque elaborata sunt. Eloquentiam vero quid memorem? cuius fuit tam amena, tam laeta, tam dulcis oratio, ut mihi ex ore ipsius non tam verba, quam in illa quaedam fluxu se videantur. Quae non ille persuasum difficulta, disputandi viribus elinuit? Quae factu ardua, non ut facillima viderentur effecit? Sed forsitan argumentorum tantummodo nexibus adseritiones suas tenuit. Immo planè nemo vnquam Magistorum fuit, qui pluribus diuinae legis vteretur exemplis. Sed credo pauca conscripsit: Nemo mortalium plura, ut mihi sua omnia non solum non perlegi, sed ne inueniri quidem posse videantur. Cui ne quicquam ad scientiae instrumenta deesset, etiam plenitudo ex abundanti aetatis. Sed forsitan discipulis parum scilicet. Quis vnquam felicitior? Nempe in numeri ex sinu suo doctores, innumeris sacerdotes, confessores, & Martyres extiterunt. Iam vero quanta apud omnes illius admiratio, quanta gloria, quanta gratia fuerit, quis exequi valeat? Quis non ad eum paulo religiosior, ex vltimis mundi partibus aduolauit? Quis Christianorum non penè ut Prophetam, quis Philosophorum non ut magistrum veneratus est? Quam autem non solum priuatae conditioni, sed ipsi quoque fuerit reuerendus Imperio, declarant historiae, quae eum a matre Alexandri Imperatoris ac circum ferunt, caelestis utique sapientiae merito, cuius & ille gratia & amore flagrabat. Sed & eiusdem Epistolae testimonium perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum Principum Christianus fuit, Christiani magisterij auctoritate conscripsit. De cuius incredibili quadam scientia, si quis referentibus nobis Christianum non accepit testimonium, saltem testificantibus Philosophis gentilem recipiat confessionem. Ait namque impius ille Porphyrius, excitem se fama ipsius Tom. 5.

Alexandriam ferè puerum perrexisse, ibique eum vidisse iam senem: sed planè talem tantumque, qui arcem totius scientiae condidisset: Dies me citius de fecerit, quam ea quae in illo viro praecleara extiterunt, vel ex minima saltem parte perstringam, quae tamè non solum ad religionis gloriam, sed etiam ad tentationis magnitudinem pertinebant. Quotus enim quisque tanti ingenij, tanta doctrinae, tanta gratiae virum a se facile deponeret, ac non potius illa vteretur sententia, se cum Origine errare malle, quam cum alijs vera sentire? Et quid plura? eò res decidit, ut tantae personae, tanti doctus, tanti Prophetae, non humana aliqua, sed ut exitus docuit, nimium periculosa tentatio plurimos à fidei integritate deduceret. **Q**uamobrem hic Origenes tantus ac talis dum gratia Dei insolentius abutitur, dum ingenio suo nimium indulget, sibi que satis credit, cum parui pendit antiquam Christianae religionis simplicitatem, dum se plus cunctis sapere praesumit, dum Ecclesiasticas traditiones & veterum magisteria contemnes quaedam scripturarum capitula nouo more interpretatur, meruit ut de se quoque Ecclesiae dei diceretur. Si surrexerit in medio tui propheta. Et Paulus post: Non audies, inquit, verba Prophetae illius. Et item: Quia tentat vos, inquit, dominus Deus vester, utrum diligatis eum, an non. Verè non solum tentatio, sed etiam magna tentatio, deditam sibi atque à se pendentem Ecclesiam admiratione ingenij, scientiae, eloquentiae, conuersationis & gratiae: nihil de se suspicantem, nihil se verentem, subito à veteri religione in nouam profanitatem sensum paulatimque traducere. Sed dicit aliquis, corruptos esse Origenis libros. Non resisto, quin potius & malo. Nam id est à quibusdam & traditum, & scriptum, non Catholicis tantum, sed etiam haereticis. Sed illud est quod nunc debemus aduertere, & si non ipsum, libros tamen sub nomine suo editos, magne esse tentationi, qui multis blasphemiarum vultibus scateant, non ut alieni, sed quasi sui & leguntur & amantur: ut & si in errore concipiendo Origenis non fuit sensus, ad errorem tamen persuadendum, Origenis auctoritas valere videatur. **Q**uod & Tertullianus mutata sententia, magna fuerit in Ecclesia tentatio. CAP. 24.

Sed & Tertulliani quoque eadem ratio est: nam sicut ille apud Graecos, ita hic apud Latinos notiorum omnium facile princeps iudicandus est. Quid enim hoc viro doctius? quid in diuinis atque humanis rebus exercitatus? Nempe omnem philosophiam, & cunctas Philosophorum sectas, auctores, adsertoresque sectarum, omnesque eorum disciplinas, omnem historiarum ac studiorum varietatem mira quadam mentis capacitate complexus est. Ingenio vero nonne tam graui ac vehementi excelluit, ut nihil sibi penè ad expugnandum proposuerit, quod non aut acumine irruerit, aut pondere elicerit? Iam porro orationis suae laudes quis exequi valeat? Quae tanta, nescio qua rationum necessitate cõserta est, ut ad cõsensum sui, quos suadere non potuerit, impellat: cui quot penè verba, tot sententiae sunt: quot sensus, tot victoriae. Sicut hoc Marciones, Appelles, Praeae, Hermogenes, Iudaei, Gentes, Gnostici, ceterique quorum ille blasphemias multis ac magnis voluminibus suorum molibus, velut quibusdam fulminibus euerit. Et tamen hic quoque post haec omnia, hic, inquam, Tertullianus: Catholici dogmatis, id est vniuersalis ac

Forti, condescendit.

Sententia haec fuit Ciceronis de Platone Libro. 1. Tuse.

Quaest. Origenes Dei donis insolentius abusus ob causas, lapsus.

Origenis libri ab alijs corrupti.

Tertulliani eruditio.

Forti, denstare.

vetusta fidei parum tenax, ac disertior multo quā felicitior, mutata deinceps sententia fecit ad extremum quod de eo beatus confessor Hilarius quodam loco scribit: Sequenti, inquit, errore detraxit scriptis probabilibus auctoritatem, Et fuit ipse quoque in Ecclesia, magna tentatio. Sed de hoc nolo plura dicere. Hoc tantum commemorabo, quod contra Moysi præceptum, exurgentes in Ecclesia novellas Montani furias, & insana illa insanarum mulieram novitij dogmatis somnia, veras prophetias adferendo, meruit ut de se quoque & scripturis illius propheta. Et mox: Non audies verba prophetæ illius Quare: Quia, inquit, tentat vos dominus Deus vester, utrum diligatis eum, an non His igitur tot ac tantis, ceterisque eiusmodi Ecclesiasticorum exemplorum molibus evidenter advertere, & secundum Deuteronomij leges luce clari⁹ intelligere debem⁹: quod si quando aliquis Ecclesiasticus Magister à fide aberraverit, ad tentationem id nostram fieri providètia divina patiatur: utrum diligamus Deum an non, in toto corde, & in tota anima nostra.

Quis sit verus Catholicus, & quod ebulliente heretica novitate statim cernatur frumentorum grauitas, & leuitas palearum. CAP. 25.

Quæ cum ita sint, ille est verus, & Germanus Catholicus, qui veritatem dei, qui Ecclesiam, qui Christi corpus diligit, qui diuinæ religioni, qui Catholice fidei nihil præponit, non hominis, cuiuscumque auctoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam, non philosophiam: sed hæc cuncta despiciens, & in fide fixus, & stabilis permanens quicquid vniuersaliter antiquitus Ecclesiam Catholicam tenuisse cognouerit, id solum sibi tenendum credendumque decernit: quicquid verò ab aliquo deinceps vno, præter omnes vel contra omnes Sanctos nouum & inauditum subindici senserit, id nõ ad religionem, sed ad rætationem potius intelligat pertinere. Tunc præcipuè beati Apostoli Pauli cruditer eloquiis: hoc est enim quod in prima ad Corinthios scribit: Oportet, inquit, & schereses esse, ut probati manifesti fiant in vobis. Ac si diceret: Ob hoc hereseon non statim diuinitus eradicantur auctores, ut probati manifesti fiant, id est, vnusquisque quàm tenax, & fidelis, & fixus Catholicæ fidei sit amator, appareat. Et reuera cum quæque nouitas ebullit, statim cernitur frumentorum grauitas, & leuitas palearum: tunc sine magno molimine, excutitur ab area, quod nullo pondere intra arcem tenebatur. Namque alij ilicò profus auolant, alij vero tantum modo excussi, & perire metuunt, & redire erubescunt. saucij, semineces, semiuui: quippe qui tantam veneni hauserint quantitatem, quæ nec occidat, nec digeratur: nec mori cogat, nec viuere sinat. Heu miseranda conditio, quantis illi curarum aestibus, quantis turbinibus exagitantur. Nunc etenim quæ vêtus impulserit, incitato errore rapiuntur: nunc in semetipfos reuersi, tanquam contrarij fluctus reliduntur: nunc temeraria præsumptione ea quæ incerta videntur approbant, nunc irrationali metu etiam quæ certa sunt expauescunt: incerti quæ eant, quæ redeant: quid appetant, quid fugiant: quid teneant, quid dimittant: Quæ quidem dubij & malè penduli cordis afflictio, diuinæ erga se miserationis est medicina, si sapiant. Idcirco etenim extra tutissimum Catholicæ fidei portum diuersis cogitationum quatuntur, verberantur, ac penè necantur procellis, ut ex-

in commentariis in Matt. cap. 5.

Temporali sui gloriæ dei si caret, si fuerit in medio sui spectata, et max.

I. Cor. II.

Hereseon tempora.

cussa in altum elatae mentis vela de ponant, quæ malè nouitatem ventis expandant, seseque intra fididissimam stationem placida ac bonæ matris reducant & teneant, atque amarus illos turbulentosque errorum fluctus primitus reuomat, ut possint deinceps viuæ & salientis aquæ fluentia potare. Dedicant benè, quod didicerunt non benè: & ex toto Ecclesiæ dogmate quod intellectu capi potest, capiunt: quod non potest, credant.

Explicat illud Pauli, o Timothee, depositum custodi, deuitans phanas vocum nouitates. CAP. 26.

Quæ cum ita sint, iterum atque iterum eadem mecum reuoluens & reputans, mirari fatis nequeo tantam quorundam hominum vastitiam, tantam excacatam mentis impietatem, tantam postremò errandi libidinem, ut contenti non sint tradita semel & accepta antiquitus credendi regula, sed noua ac noua in diem quarant, semperque aliquid gestiant religioni addere, mutare, detrahere. Quasi non cœlestis dogma sit, quod semel reuelatum esse sufficiat, sed terrena institutio, quæ aliter, perfici nisi assidua emendatione, immò potius reprehensione non possit: cum diuina clament oracula: Ne transferas terminos quos posuerunt patres tui: Et super iudicantem ne iudices. Et Scindentem sepe mordebit eum serpens. Et illud Apostolicum, quo omnes omnium hereseon scelerate nouitates, velut quodam spiritali gladio saepe truncatæ, semperque truncandæ sunt. O Timothee, depositum custodi, deuitans phanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Et post hæc inueniuntur aliqui tanta inueteratæ frontis duritia, tanta impudentiæ incude, tam adamantinæ per tinaciæ, qui tantis eloquiorum cœlestium molibus non succumbant: tantis ponderibus non fatiscant, tantis malleis non conquassentur: tantis postremò fulminibus non conterantur? Deuita, inquit, phanas vocum nouitates: Non dixit antiquitates, non dixit vetustates, immo planè quid è contrario sequeretur, ostendit. Nam si vitanda est nouitas: tendenda est antiquitas, & si prophana est nouitas, sacra est vetustas. Et oppositiones, inquit, falsi nominis scientiæ. Verè falsum nomen apud doctrinas hæreticorum, ut ignorantia scientiæ, & caligo serinitatis, & tenebræ, luminis appellatione succentur. Quam quidam, inquit, promittentes, circa fidem exciderunt. Quid promittentes exciderunt? nisi nouam nescio quam, ignoratamque doctrinam? Audias etenim quosdam ipsorum dicere: Venire õ insipientes & miseri, qui vulgo Catholici vocitami, & discite fidem veram, quam præter nos nullus intelligit, quæ multis antè seculis latuit, nuper vero reuelata & ostensa est: sed discite furtim atque secretim, delectabit enim vos. Et item: Cum didiceritis, latenter docete: ne mundus audiat, ne Ecclesia sciat: paucis namque concessum est tanti mysterij capere secretum. Nonne hæc verba sunt illius metricis, quæ apud Solomonis Prouerbia, vocat ad se prætereuntes viam, qui dirigunt iter suum? Quis est, inquit, vestrum insipientissimus: diuertat ad me Inopem autem sensu exhortatur, dicens: Panes occultos libenter attingite, & aqua dulcè furtim bibite. Quid deinde? Ait ille, inquit, nescit quomodo ter rigenè apud eam pereant. Qui sunt isti terrigenè? Exponat Apost. Qui circa fidem, inquit, exciderunt.

CAP.

Proh. 22. Eccl. 8. Eccl. 10.

I. Th. 6.

Edifim nomen apud hæc.

Proh. 9.

CAPVT 27.

Ed opere prærium est totum ipsum Aposto, capitulum diligentius pertractare. O Timothee, inquit, depositum custodi, deuitans phanas vocum nouitates. O, exclamatio ista, & præscientia est pariter & charitatis: prouidebat enim futuros, quos etiam prædolebat, errores. Quis est hodie Timotheus, nisi vel vniuersa Ecclesia, vel specialiter totum corpus Præpositorum, qui integram diuini cultus scientiam vel habere ipsi debent, vel aliis infundere? Quid est depositum custodi? Custodi, inquit, propter fures, propter inimicos: ne dormientibus hominibus supereminet zizania super illud tritici bonum semen, quod seminauerat Filius hominis in agro suo. Depositum, inquit, custodi. Quid est depositum? Id est, quod tibi creditum est, non quod à te inuentum: quod accepisti, non quod excogitasti: rem non ingenij, sed doctrinæ: non vsurpationis priuatæ, sed publicæ traditionis: rem ad te perducta, non à te prolata: in qua non auctor debes esse, sed custos: non institutor, sed sectator: non ducens, sed sequens. Depositum, inquit, custodi: Catholicae fidei talentum inmiolatum illibatumque conserua. Quod tibi creditum est, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Aurum accepisti, aurum redde: nolo mihi pro aliis alia subijcias: nolo pro auro aut impudenter plumbum, aut fraudulenter arameta supponas: nolo auri speciem, sed naturam planè, O Timothee, õ Sacerdos, õ Tractator, õ Doctor, si te diuinum munus idoneum fecerit, ingenio, exercitatione, doctrinâ esto spiritalis tabernaculi Beseleel, preciosas diuini dogmatis gemmas exculpe, fideliter coapta, adorna sapienter, adijce splendorem, gratiam, venustatem. Intelligatur te exponente illustri quod antè obscurus credebatur. Per te posteritas intellectum gratuletur, quod antè vetustas non intellectum veneratur: eadem tamen quæ didicisti ita doce, ut cum dicas nouè, non dicas noua.

Cassiodore depositum Mat. 13.

Exh. 31. 36.

Non dicendum non noua.

Quomodo in Ecclesia, quæ depositum custodit, profectus habeatur religionis. CAPVT. 28.

Sed forsitan dicit aliquis, Nullus ne ergo in Ecclesia Christi profectus habebitur religionis? Haec beatum planè, & maximus. Nam quis ille est tam inuidus hominibus, tam exosus Deo, qui istud prohibere conetur? Sed ita tamen ut verè profectus sit ille fidei, non permutatio. Si quidem ad profectum pertinet, ut in semetipsa naua quæ queres amplificetur ad permutationem verò, ut aliquid ex alio in aliud transferatur. Crescat igitur oportet, & multum vehementerque proficiat, tam singulorum, quàm omnium, tam vnus hominis, quàm totius Ecclesiæ ætatum ac seculorum gradibus intelligentia, scientia, sapientia: sed in suo duntaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia.

CAPVT 29.

Mitetur animarum religio rationem corporum, quæ licet annorum processu numeros suos euoluant & explicent, eadem tamen quæ erant, permanent. Multum interest inter pueritiæ florem, & senectutis maturitatem: sed idem tamen ipsi sunt semines, qui fuerant adolescentes: ut quamuis vnus eiusdemque hominis status habitusque mutetur, vna tamen nihilominus eademque natura, vna eademque persona sit. Parua lætentium membra, magna iuuenum: eadem ipsa sunt tamen. Quod paruulo-

Tom. 5.

rum artus, tot virorum, & si qua illa sunt quæ æui maturioris ætate pariuntur, iam in feminis ratione præfata: ut nihil nouum postea proferatur in feminibus, quod non in pueris iam antea latitauerit. Vnde non dubium est, hanc esse legitimam & rectam proficiendi regulam, hunc ratum atque pulcherrimum crescendi ordinem: si eas semper in grandioribus partibus ac formis numerus detexat ætatis, quas in paruulis creatoris sapientia præformauerat. Quod si humana species in aliquam deinceps non sui generis vertatur effigiem, aut certè addatur quippiam membrorum numero, vel detrahatur: necesse est ut totum corpus vel intercidat, vel prodigiosum fiat, vel certè debilitetur. Ita etiam Christianæ religionis dogma, sequatur has decet profectuum leges: ut an nis scilicet consolidetur, dilatetur tempore, sublimetur ætate: incorruptum tamen illibatumque permaneat, & vniuersis partium suarum mensuris, cum etis que quasi membris ac sensibus propriis plenum atque perfectum sit: quod nihil præterea permutationis admittat, nulla proprietatis dispèdia, nullam sustineat definitionis varietatem.

CAPVT 14.

Exempli gratia: seuerunt Maiores nostri antiquitus in hac Ecclesiastica getese triticæ fidei semina: iniquum valde & incongruum est, ut nos eorum posterij pro germana veritate frumentum, subdititium zizaniæ, eligamus errorem. Quin potius hoc rectum & consequens est, ut primis atque extremis sibiimet non discrepantibus, de incrementis triticæ institutionis, tritici quoque dogmatis frugem demetamus: ut cum aliquid ex illis seminum primitiis accessu temporis euoluatur, & nunc letetur & excolatur, nihil tamè de geminis proprietate mutetur: addatur licet forma, species, distinctio: eadè tamè cuiusque generis natura permaneat, Absit etenim, ut rosea illa Catholici scus, plantaria, in ear duos spinasque vertantur, Absit, inquam, ut in isto spiritali Paradiso, de cynamomi & balsami furculis, Lolium repente atque aconita proueniant.

Quodcumque igitur in hac Ecclesia, Dei agriculturâ fide patrum sacrum est, idem filiorum industria deturcat: hoc idem proficiat & perficiatur. Fas est etenim, ut prisca illa cœlestis philosophiæ dogmata tandem processu temporis excurrentur, limentur, poliantur: Sed nefas est ut commutentur, nefas ut detruncentur, ut mutilentur. Accipiant licet euidentiâ, lucem, distinctionem: sed retineant necesse est plenitudinem, integritatem, proprietatem.

Abdicata qualibet parte Catholici dogmatis, quantum abolenda religionis periculum consequatur.

CAPVT 31.

Nam si semel admissa fuerit hæc impia fraudis licentia, horreo dicere, quantum excindenda atque abolenda religionis periculum consequatur. Abdicata etenim qualibet parte Catholici dogmatis, alia quoque atque item alia, ac deinceps alia & alia iam quasi ex more & licito abdicabuntur. Porro autem singulatim partibus repudiatis, quid aliud ad extremum sequetur, nisi ut totum pariter repudietur? Sed & ecçotrâ, si nouitia veteribus, extranea domesticis, & phana sacratis admisceri cœperint, pserpat hic mos in vniuersum necesse est, ut nihil post hac apud Ecclesiam relinquatur intactum, nihil il-

DDd iij

libarum, nihil integrum, nihil immaculatum: sed sit ibidem deinceps impiorum ac turpium errorum lupanar, ubi erat antea, casta & incorrupta sacrarium veritatis. Sed auertat hoc a suorum mentibus nefas, diuina pietas, sitque hic potius impiorum furor.

Christi Ecclesiam, sedula depositorum apud se dogmatum custos, quid Conciliorum suorum decretis emittatur.

Ecclesia officium

Conciliorum finis

Traditio

Christi vero Ecclesia, sedula & cauta depositorum apud se dogmatum custos, nihil in iis vniquam permutat, nihil minuit, nihil addit: non amputat necessaria, non apponit superflua, non amittit sua, non usurpat aliena: sed omni industria hoc vni studet, vt vetera fideliter sapienterque tractado si qua sunt illa antiquitas informatam & inchoata, accuret & poliat: si qua iam ex pressa & enucleata, consolidet, firmet: si qua iam consolidata & definita, custodiat. Denique quid vniquam aliud Conciliorum decretis emissa est, nisi vt quod antea simplicitate credebat, hoc idem postea diligentius crederetur? quod antea lentius predicabatur, hoc idem postea instantius predicaretur? quod antea securius colebatur, hoc idem postea sollicitius excoleretur? Hoc, inquam, semper, neque quicquam praeterea, haereticorum nouitatibus excitata, Conciliorum suorum decretis Catholica perficit Ecclesia, nisi vt quod prius a maioribus sola traditione susceperat, hoc deinde posteris etiam, per scripturam chirographum consignaret: magnam rerum summam paucis literis comprehendendo, & plerumque propter intelligentiam lucem, non nouum fidei sensum, nouae appellationis proprietate signando.

Redit ad Apostoli Verba, Deuitans prophanas Vocum nouitates. CAP. 33.

1. Tim. 1. Sed ad Apostolum redeamus: O Timothee, incum nouitates, deuita, inquit, quasi viperam, quasi scorpionem, quasi basiliscum, ne te non solum

1. Cor. 5. tactu, sed etiam visu afflatuque percutiant, Quid est deuita? Cum huiusmodi nec cibum sumere.

2. Ioan. 1. Quid est deuita? Si quis, inquit, venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert. Quam doctrinam, nisi Catholicam, & vniuersalem, & vnam eandemque per singulas aetatum successiones incorrupta veritatis traditione manentem, & vsque in secula, sine fine mansuram? Quid tum? Nolite, inquit, recipere eum in domum, nec Aue, ei dixeritis, qui enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis. Prophanas, inquit, vocum nouitates. Quid est prophanas? Quae nihil habent sacri, nihil religiosi, ab Ecclesiae penetralibus, quae est templum Dei, penit extraneas. Prophanas, inquit, vocum nouitates: Vocum, id est, dogmatum rerum, sententiarum nouitates, quae sunt vetustati, quae antiquitati contrariae. Quae si recipiantur, necesse est, vt fides beatorum Patrum, aut tota, aut certe magna ex parte violetur: necesse est vt omnes, omnium aetatum fideles, omnes sancti, omnes casti, continentis, Virgines, omnes clerici, Leuitae & Sacerdotes, tanta confessorum militia, tanti Martyrum exercitus, tanta vrbium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot Insulae, Prouinciae, Reges, Gentes, Regna, Nationes, totus postremò iam penè terrarum orbis, per Catholicam fidem Christo capiti incorporatus, tanto seculorum tractu ignorasse, errasse, blasphemasse, ne-

Prophanas nouitates

Doctrina hoc tempore diligenter attendenda.

scisse quid crederet, pronuntiat.

CAPVT 34.

Prophanas, inquit, vocum nouitates deuita, quas recipere atque sectari nunquam Catholicorum, semper vero haereticorum fuit. Et reuera, quae vniquam haeresis, nisi sub certo nomine, certo loco, certo tempore ebulliuit? Quis vniquam haereses instituit, nisi qui se prius ab Ecclesiae Catholicae vniuersitatis & antiquitatis consensione discreuerit? Quod ita esse, luce clarius exemplum demonstrat. Quis enim vniquam ante prophanum illum Pelagium, tantam virtutem liberi praesumpsit arbitrij, vt ab hoc in bonis rebus, per actus singulos adiuuandum, necessarium Dei gratiam non putaret?

Quis ante prodigiosum discipulum eius Caestium, reatu peruicacitatis Ade, omne genus humanum negauit astrictum? Quis ante sacrilegum Arrium, Trinitatis vnitatem discendere, quis ante sceleratum Sabellium, vnitatis Trinitatem confundere ausus est? Quis ante crudelissimum Nouatianum, crudellem Deum dixit, eò quod quod mallet mortem morientis, quam vt reuertatur & viuat? Quis ante magnam Simonem, Apostolica districtione percussum, a quo vetus ille turpitudinum gurgis vsque in nouissimum Princillianum continua & occulta successione manauit, autorem malorum, id est scelerum, impietatum, flagitiorumque nostrorum, ausus est dicere creatorem Deum? Quippe quem adserit talem, hominum manibus ipsum suis creare naturam, quae proprio quodam motu & necessitate cuiusdam voluntaris impulsu, nihil aliud possit, nihil aliud velit nisi peccare: eò quod furis omnium vitiorum exagitata & inflammata, in omnia turpitudinum Barathra, inexhausta cupiditate rapiatur. Innumera sunt talia quae breuitatis studio praetermittimus: quibus tamen, cunctis satis euidenter perspicueque monstratur, hoc apud omnes ferè hereses quasi solenne esse ac legitimum, vt semper prophanas nouitatibus gaudeant, Antiquitatis scita fastidiant, & per oppositiones falsi nominis scientiae, a fide naufragent.

Contra verò, Catholicorum hoc ferè proprium, deposita sanctorum patrum & commissa seruare, damnae prophanas nouitates: & sicut dixit, & iterum dixit Apostolus, si quis annuntiauerit, praeterquam quod acceptum est, anathematizare.

Quo pacto haeretici diuinae scripturae testimonium vtantur. CAPVT 35.

Hic fortasse aliquis interroget, an & haeretici diuinae scripturae testimonium vtantur. Vtuntur planè, & vehementer quidem, nam videas eos volare per singula quaeque sanctae legis volumina: per Moysen, per Regnorum libros, per Psalmos, per Apostolos, per Euangelia, per Prophetas. Siue enim apud suos, siue alienos: siue priuatim, siue publice, siue in sermonibus, siue libris: siue in conuiujs, siue in plateis: nihil vniquam penè de suo proferunt, quod non etiã scripturae verbis adubrare conetur. Lege Pauli Samozateni opuscula, Priscilliani, Eunomij, Iouiani reliquarumque pestium: cernas infinitam exemplorum congeriem, propè nullam omitti paginam, quae non noui aut veteris testamenti sententiis fucata & colorata sit. Sed tanto magis cauendi & pertimescendi sunt, quanto occultius sub diuinae legis vmbra latitant. Sciunt enim fautores suos nulli ferè citò esse placituros, si nudi & simplices exhalentur: atque idcirco

Mat. 7.

idcirco eos, caelestis eloquij velut quodam odore aspergunt, vt ille qui humanum facile despiceret errorem, diuina non facile contemnat oracula. Itaque faciunt quod hi solent qui paruulis austeram quaedam temperaturi pocula, prius ora melle circumlinunt: vt incerta aetas cum dulcedinem praesenserit, amaritudinem non reformidet. Quod etiam his curae est, qui mala gramina & noxios succos medicaminum vocabulis precolorat: vt nemo ferè vbi supra scriptum legerit remedium, suspicetur venenum.

Allegatur contra haereticos initium 7. capituli. Matthaei.

CAPVT 36.

Idem denique & Saluator clamabat: Attendite vobis a Pseudopropheta, qui veniunt ad vos in vestitu ouium, ab intus autem sunt lupi rapaces. Quid est vestitus ouium? nisi Prophetarum & Apostolorum proloquia, quae iidem ouili quadam sinceritate, agno illi immaculato qui tollit peccatum mundi, tanquam vellera quadam texerunt? Qui sunt lupi rapaces, nisi sensus haereticorum feri, & rabidi, qui caulas Ecclesiae semper infestant & gregem Christi quaque possunt, dilacerant? Sed vt fallacius incautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia, deponunt lupinam speciem, & sese diuini legis sententis, velut quibusdam velleribus obuoluunt: vt cum quisque lanarum molliciem praesenserit, nequaquam aculeos dentium pertimescat. Sed quid ait Saluator? Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Id est, cum ceperint illas voces non iam proferre tantum, sed etiam exponere: nec adhuc iactare solum, sed etiam interpretari: tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligitur, tunc nouitium virus exhalatur, tunc prophanas nouitates aperiantur, tunc primum scindi sepe videas, tunc transferri patrum terminos, tunc catholicam fidem caedi, tunc ecclesiasticum dogma lacerari.

Ex 1. Cor. 11. capite, quod Pseudo apostoli, sine operarij subdoli, transfigurantes se in Angelos lucis. Item, quod sint discipuli diaboli remanens Christum.

CAP. 37.

Alles erant ij, quos percutit Apostolus Paulus in secunda ad Corinthios, dicens: Nam eiusmodi, inquit, Pseudo apostoli, sunt operarij subdoli transfigurantes se in Apostolos Christi. Quid est, transfigurantes se in Apostolos Christi? Proferebant Apostoli diuinae legis exempla, proferebant & illi: Proferebant Apostoli Psalmorum auctoritates, proferebant & illi: Proferebant Apostoli sententias Prophetarum, & illi nihilominus proferebant. Sed cum ea quae similiter protulerant, interpretari non similiter cepissent, tunc simplices a subdolis, tunc infucati a fucatis, tunc recti a peruersis, tunc postremò veri Apostoli a falsis Apostolis discernantur. Et non mirum, inquit: Ipse enim Satanas transfiguratur se in Angelum lucis: non est ergo magnus, si ministri eius transfigurantur sicut ministri iustitiae. Ergo secundum Apostoli Pauli magisterium, quotiescunq; vel Pseudo prophetae, vel Pseudo apostoli, vel Pseudo doctores, diuinae legis sententias proferunt, quibus malè interpretatis errores suos astruere conentur, non dubium est, quin auctoris sui callida machinamenta sectentur: quae ille nunquam profecto comminisceretur, nisi sciret omnino nullam esse ad fallendum faciliorem viam, quam vt vbi officij erroris subinducitur fraudulencia, ibi diuinorum verborum praetendatur auctoritas. Sed dicit aliquis, Vnde probatur quod sacrae legis exemplis Diabo-

lus vti soleat? Legat Euangelia, in quibus scribitur. Tunc assumpsit eum Diabolus, id est, dominum Saluatorem: & statuit illum supra pinnam templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum, scriptum est enim, quod Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis: in manibus tolent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Quid hic faciet miscellis hominibus, qui ipsum dominum maiestatis scripturarum testimonio appertuit? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorsum: Quare? Scriptum est enim, inquit, Magnopere nobis doctrina loci istius attendenda atque retinenda est, vt tanto Evangelicae auctoritatis exemplo, quado aliquos apostolica, seu prophetica verba proferre contra catholicam fidem viderimus, diabolum per eos loqui minimè dubitemus. Nam sicut tunc capiti, ita nunc quoque membra membris loquuntur: membra scilicet Diaboli, membris Christi, perfidi fidelibus, sacrilegi religiosis, haeretici postremo catholicis. Sed quid tandem dicit? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorsum. Hoc est, filius esse vis Dei, & haereditatem regni caelestis accipere, mitte te deorsum, id est, ex illius te sublimis Ecclesiae, quae etiam templum Dei putatur, doctrina & traditione demitte. Ac si quis interroget quempiam haereticum sibi talia persuadentem. Vnde probas, vnde doces, quod Ecclesiae catholicae vniuersalem & antiquam fidem dimittere debeam? Statim ille. Scriptum est enim. Et continuo mille testimonia, mille exempla, mille auctoritates parat, de Lege, de Psalmis, de Apostolis, de Prophetis, quibus nouo & malo more interpretatis, ex arce catholica, in haereticos barathrum infelix anima praecipitur. Iam verò illis quae sequuntur promissionibus miro modo incautos homines haeretici decipere consueuerunt. Audent etenim polliceri, & docere, quod in Ecclesia sua, id est, in communionis suae coenaculo, magna & specialis ac planè personalis quaedam sit Dei gratia, ad eò vt sine vilo labore, sine vilo studio, sine vlla industria, etiam si nec quaerant, nec petant, nec pulsent, quicumque illi ad numerum suum pertinet, tamen ita diuinitus dispensentur, vt Angelicis caecati manibus, id est, angelica protectione seruari, nunquam possint offendere ad lapidem pedem suum, id est, nunquam scandalizari.

Qui resistendum sit fallacis diaboli, & discipulorum eius, dum scripturas allegant. CAPVT 38.

Ed dicit aliquis: Si diuini eloquij, sententis, promissionibus, & diabolus, & discipuli eius vtuntur, quorum alij sunt Pseudo apostoli & Pseudoprophetae, & Pseudomagistri, & omnes ex toto haeretici, quid facient catholici homines, & matris Ecclesiae filij? quonam modo in scripturis sanctis veritatem a falsitate discernent? Hoc scilicet facere magnopere curabunt, quod in principio Communitorij istius sanctos & doctos viros nobis tradidisse scripsimus, vt diuinum canonem secundum vniuersalis Ecclesiae traditiones, & iuxta catholici dogmatis regulas interpretentur: in qua item catholicae Apostolicaeque Ecclesiae sequantur necesse est vniuersitatem, Antiquitatem, Consensionem. Et si quando pars contra vniuersitatem, nouitas contra vniuersitatem, vniuersitas vel paucorum errantium dissensio contra omnium vel certe multo plurium catholicorum consensionem rebellauerit, praefertat partis corruptioni, vniuersitatis integritatem: in qua eadem

vniuersitate, nouitatis prophanitati, antiquitatis religionem: iteque in ipsa vetustate, vnius siue paucissimorum temeritati, primum omnium generalia, si qua sunt, vniuersalis concilij decreta preponant. Tunc deinde, si id minus est, sequantur quod proximum est, multorum atque magnorum consentientes sibi sententias Magistrorum: quibus adiuuante domino fideliter, sobrie, sollicitè, obseruatis, non magna difficultate noxios quosque exurgentium hæreticorum deprehendemus errores.

Quoniam modo hæreses prolatis veterum magistrorum sententias concordantibus, deprehendantur & condemnentur. CAPVT 39.

Hic iam consequens esse video, vt exemplis demostrem, quoniam modo prophanæ hæreticorum nouitates, prolatis atque collatis veterum magistrorum concordantibus sibi sententias, & deprehendantur & condemnentur. Quæ tamen antiqua sanctorum Patrum consensus non in omnibus diuina legis quaestiuiculis, sed solum certè præcipue in fidei regula magno nobis studio & inuestiganda est, & sequenda. Sed neque semper, neque omnes hæreses hoc modo impugnanda sunt, sed nouitate recenteseque tantummodo scilicet exoriuntur, antequam infalliarint vetustæ fidei regulas, ipsius temporis vetentur angustiis, ac priusquam manente latius veneno Maiorum volumina vitare conentur. Cæterum dilatatè & inueteratæ hæreses nequam hac via aggrediendæ sunt, ed quod prolixo temporum tractu longa iis furandæ veritatis patuerit occasio. Atque ideo quascunq; illas antiquiores, vel schismaticæ vel hæreses prophanitates, nullo modo nos oportet, nisi aut sola, si opus est, scripturarum autoritate conuincere, aut certè iam antiquitatis vniuersalibus Sacerdotum catholicorum Conciliis conuictas damnatasque vitare. Itaque cum primum mali cuiusque erroris putredo crumpere cœperit, & ad defensionem sui quædam sacræ legis verba furari, eaque fallaciter & fraudulenter exponere: statim interpretando canonum Maiorum sententia congregandæ sunt, quibus illud quodcunque exurgerit nouitium, ideoque prophanum, & absque vlla ambage prodatur, & sine vlla retractione dânetur. Sed eorum duntaxat Patrum sententiæ conferendæ sunt, qui in fide & communione catholica, sanctè, sapienter, constanter viuentes, docentes & permanentes, vel mori in Christo fideliter, vel occidendi pro Christo sollicitè meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum est, vt quicquid vel omnes, vel plures, vno eodemque sensu manifestè, frequenter, perscueranter, velut quodam consentiente sibi magistrorum concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerint, id pro indubitato, certo, ratoque habeatur: Quicquid vero, quanuis ille sanctus, & doctus, quanuis Episcopus, quanuis confessor & martyr, præter omnes, aut etiã contra omnes senserit, id inter proprias & occultas, & priuatas opinunculas à communis, publicæ, ac generalis sententiæ autoritate secretum sit: nec cum summo æternæ salutis periculo iuxta sacrilegam hæreticorum & schismaticorum consuetudinem, vniuersalis dogmatum veritate dimissa, vnius hominis nouitium sectemur errorem.

Patrum consentientes sententiæ quanta sint autoritatis. CAPVT 40.

Patrum consensus.

Hæreses quomodo renuncietur.

Quibus patribus, et quatenus credendum.

Quorum beatorum Patrum sanctum catholicumque cõsensum, ne quis sibi temerè forte contemnendum arbitretur, ait in prima ad Corinth. Apostolus: Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia primùm Apostolos, quorum ipse vnus erat: secundò Prophetas, qualem in Actibus Apostolorum legimus Agabum: tertio doctores, qui tractatores nunc appellantur, quos hic idem Apostolus etiam Prophetas interdum nuncupat, ed quod per eos prophetarum mysteria populis aperiantur. Hos ergo in ecclesia Dei diuinitus per tempora & loca dispensatos, quisquis in sensu catholico dogmatis vnus aliquid in Christo sentientes contempserit, non hominem cõtemnit, sed Deum: à quorum veridica vnitate ne quis discrepet, impensius obtestatur idem Apostolus, dicens: Obsecro autem vos fratres vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autè perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Quod si quis ab eorum sententiæ communione deficiuerit, audierit illud eiusdem Apostoli: Non est Deus dissensionis, sed pacis: Id est, non eius, qui à consentienti vnitate defecerit, sed eorum qui in consentiendi pace permanerint: Sicut in omnibus, inquit, Ecclesiæ sanctorum doctores, id est, catholicorum: quæ ideo sanctæ sunt, quia in fidei communione persistunt. Et ne quis forsitan prætermisissis ceteris, se solum audiri, sibi soli credi arrogaret, paulò post ait: An à vobis, inquit, verbum dei processit: aut in vos solos deuenit? Et, ne hoc quasi perfunctorie acciperetur, adiecit: Si quis, inquit, videtur Prophetæ esse aut spiritualis, id est, spiritualium rerum Magister, summo studio æqualitatis & vnitatis cultor existat: vt scilicet neque opinioniones suas cæteris præferat, & ab vniuersorum sensibus nõ recedat. Cuius rei mandata qui ignorat, inquit, id est, qui aut nesciat non dicit, aut scita contemnit, ignorabitur: hoc est, indignus habebitur, qui inter vnitos fide, & exequatos humilitate diuinitus respiciatur: quo malo, nescio an quicquam acerbius cogitari queat. Quod tamen iuxta Apostolicam comminationem Pelagiano illi prouenisse cernimus Iuliano, qui se collegarum sensui, aut incorporare neglexit, aut excorporare præsumpsit. Sed iam tempus est, vt pollicitarum proferamus exemplum, vbi & quomodo sanctorum Patrum sententiæ cõgregatæ sint, vt secundum eas ex decreto atque autoritate Concilij Ecclesiasticæ fidei regula figeretur. Quod quo commodius fiat, hic sit iam huius Cõmonitorij modus: vt cætera quæ sequuntur, ab alio sumamus exordio.

Secundum Cõmonitorium interlapsum est, neque ex eo amplius quicquam, quam postrema particula remansit, id est, sola recapitulatio, quæ & subiecta est.

Vincenij Lirinensis, Cõmonitorij Secundi contra Hæreses. CAPVT VLT.

Recapitulatio eorum quæ præcedenti libro sunt dicta.

Quæ cum ita sint, iam tempus est vt ea quæ duobus his cõmonitoriis dicta sunt, in huius secundi sine recapitulemus. Diximus in superioribus hanc fuisse semper & esse hodieque catholicorum consuetudinem, vt fidem veram duobus his modis approbent. Primum diuini canonis autoritate: deinde Ecclesiæ catholice traditione: non quia canon solus non sibi ad vniuersa sufficiat, sed quia verba diuina pro suo plerique arbitratu interpretantes, varias opinioniones errorisque concipiunt: Atque ideo necesse sit, vt ad vnã Ecclesiasticæ sensus regulam

I. Cor. 4. Act. 11.

Doctores qui tractatores.

I. Cor. 1.

I. Cor. 14.

Nullius in veritate.

Patres prædicti Concilij Ephesini.

regulã, scripturæ cœlestis intelligentia dirigatur: in iis duntaxat præcipue quæstionibus, quibus totius catholici dogmatis fundamenta nituntur. Item diximus, in ipsa rursus Ecclesia, vniuersitatis pariter & antiquitatis consensum spectari oportere, ne aut ab vnitatis integritate in partem schismatis aberramus, aut è vetustatis religione in hæreses nouitates præcipitemur. Item diximus, in ipsa Ecclesia vetustate duo quædam vehementer studio seque obseruanda, quibus penitus inharere debent, quicumque hæretici esse nolint: Primum, si quid esset antiquitatis ab omnibus Ecclesiæ catholice sacerdotibus vniuersalis concilij autoritate decretum: Deinde, si qua noua exurgeret quæstio, vbi id minimè reperiretur, recurrendum ad sanctorum Patrum sententias, eorum duntaxat qui suis quique temporibus & locis in vnitate communionis & fidei permanentes, Magistri probabiles existissent. Et quicquid vno sensu atque cõsensu tenuisse inuenirentur, id Ecclesiæ verum & catholicum absque vilo scrupulo iudicaretur.

Breuius recapitulat ex secundo cõmonitorio quod interdidit, quomodo in Conc. Ephesino sanctorum Patrum sententiæ congregatæ sint, vt secundum eas autoritate Concilij, Ecclesiasticæ fidei regula figeretur. CAPVT 42.

Quod ne præsumptione magis nostra, quam auctoritate Ecclesiastica promere videremur exemplum adhibuimus sancti Concilij, quod ante triennium ferme in Asia apud Ephesum celebratum est, viris clarissimis Basilio, Antiochoque Consulibus. Vbi cum de faciendis fidei regulis disceptaretur, ne qua illic forsitan prophanæ nouitas in modum perfidiæ Ariminensis obreperet, vniuersis Sacerdotibus, qui illd ducenti ferè numero conuenerant, hoc catholicissimum, felicissimum atque optimum factu visum est, vt in medium sanctorum Patrum sententiæ proferrentur, quorum alios Martyres, alios Confessores, omnes verò catholicos Sacerdotes fuisse, & permansisse constaret: vt scilicet ritè atque solenniter ex eorum consensu atque decreto antiqui dogmatis religio confirmaretur, & prophanæ nouitatis blasphemiam condemnaretur. Quod cum ita factum foret, iure meritoque ille Nestorius, catholice vetustati contrarius, beatus vero Cyrillus sacrosanctæ antiquitatis consentaneus iudicatus est. Et vt ad fidem veram nihil deesset, etiam nomina, & numerum (licet ordinem fuisset obliuiscimus) edidimus eorum Patrum iuxta quorum ordinem ibidem concinentem sibi concordemque sententiam, & legis sacræ prologia exposita sunt, & diuini dogmatis regula constabilita. Quos ad confirmandam memoriam hinc quoque recensere nequaquam superfluum est. Sunt ergo hi viri, quorum in illo Concilio, vel tanquam iudicum, vel tanquam testium scripta recitata sunt: Sanctus Petrus Alexandrinus Episcopus, doctor præstantissimus, & Martyr beatissimus: Sanctus Athanasius eiusdem ciuitatis antistes, Magister fidelissimus, & Confessor eminentissimus: Sanctus Theophilus eiusdem item vrbs episcopus, vir fide, vita, scientia, fatis clarus: cui successit venerandus Cyrillus, qui nunc illustrat Alexandrinam ecclesiam. Et ne forsitan vnus ciuitatis ac prouinciarum doctrina putaretur, adhibita sunt etiã illa Cappadocia lumina sanctus Gregorius Episcopus & confessor de Nazanzo: Sanctus Basilius Cæsareæ

Cappadocia Episcopus & confessor. Sanctus item alter Gregorius Nissenus Episcopus, fidei, conuersationis, integritatis & sapientiæ merito, frater Basilio dignissimus. Sed ne sola Græcia aut Oriens tantum, verum etiam Occidentalis & Latinus orbis ita semper sensisse approbaretur: lecta sunt quoque ibi quædam ad quosdam, Epistolæ sancti Faclicis martyris, & sancti Iulij, vrbs Romæ Episcoporum. Et vt non solum caput orbis, verum etiam latera, illi iudicio testimonium perhiberent, adhibitus est à Meridie beatissimus Cyprianus, Episcopus Carthaginensis, & martyr: à Septentrione, sanctus Ambrosius, & Mediolanensis Episcopus. Hi sunt igitur omnes apud Ephesum sacro decalogi numero Magistri, Consiliarij, Testes, iudicesque producti: quorum beata illa Synodus doctrinam tenens, consilium sequens, credens testimonio, obediens iudicio, absque tardio, præsumptione, & gratia, de fidei regulis pronunciauit. Quanquam multo amplior Maiorum numerus adhiberi potuerit, sed necesse non fuit: quia neque multitudine testium negotij tempora occupari oportebat, & decem illos non aliud ferè sensisse, quam cæteros omnes collegas suos nemo dubitat. Post quæ omnia adiecimus etiam beatam Cyrilli sententiam, quæ gestis ipsis Ecclesiasticis continetur. Namque cum lecta esset sancti Capreoli Episcopi Carthaginensis Epistola, qui nihil aliud intendebat, & precabatur, nisi, vt expugnata nouitate, antiquitas defendere-tur, ita Episcopus Cyrillus proloquutus est & definiuit: quod hinc quoque interponere non ab re videtur: ait enim in fine gestorum: Et hæc, inquit, quæ lecta est Epistola, venerandi & multum religiosi Episcopi Carthaginensis Capreoli, fidei gestorum inseretur, cuius aperta sententia est: vult enim antique fidei dogmata confirmari, nouitia verò & superflue adiuuata, & impiè promulgata, reprobari atque damnari. Omnes Episcopi adclamauerunt: Hæc omnium voces sunt, hæc omnes dicimus, hoc omnium votum est. Quæ tandem omnium voces, atque omnium vota, nisi vt quod erat antiquitatis traditum, teneretur? quod adiuuentum nuper, exploderetur? Post quæ admirari sumus & prædicauimus, quanta Concilij illius fuerit humilitas & sanctitas, quot numero sacerdotes, penè eo maiori parte Metropolitanis, tantæ eruditionis, tantæque doctrinæ, vt propè omnes possint de dogmatibus disputare: Quibus quum ipsa in vnum congregatio audendi à se aliquid & statuendi addere videretur fiduciam, nihil tamen auderent, nihil præsumerent, nihil sibi penitus arrogarent: sed omnimodis præcauerent, ne aliquid posteris traderent, quod ipsi à Patribus non accepissent: & non solum in præsentem bene disponerent, verum etiam post futuris exempla præberent, vt & ipsi scilicet sacratæ vetustatis dogmata colerent, prophanæ verò Nouitatis adiuuata damnarent. Inuicti etiam sumus in Nestorij sceleratam præsumptionem, quod sacra scripturam se primum & solum intelligere, & omnes eos ignorasse iactaret, quicumque angustia, te se Magisterij munere præditi, diuina eloquia tractauissent: vniuersos scilicet Sacerdotes, vniuersos Confessores & Martyres, quorum alij explanassent Dei legem, alij verò explanantibus consensissent, vel credidissent: totam postremò etiam nunc

Orbis latera.

** odio*

Cyri.

Capreolus Episcopus.

D

Execranda Nestorij arrogancia.

Hæc nos Confessores & Martyres, quorum alij explanassent Dei legem, alij verò explanantibus consensissent, vel credidissent: totam postremò etiam nunc

91
Iactant
heretici.

errare & semper errasse adfueret Ecclesiam, quæ A
vt ipsa videbatur, ignaros, erroneosque doctores
& sequita esset & sequeretur.

Geminam adicit Apostolicæ sedis auctoritatem, ad pro-
phanas quæque nouitates extinguendas.

CAPVT 43.

Qvæ omnia licet cumulata abundeque suffice-
rent ad prophanas nouitates obruendas &
extinguendas, tamen ne quid deesse tante plenitu-
dini videretur, ad postremum adicimus geminam
Apostolicæ sedis auctoritatem: vnam scilicet sancti
Papæ Xysti, qui nunc Romanam Ecclesiam veneran-
dè illustrat: alteram præcessoris sui beatæ memo-
riæ Papæ Cælestini, quam hic quoque interponere
necessariū iudicauimus. Ait itaque Papa Xystus in e-
pistola, quam de causâ Nestorij, Antiocheno misit
episcopo, Ergo, inquit, quia sicut ait Apostolus, fi-
des vna est, quæ euidenter obtinuit, dicenda creda-
mus, & tenenda credamus. Tandem illa tenenda
& credenda profectur, & ait: Nihil vltra, inquit,
liceat Nouitati, quia nihil addi conuenit Vetustati:
Perspicua Maiorum fides & credulitas, nulla cœni
permixtione turbetur. Omnino Apostolicè: vt Ma-
iorum credulitatem perspicuitatis lumine ornaret,
nouas verò prophanitates cœni permixtione de-
scriberet. Sed & Papa Cælestinus pari modo eadē
quæ sententia: Ait enim in epistola, quam Gallorū
sacerdotibus misit, arguens eorum conniuentiam,
quod antiquam fidem silentio destitutes, propha-
nas nouitates exurgere paterentur: Merito, inquit,
causâ nos respicit, si silentio foueamus errorem. Er-
go corripiantur huiusmodi, non sit iis liberum, ha-
bere pro voluntate sermonem. Hic aliquis fortasse
addubitet, quinam sint illi, quos habere prohibeat
liberum pro voluntate sermonem: Vetustatis præ-
dicatores, an Nouitatis adiuuatores. Ipse dicat, &
dubitationem legentium ipse dissoluat. Sequitur e-
nim: Desinat, inquit, si ita res est, id est, si ita est, vt
apud me quidam vrbes & prouincias vestras crimi-
nantur, quod eas quibusdam nouitatibus consenti-
re noxia dissimulatione faciatis: desinat itaque, in-
quit, si ita res est, incesse nouitas vetustatem. Ergo
hæc fuit beati Cælestini beata sententia, non vt ve-
tustas cessaret obruere nouitatem: sed potius noui-
tas desineret incesse vetustatem. Quibus Apostoli-
cis, catholicisque decretis quisquis refragatur, insul-
ter primum omnium necesse est, memoriæ sancti Cæ-

S. Xystus
Papa.

Nō extat.

Cælestini
Papa.

lestini, qui statuit vt desineret incesse nouitas ve-
tustatem: deinde irrideat definita sancti Xysti, qui
censuit ne vltra quicquam liceat Nouitati, quia ni-
hil addi conuenit Vetustati: Sed & beati Cyrilli sta-
tuta contemnat, qui venerandi Capreoli zelum ma-
gna prædicatione laudauit, quod antiqua fidei dog-
mata confirmari cuperet, nouitia verò adiuuenta
damnari. Ephesinâ quoque Synodum, id est, totius
penè Orientis sanctorum Episcoporum iudicata pro-
culcer: quibus diuinitus placuit, nihil aliud posteris
credendum decernere, nisi quod sacra sibi que in
Christo consentiens sanctorum Patrum tenuisset
antiquitas: quique etiâ vociferantes & acclamantes,
vno ore testificati sunt, has esse omnium voces, hoc
omnes contere: vt sicut vniuersi ferè ante Nestorij
heretici, contemnentis vetustatem, & asserentes
nouitatem, damnati forent, ita ipse quoque Nesto-
rius author nouitatis, & impugnator vetustatis con-
demnaretur. Quorum sacrosancto & cælestis gra-
tiæ munere inspirata consensio cui displicet, quid
aliud sequitur, nisi vt prophanitatem Nestorij adse-
rat non iure damnatam? Ad extremum quoque
vniuersam Christi Ecclesiam, & magistros eius
Apostolos & Prophetas, præcipueque tamen A-
postolum Paulum velut quædam purgamenta con-
temnat: illam, quod à religione colenda & excolen-
dæ semel sibi traditæ fidei nunquam recesserit: il-
lum verò, qui a scripserit: O Timochee, depositū cus-
todi, deuitas prophanis vocum nouitates. Et item:
Si quis vobis annuntiauerit præterquam quod acce-
pistis, anathema sit. Quod si neque Apostolica de-
finita, neque Ecclesiastica decreta temeranda sunt,
quibus secundum sacrosanctam vniuersitatis & an-
tiquitatis consensionem cuncti semper heretici, &
ad extremum Pelagius, Cælestius, Nestorius, iure
meritoque damnati sunt, necesse est profectò omni-
bus deinceps catholicis, qui sese Ecclesiæ matris le-
gitimos filios probare student, vt sanctæ sancto-
rum Patrum fidei inhæreant, adglutinent, immoriantur:
prophanas verò prophanorum nouitates detesten-
tur, horrescant, insectentur, persequantur. Hæc sunt
ferè quæ duobus Commonitoris latius disserta, ali-
quanto nunc breuius recapitulandi lege constricta
sunt: vt memoria mea cui adminiculandæ ista con-
fecimus, & commonendi assiduitate reparatur, &
prolixitatis fastidio non obruatur.

I. Tim. 9.

Gal. 1.

1. Cor. 1.

Contra
Aegy-
ptiorum,
sacri Isid-
orū phy-
sionem
quidem
scilicet
ex-Ido-
le-hærica
exempla
Ostris
Typhon
osij.

ra ex ipso habeat substantiâ calore: Nescientes, quod
omnia Elementa ex ipsa sunt sua cōtrarietate cōiuncta,
& quod & ipsa habeant fabricatorē Deum, qui sin-
gula suis locis ordinibusque constitutis creauit, quod
aut mēte, aut cogitatione colligim⁹, aut certè quod
oculis cernimus diuina verbi sui societate compo-
situm, æquata corporum moderatione in hoc toto.

CAPVT 2.

Agypti incolæ aquarum beneficia percipien-
tes, aquam colunt, aquis supplicant, aquas su-
perstitiosa votorum continuatione venerantur. Sed
in sacris suis (quæ mysteria vocant) addunt tragica
funera & funesta calamitatis metuendæ certamina:
Incestum cū sorore adulteriumque aiunt commiss-
um, & hoc facinus seueris maris animaduersioni-
bus vindicatum. Isis soror est, Osiris frater, Typhon
maritus: Is cum comperisset Isidem vxorem incestis
fratris cupiditatibus esse corruptam, occidit Osi-
rim, artuatimque lacerauit, & per omnes Nilū flu-
minis ripas miserî corporis palpitantia membra pro-
iecit. Isis repudiato Typhone, vt & fratrem sepeli-
ret & coniugem, adhibuit sibi Nephtam sororem
sociam, & Anubem venatorem: Cui ideo caninum
caput impositum est, quia lacerati corporis partes
artificio canis vestigantis inuenit. Sic inuentum O-
sirim Isis tradidit sepulturæ. Fuerant sane hi apud
Aegyptum Reges pariter ac Tyranni, sed Osiris ius-
tus, præter illud quod cum sorore commisit: Ty-
phon furiosus impotens ac superbus. Ideo ille colit-
ur, iste vitatur. Hæc est Isiaci sacri summa: In adytis
habent idolum Osiridis sepulchrum: hoc annuis lucti-
bus plangunt, radunt capita, vt miserandum casum
Regis sui, turpitudine dehonestati descant capitis:
tundunt pectus, lacerant lacertos, veterum vulne-
rum ressecant cicatrices, vt annuis luctibus in animis
eorum, funestæ ac miseradæ necis exitium renasca-
tur. Et cum hæc certis diebus fecerint, tunc fingunt
se lacerati corporis reliquias reperire, & cum inue-
nerint, quasi sopitis luctibus gaudent. O misera &
caduca mortalitas, vt Regibus tuis per annos singu-
los funestas mittas inferias, neglecto Deo summo,
qui omnia diuini artificij moderatione composuit,
& spem tuam perdis & vitam. Nec ostensi tibi lu-
minis splendore corrigaris, nec recuperatæ libertatis
queris insignia, nec spem reddidit tibi salutis agnos-
cis, nec ex pœnitentia præteritorum criminum in-
dulgentiam postulas. Frustra tibi hanc aquam, quam
colis, putas aliquando prodesse. Alia est aqua, qua
renouati homines renascantur. Hanc aquam, quam
colis per annos singulos, vis alia decoctis venarum
meatibus siccatur, aut certè funestus Regis tui sanguis
commaculat. Illa quam despicias, ignita venerandi
spiritus maiestate decoratur, vt ex ipsa per veteres
conscientiæ cicatrices credentibus hominibus salu-
taris sanitas irrogetur. Sed in his funeribus & lucti-
bus, que verè sunt funera, quæ facta sunt, quorum
extant hodie quoque reliquæ (nam & sepulchrum
Osiridis hodie in Aegypto est, & cremati corporis
reliquiæ cernuntur) defensores eorum volunt adde-
re physicam rationem, frugum semina Osirim di-
cetes esse, Isim terram, Typhonem calorem: Et quia
maturatæ fruges calore, ad vitam homini colligun-
tur, & à terræ consortio separantur, & rursum appro-
pinquante hyeme seminantur, Hanc volunt esse
mortem Osiridis cum fruges reddunt. Inuen-
tionem verò cum fruges genitali terræ frumen-

Isiacum
sacrum:

Physi-
onem

to conceptæ, omnia rursus cœperint procreatio-
ne generari. Pone hanc veram esse Sacrorum isto-
rum rationem, pone propter fruges vota reddi nu-
minibus: quid addis incestum? quid adulterium?
quid miserandæ animaduersionis exitium? Quid er-
rantibus hominibus & simpliciter peccare cupien-
tibus de sacris tuis malum mōstras exemplum? phy-
sica ratio, quam dicis alio genere celetur. Quid au-
tem celari oportuit, quod omnibus notum est? Cur
plangitis fruges terræ, & crescentia lugetis semina?
Ad sustentationem generis humani hæc omnia, di-
uinâ summi Dei liberalitate donata sunt. Agendæ
sunt summo Deo gratiæ propter hoc, nec est summi
Dei lugenda largitio. Desit c potius quod erratis, &
errorem vestrum restauratis, semper luctibus plan-
gite. Nolite annuis sacris querere funus alienum.
Vestris potius funeribus parate solatia per annos
singulos. O miser homo, inuenisse te nescio quid,
gaudes, cum animam tuam ex istis sacris per annos
singulos perdas: Nihil illic inuenis nisi simulachrum
quod ipse posuisti, nisi quodd iterum aut quæras aut
lugeas. Quære potius spem salutis, quære exordium
lucis, quære quod te summo Deo aut commendet
aut reddat. Et cum veram viam salutis inuenieris,
gaude, & tunc erecta sermonis libertate proclama,
εὐχρηστέ, συγχαράσθη, cū ab his calamitatib. post
pœnitentiâ tuâ summi Dei fueris indulgentia libera.

CAPVT 3.

Phryges, qui Pessinuntem incolunt circa Galli flu-
minis ripas, terræ, cæterorum elementorum tri-
buunt principatum, hanc volunt omnium esse ma-
trem. Deinde vt & ipsi annum sibi sacrorum ordi-
nem facerent, mulieris diuitis ac Reginæ suæ apo-
trem, quæ fastus amati adolescentis tyrannicè voluit
vlicisci, cum luctibus annuis consecrarunt. Et vt satis
iraræ mulieri facerēt, aut vt pœnitenti solatiū qua-
rerent, quem paulò ante sepelierant, reuixisse iacta-
runt: & cum mulieris animus ex impatientia nimij
amoris arderet, mortuo adolescenti templa fecerunt.
Tunc quod irata mulier pro iniuria sprete fecerat
forma, hoc ordinantes à se pati voluere sacerdotes.
Sic annuis sacris cum honore terra, itius funeris
pompa componitur, & cum persuaderetur homi-
nibus quod colant terram, miserî funeris veneran-
tur exitium. Hic quoque, sacratissimi imperatores,
vt error iste celetur, etiam hæc sacra, physica volunt
esse ratione composita. Amate terram volunt fru-
ges: amarum vero hoc ipsam volunt esse, quod ex
frugibus nascitur, pœnam autem, quam sustinuit,
hoc volunt esse quod falce messor maturis frugi-
bus facit: Mortem ipsius dicunt, quod semina col-
lecta conduntur: vitam rursus, quod iacta semina
annuis vicibus reconduntur. Vellem nunc mihi in-
quirenti respondeant, cur hanc simplicitatē feminū
ac frugū cum facinore, cum morte, cū fastu, cū pœ-
na, cum amore iunxerint? Ita ne nō erat aliud, quod
diceretur. Itane non erat, quod in agendis Deo sum-
mo pro frugibus gratias, faceret misera mortalitas?
Vt gratias pro renatis frugibus agas, vlulas: vt gau-
deas, plangis. Nec te, cum veram rationem videris,
hoc aliquando fecisse pœnituit: sed hoc agis, vt an-
nuis luctibus occupatus, vitam semper fugias, mor-
tem requiras. Dicant mihi, quid hoc frugibus pro-
fuit, vt fletus suos annuis vlulatus feminent in-
tristitia, interfecti funeris calamitatibus ingemil-
cant, quod dicant physica ratione compositum, Lu-

Contra
Physicas
rationes
Sacrorum
Isid.

Contra
Cybelles
sacerdo-
tum Gal-
lorum non
tam phy-
sicas, quam
cum tur-
pitudine
impie-
rate omni-
conuicta
mysteria.

Physica ra-
tio Sacro-
rum Cy-
belle.

IVLII FIRMICI MATERNI V. C. DE MY-

STERIIS ET ERRORIBVS PROFANARVM RELIGIO-

num, ad Constantinum & Constantem Augustos, liber.

Eadem ætate (Imp. scilicet Magni Constantini filij) florebat Iulius Firmicus Maternus Iunior, Siculus, Mathematicus, Ge-
metriacus, cuius extant opera: Vnde istum nostrum Firmicum paulò seniores quam illum & eiusdem Gentis, verisimile est.



Esunt quedam* QVOD in fabricatio-
ne hominis artifex effecit, vt antea di-
ximus, annuis perditorum commo-
nitionibus ac excommunicationibus spe-
cialiter retexeda sunt, in testificationē
veritatis: manifestis rationibus explorumque te-
stimonijs diuinationem probabimus per diabolum
demonis esse inuentam & perfectam, vt per hoc spiritus ma-
iorem culata cogitatione, spe fluxæ felicitatis, peruerfa di-

secrione peruerteret miseros homines perpetuis
calamitatibus implicitos.

CAPVT PRIMVM.

Qvatuor Elementa esse principia creaturarum, Elementa
nemo est qui dubitet, id est, ignem, aquam, non esse
aërem & terram. Sed hæc Elementa diuersa sunt, deos, sed
vel in potestate contraria. In errore sunt itaque gen-
tes, quæ cum Elementis tribuat principatum, adhuc
deputant ignem, quasi summum Deum, quasi cæte-
ra ex

ra ex

getis & plangitis, & luctus vestros alia ratione coelatis. Nouit agricola, quando terram aratro dimoueat, quando sulcis frumenta committat: nouit quando maturatas solis ardoribus colligat segetes, nouit, quando tostas terat fruges. Hæc est physica ratio, hæc sunt vera sacrificia, quæ ab sanæ mentis hominibus annuo labore complentur. Hanc simplicitatē diuinitas querit, ut homines in colligendis fructibus, ordinatis temporum legibus seruiant. Cur huic ordini, miseræ mortis signa quæ sita sunt? Cur celatur lacrimis, quod celari non debuit? Vnde cōfiteantur necesse est, hæc sacra non in honorē frugū, sed in honorē esse cōposita mortis alienæ. Nā quod terram matrem esse omnium Deorū dicunt, qui huic elemento tribuunt primas partes, vere Deorū suorū mater est, nec abnuimus aut recusamus: quia ab hac collectos deos suos, aut lapideos faciunt semper, aut ligneos. Terram omnē circūfluunt maria: & rursus inclusa Oceani ambientis circulo stringitur, cæli etiam rotunda sublimitate operitur, perflatur ventis, aspergitur pluuiis, & timorem suum, assidui motus tremoribus confiteretur. Quid vos maneat, qui hæc colitis considerate: cum Dij infirmitatem suam vobis quotidianis professionibus prodant.

CAPVT 4.

Contra Astiriorum, & Affrorum effæminata Veneris mysteria.

In viro faminam querere.

Astirij & pars Afrorum, ærē, ducatum habere elementorum volunt, & hunc imaginata figuracione venerant. Nam hunc eundem, id est, ærē, nomine Ianonis vel Veneris virginis (si tamen Veneri placuit aliquando virginitas) consecrarunt: Iunonem sanē, ne & huic deesset incestus, Iouis volūtē fore coniugē factam. Et fæminarū sanē hoc elementum, nescio qua veneratione commori. Nam quia ær interiectus est inter mare & cælū, effæminatis eum sacerdotū vocibus prosequuntur. Dic mihi hoc cine est, quodd in viro, fæminam querūt, cui aliter seruire sacerdotū suori chorus non potest, nisi effæminent vultum, cutem poliāt, & virilē sexum ornatu muliebri dedecorent? Videre est in ipsis templis cum publico gemitu miseranda ludibria, viros muliebrici pati, & hanc impuri & impudici corporis labē, gloriosa ostentatione detegere. Publicant facinora sua, & contaminati corporis vitii cum maxima delectationis macula consistunt. Exornant muliebriter nutritos crines, & delicatis amicti vestibus vix caput lasa cervice sustentant. Deinde, cum sic se alienos à viris fecerint, adimpleri tibiaram cantu, vocant Deam suam, ut nefario repleti spiritu, vanis hominibus quasi futura prædicant. Quod hoc monstrū est, quod dicitur prodigiū? Negant se viros esse, & non sunt: Mulieres se volūt credi, sed aliud, qualiscūq; qualitas corporis consistit. Considerandum est etiam, quale sit numen quod sic impuri corporis delectatur hospitio, quod impudicis adhæret membris, quod polluta corporis cōtaminatione placatur. Erubescite ô miseri summitatem, aliter vos Deus fecit. Cum cohors vestra ad Tribunal iudicantis Dei accesserit, nihil vobiscum referetis, quod Deus, qui vos fecit, agnoscat. Abiicite hunc tantæ calamitatis errorem, & studia profanæ mentis aliquando deserite. Nolite corpus, quod Deus fecit, scelerata Diaboli lege damnare: calamitatibus vestris, dum adhuc tempus patitur subuenite. Misericordia Dei diues est, libenter ignoscit. Relictis nonaginta nouem ouibus amissam querit vnam: & reuerso pater prodigo filio vestem reddit, & parat coram. Nulla vos desperare

Luc. 15.

faciat criminum multitudo: Deus summus per filium suum Iesum Christum Dominum nostrum volentes liberat, & pœnitentibus libenter ignoscit, nec multa exigit ut ignoscatur. Fide tantum & pœnitentia potestis redimere, quicquid sceleratis Diaboli persuasione perdidistis.

CAPVT 5.

Persæ & magi omnes qui Persiæ regionis incolunt fines, igne præferunt omnibus elementis, & putant debere præponi. Hi itaque Iouem in duas diuidunt potestates, & naturam eius ad vtriusq; sexus transferentes: & viri & fæminæ, simulachra ignis substantiam deputantes. Et mulierem quidem triformi vultu constituunt, monstrosam eam serpentinae illigates. Quod idē faciunt, ne ab auctore suo diabolo aliqua ratione dissentiant: sed ut Dea sua serpētib; polluta, maculosis Diaboli insignibus adornetur. Virum verò abactorem bouum colentes, sacra eius ad ignis transferunt potestatem. Sicut propheta eius nobis tradidit, dicens, *Μικτάβα μυσάκου ὁ κλοπίης σὺ δὲτε πύθος ἀζανου.* Hunc Mitram dicunt: Sacra verò eius in spēs abditis tradūt, ut semper obscuro tenebrarū equalore demersi, gratiam splendidi ac sereni luminis non videant. O cæca numinis consecratio! O nefariæ legis fugienda commenta! Deum esse credis, cuius de sceleribus consistis. Vos itaque, qui dicitis in his templis rite sacrificari magorū ritu Persico, cur hæc Persarum sacra laudatis? Scio, hoc Romano nomine dignum putatis, ac Persarum sacris. At Persarum legibus sequatur. ** Desunt multa, ut armata clypeo lorica, thorace, gladio & hasta consecrata.* Tertia etiam pars est, qua in asperis secretisque sylvarum agrestiumque ferarum forta imperiū. Vltima pars tripartitæ istius diuisionis estimar libidinum vias, quæ praua desideria, quæque præpostera cupiditatis monstrat illecebras. Idē vñ partem capiti assignant, ut hominis iram quodammodo denotare videatur. Aliam in corde statuunt, ut diuersarum cogitationum varietatem, quas multiplici intentione concipimus, in modum sylvarum tenere videatur. Tertia pars constituitur in icore, vnde libido nascitur & voluptas. Illic enim genitalium feminum collecta fecunditas, naturalibus stimulis desiderium cupiditatis exagitat. Quid ergo perficit ista diuisio, diligenter aspice, ut cernatis, quàm facile commentum ratio veritatis impugnet: Si diuiditur anima, & substantia eius diuerso efficacia genere separatur: dissoluto ordine suo, incipit esse quod fuerat. Aliud enim mens est, aliud ira, aliud libido. Animam ergo separatio ista dissoluit, & patitur maximam ex ista partitione iacturam, nec integram sui speciem res ista custodit, quæ per tres contrarias separatim diuiditur, & (ut verum dicam) fit ex ipsa diuisione mortalis. Etenim quod potest diuidi, corpus est: Quod autem corpus est, necesse est esse mortale. Ergo si anima diuiditur, corpus est: si corp⁹ est, necesse est, sit res ipsa mortalis. Egredia erroris istius, ac præclara comitantia: maximum nobis beneficiū ex ista cōsequencia confertur: Cōmentis istarum absurditatū animas volūt esse mortales.

CAPVT 6.

Sic sunt, sacratissimi Imperatores, elementa à perditis hominibus consecrata. Sed adhuc supersunt aliæ mysteria, superstitiones, quartæ secreta pādenda sunt: liberi & libere: quæ omnia sacris sensibus vestris specialiter intimanda sunt, ut & in istis prophanis religionibus sciatis

Contra Persarum Magorū igne perferunt, & Mystra cæca.

Animam non posse diuidi.

De Baccha nihilium mysteria, & Causis, & rursus.

uno deest in nouer...

tuus.

in vna de...

liber tæc...

Tom. 5.

sciatis mortes esse hominum consecratas. Liber itaq; Iouis fuit filius, regis scilicet Cretici. Hic cum fuisset adultera matre progenitus, nutriebatur apud Patrē studiosius quæ decebat. Vxor, Iouis, cui Iunoni fuit nomē, nouercalis animi furore cōmota, ad necē in fantis omnifariam parabat insidias. Proficiscens peregrè pater, quia indignatione tacitas sciebat vxoris, nequid ab irata muliere, dolo fieret, idoneis (sicut sibi videbatur) custodiae tutelam credit filij. Tunc Iuno opportunum insidiarum nacta tēpus, & ex hoc fortius inflammata, quia proficiscens pater, & solū regni puero tradiderat & iceprum, Custodes primum regalibus præmiis muneribusque corruptit: deinde satellites (sors, qui Titanes vocabantur, in interioribus Regiæ locat partibus, & crepundiis ac speculo affabre factos animos ita puerilis illexit, ut deserens regiis sedibus ad insidiarū locū puerilis animi desiderio duceretur. Illic interceptus trucidatur: & ut nullū posset necis inueniri vestigiū, particularem membrā cōscissa, satellitum sibi diuidit turba. Tunc, ut huic facinori aliud facinus adderetur, quia vehementer tyranni crudelitas timebatur, decōcta variis generibus pueri membra consumunt, ut humani cadaueris, inauditis vsq; in illum diem epulis vesceretur. Cor visum sibi soror seruat, cui Minerva fuit nomen: quia & ipsa sceleris fuit particeps. Et ut manifestum esset delationis indicium, & ut haberet unde furentis partis impetū mitigaret, Reuerso Ioui filia ordinem facinoris exponit. Tunc pater funesta calamitate cladis, & acerba luctus atrocitate cōmōtus, Titanes quidē vario genere suppliciorum excruciatos necat: nec prætermisū est in vltione filij, aut tormentum aliquod aut pœna, sed per omnia pœnarum genera bacchatur, necem qualitercumque filij vindicauit, affectu quidem patris, sed tyrannica potestate. Tunc quia diutius pater ferre lugentis animi tormenta non poterat, & quia dolor ex orbitate veniens nullis solatiis mitigabatur, imaginem eius ex gypso, plastico opere perfecit: & cor, ex quo facinus fuerat (sore defertente) detectum, in ea parte plasticè collocat, qua pectoris fuerant lineamenta formata. Post hæc protumulo exruit templum, & pedagogum, pueri constituit sacerdotem: huic Sile-nus fuit nomen. Cretenses vt furentis tyranni scuitiam mitigarent, festos funeris dies statuunt, & annum sacrum Trieterica cōsecratione componunt, omnia per ordinem facientes, quæ puer moriens aut fecit, aut passus est: Viuum laniant dentibus taurum, crudeles epulas annuis commemorationibus excitantes, & per secreta sylvarum clamoribus dissolutionis euantes fingunt animi furentis insaniam, ut illud facinus non per fraudem factum, sed per insaniam crederetur: præferunt cista, in qua cor soror latenter absconderat: tybiam canu, & cymbalorū tinnitu, crepidia quibus puer decept⁹ fuerat, mentiantur. Sic in honorē tyranni à seruiente plebe Deus factus est, qui habere non potuit sepulturā. Fuit etiā alius Liber apud Thebas tyrannus, magicæ artis potestate cōspicuus. Hic cum muliebres animos venenis quibusdā, & carminibus occupasset, pro arbitrio suo cradela facinora furentibus imperabat, ut mēte captas nobiles fæminas, & libidinū ministras haberet & scelerū. Qui qualia fecerit scelera, vel quātum matri contra filium, vel sororibus contra fratrem imperauerit facinus, in scenis quotidie à tragici carminis auctoribus traditur, ut scelerati tyranni facis

norosa crudelitas in animis audientū, funestis semper relationibus renascatur. Hunc Licurgus sobria virorum coniuratione protectus regno exiit, pellit patriam. Neq; enim effæminatus ille cōsensum virorū potuit diutius sustinere. Effæminatum enim fuisse & amatorum seruisse libidinibus, Græcorum gymnasiis decantatur. Nec fuga eius Licurgus tantum est exilioque contentus, sed timens ne fugiens, & ab aliis receptus ludibriosa scelerum suorū etiam in alia regione, conderet femina: succinctus ferro, patriæ dedec⁹ minaci persequitur edicto. Tūc Liber proiectis insulis quas pampineis coronarum circulis illigabat, cum semiuero comitatu fugiens (soli enim cum sequuti sunt stuprorum & flagitiorum & libidinum socij) per omnes oras vicini maris cum summa trepidatione desperationis errauit: Illic inter ebrias puellas, & vinolētos senes, cum adhuc cū scelerum pompa præcederet, & alter nigro amictu teter, alter ostēso angue terribilis, alter cruentus ore dum viua pectoris membra disceperit, à Lycurgo comprehensus, per proximam rupem quæ immensum præcipitiū faxis inuis fecerat, in mare præcipitatur, ut lacerum corpus marinis diu iactatum fluctibus, errantium populorum animos ad sanitatis ac sobrietatis ordinem, seuera animaduersione reuocaret. Hunc finem Liberi, Iomertus, vt fugam & trepidationē detegeret, & vt ostenderet mortē, ait: *Διωνοστος δὲ φρονηδὲς, ἄλλα δ' ἀλὸς ἢ ἡμῶν. Ὁ δὲ ἴσῃ δ' ὑπεδέξατο κἀκτὰ ἀβλότα κορυπερὸς ἢ ἔχει ἴσμος ἀνδρὸς ομοκλή.* Imitatur te, Licurge, & sobrium tuum institutum sequitur, nec à salutaribus tuis legibus exorbitat, etiam consul noster Posthumius. Nam sicut in libris Annalibus inuenimus, Bacchaniorum scelera Ebutio quodam adolescente deficiente detecta sunt. Erant adhuc in vrbe Roma in regri mores, nec quisquam peregrinas superstitiones dissolutis moribus appetebat. Tūc nec Senatus Consuli, nec leges Reipub. nec Consul legibus defuit: sed inuestigatis omnibus qui huius sacri scelerata commenta tradebāt, contra omnes feruos, imò Romanos, questionis examine, capitalis pœna de Senatus sententia decreta est, nec tandiu vindices gladij Consulis conquierunt, quādiu hoc malum fuisset radicitus amputatum. O digna Romano nomine animaduersione. O præcæ virtutis laudanda constantia! nec ciuib; suis Consul parcere voluit, cum ob purgadam patriam peregrina vitia corriguntur.

CAPVT 7.

Sequitur hanc sacri contagionē, & imitatur ordinē funeris, à Cerere, Hennēsi muliere mors filia consecrata. Nam quicquid in Creta pater ob filiū fecerat, hoc totum Ceres apud Hennā amissā filia, impatiencia materni doloris instituit: quod quatenus factū sit, breui sermone perstringam. Vnicam Cere-ris filiam, quā græci Persephonem, nostri immutato sermone Proserpinā dicunt, ad coniugale consortiū plures petebant. Mater sollicitē de singulorum meritis iudicabat: & cū adhuc omnib; matris sententia videretur incerta, diues rusticus, cui propter diuitias Pluton fuit nomen, temerario cupiditatis ardore, cum morā dilationis ferre nō posset, & cum de præposteri amoris conquereretur incendiis, prope Percū, inuentū virginē rapit. Percus autem, lacus erat in Hōnæ ciuitatis sinib; satis amœnus, & gratus, cuius amœnitas ex florum varietatibus nascitur. Nam per omnē annum vicissim sibi succedentibus

Lycurgus Thebanus.

Liberi præcipitiū.

Bacchanalia Roma detecta.

De Proserpina rapina a Syracusa nis consecrata: & de Cereve ab Atheniensib; abstruentionē deificata.

Persephone, quæ et Proserpina.

Io fecistis, & errantes animos per abrupta præcipitia crudeli calamitate duxistis, cum hoib. peccare cupietibus, facinorū via, de Deorū mōstratur exēplis. Sed in ista criminū lege, i ista cōfessione scelerū gratias agam^{us} illis, qui etiā exitia & mortes Deorū istorū nobis nesciētib. prodiderūt vt disceremus omnia per tot obstantes. Fuit enim & apud veteres, licet nondum terram illuminasset domini nostri Iesu Christi veneranda dignatio, in spernēdis superstitionibus religio sa cōstantia, Diomedes pudicus ac sobrius Venerem vulnere vulnerat, Martē vincit & percutit. Oēris & Ephialte edicto Mars belli potens temporali exilio damnatus e adis- Mars ferrea catenarum vincla sustinuit. Sarpedonē filium mortuum in Troia Iuppiter plangit. Et mercedem Sarpedon. fabricatorum murorum Neptunus a superbo Rege nēptu- nēp- nus. nō recepit. Alterius Regis, Apollo greges pascat. Et Soli omnia videnti, alius occidit boum nūciat mor- Apollo tes. Castores sepelit Sparta: ardet apud Oētam Her- Sol. cules, & Esculapi^{us} alibi fulminatur, Vulcan^{us} a patre præcipitatus pedem frangit. Lycurgum fugiens Liber Castor. moritur. Venus in adulterio deprehensa detegitur, & post Dei nuptias, Anchisæ hominis cubile se- Neptunus. atatur. Saturnus regno timens deuorat filios. Hic ex Crera fugiens, in Italia a Spartanis abscondi- Apollo tur. Ob amorē Catamiti, Iuno spernitur, & ad Endy- Saturnus mionem Luna descendit, & cōtra voluntatem vxoris a- dultera. dulterat. Saturnus regno timens deuorat filios. Iuppiter dormit.

Religionis Theatri- ce. nes facite sacerdotes: Alter dignior locus religioni- bus istis inueniri nō poterit. Illic amores Deorū vilis turba decantet: illic casus mortēsq; saltatores: illic Deorum in tēplis, ab impiis & facinorosis magistris, melius mens perditā & muliebris docetur facinus.

De Seva- pide. D Iscite etiā sacrosancti Imperatores, venerādum Alexandriæ numen vnde sumpserit exordiu, ac à cōmuni nostra fragilitate detecta ad veritatis exordiū mortalitatis nostræ sermo reuocetur. Cū ingruet arefcentibus frugibus, malitiosa fames, Iacobi religio- si Patriarchæ semine procreatus iuuenis Ioseph, interpretatusq; somnium Regis, totū quicquid innuebat ostēdit. Ioseph est Iacobi filius, qui ob pudicitiam in carcere missus: ereptus post interpretatio- nem somnij, fuit particeps regni. Nam septē annorū collectis & seruatis frugibus alterius septemnij ege- stas, diuinæ manus prouidētia mitigauit. Huic post mortem, Ægyptij patrio gentis suæ instituto templa fecerunt: & vt iustam dispensationis gratiam posteritas disceret, quō modio esurientibus & euentibus frumenta diuiserat, capiti is superpositus est. Nomē etiā, vt sanctius coleretur, ex primo auctore generis accepit. Nam quia Sara pronepos fuerat, ex quano- nagenaria, Abrahā indulgētia Dei suscepit filium, Ioseph, vnde dicitur. Sed hoc inuito Ioseph accidit, imo mortuo. Neq; enim ad hoc facinus, religiosus anim^{us}, & Deo summo dicat^{us} adduci potuisset, vt erroris illecebras ex nomine suo superstitionis hominibus ipse præberet, præsertim cū sciret hęc esse in Dei sacrosanctis le-

gibus, ne quis hominum tale aliquid aut venetaretur aut coleret. Hic in Ægypto colitur, hic adoratur huius simulachrum neocororū turba custodit, & ad memoriam verutatis errans populus, ordinē sacrorum in honorē integerrimi, ac prudētissimi hominis constituit, contentiosa hodie animositate custodit. Sed & in ipso simulachro sicut in ceteris, ex assiduis sacrificiis, immūdi dēmonū spiritus colliguntur. Nichil enim operantur animę & cruor ex assidua pecu- dūm cæde profusus, nisi vt dēmonum substātia, qui diaboli procreatione generatur, ex isto sanguine nutriatur. Nā ita esse, Porphyrius defensor Stoicorū, hostis Dei veritatis in multis sceleratarum impieta- tum scriptis manifestis nobis probationibus prodidit. In libris enim quos appellat. *περί τῆς ἐκ Δογῶν φιλosophίας*, maiestatem eius prædicans, de infirmitate confessus est. In primis enim librorum partibus, id est, in ipsius auspiciis posuit dixit: Serapis vocatur, & intra corpus hominis collocatus talia respon- dit: Dicat nūc mihi perditū homines, quis potior est, qui vocat & imperat & includit, an qui vocatur & parat: & cū venerit in suscipiētis hominis corpore, potestate iubētis includitur: Gratias agimus Porphyrii quod libris tuis, Deorū tuorū nobis substātiā prodidisti. Didicimus per te, quatenus Dij tui hominibus vitētib. seruiāt. Serapis tuus ab homine vocatur, & venit: & cū venerit, statim iussus includi- tur, & loquēdi necessitas nolētis forsitan imperatur. Sic apud nos, Deos vestros (cūm hominibus nocere dēmones cæperint) religiosi sermonis flagella castigant. Sic in homi- in corpore hominum constituti Dij vestri, verbo num. cor- Dei spiritualiū flāmarū igne torquētur, & qui apud portibus, vos quasi dij colūtur, apud nos religiose fidei mede- cruitur- cōtra- mēta repugnantes sustinēt, & victi pœnis vlcricibus flā- subiuantur.

CAPVT 15.

Penates etiā qui sūt, explicare contēdam, ne quid Deo- rum à me sit prætermisū. Qui nihil aliud putat esse vi Penatē- tam, nisi vescendi & potandi licentiā, hos sibi Deos bo- ex cupiditatis suæ humilitate sinxerunt: nutrimenta corporis, quæ ex quotidianis epulis cōparantur, hoc nomine pro salute hominum consecrātes. Quia per epulas corporis reficitur infirmitas, alimēta solū esse Deū sanxerūt, nesciētes diuini oraculi veritatē. Cū uerū- eni Domin^{us} noster Iesus Christus cū diabolo p nostra salute sollicitus, diuina maiestatis suæ colluctatione certaret, & vt de faucibus eius, quæ gerebat hominē liberaret: hac cum responsione quassauit: nam cūm diccret ei Diabolus, Si filius Dei es, fac vt isti lapides panes fiant: respōdens ei Dominus dixit: Non in panibus uiuit homo, sed in omni verbo Dei. Nescientes itaque substātiā generis humani, quotidiana- nas epulas hoc nomine cōsecrarunt. Nā omne, quo vescuntur homines, penus vocatur: hinc & cella penaria. Hinc & Dij penates ab abiectis & prostratis hominibus, misera sunt cogitatione cōposita. Vesta autem quid sit, discite, ne puteris antiquum aliquid, aut cum summo terrore inuentum. Ignis est domesticus, qui in focus, quotidianis vsibus seruit: quapropter coquos habeat, non miseras virgines sacerdotē- tes: quæ contēnentes ignis ipsius fauillas, aut prostitūto corpore peccare coguntur: aut in uirginitate perseverantes, perdunt honestam gloriosi nominis dignitatē.

CAPVT 16.

Palladij

Alladij etiā quid sit numē, audite. Simulachrū est ex ossib^{us} Pelopis factū. Hoc auarus Scythia fecisse perhibetur: iā quale sit cōsiderate, quod Scythia barbarus consecrauit. Estne aliquid apud Scythas humana ratione compositum? & illa essera gens hominū, & crudelit atq; inhumanā semper atrocitate graf- sata, in constitutis religionibus rectum aliquid potuit inuenire? Simulachrū hoc Troianis auarus vendidit, stultis hominibus vana promittens. Vendebatur Deus, vt prodesset emptori: & emptor suppliciter adorabat, quicquid paulō antē viderat sub- statum. Substantia autem simulacri ipsius ex ossibus Pelopis est. Si humana vis t miseris homines ossa venerat, purioris saltem & castioris hominis reli- quas collige: Accedat idolo quod facis, ex hominis virtutibus meritum. Pelops in deliciis amatoris fuit, & diu profuturi pudoris damna sustinuit. Sed nec adulto ei scelus defuit. Is enim cuius filiam petebat, eum fraude proditoris occidit. Proditorē etiā ipsum peritiis aggressus est: & ne promissa redderet præmia, hunc eundem per abrupta præcipitia iactauit. En cuius electa sunt ossa, vt Deus fieret, qui vrbes & regna seruaret. Sed nec seruauit aliquando, nec profuit: & quid se maneat, ex vrbium, in quibus fuit, casibus vidit. Incensa est Troia à Gracis, à Gal- lis Roma, & ex vtroq; incendio Palladium referu- arum est. Sed referuatum non propriis virtutibus, sed humano præsidio. Ab vtroq; eni loco homines liberat, & trāstatū est, ne humano flagraret incendio. Tāto numini humana fuerūt præsidia necessaria & ne arderet, humanum quæsiuit auxilium. Dilat- tum est Palladium ab incendio, non liberatum. Stat- sententia, manet pœna, ignis imminet, ignis vrget quem vitare non poterit. Iam parturit flamma cœ- lestis, iam diuinæ animaduersionis monstratur ad- uentus, iam futurae cladis nuntiatur exitium. In hoc incendio Palladium latebras inuenire non poterit: ignis iste seruetur abdita, quærit absconsa: & quic- quid errantes homines vanis persuasionebus perdidit, rapidā flammarum populatione complectetur. Venit enim (inquit) dies domini vt ardens cibus- nus. Audisti quid veniat. Nihil est, quod ex te col- lectum in apothecis Dominicis reponi possit: arde- bis vt stipula, cuius inanis vilitas in cineres fauillā- que seruat: quā rapax ignis, violentia congeniti spiritus pasceat. Hic est exitus, finisq; vester: hac est pœna, quam pro deceptis hominibus Deus statuit: vt perpetuis ardeat flammis qui contra voluntatem Dei, miserum hominem qui contra volūtatē suam volo sanē diligenter inquirere, cuius Mineræ hoc volunt esse signum: Plures enim Mineræ fuisse constat, nec aliquis in ista parte dissentit. Singula- rum itaque genus, institutum, artem propositūq; dicam^{us} vt ex his omnib^{us} inueniri possit, Palladiū cuius Mineræ sit nomine consecratum. CAP. 17.

Quinq; Mineræ fuisse legētib. nobis tradit an- tiquitas. Vna est Vulcani filia, quæ Athenas cō- didit, quæ ex agrestib. locis ad vrbā cōuersionis ordinē rustica turba comitata est. Fuit alia i Ægypto Nili regis filia, tetrinxæ artis Magistra. Tertia verò patre Saturno genita est. Sed hanc viraginem fuisse commemorant: nam nūquam se intra formine se- ptemque pugnarum, & cruenta sequuta est studia bellorum. Quarta Iouis Cretici regis fuit filia, quæ occisum patri detulit Liberum. Quinta Pallante Tom. 5.

patre, & Titanide matre orta est, quæ patris appella- ta nomine, Pallas est ab hominibus nuncupata. Hæc parricidialis amentia furoris & vesana temeritatis instinctu, patrem Pallatē crudeli morte iugulauit. Nec simplici patris morte contenta, vt diu- tius malis suis frucretur, & vt de morte patris crudeliter triumpharet, exuuiis corporis eius ornata est, vt parricidij facinus ex crudeli ostentatione publi- carer. Huius est Palladium, pro nefas, nomine consecratum: hæc est Pallas, quæ colitur: hæc est, quæ pontificali lege seruatur: & cuius facinus seuerius damnari debuerat, eius imago suppliciter adoratur. Apponite ignem, augete flammam, vt quotidianis sacrificiis vestris dicatur ardeat. Quid enim meretur aliud parricida, nisi vt perpetua mutatione flammarum, ante sententiam Dei, quotidie flammis vlcricibus concremetur: Busta sunt, sacratissimi Imperatores, appellanda: non templa: rogi sunt potius dicendi miserorū. Nam in honore hominum perditorum, aedes pro sepulchris miseranda hominum seruitus facit. Hic crematorū corporum fauilla seruantur: hinc cineres mortuorum irreligiosa lege conduntur, vt acerbarum mortium casus, quotidiano victimarum sanguine recrudescat: vt tristis lamentationis exitus renouat^{ur}, annuis luctibus renascatur: vt sopitos fletus, recentior vllulatus exagitet: vt parricidia, vel incesta, vel mortes ex sacrorū ritu, misera mens hominū & colere discat, & facere. Amputada sunt hæc, sacratissimi Imperatores, penitus atq; delenda, & seuerissimis edictorū vestrarum legibus corrigenda, ne diuini Romanum orbem præsumptionis istius error funestus commaculet: ne pestifera consuetudinis conualecat improbitas: quicquid hominem Dei conatur perdere, ne diuini in terra dominetur. Nolunt quidam, & repugnant, & exitiū suū prona cupiditate desiderat: sed subuenite miseris, liberate pereuntes. Ad hoc vobis Deus summus commisit imperium, vt per vos vulneris istius plaga curetur. Facinoris eorum periculum scimus, erroris nota sunt pœna: sed melius est, vt liberetis inuitos, quā vt volentibus concedatis exitiū. Agrotantes contraria delectant, & cū corpus hominis aduersa valetudo possederit, contra salutem suam à laborantibus peruersa poscuntur. Capti mens languoris vicio, morborum semper augmenta desiderat, & medelas artificum aspernatas contemnit: respuit remedium medicinæ, & in exitium suum prona animositate festinat. Tunc si malum morbi fortius creuerit, maiora remedia quaruntur: & pro salute hominis, sollicita fortius se medicina opponit: asperi cibi, amari potus nolentibus ingeruntur: & si conualuerit malum, & ignis adhibetur, & ferrum. Sic homo recepta sanitate, & salute sibi reddita, quicquid agrotantis corporis vicio inuitus passus est, hoc totum pro vtilitate sua factum esse stantis animi iudicio confitetur.

CAPVT 18.

Acipite etiā, sacrosancti Principes nomina corū quæ ra- qua sunt ratione cōposita. Lumē hoc, quod ho- minibus iussu Dei fugatis tenebris diē reddit, quod per duodecim horarum spacia cursus sui ordinē di- rigit, Solem dici voluerit, nō quia solus est, vt quidā nomini- volunt, quia ibi & cælū est, & Luna, & alia plurima, & sydera quæ videmus: ex quibus quedam, vna serie, & cohærentia perpetua simulq; copulata lucent: alia toto spatia cælo, vagos cursus suis metiuntur errori- bus. E E e iij

De Palladij. De Pelopis. De Mineræ. De Iouis. De Saturni. De Vulcani. De Athenarum. De Ægypti. De Nili. De Cretici. De Liberum. De Pallante.

Minerva. que est Pallas. Pallas à qua Palladium. parricida. Damna- torum pœ- na ante exve- num iu- dicium. Inuiti li- berandi. Medico- rum ex- plum.

Luna quae
est Luna
na, et Dian
na.

Neptunus

Proserpi
na.

Ceres.

Mavors.
Minerva.

Venus.
Apollo.

Idolo-
latrie occa
sus unde
coeperit.

De secre
tis Grgo
rum qui
busdam
mysteriis.
Mysteria
templi cu
iusdam.

Christi pa
nis es po
culum.

bus: Sed ideo Sol appellatur, quia cum ortus fuerit, obfcuratis ceteris sideribus luceat solus. Luna etiam haec eadem Lucina à nocturno lumine nomen accepit: hanc etiam quidam dici voluerunt Dianam, quod per noctem lucens hominibus alterum penem diem faciat. A natando Neptunum dici voluerunt: & ex hoc quod libenter faciebant, substantiam nominis figurantes, terrenam vim omnem atque naturam. Ditem patrem dicunt: quia haec est natura terrarum, ut & recidant in eam omnia, & rursus ex ea orta procedant, quae res opulentiam terrae diuitiasque monstrant. Frugum substantiam voluit Proserpinam dicere, quia fruges hominibus, cum seri coeperint, profunt. Terram ipsam Cererem nominant: nomen hoc à ferendis fructibus mutuatum. Ex bellorum casibus Mauors nomen accepit, quasi magna vertat. Minerua similiter bellicum nomen est, quasi aut minuat aut minetur. Venustus hominum Venus dicta est. Apollinis nomen ex humanis finxit casibus sermone Graco, quasi habeat omnia commissa sibi, ut aut amittat aut perdat. Solem etiam quidam Apollinem dicunt, quia quotidie in occasu constitutus, splendorem luminis perdat: per dicit autem Graci ἀπόλλειν dicunt. Videtis ut vestros ementitos & fictitios Deos turbulentus error excogitauerit, ut superstitionibus anilibus, & formis vobis tradita sunt & nomina. Sed haec omnia veritas derexit, & ratio sana metis inuenit: ut inuestigatis omnibus atque detectis quae sacrilegus error absconderat, veritatis semita luceat. Haec enim omnia cum essent male composita, terrori primum fuerunt mortalibus: dehinc consumpta nouitate, quasi ex longa aegritudine conualescentibus hominibus, natus est quidam ex admiratione contemptus. Sic paulatim quod stupebat animus ausus est diligenter inquirere, & statim in arcana fictarum ac vanarum superstitionum sagax misit ingenium. Tunc ex assiduis tractatibus, latentium ratione collecta peruenit ad causas ut profanarum religionum miseranda commenta humanum genus primum disceret, & deinde contemneret, tertio recusaret.

CAPVT 19.

Libet nunc explanare quibus se signis vel quibus symbolis, in ipsis superstitionibus miseranda hominum turba cognoscat. Habent enim propria signa, propria responsa, quae illis in istis sacrilegiorum caetibus Diaboli tradidit disciplina. In quodam templo in interiores partes homo moriturus possit admitti, dicit, de tympano manducaui, de cymbalo bibi, & religionis secreta perdidici, quod Graco sermone dicitur, ἐν τυμπάνῳ ἐβόων, ἐν κυμβάλῳ πίπωνα, γέλονα μυστῆς. Male miser homo de admisso facinore confiteris, pestiferum veneni virus hausisti, & nefario furoris instinctu lethale poculum lambis: Cibus istum mors sequitur semper & poena aeterna. Hoc quod ibi bibisse te praedicas, vitalem venam stringit in mortem, sedes animae continuata, malorum te continuatione conturbat.

Alius est cibus, qui salutem largitur & vitam, Alius est cibus, qui hominem summè Deo & commendat & reddit. Alius est cibus, qui languentes releuat, errantes reuocat, lapsos erigit, qui morientibus aeternae immortalitatis largitur insignia, Christi panem, Christi poculum quare, ut terrena fragilitate contempta, substantia hominis immortalis pabulo saginetur. Quis est autem hic panis, vel

quod poculum, de quo in libris Salomonis sapientia magna voce proclamat, ait enim: Venite & manducate de meis panibus, & bibite vinum, quod miscui, & Melchisedech Rex Salè, & sacerdos summi Dei reuertenti Abrahæ cum pane & vino, benedictionis obtulit gratiam. Isac etiam cum Iacob benedixisset, cum hoc idè Esau à patre suppliciter exigeret, respondit ei pater, dominum tuum feci illum, & omnes fratres eius feci seruos, tritico & vino confirmavi illum. Tunc Esau casus suos misera lamentatione desceuit. Quia tritici & vini, id est, futurae felicitatis perdidit gratiam. Quod autem consecratis hominibus à Deo panis diuinus iste praefertur, per Esaiam dicit Spiritus sanctus: sic dicit Dominus, Ecce qui seruiunt mihi, manducabunt, vos autem esurietis: Ecce qui seruiunt mihi, iucundabuntur, vos confundentur, vos interficiet Dominus. Non solum panis iste à Deo summo sacrilegis & impiis denegatur, sed & poena promittitur, & acerbae mortis decernuntur exitia, ut esurientibus faucibus diuinæ animaduersionis exitus ingeratur. Sequantur etiam hoc idem tricesimi & tertij Psalmi veneranda responsa. Ait enim per Dauid spiritus sanctus, Gustate & videte quoniam dulcis est Dominus, dulce est caeleste pabulum, dulcis Dei cibus, nec habet in se miseræ famis triste tormeturum, & de medullis hominum, praecedentis veneni virus excludit, haec ita esse sequentia oraculi responsa declarant. Ait enim, Time Deo Dominum sancti eius, quia non est inopia eis qui metuunt eum. Diuites egerunt & esurierunt, qui autem inquirunt dominum, non indigebunt omni bono. Qui sic in templo praetextatus incedis, qui fulges purpura, cuius caput aut auro, aut lauro premitur, errorem tuum turpis egestas insequitur, & ceruicibus tuis onerosum paupertatis imminet pondus. Illum què despicias pauperè, largus & diues est. Sed hoc spaciatur, illi, Abrahâ in sinu suo praeparat Tunc tu per interiecta flammarum spacia ad mitiganda conscientiae tuae vulnera, tenuè ab eo stillantis aquae guttulum postulas, nec tibi volens Lazarus, iumentum doloris tui aut dare poterit aut impetrare. Singulorum enim pari gratia merita pensantur: illi vita conferitur propter huius seculi mala, tibi propter huius seculi bona, perpetua tormentorum poena decernitur. Ut autem manifestus diceretur quinam ille esset panis, per quem miseræ mortis vincitur exitia, ipse dominus sancto ac venerando ore signauit, ne per diuersos tractatus spes hominum prauis interpretationibus fallerentur. Dicit enim in Euangelio Ioannis, Ego sum panis vitae, qui venerit ad me, non esuriat, & qui in me crediderit, non sitiet vnquam. Item in sequentibus hoc idem simili modo significat: Ait enim, Si quis sitit, veniat & bibat, Qui credit in me. Et rursus ipse, ut Maieftatis suae substantiam credentibus traderet, ait: Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Quare nihil vobis sit cum tympanis, cibo odij, miseri mortales, salutaris cibi gratia quaerite, & immortale poculum bibite. Christus vos epulis suis reuocat ad lucem, & graui veneno putres artus, & torpescientia membra viuificat. Coelesti cibo renouate hominem perditum, ut quicquid in vobis mortuum est, diuini benedictis renascatur. Dedicistis quid vos facere conueniat, eligite quod vultis. Inde mors nascitur, hinc immortalis vita donatur.

CAPVT 20.

Dicis etiam

Prou. 9.

Gen. 14.

Gene. 27.

Esai. 65.

Psal. 33.

Caue

Cy.

Luce. 16.

Maria.

Cur Chri

stus ore

proprio de

significat

veritatem

in corpo

ris.

Ioan. 6.

Tympanum

rum est

De altera
quodam
paganorum
vitijs quod
aduersus
casibus
rebetur
mystica o
ratione.

Ioan. 8.

Christi et

ecclesijs

spiritus

et spiritus

sancti

Ioan. 2.

Ioan. 16.

Apo. 21

Ioan. 13.

Mat. 25.

Luce. 12.

Dicis etiam *χαρὴν ἰδὲ φῶς*, *χαρὴν ἰδὲ φῶς*. Quid sic miserum hominem per abrupta precipitas, calamitosa persuasio? Quid ille falsè spici polliceris insignia? Nullum apud te lumen est, nec est aliquis sponfus qui hoc mereatur audire. Vnum lumen est, vnus est aliquis sponfus hominum, quorum gratiam Christus accepit. Non poteris ad te alienè felicitatis trahere gloriam, nec poteris caelestis numinis splendore decorari. In tenebras squallorèque proiecetus: illic sordet, squalor, caligo, tenebra, & perpetuè noctis dominatur horror. Si vis ut tenuis saltem tibi splendor luminis luceat, erige vultus, & demeritis erige oculos, & desertes his ad eum te confer qui dixit: Ego sum lux mundi, cuius diuinis praeceptis conuersione opus nostrum per dies singulos luceat. Luceat autem non potest nisi immaculata nos conscientiae ornamenta protulerint, nisi integra nos & incorrupta vita commendet. Tunc oritur nobis verus luminis gratia, tunc se nobis lucis author insinuat, tunc verum lumen & accipere possumus & videre. Sed ut sacrilega vobis comprimatur improbitas, quis sit vere sponfus sacrarum lectionum oraculis comprobato, ut probetur sponfus esse Christum, sponfam Ecclesiam, ex qua venerando patri, spirituales filij per dies singulos procreantur. In hac probatione, arcana prophetarum veneranda pandantur. Ad sistat nobis sanctorum oraculorum fides. Ioel diuino spiritu monente sic dicit: Canite tuba in Syon, sanctificate ieiunium, & indicite curacionem, aggregate populum, sanctificate Ecclesiam, excipite maiores natu, colligite paruulos lactentes, procedat sponfus de cubiculo suo, & sponsa de thalamo suo. Hoc idè Ieremias simili ratione significat: Ait enim cum Hierosolimam, tunc minatur oraculo, Et aufertur de ciuitatibus Iudæ, & de verbibus Hierusalem vocem lequantium, vocem sponfi & vocem sponsae, Processum sponfi etiam per Psalmos praedicat spiritus sanctus: In 18. Psalmo hoc inuenitur oraculum. Ait enim, Et ipse velut sponfus egrediens de thalamo suo, exultauit ut Gigas viam currere: A summo caeli profectio eius, & decursio eius vsque ad summum eius, & non est qui lateat à calore eius. Secretiora pandantur arcana: in Apocalypsi, id est, in reuelatione, quis sit sponfus inueniemus. Ita enim scriptum est: Veni ostendam tibi nouam nuptam vxorem agni. Et duxit me in spiritum in montem magnum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendente de caelo. Inuestigandum est, quid etiam nobis de hac ipsa retradat Euangelica disciplina. In ueniemus enim in Euangelio Ioannis ita esse signatum: Vos mihi testes estis, quoniam dixi eis qui misisti sunt ab Hierosolymis ad me, quia non sum Christus, sed quoniam missus sum ante ipsum. Qui enim habet sponfam sponfus est. Amicus autem sponfi est, qui stat & audit eum, & gaudet quodet propter vocem sponfi. Huius rei mysterium ostensum est, huius sponfi aduentum sapientium virginum chorus expectat. Huic praefert lumina peruigili cura, sancta virginitas: expectantibus sponsum seruis factum est simul ferrum & testu, & aramentum & argentum, & aurum facta sunt minuta quasi pallea, & ut puluis in arida aestate, & ventilauit illa ventus, ita ut nihil remanserit in illis. Et lapis qui percussit imaginem, factus est mons magnus, & imple-

lis, sponfus ostensus est. Quid tu tibi in acerbis casibus constitutus, beatorum nomen imponis? Si vis liberatus lumen sequi sponfi, proice errores, & perituisigili cura sollicitus, praecedentia vitae facinora, religiofa deuotione castiga. Tunc te in nomine suo cum vigilantem inuenit sponfus, cum fidei tuae merita cognouerit, dabit maximum premium, dabit integram manus: intrabis cum eo caeli thalamum, videbis regna mundi, & ut eorum particeps esse possis, à piissimo & iustissimo Domino immortalitatis tibi gratia conferetur.

CAPVT 21.

Alterius Prophani Sacramenti signum, *ὁδὸς*, *De 3. quo* *ἀπὸ πύλας* Cur hoc sanctum venerandumque secretum ad profanos actus adulterata profectio tunc transfertis? Alius est lapis, quem Deus in confidendis fundamentis promissit Hierusalem, missurum se esse promissit. Christus nobis venerandi lapidis significatione monstratur. Quid tu ad commaculatas superstitiones furtiua fraude venerandi transfers nominis dignitatem? Lapidem tuum ruina sequitur, & cadentium culminum sancta collapsio. Noster lapis, Dei sandatus manu, extruit, confirmat, erigit, munit & restaurat corporis gratiam, perpetuae immortalitatis splendore condecorat. Ait enim de hoc Esaias, inuente spiritu sancto: Sic dicit Dominus, Ecce ego immitto in fundamenta Sion, lapidem preciosum, electum, summum angularem, honoratum, & qui crediderit in eum non confundetur. In Psalmis etiam simile responsum est. Ait enim spiritus sanctus in Psal. Lapis quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factus est iste, & est mirabilis in oculis nostris. Per multos Prophetas spiritus sanctus nominis istius ordinem monstrat. Ait enim Zacharias Propheta, Ecce ego adduco puerum meum, ortus ei nomen est, quoniam lapis quem dedi coram Iesu, super lapidem ipsum vnum, septem oculi sunt. Sed ut manifestius constet, antiquiora venerandarum lectionum secreta pandamus, in Deuteronomio ita comprehensum est: Et scribes super lapidem omnem legem hanc. Iesus etiam Naue, iussu diuinitatis hoc specialiter comprehendit. Ait enim: Et accepit lapidem magnum, & statuit eum contra Dominum. Et ait Iesus ad populum. Ecce lapis iste erit mihi in testimonium: quia iste audiuit omnia quae dicta sunt à Domino quando loquutus est ad vos. Et erit iste nobis in testimonium in nouissimo dierum, quando recesseritis à Domino vestro. Quod autem per hunc lapidem, id est, per Dominum nostrum Iesum Christum, & diuinitati sunt, & multitudine templorum, aperte Daniel venerandis oraculis explicauit. Ait enim, cum interpretaretur somnium Regis: Et ecce imago, imago nimis magna, & contemplatio ipsius imaginis metuenda: elata stabat contra te, cuius caput fuit ex auro bono, pectus & brachia eius argentea, venter & femora aerea, pedes autem ex parte quidem ferrei, ex parte autem fictiles, quoadusque abscissus est lapis de monte, sine manibus cidentium, & percussit imaginem super pedes ferreos & fictiles, & comminuit eos minutatim, & factum est simul ferrum & testu, & aramentum & argentum, & aurum facta sunt minuta quasi pallea, & ut puluis in arida aestate, & ventilauit illa ventus, ita ut nihil remanserit in illis. Et lapis qui percussit imaginem, factus est mons magnus, & imple-

E E e iij

videt me
rita.

Christus
Lapis.

Esai. 28.

Psal. 117

Zach. 3.

Deut. 27

Ioan. 24.

Daniel. 2

uit totam terram. Quis locus in terra est, quem non Christi possederit nomen? Qua Sol oritur, quæ occidit, quæ erigitur septentrio, quæ vergit Austro, totum venerandi numinis maiestas implevit. Et licet adhuc in quibusdam regionibus idololatriæ morientia palpitent membra, tamen in eo res est, ut Christianis omnibus terris, pestiferum hoc malum funditus amputetur. De idololatriarum lapide, de quo dicunt, *ὅδε ἐν τῆς ἀγίας* quod prophetarum respondet oraculum? cui autem restitit, vel cui patitur iste lapis? Lapis autem hic sanctus, id est, Christus aut fidei fundamenta sustentat, aut in angulo positus, duorum parietum membras æquata moderacione coniungit, id est, veteris & noui Testamenti in vnum colligit gentes: Aut certe corporis & animi diuersitatem, inuoluta homini immortalitate confociat: Aut legem præmulgat, Aut contra peccantes testimonium perhibet: Aut (quod est potius) imaginem Diaboli percutit, ut superato eo atque prostrato, & in cinerem fauillasque conuerso, erecto sublimitatis suæ vertice, purum dominacionis imperium habeat. Vos nunc Constanti, & Constantis sacratissimi Imperatores appello, ut venerandæ fidei vestræ imploranda virtus est, quæ supra hominumque se rerum societate coniungit: Quæque in omnibus actibus suis, prout potest, Dei summi sequitur voluntatem: Modicum talium superest, ut legibus vestris funditus prostratus Diabolus iacet. Ut extinctæ idololatriæ pereat funesta cõtagio. Veneni huius virus euauit, & per dies singulos substantia profanæ cupiditatis expirat, Erigite vexillum fidei, vobis hoc diuinitas reseruauit. Cuius fauore eminentes prostratores estis omnium hostium vestrorum: quorum opera Romanum firmatur Imperium. Signum venerandæ legis erigite, sancite, promulgate quod proficit: Sic faustum felixque Reip. quod tot acruos cætorum hostium prostrauistis exercitum. Felices vos quoque gloriæ ac voluntatis suæ Deus fecit esse participes. Idololatriæ excidium & profanarum ædium ruinas propitius Christus populo, vestris manibus reseruauit. Ille spiritus libus armis malos spiritus, vos mala terrena vicistis: Erigite trophæa victoriæ, & proferatur ingens titulus triumphorum: profanarum rerum strage gaudentes exultate fortius, exultate fidenter. Felicitas vestra cum Dei virtute coniungitur, pro salute hominum Christo pugnant vicistis.

CAPVT 22.

De 4. quo dam Religiois profane, sym bolo.
Omnia symbola profanæ religionis per ordinem suggerantur, ut probemus nequissimum hostem generis humani, de sanctis, hæc, venerandisque prophetarum oraculis ad contaminata furoris sui scelera transfuisse: Inuenimus enim & ita dici, *ἐλάττωτος ἀνθρώπων*, Deus iste vester non biformis est, sed multiformis. In multas enim species veteratoris forma mutatur. Ipse est Basiliscus & scorpio, qui fidelium securis vestigiis præmitur: Ipse maliciosus anguis, cuius caput querit decepta mortalitas: Ipse tortuosus Draco, qui hamo ducitur, qui captiuus includitur: Ipse Deus vester Lernei anguis criminibus, adoratur videns ut percussio domino morientium anguim turba succedat. Quid sic renascens hydri pullulas? Quid sic fecunda scelerum sobole componis? Mortis tuæ viam didicimus. Scimus quibus remediis artis tuæ venena vincantur, Christi immor-

Christus lapis.

talem sanguinem bibimus, nostro sanguini Christi sanguis adiunctus est. Hoc est salutare remedium scelerum tuorum, quotidie efficiat, à Dei plebe mortiferum virus excludit. Quis Deum istum quem plangunt, cum cornibus vidit? Quæ sunt ista cornua, quæ habere se iactat? Alia sunt cornua quæ Propheta sancto spiritu annuente commemorat, quæ tu Diabolo ad maculatam faciem tuam putas te posse transferre. Vnde tibi ornamenta quaris & gloriam? Cornua, nihil aliud nisi venerandum signum crucis monstrant. Huius signi vno extenso ac directo cornu mundus sustentatur, terra constringitur: Et è duorum quæ per latus vadunt compagine, Orientis tangitur, Occidens subleuatur, ut sic totus orbis tripartita stabilitate firmatus confixi operis, immortalitatis radicis fundamenta teneantur: hoc secretum nobis venerandum prophetæ oraculum tradidit. Inuenimus enim in Abacuc ita esse perscriptum: *Exit caelos virtus eius & laude eius plena est terra: Et splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius erunt: Et illic constabit virtus gloria eius & cõfitebuntur dilectionem suam: Ibi verbum, & præcedet secundum gressus suos. En veneranda crucis cornua, En sanctæ virtutis immortale fastigium, En gloriosius operis diuina compago. Tu Christe mundum ac terram extensis manibus, tu cæleste sustentas imperium. Tuis immortalibus adhæret humeris salus nostra. Tu Domine, æternæ vitæ baiulus signum. Tu venerando infundit, hoc nobis denuntias per prophetas. Ait enim Esaias: Ecce natus est nobis filius, imperium super humeros eius, & vocatum est nomen eius magna cogitationis nunciis. Hæc sunt crucis cornua, quibus omnia & subleuantur pariter & continentur. His cornibus bene hominum nitur vita. Ut Amalech vinceretur, extensis manibus Moyses hæc imitatus est cornua, ut facilius impetraret, quod magnopere postulabat, crucem sibi fecit ex virga. Ad hæc cornua festina celeritate properate. Ad hæc cornua humili veneratione confluite. His vos assignant cornibus, iusticia, æquitas, pudicitia, misericordia, patientia, fides: Ut veneranda præferentes insignia, consecrati fontis maiestate gaudentes, & sepultura Christi participes sitis & vitæ.*

CAPVT 23.

Aliud etiã symboli proponimus, ut conamine cogitationis scelera reuelentur: Cuius totus ordo dicendus est, ut apud omnes constet, diuinæ dispositionis legem peruersa Diaboli esse imitatione corruptam. Nocte quadam simulachrum in lectica supinum ponitur, & per numeros digestis fletibus plangitur. Deinde cum se ficta lamentatione satiauerint lumen infertur. Tunc à sacerdote, omnium qui flebant fauces vnguntur. Quibus perunctis, Sacerdos hoc lento murmure susurrat, *ὁ ἀρχὴν τοῦ σαβῶτος ὁ σαβῶτος ἐστὶν ὁ ἰδὼν ἐν πονίῳ σὸν ἴνα.* Quid miseris hortaris, ut gaudeant? Quid deceptos homines letari compellis? Quam illis spem, quæ salutem funesta persuasione promittis? Quid illos falsa pollicitatione sollicitas? Dei tui mors nota est, Vita non comparet, Nec de resurrectione eius diuinum aliquando respondit oraculum, Nec hominibus se post mortem, ut sibi crederetur ostendit, nulla huius operis documenta promisit, nec se hoc facturum esse præcedentibus monstrauit exemplis. Idolum sepelis, idolum plægis, idolum de sepultura profers, & miser, cum hæc feceris, gaudes. Tu Deum

Abac. 3.

Crux sicut nosra & aterna signum. Esai. 9.

Exod. 17.

Crux veneratione humilis.

De mystica nocte, & oratione, quadam idololatriarum.

tuam liberat, tu iacetiæ lapidis membra componis, tu insensibile corrigis saxum, Tibi habeat gratias Deus tuus, te paribus remuneret donis, & sui velit esse participem, sic moriaris ut moritur, sic viuas ut viuas. Nam quod vnguento perunguntur fauces, quis non facinus istud despecta vanitate contemnat? Habet ergo Diabolus Christos suos, & quia ipse Antichristus est, ad infamiam nominis sui miseris homines scelerata societate perducit. Vnguentum hoc referua mortuis, referua morituris ut quos laqueis tuis ceperis, eos venenato vnguento oblitos, lugubri ac funesto semper mergas exitio.

CAPVT 24.

Aliud est vnguentum, quod Deus pater vnico tra-

De Cælesti heretice Christiane vnguenti vnguenti
Adidit, filio quod filius credentibus diuina nominis sui maiestate largitur. Christi vnguentum immortali compositione conficitur, & spiritualibus pigmentorum odoribus temperatur. Hoc vnguentum à mortalibus laqueis putres hominum artus exiit, ut sepulto primo homine, ex eodem statim homine homo alius felicius nascatur. Et ut hoc manifestius explicetur, sacrarum lectionum arcana pandenda sunt. Ait enim David, ut huius vnguenti gratiam traderet: Speciosus forma præ filiis hominum, Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit tibi in æternum. Accingere gladium tuum circa femur tuum potentissime. Specie & pulchritudine tua intende prosperè, procede, & regna. Propter virtutem & mansuetudinem & iusticiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ acutæ potentissime populi intra te decident, in corde inimicorum Regis. Sedes tua Deus in seculum seculi. Virga recta, est virga regni tui. Dilexisti iusticiam, odisti iniquitatem, propterea vixit te de te præ cõfortibus tuis. Mirra & gutta, & casia à vestimentis tuis de adificiis ebullientis, ex quibus te iucunditate affecerunt. Immortalis vnguenti secreta peruidimus, & diuinæ nobis dispositionis ordo monstratus est: Regnum perpetuum, & cæli diadema domino nostro cum vnguenti maiestate collatum est. Quis autem hic sit qui regendi orbis accepit potestatem, qui venerandi nominis maiestate decoratur, aliud nobis monstrat oraculum. Ait enim isdem David. Ut quid fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Quid te sic extollis sacrilege persuasio? Quid miseris homines effrenata temeritate, circunuenis? Vnguentum Christi, cæli donat imperium, vnguentum vestrum gehennæ suscitatur flammæ.

CAPVT 25.

Ed quod impuro ore sacerdos iste & polluta verborum contaminatione componit, liber diligenti inquisitione discutere. Liberato Deo suo, bonum animum gerere socios, fiduciam bonæ spei habere persuadet. O quam miseris, quam luctuosis se laqueis inuoluit caduca calliditas. Quis Deum tuum liberat, cui hoc præstitit, quod laborat? Disce, disce quod nescis: Disce quod non visis. Christus filius Dei ut humanum genus à mortis laqueis liberaret, omnia ista sustinuit, ut captiuitatis duræ iugum tolleretur, ut hominem patri redderet, ut mitigata offensa hominem cum Deo prospera conciliatione componeret, ut promissæ resurrectionis fructum proprio monstraret exemplo, fecit filius Dei quod ante promiserat, clausit ianuas sedis infernæ, & dure legis necessitatem calcata morte prostrauit. Per tri-

De Cælesti heretice Christiane vnguenti vnguenti

Christiani vnguenti

vnguenti vnguenti

Psal. 44.

Psal. 44.

Psal. 22.

De Idololatriarum, mysterij parte al

Demon. Resurrexerunt Christi memoriam imitatur.

diuini reces ita ab eo iustorum turba collecta est, ne diutius contra eos mortis dominaretur improbitas: Ne iustorum meritum ex longa desperatione concideret, fregit claustra perpetua, & ferece fores Christo iubente collapsæ sunt: Ecce terra contremuit, & fundamentorum suorum stabilitate concussa, presentis Christi numen agnouit. Ante præfinitum tempus præcipitatem diem mundi rota vertigo: Et Sol non completo diurnarum horarum spacio, properato cursu vergit in noctem. Ecce veli fastigia summa finduntur, & obscurioribus tenebris orbem terrarum caligo noctis abscondit. Omnia elementa Christo pugnant turbata sunt, Tunc scilicet cum primum contra mortis tyrannidem humanum corpus armauit. Per triduum ista conflictatione pugnatum est, quam diu Mors superatis maliciæ suæ viribus frangeretur. Quid solita impatientia homo religiose, homo Christi, desperas & desicis? Triduum moram non fers, sollicitudinem ac desperationem tuam nouis precibus confiteris: Hoc te facturum esse illo die spiritus sanctus veneranda voce significat, cum per David dicit: Estimati sumus sicut oues occisionis. Exurge quare obdormis Domine, exurge & ne disperdas vsque in finem. Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiam nostram, & tribulationem: quoniam humiliata est in puluere anima nostra, hæsit in terra venter noster. Exurge Domine opem fer nobis, & libera nos propter nomen tuum. Ecce post triduum, lucidior, solitodines oritur, & reddita Soli, præteriti luminis gratia. Omnipotens Deus Christus splendidioribus Solis radiis adoratur. Exultat salutare numen, & triumphales currus eius iustorum ac sanctorum turba comitatur. Tunc elato gaudio clamat elata moralitas: Vbi est mors aculeus tuus? Tunc præcurrens salutare numen, aperiri sibi cælestes ianuas præcipit: Aperite, aperite, & immortalia claustra conuellite. Christus, Deus calcata morte, ad cælum, hominem quem susceperat reuocat. Hoc à venerando Propheta sancta voce præcinitur, & ex ore prophetico vox iubentis auditur. Ait enim spiritus sanctus ut nobis potentiam Christi iubentis ostenderet. Tollite portas Principes vestras, & extollite vos porta æternales, & introibit Rex gloriæ. Hoc Angelis nescitis imperatur. Neque enim scire poterunt, quando verbum Dei descendit ad terram. Ideo & ipsi sollicita interrogatione respondent, Quis est iste Rex gloriæ: Quibus quærentibus, perspicua Christus nominis sui maiestate respondit, Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Cognoscitur statim à custodibus cæli, filius Dei, & quicquid illos ante sefellit, agnoscunt. Vident prostrati hostis exuias, & recordati primæ dispositionis, ordinæ etiam ipsi cum ascendentibus iterata pariter voce conclamant: Tollite portas qui præcistis illis, & extollite vos porta æternæ & introibit Rex gloriæ. Reuerso filio, promissa pater regni sceptrum restituit, & sellam regni æqua potestate concedit, ut imperet, ut regnet, ut teneat, ut perpetua nominis sui maiestate dominetur. Audi quid de illo Daniele spiritus sanctus iusserit dicere: Videbam in visu nocte, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniens, venit vsque ad verticem dierum, & stetit in conspectu eius, & qui assidebant obulerunt eum. Et data est ei potestas regni, & omnes reges terræ & regnum & omnis claritas seruiuit ei: Et potestas eius æterna quæ nõ au-

impotentia, & cetera.

Psal. 43.

Christi resurrectione.

1. Cor. 15.

Psal. 33.

Dan. 7.

causalege.

Quid sint
Idola-

Sap. 15.

Baruch. 6

Baruch. 6

Barbe
refe.

Baruch. 6

phetarum oraculis, ac diuina voce monstratum est: quæ omnia specialiter dicenda sunt, vt hoc non frustra temeritate prolatum, sed diuino magisterio nobis traditum, & cœlesti agnoscatu voce signatum. Quæ sit substantia, eius sapientiæ veneranda voce monstratur: Ait enim in libris Salomonis, Omnia idola nationum æstimauerant Deos, quibus neque oculorū visus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, Sed & pedes eorum pigri ad ambulandum: Homo enim fecit illos, & qui Spiritum mutatus est finxit illos. Nemo autem sibi hominum poterit Deum formare: cum sit enim mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior est autem his quos colit, quoniam quidem ipse vixit, illi nunquam. Quid amplius querimus? sapientia nos diuina voce conuenit, & quicquid in arcanis Dei viderat docuit, & quod erat salubre, monstrauit, ne fragilis & caduca mortalitas in exitium suum mortemque properaret. Hoc idem in Psalmis præmonet Spiritus sanctus. Inuenimus enim in Psalm. 134. ita esse perscriptum. Idola gētiū, argentū & aurū, opus manū hominū. Oshabent & nō loquūtur, oculos habēt & nō vidēt, aures habēt nō & audīūt. Neq; enī est spirīt⁹ in ore ipsorū. Similes sūt illis qui faciunt ea. Si artifex, qui ad ostentationē ingenij, simulachrum aut sculpsit aut fudit, diuina maledicti animaduersione percutitur, quid sperare debeat considerandum est, qui quod alter vendidit, Deum dicit. Hieremias etiam cum præcepta Deo iubente plebi daret, hac populū oratione conuenit. Dicite autem in corde vestro, tibi oportet adorare Dominum, Angelus autem meus vobiscum est, legem autem exquiram ab animabus vestris. Lingua eorum polita fabro, ipsa etiam inaurata, & inargentata, falsa sunt & non possunt loqui: Et sicut virgini, hortatu amantis, accepto auro fabricati sunt coronas supra capita Deorum suorum. Est autem quando subtrahent sacerdotes à Diis suis aurum & argentum, & erogabunt illud in semetipsos, Dabunt etiam ex ipso & prostituti meretricibus, ornabuntque illos vt homines vestimentis, Deos argenteos & aureos, & ligneos. Addit etiam in sequētib; vt omnem dubitationem trepidationis excutiat. Supra corpus eius & caput volitant noctuæ & hirudines & aues similiter: Vnde scietis quia non sunt Dij. Non ergo timueritis eos: Aurum est quod circa se habent ad speciem, nisi aliquis exterserit eruginem, non fulgebunt Neque enim cum constabuntur, sentient: precio empti sunt in quibus Spiritus non est, sine pedibus in humeris portantur. Addit etiam vt confirmata mens fortius roboretur. Sciētes itaque ex his quia non sunt dij, Ne timueritis eos. Et vt sacerdotum eorum miserum dedecus monstret, addit: In domibus eorum sacerdotes sedent habentes tunicas scissas, & capita & barbas raras, quorum capita nuda sunt. Rugiunt autem clamantes contra Deos suos, sicut in gehenna mortui. Quod autem & reges & gentes: hæc de ipsis pronuntiaturi sunt, is idem Propheta præfaga voce significat, Ait enim: Sciēt⁹ postea quia falsa sunt genitibus vniuersis, & Regibus, Quia manifestum est, quod non sunt dij, & nullum Dei opus sit in ipsis. Regem regioni non suscitabunt, neque pluuiam hominibus dabunt. Iudicium quoque non discernent, neque regionem liberabunt ab iniuria. Quia

nihil possunt. Et cum inciderit in domo Deorum ligneorum & inauratorum, & inargentatorū ignis, sacerdotes illorum liberabuntur: Ipsi autem sicut trabes in medio comburentur, Regi autem & bello nō resistēt: quomodo ergo existimandū est, vel recipiendum, quia sunt Dij? Neque à furibus, neque à latronibus se liberabunt Dij lignei & aurati, & inargentati, quibus, hi qui fortes sunt, aurum & argentum quo operi sunt, auferēt illis. Tollite, tollite se curi sacratissimi Imperatores ornāmēta templorū. Deos istos aut monet ignis aut metallorum coquat flamma. Donaria vniuersa ad vtilitatem vestram dominiumque transferite. Post excidia templorum, in maius, Dei estis virtute prouecti. Vicistis hostes, propagastis imperium, Et, vt virtutibus vestris gloria maior accederet, mutato, ac contempto temporum ordine, hyeme (quod nec factum est aliquando, nec fiet) tumentes, ac saeuientes vndas calcaistis Oceanū: sub remis vestris, incogniti iam nobis penē maris vnda contremuit, & insperatam Imperatoris faciem Britannus expauit. Quid amplius vultis? Virtutibus vestris victa elementa cesserunt. Quod autem Deus iubeat idola non fieri, sacrosanctæ legis scripta declarant. In exodo enim sic inuenimus esse perscriptum: Non facietis vobis Deos argenteos, neque Deos aureos: Et rursus in eodem libro, vocem Dei iubentis inuenio. Non facies tibi idolum, nec cuiusquam similitudinem. Pudorem miseris indidit Spiritus sanctus, quia cupit errantes reuocare, non perdere. Et ait per Esaiam, Confundimini confusione, qui fiditis super capitalia, qui dicitis fusilibus, Vos estis Dij nostri. Dat etiam legem, quam consecratus populus deuota perpetua te custodiat, & ita mandat. Dominum deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies. Et in Deuteronomio similia Dei mandata noscuntur. Ait enim: Non erunt tibi Dij alij absque me. Addit etiam, vt animis eorum maiestatis suæ pondus insinuet: Videte, videte quia ego sum, & non est Deus præter me. Ego interrimam, & viuere faciam, percutiam & ego sanabo, & non est qui eripiat de manibus meis. In Apocalypsi etiam, hoc idem sancta reuelatione monstratur. Ita enim scriptum est: Et vidi alium Angelum volantem medio cœlo, habentem Euangelium æternum, vt annuntiaret super terram per omnes nationes & tribus, & linguas, & populos, dicentem voce magna: Metuite potius Dominum. & date illi claritatem, Quoniam venit hora iudicij eius, & adorante eum qui recit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, Dominus quoque noster Iesus Christus, is paterna legis instituta custodiens, hoc idem veneranda constitutione promulgat. Ait enim: Audi Israel Dominus Deus tuus Deus vnus est, Et diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua, hoc primum est. Et secundum simile huic, Diliges proximum tibi tãquam te. In his duobus præceptis tota lex pendet, & Prophetæ. Sequitur autem hoc diuinum venerandumque præceptum, immortalis Domini ac sancta conclusio. Addit enim, vt manifestius viam salutis ostendat, & ita loquitur. Hæc est autem vita æterna, vt agnoscat te solum verum Deum, & quæ misisti Iesum Christum, Sacrorum mandatorum ordinem scitis: quid sequi, quid fugere debeatis, Veneranda atque immortalis voce didicistis. Audite rursum, quod maneat contemnentis exitium, Quibus illos

Esai. 42.

Deut. 5

Deut. 31.

Apo. 14

Mat. 22

Mat. 22

Ioan. 17.

Esod. 22

Idola-
natum
pena etiã
miseros
manifestum
dunt.

Esai.

Esai. 57.

Im. 7.

Romo. 12.
ber.

Apo. 14.

illos calamitatibus necessitas veneranda legis attrin xerit. Clausula enim venerandorū mandatorū hæc verba colligit: Sacrificans Diis eradicabitur, præter Domino soli. Si solū sacrilegum hominem metuentem da pœna percuteret: si peccanti soli minaretur seueritas legis, Bene se ad sacrilegiū obstinati furoris temeritate firmaret: Nunc etiam stirpi minatur & sololi. Et hoc agit, nequa pars nequissimi seminis relinquantur, ne quod profani generis vestigium maneat. Sacrificans, inquit, Diis eradicabitur. Cōsidera quid agas misera ac luctuosa persuasio. Facinus tuū plurimos perdit, & per omnem substantiam, generis tui, secunda pœna diuiditur. Cur autem contra sacrificantes sic seuiat ordinata legis autoritas, in Deuteronomio manifesta significatione mōstratur. Ita enim inuenimus esse perscriptum: Sacrificauerunt daemōniis, & non Deo. Ad contaminatos ac pollutos te Spiritus ne transferas, ab inferioribus ne spes auxiliū: Ne his supplices, quib; Dei gratia, iam imperare debes. Ecce daemō est quem colis. Cum Dei & Christi eius nomen audierit, contremiscit. Et vt interrogatib; nobis respōdeat trepidantia verba, vix se colligit: Adhærens homini laceratur, vritur, vapulat, & statim de commissis scelerib; confitetur. Ne hunc colas, ne huic supplicas, ne prostratus huic stectas genua Interdicto veneranda legis iuberis. Hinc seueritatis pœna, hinc animaduersionis metu metuenda sententia. Quid Dei indulgentia libertate cōcessa iugū potius eligis seruitutis? Non definit Deus summus crimen hoc salutari voce pulsare: Sed misericordia eius errantes homines corrigere frequenti cōminatione festinat. Audi per Esaiam Prophetam vox diuina quid dicat: Adorauerunt Deos, quos fecerunt digiti eorum, & curuatus est homo, & humilior est vir, & non laxabo illis. Et iam vos d profani homines iratum numen alloquitur, & adhuc errores vestros sacra conuenit vocem. Ait enim in sequentibus per eundem Prophetā. Illis sudistis libamina, & illis inposuistis sacrificia. Super hæc non indignabor dicere Dominus? Adhuc indignationem suam salutatis Deus dilatat, seueritatem suspendit, si vos forsitan peccare pœniteat, vt sacrilegæ voluntatis exitium aliquo genere relinquatis. Ecce in ipso indignationis impetu moderata rursum voce persuadet, & irarum suarum comprimit solumulos Ait enim per Hieremiam Prophetam. Nolite ambulare post Deos alienos, vt seruiatis eis, & ne adoraueritis, ne incitetis in operibus manuum vestrarum, ad disperdendos vos. Quid hic ad sacrilegium pron⁹ aures tuas obstruis? quid hoc obstinati furoris ardore in exitium mortē que festinas? Liberum te Deus fecit. In tua manu est, vt aut viuas aut pereas. Quid te per abrupta præcipitas? In lubrico itinere constitutus, & in ipso lapsu positus titubantia aliquando suspende vestigia: Ecce sententia depromitur, ecce pœna decernitur: Diu criminib; tuis pepercit diuina moderatio, Diu facinus tuum cum dissimulatione respexit. Peruenis ad illud anceps, vbi spes, vbi vota deficiūt. Et vt manifestius instruaris, animaduersionis exitium disce. Super hæc re in Apocalypsi totus ordo responsi est. Ita enim scriptum est: Si quis adorat bestiam & imaginem eius, & accipit vota in fronte sua, & in manu, bibet & ipse de vino ira Dei, mixto in poculo ira eius. Et punietur igne & sulphure sub oculis agni, Tom. 5.

& fumus de tormentis eorum in secula seculorum ascendet. Nec habebunt requiem die ac nocte, quicunque adorant bestiam, & imaginem eius.

CAPVT 30.

Ed & vobis sacratissimi Imperatores ad vindicandum & puniendum hoc malum necessitas imponitur, & hoc vobis Dei summi lege præcipitur vt seueritas vestra idolatriæ facin⁹ omnifariā persequatur. Audite & commendate sanctis sensibus vestris quid de isto facinore Deus iubeat. In Deuteronomio lex ista præscripta est. Ait enim: Quod si rogauerit te frater tu⁹, aut filius tuus, aut vxor tua, quæ est in sinu tuo, aut amicus tuus, qui est æqualis animæ tuæ, latenter dicens: Eamus & seruiamus aliis Diis gentium, non consenties ei, & non exaudies eū & non pareat oculus tuus super eum, & nō calabis Annunciāns annunciabilis de illo. Manus tua erit tu per eum in primis interficere eum, & manus omnis populi deinceps. Lapidabunt eū & morietur. Quoniam quæsiuit auertere te à Domino tuo. Nec filio iubet parci, nec fratri, & per amatam coniugem gladium vindicem ducit. Amicum quoque sublimi seueritate persequitur, & ad disperdenda sacrilegorū corpora omnis populus armatur. Integris etiam ciuitatibus, si in isto fuerint facinore deprehense decernuntur excidia: Et ut hoc prouidentia vestra manifestius discat, constituta legis sententiam proferram. In eodem libro in integris ciuitatibus pœnam Dominus hac voce constituit. Ait enim: Aut si audieris in vna ex ciuitatibus, quas Domin⁹ Deus tuus dat tibi, inhabitare illic dicentes. Eamus & seruiamus Diis aliis quos non nostis: interficiens necabis omnes qui sunt in ciuitate, cæde gladio, & incendes ciuitatem igni, & erit sine habitatore. Non ædificabitur in æternum, Et auertetur Domin⁹ ab indignatione iræ suæ, & dabit tibi misericordiam, & miserabitur, tui & multiplicabit te, si exaudieris vocem Domini Dei, tui, & obseruaueris præcepta eius. Misericordiam suam vobis sacratissimi Imperatores, Deus summus præmia pollicetur, & amplificationis maxima augmenta decernit. Facite itaque quod iubet, complete quod præcipit. Auspicia vestra maiorib; cumulata sunt donis, initio fidei positæ, diuini fauoris incrementa sensistis. Nunquam vobis manus Dei veneranda deseruit. Nunquam vobis laboratibus denegauit auxilium. Strati sunt aduersarium cunei, & rebellantia ante cōspectum vestrum semper arma ceciderunt. Missi sunt superbi sub iugum populi, & Persica vota collapsa sunt. Nec stare diuocōtra vos poterit malis suis armata crudelitas: Dei virtutem vtrique diuerso sensistis euentu. Vobis cœlestis victoris corona collata, & felicitate vestra nostra releuantur incōmoda. Hæc vobis Deus summus sacratissimi Imperatores pro fide vestra reddidit præmia. His vos iterum remuneratos insignibus ad arcana veneranda legis inuitat. Pura mente, deuota conscientia, incorrupto animo, clemētia vestra cœlum semper aspiciat. A Deo semper expectet auxilium, Christi venerandum numen imploret, Et pro salute orbis terrarum ac vestra, salutari Deo spirituales offerat victimas. Sic vobis feliciter cuncta prouenient, victoria, opulencia, pax, copia, sanitas, & triumphus, vt diuina maiestate protecti, orbem terræ felici gubernetis imperio.

Exhortatio ad Imperatores pp. vt deleant idolatrias. Deut. 13.

Deut. 13.

Deut. 13.

Idem Nic. Ecclesiast. Hist. Lib. 3. Cap. 25.

Anthiochena Ecclesia cum post Heronem Cornelius 4. ab Apostolis presuisset. Et mortuo, Heros Quintus ordine ob-

3. Cap. 25.

Theophili vero (quem Anthiochena Ecclesia Episcopum fuisse supra monstrauimus, tres Libri extant, quos, Regionis

Alit ha- ro idem quod hic Eusebius Nic. ait Hist. Lib. 4. ca. 19.

S. PATRIS THEOPHILI PATRIARCHÆ ANTHIOCHENI, contra Christianæ Religionis Calumniatores, ad Autolycom Lib. 1.

Legi sub nomine eius in Euangelium, & in Proverbia Salomonis Commentarios qui mihi superiorum elegantia & phrasi non

Orationis subiecti considerat quam verba.

Lingua quidem disertæ & dictio terat delectationem & laudem afferunt, nec non plurimum conducunt miseris mortalibus, quorum animus deprauatus est, ad vanam gloriam parandam. Ceterum veritatis studiosus non animum adiiicit sermonibus corruptis, verum sedulo inquirat quam materia, siue quis effectus, aut quodnam opus sit orationis. Tu me, o amice, tantum non obruisti sermonibus tuis, quibus declaras te multum gloriari & superbire propter deos tuos lapideos, ligneos, sculptos, fusos, fictos, & pictos, qui neque cernunt neque audiunt. Præterea mihi crimini vertis, quod sim Christianus, & insigne præclarumque hoc nomen geram. At ego quidem libere confiteor me esse Christianum, gaudeoque istoc nomine quod Deo gratum & acceptum est, appellari: & nihil æque in votis habeo quæ ut sim euangelios, id est, bonos erga deum, siue vt me bonum deo exhibeam. Non enim, vt tibi videtur, odiosum & molestum nomen illud est. Verum enimvero tu fortassis ita sentis de Deo, quod ægyptos, id est, malus erga deum. Sin autem obieceris, Age ergo ostende mihi deum tuum, respondebo: Age ergo ostende mihi hominem tuum: fac te hominem esse cognoscam, & quis meus sit deus demonstrare non morabor. Animi tui oculos præbe videntes: cordis tui aures da operam vt videant. Quemadmodum enim oculis carnalibus humana vitæ actionem apprehendimus, probantes ea quæ inter sese differunt, siue lucem siue tenebras, album aut atrum, pulchrum aut turpe, commensurabile aut incommensurabile, id quod suis numeris aut constat aut distat, aut quod partibus excedit aut mutilum est siue defectum patitur: similiter quæ sub auditum cadunt, quemadmodum explorat auris, accurate sunt siue graua aut iucunda: sic se res habet quod attinet ad aures cordis & ad animi oculos, si id quæ ritur, vt deum aspiciere possint. Nam deus non ab omnibus videtur, verum illi soli eius aspectu frui possunt quibus datum est, iis nempe qui animi oculos offerunt, non clausos, sed apertos. Omnibus quidem sunt oculi, at quorundam aded sunt obscurati, vt solis lucem intueri nequeant. Ceterum non propterea solares radij fulgore carent, quod à cæcis non videntur, immo seipfos & suos oculos potius culpent cæci. Pari ratione, o homo, animi tui oculos of-

fusa est caligo, cuius causam nullam aliam, quam tua peccata scelera & peccata dicito. Vt speculum splendidum, est cuius sic hominis animum purum & mundum esse oportet. Si rubigo inuasit speculum, quod hoc patitur, cecitas, idem & tibi accidit, vbi peccatum te occupauerit. Talis, vt dicam quod sentio, Deum cernere nequam valebit. Si itaque desideras vt Deum meum tibi ob oculos ponam, primum peto temetipsum mihi ostendas, vt sciam, sis ne adulter, scortator, fur, raptor, spoliator, cynædus, coarumeliosus, calumniator, iracundus, inuidus, & superbus: sis ne contemptor, percussor, auarus, parentibus parum obtemperans, plagiarius, tuosque liberos vendas. His, qui prædictis criminibus sunt innexi, nequaquam apparet deus nisi prius ab omni inquinamento se purgarint. Hac omnia tenebras oculis tuis inducunt, non secus ac si humor aliquis in oculos exteriores infuset, qui obstat, quod minus solis lucem diligentius contemplantur queant. Haud dissimili ratione, o homo, impietas tua te occæcat, quo fit vt nequeas deum videre. Diccas igitur: Tu, qui videns es, obsecro, Dei formam mihi enarrato. Audi, o homo: Dei quidem forma nobis occulta explicari haud quit, nec corporeis oculis videtur. Nam ea animi parte, qua opinantur, percipi non potest: nec magnitudo eius comprehenditur, aut altitudo mente valet capi. Fortitudine nemini est conferendus, eiusque sapientia planè censetur incomprehensibilis. Bonitate nemo est qui eum possit imitari, sumusque imbecilliores quam vt eius beneficentiam nostris linguis explanare possimus. Lumen si eum dixerò, creaturam eius (si quidem à Deo lux creata est) dico: Sermonem si dixerò, principatum eius dico: mentem si dixerò, prudentiam eius intelligo: spiritum si dixerò, respirationem eius demostro: sapientiam si dixerò, filium eius sentio: fortitudinem si dixerò, potentiam eius accipio: potentiam si dixerò: operationem eius efficacem intelligi volo: prouidentiam si dixerò, bonitatem eius in conspectum produco: regnum si dixerò, gloriam eius profero: dominum si dixerò, iudicem si dixerò, iustum eum esse pronuncio: patrem si dixerò, omnia eum esse determino: ignem si dixerò, iram eius indico. At obicias: Irascitur deus? Maxime, iram enim suam porrigit in omnes qui mala designant, bonitatem vero & mansuetudinem, nec non misericordiam suam impartitur iis omnibus, à quibus vt pater & timetur & amatur. Pios enim instruere & docere non cessat: interim impios pœnis subdere non

deus in deo dicitur.

omittit: impios magna seueritate & iudicat & vindicat. Principio caret, est enim ingenuus: nulli mutationi subiacet, est enim immortalis. Deus nominatur, & id est, ab eo quod omnia in sua securitatem collocauit. Idem nomen & à deo, id est currendo sortitus est. Omnia enim mouet, in operationem producit, nutrit, sua prouidentia desponit, gubernat, vegetat, & viuificat. Dominus nescipatur quia omnia eius dominio sunt subiecta. Pater appellatur, quia ante hoc vniuersum extitit. Opifex & creator vocatur, quia condidit & creauit hæc vniuersum si machinam. Altissimus perhibetur, quia super omnes siue omnia, est. Imperator dicitur, quia omnia complectitur, suoque imperio temperat. Nam altitudines cæli, profunditates abyssi & fines orbis in manu eius sunt. Nec locus est aliquis in quo moretur & quiescat. Cæli sunt eius opus atque creatura. Mare præterea ipse condidit. Homo, signum & imago eius est. Sol, luna, astraque, elementa eius habentur in signa, tempora, dies, annosque comparata. Conditæ sunt hæc omnia vt ministrent & inserviant homini. Præterea deus vniuersa, cum non forent, creauit, vt ex operibus suis quam magnus, quam excellentis sit homini innotesceret. Vt anima in humano corpore non videtur inuisibilis existens, verum ex corporis motu cognoscitur. Sic nec deus humanis & corporeis oculis videri potest: ceterum ex prouidentia, qua singula ordinat: suisque operibus aspicitur & apprehenditur. Quemadmodum si quis cernat nauis armamentis instructa mare sulcare, & in portum appellere, certe credit aliquem, à quo gubernetur, in ea esse gubernatorem. Sic certe nemo aded abiecti animi, quin credat deum esse gubernatorem omnium, quamuis oculis carnalibus eum non allequamur: quia nullo modo à nobis percipi potest. Nam si in solem, quod sanè minimum est elementum, homo oculos intendere nequit propter caloris & potentia excellentiam: multo minus gloriam Dei, quæ ineffabilis est homini, homo mortalibus contueri potest. Quemadmodum malum Punicum cortice velatur, qui interiora continet: habet & mansiones localo que complures pellibus interceptos & distinctos qui plurima grana intra sese complectuntur. Sic vniuersa natura à Dei continetur spiritu. Spiritus, qui vniuersam naturam confertam tenet, à dei manu continetur. Quemadmodum granum mali Punici, quod cortice exteriori includitur, corticis exteriora cernere haud potest: sic nemo mortalium qui tenentur manu Dei cum vniuersa natura, deum cernere valet. Imperator terrestris esse præsumitur (quamuis non ab omnibus videatur) oculos vertenti in leges & imperij administrationem. Præterea esse cognoscitur si quis oculos in potentat & potestates nec non imagines eius coniciat, & Deum ex potentia & operibus suis cognoscere cunctaris: Opera Dei, o homo, obseruato, statam & certam temporum mutationem & vicissitudinè, stellarum reuolutiones, elementorum ordinatum cursum, dierum, noctium, mensium, annorumque eleganter dispositum ambitum, seminum, plantarum, fructuumque mirabilem amœnitatem, variam & eximia quadrupedum, volatilium, reptilium, natatilium, aquatiliumque prolem. Vide ad hæc prudentia animalibus inditam ad generandum & enutriendum fetus, nec id faciunt respectu priuatæ vilitatis, sed vt homo alimenta & necessaria capiat, sic procurante di-

uina prouidentia, dum omni carni alimenta parat. Nota mirabilem obedientiam, quam induxit Deus vt omnia homini parent. Contemplare forum dulcium & fluuorum perennem fluxum, roris, pluuiarum, imbriumque qui stans temporibus fiunt, certam suppeditationem. Vide cæli in primis admirandum motum, Luciferum exorientem, & perfecti sideris aduentum prænunciantem. Suspice Pleyadum & Orionis conjunctionem, Arcturum & reliquorum astorum processum, qui in cæli peragitur circulo, quibus omnibus excellens Dei sapientia, nomina propria imposuit. Hic ille Deus solus est, qui ex tenebris creauit lucem, qui ex thesauris suis lumen profert: qui preparauit receptacula Austri, thesauros abyssi, terminos maris, niuis & grandinis thesauros: qui congregat aquas ex abyssi thesauris. Hic idè colligit in suos thesauros tenebras & lucem iucundam, suauem, desiderabilem delectabilemque ex proptuariis suis depromit. Nubes à terræ extremitate sursum rapit, fulgura cum imbribus multiplicat, mittit fulmen in terrorem mortalium, fulminisque fragorem coruscante fulgure prædicat, ne anima prostrata & subito consternata è mortali corpore euolet. Fulguris ex cælo descendit magnitudinè ita contemperat, ne terram comburat. Nam si suo arbitrio feratur fulgur, orbis concremaretur: si tonitru suo impetu feratur, omnia quæ in orbe sunt subuerterentur. Hic meus est deus & vniuersorum dominus, qui cælum extendit solus, latitudinem terræ quæ sub cælo est posuit, cõturbat & concitat profunditatem sinuosi maris, resonare facit procellas eius, maris potentia potenter imperat, procellarum turbinem sedat & placat: qui inædificauit aquis veluti fundamento, terræ orbem: spiritum subministrat liberalissime qui orbem vegetat, huius spiraculum viuificat hoc vniuersum, quem si apud sese retineat, deficiet hoc vniuersum. Hunc, o homo, loqueris, hunc spiritum spiras & hauris, eumque igaoras, quod ideo tibi euemit, quia geris mentem occæcatam & cor obstinatum. Ceterum, si voles, sanabere. Medico temetipsum committe, & oculos animi tui cordisque aperiet, iisque visum restituet. At quis ille medicus? Deus qui sanat & viuificat per sermonem & sapientiam suam. Deus per sermonem & sapientiam suam condidit vniuersa. Nam sermone eius firmati sunt cæli & spiritu eius. In sapientia sua fundauit deus orbem, prouidentia preparauit cælos, prouidentia eius abyssi rupti sunt, imbresque promanare fecerunt torem. Si in hunc modum fueris, o homo, institutus, & eadem sapias, caste sancteque viuens, profecto deum videri quibus. In primis tamen requiritur fides & timor domini, quæ duo in animo tuo præcedere oportet. Hæc autem tum intelliges, vbi deposueris mortale hoc corpus, & incorruptibilitatem indueris, tum demum condigne dei conspectu frui poteris. Nam deus suscitabit carnem tuam, eamque vna cum anima immortalitate donabit. Tunc igitur, si nunc fidem habueris, immortalitate amictus deum conspiciabere, tunc scibus & sententis quæ impio ore contra ipsum es in hac vita loquutus. Si nunc parum credis mortuorum resurrectionem, tunc nolens volens credere cogeris. Ceterum fides tua, tunc temporis incredulitas reputabitur, nisi nunc fidei te adiungas. Quid obsecro incredulus es? Non animaduertis actiones omnes antecedere fidem? Quis cedo, agricola metere potest, nisi prius semen

Mundi consideratio. Elegans. Solem intelligit.

Fulmen. Tonitru, cursum.

Spiritus Dei.

Deus videretur.

Resurrectio mortuorum.

Fides om
ni actione
anterior.

credat sulcis: Quis mare poterit traicere, nisi prius semetipsum credat navi & gubernatori? Quis morbis implicitus sanitatem recuperare poterit, nisi semetipsum prius credat medico? Quam artem, quam scientiam quis discere poterit, nisi prius semetipsum tradiderit & crediderit praeceptoris? Si igitur agricola credit telluri, nauigaturus navi, infirmus me dico, tunc refugis semetipsum credere deo à quo tot fidei arabones accepisti? Primum quidem cum non fores, te creauit. Nisi enim parentes tui fuissent multò minus tu extitisses. Cum non esses, te formauit ex humida & minima substantia, & ex minutissima guttula, quae nec ipsa aliquando erat. Et eo modo in hanc vitam te produxit deus. Itane tandem quae so credis idola quae humana parauit manus, deos esse, & virtutes operari, Deo autè conditori tuo, qui operari potest, diffidis? Nomina quidem eorum deorum, quos te colere ais, nomina sunt mortuorum hominum. At qui & quales fuerunt homines? Saturnum perhibent proprios deuorasse natos. Sin huius filium Iouem dixeris, obsecro & huius vide opera: eiusque vitam & conuersationem perpende. Primum quidem in Ida monte à capra nutritus est. Hanc deinde maectans (vt fabulae docent) ex pelle sibi vestem fecit. Reliqua eius opera, quod cum sorore concumbit, adulteria committit, pueris insidiatur, melius de ipso Homerus aliique poetae commemorant. Quid filios eius enumerare attineret? Herculem, qui seipsum concremauit: Bacchum, ebrietati obnoxium, & furore percitum: Apollinem qui Achillem metuit, & fugit, Daphnem amat & Hyacinthum mori nescium. Venerem vulneratam: Martem hominum occisorem, & sanie semper manantem. Hos omnes in deorum numerum referunt. Haec quidem quae haecenus dedimus, medicocia sunt, cum reperitur deus in primis decantatus Osyris nomine. In huius honorem quotannis initiationes fiunt, vt qui perierit, & iterum inueniatur dum cantu quaeritur. Nec, an interierit, intelligitur: nec, si inueniatur, ostenditur. Quid dicam Attim castratum? Adonim in syluis errantem & venantem & ab apro vulneratum? Aesculapium fulmine ictum? Serapis Sinopa profugi in Alexandriam aduentum? Dianam Scythicam & ipsam profugam homicidam, venatricem & Endymionis amore furentem? Haec non à nobis literarum monumentis produntur, vestri scriptores ea commemorant, & vestri poetae ea depradicant. Quid refert recedere nunc merum animalium reptilium, iumentorum, bestiarum, volatilium, aquatilium, & natabilium, quibus diuinum cultum praestant Aegyptij? Praeterea quid commemorem pelues & reliquos turpitudinis sonos? Si dixeris Graecos & reliquas gentes, Certe & haec colunt lapides, ligna, & reliquam materiam, quemadmodum praediximus, & imagines defuictorum hominum. Phidias Pisis Eliensis Olympium construxit Iouem: idem Atheniensibus Mineruam, quae in arce locata est, elaborauit. Te interrogare lubet & quot tandem inueniantur Ioues, Iupiter primum quidem nominatur Olympius, deinde Latialis, Cassius, fulminator, propater, peruigil, vrbium defensor, Capitolinus. Et quidem Iupiter Saturni filius Cretensium rex, in Creta sepultus est. Reliqui Ioues, vt arbitror, ne quidem sepultura digni habitus sunt. Sin autem in medium produxeris eam, quae deorum mater celebratur, respondeo: Dij meliora vt substineant vel ore

Dij gētiū
Saturnus.

Iupiter.

Hercules
Bacchus.
Appollo.
Venus.
Mars.

Osiris.
Atis.
Adonis.
Aesculap.
Serapis.
Diana.
Endymio.

Aegyptio
rum Dij.

Phidias
Ioues
quam
multis.

eloqui opera eius. Nam ea saltem nominare nobis haud phas est. Nec eius ministrorum, à quibus colitur, opera recitabo, nec etiam vestigalia & oblationes quas inferunt regi. Praeterea nec ipsam nec filios eius deos esse iudicandum est, sed idola sunt, quemadmodum supra docuimus. Opera sunt, quae confecit manus humana, & demonia impurissima. His similes reddantur quicunque ea fabricant, & in eis spem collocant. Quae cum ita sint, magis honorabo regem suum Caesarem, non tamen eum adorabo, verum pro eo orabo. Deum, qui vere verus deus est, adorabo, sciens Caesarem ab ipso esse ordinatum. Dicas ergo: Quare regem suum Caesarem adorare recusas? Quia non ad id institutus est vt adoretur, sed vt legitimo, qui ipsi congruit honoretur honore. Rex enim suus Caesar, deus non est, sed meminerit se esse hominem à deo in hanc dignitatem promotum, non vt adoretur, sed vt iuste, quemadmodum iustitia exigit, iudicet. Nam regnum suum imperium, rerumque administratio ipsi, à deo commissæ & demandata est. Hinc Caesar suus rex, neminem subiectorum aut regem aut Caesarem appellari vult. Regium enim suum Caesarem nomē ipsi soli competit, nec alius id vendicare audeat. Ita adorandi cultus nemini nisi deo soli deferendus est. Itaque, o homo, in omnibus errore ducaris. Regem quidem suum Caesarem honora: honora, inquam, magna cum beneuolentia, subiectus ei existens, & oras pro eo. Haec facies, Dei voluntate exequeris. Nā diuine legis hic tenor est: Honora fili mi deum & regem, nec vnus eorum inobediens sis. Subito enī hostes suos vlcisci possunt. Quod tibi ludibriū debeo, dū me Christianum nuncupas, non magnifacio, imò respōde te nescire quiddicas. Nā vnctiois hoc nomen, in primis bonū suauēque est, nec risum meretur. Quae etenim nauis bona & vtilis esse potest, nisi prius vngatur? Quae turris aut domus elegans & utilis esse potest, nisi prius vngatur? Quis mortalium, qui progreditur in hanc vitam quae certaminum arena est, non oleo inungatur? Quodnam opus ornatum haberi potest, nisi perungatur, & quali splendore illustretur? Praeterea aer, & omnis quae sub caelo est creatura quodammodo lumine & spiritu inungitur, & tu recusas. macerari Dei oleo? Certe nulla alia ex re Christianorum nomen traximus, quam quod diuino oleo perfundimur. Praeterea negas mortuorum resurrectionem: Ais nā que, Ostende mihi saltem vnum ex mortuis reuocatum, quem si videro, verbis tuis fidē habebō. Sed quid memorabile facis, si videas & credis? Si credis Herculem, quem flamma absumpsit, viuere, Aesculapium fulmine tactum vitam restitutum: quae demētia est nolle dare fidem illis, quae deus loquitur? Dubitatio me tenet, & si tibi praesentarem aliquem ex mortuis euocatum, an apud te fidem inuenire possem. Caterum deus plurima rerum argumenta suppeditat, quibus incredulitatem nostram, quantum ad resurrectionis negotium attinet, propellat. Obserua, nisi molestum sit, temporum, dierum & noctium interitum. An non animaduertis vt ista & moriantur & resurgant? Quid praeterea referam resurrectionē fructuum & seminum, q̄ omnia nostrae vtilitati seruiūt: Si enī granū, exēpli gratia, tritici, aut reliquorum fructuum in terrā sparseris, primū quidē moriuntur & dissoluitur, & tum demū nascitur, & in culmū fructificantem assurgit: Arborum & quercuum natura secundū domini imperiū occulta quadā vi nobisq̄ inuisibili

Deorum
Marris
flagitia.

Impera
tor quo
modo ho
norandus

Orandum
pro Regi
bus.

Prout. 24.

Christi
anorum
men
de dicit.

Resurre
ctiois
quodam
exemplū.

una vt
sentit.

Philoso
phi &
poetae me
morant
penarū
inferna
lium.

Dea ope
ra.

1. Cor. 2.

inuisibili stas tēporibus fructus proferunt. Interdū passerculus aut alia auicula deuorans semē mali, aut ficus aut alterius rei, auolat in locū aliquē aditū, saxosū & id in foueā aliquā per diuicā corporis parre emittit. Quid sit? Semē illud suberecit, & in arborem magnam euadit, quauis deuoratur per tantum calorem transierit. Athaec omnia operatur dei sapientia, quibus confirmare aggreditur, sibi non esse impossibile praestare ea, quae de vniuersali resurrectione feruntur. Sin autē volueris mirabilis spectaculū cernere, quod ad id cōparatū est vt maiore euidētia mortuorū resurrectio cōproberur, iubeo te erigere vultū nō solū ad terrestria, verū etiam ad caelestia resurrectio. Lunā vide, quae singulis mensibus & perit & renascitur, nec non & alia considerato astra. Praeterea & in semetipso, quauis id ignores, resurrectionis operationē agnosce, o homo. Nā non dubito, quin aliquādo aduersa valitudine afflictus miseris carnes tuas & formā roburque. Ceterū de misericordia tibi impartiens, & medicinā tribuens effecit, vt carnes amillas, formā roburque recuperares. Et quemadmodū ignoras quōd te relicto carnes abierint: sic te fugit vnde redierint, & vnde eas receperis. Verum eniuero, in quibus, quasi nesciam, ex alimento & saporibus pulchre in sanguinem conuersis carnes repullularunt. Ceterum & dei, ne erres, hoc beneficium est, nec alteri est accepto ferendū. Quapropter moras necere cessa, quin magis fidei te mancipato, Et ego quidē quondam parum credi di resurrectionem futurā: at ea cum animo diligenter voluēs reuoluens quae modo diximus, nihil haesitas libenter iis fidem accommodo. Fidem meā plurimum adiutarunt literae sacrae, quas legi, in primis tamē prophetarum oracula, quae spiritu sancto afflati praedixere, plurimū mihi cōtulere. Nā praeterea, nō secus ac euenere, praedixerunt, similiter & praesentia, nec non futurorū quis modus quisue ordo futurus sit praemonuerit. Cōfirmatus igitur ex iis quae praedicta sunt à prophetis & contigere, nō amplius haesito, sed deo fidem habeo, lubenti animo ei obtemperans: cui te adhortor quoque, obedias: ne, si nunc incredulus es, aliquādo credere cogaris, magno tuo malo subditus sempiternis pœnis. Harum pœnarum mentionē fecere & prophani vestri scriptores philosophi & poetae: at proprio Marte ne somnari quicquam de illis potuere, verum ex pilantes scripturam sacram, pœnarum illarum mentionem in suis scriptis fecere, vt sua dogmata magis constabilerent. Sed non ab re factum est quod etiam hi commemorarunt, imò praenunciarunt pœnas, quae impios & incredulos manent. Nam haec quidem in testimonium vergent mortalibus, ne se excusare possint, dicentes: Non audiuius nec cognouimus. Verum tu ipse, si placet cōsule literas sacras. Haec etenim maiore euidētia te institueres possunt, quo pacto possis euitare sempiternas pœnas, & nancisci perpetua bona, quae suis cultoribus pollicetur deus. Nam is qui dedit os ad loquendum, qui formauit aurem ad audiendum, qui finixit oculos ad videndum, exquiret & assidua indagine excutiet omnia: & sententiam suam iustissime pronunciat, tribuens cuique secundum opera sua. His quidem, qui operibus bonis intenti quaerunt immortalitatem, donabit vitam perennem, gaudium, pacem, requiem, & abundantiam bonorum quae oculis non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascenderit. At incre-

dulis, contemptoribus non obtemperantibus veritati, parentibus vero iniusticia, & qui inquinantur adulteriis, scortatione, mascula Venere, auaritia, & nephario simulachrorum cultu, iis inquam cederet ira, furor, tribulatio & angustia. Et vt ad pauca redeam, ignis infernalis hos perpetuò cruciabit. Cum igitur tu mihi imperaris vt tibi ostenderem, o amice, quis sit deus meus, puto me meo officio perfunctum, cum tibi significarem quis meus sit deus. Hūc vt timeas eique credas tibi peccatore toto consulo.

Theophili ad Autolyceum. LIB. 2.

Nec hosce aliquot dies, optime Autolyce, sermone habuim⁹ te audiente: & satis euidēter declarauim⁹, quis meus si deus. Interim tu quidē, ne id omiserim, aures praebuisti attentas, cum de mea religione verba facerem. Quibus peractis, mutua salutatione facta singuli digressi sumus domos suas amici, quamuis antea saeuissima inter nos exarderēt inimicitiae. Meministi enim dubio procul quod nostrae religionis sermonem, delyramētum & nihil aliud nisi stultitiam iudicaris. Veruntamen cum me adhortatus sis vt latius de nostra religione differam, quamuis dicendi sim imperitus, volo tamen in praesenti libello maiore luce demonstrare vanitatem & inutilem religionem, quam tu tenes. Hic me plurimum iuuabunt paucissima (nam inde argumēta de monstrationis perentur) quadam, quas legis, historiae. Forsitan enim ipse nequis adhuc ad veritatem ipsam penetrare. Verum eniuero mihi perquam ridiculum videtur lapidas, fictores, sutoresque, fingere, pingere, sculper, fundere, deosque parare, quos vbi soluerint, & laborarint, ipsi vilipendūt primi, & ne flocci quidem faciunt. Vbi autem dij illi opera humanarum manuum fuerint ere redēpti, & in templum aut in domum aliquam collocati, non dubitant in eorum honorem victimas cadere emptores & artifices, qui eos & fecerunt & vendiderunt & accedunt pariter magno studio & exquisito sacrificiorum apparatu, vt eos adorent. Putant eos esse deos, nec cogitant, qualescunque nunc sint & appareant, tamen cum fabricarentur fuisset, aut saxum, aut aes, aut lignum, aut colorem, aut aliam materiam. Hoc quidem vobis, quod mirum est, accidit, qui historias & genealogias eorum legitis qui dij dicuntur. Dum genealogias eorum contextitis, in hominum numerum eos ponitis. Hos postmodum deos appellatis, iisque diuinos cultus exhibetis, & tanta vestra socordia est, vt neque cogitare neque intelligere velitis eos tales esse, quales natos siue genitos legitis, videlicet homines. Et quidē deorum, si modo nati fueret fecunda & copiosa reperitur generatio. At vbi nūc deos gignere, ostēdi potest? Nā si tū genere & geniti sunt, oportebat eorū generationē hucusq̄ porrigi. Sin secus se res habet, certe infirmū deorū genus reputabitur. Aut enim senio confecti generare desierunt, aut mortui sunt, aut è viuentium numero penitus sunt sublati, & in nihilū redacti. Si enim aliquando dij nati sunt, eorū generationē hucusque protēdi necessariū erat, quemadmodū & hominū generatio ex quo cōcepta est, non est intermissa. Hinc tandem illud cōsequium colligeretur, plures esse deos quam homines, sicuti & Sibilla perhibet. Nam si generationi dat operā & immortales permanēt, profecto maior nūc deorum q̄ hominū foret affluentia. Si quidem quae fati crudelitas ipsis immortalitatem adimere valeret? At hominū mortalitū, qui modico

De gene
ratione
deorum
genitū.

tempore durat, proles esse hucusque demonstrat, nec inter homines quicquam a generandi ordine cessatum esse liquidum constat. Quapropter plurimae vrbes subinde conduntur, vici construuntur, regiones inhabitantur. Qui fit igitur quod non eade ratione deos, quos poete immortales canunt, oportebat & gignere & gigni, cum assueretis, eos etiam generationi incumbere, & eorum genealogias literarum monumentis mandatis? Præterea mons ille, quem Olympum nominant, iam planè occupatus & in seclus à diis foret. Cæterum is mons nunc desertus est. At qua de causa? Ea respicite Iuppiter in Ida monte domicilium habebat, & apud omnes constabat ex testimonio Homeri aliorumque poetarum, eum ibi morari. Nunc ubi sit ignoratur. Qui fit autem quod non vbiq; erat, sed saltem in vno terræ angulo reperiebatur? Aut enim reliquos negligebat aut non poterat simul vbiq; esse, & omnium providentiam agere. Nam si erat (exempli gratia) in loco orientali, non inveniebatur in occidentali. Sin versabatur in occidente, eius præsentia desiderabatur in oriente. Cæterum Dei altissimi qui omnia regunt, reque vera existit, hoc quasi proprium est, ut non solum vbiq; sit, verum omnia præsentia inspiciant & audiant. Præterea nec loco capitur: alioqui locus qui ipsum capit, eo maior inveniretur. Nā id quod capit, eo quod capit, maius est. Deus loco nequaquam circumscribitur, verum ipse est omnium locus. In dubio est, utrum Iuppiter morte præventus, aut quia locus ille non perinde placebat, Idā dereliquerit. At quod abiit in caelos iniqua quā. Quod igitur in Cretā profectus est, quod quidē eo comprobatur, quo sepulchrū eius ibidē adhuc hodie vilitur. Verū ais Pias cōcessit, vbi hucusque Phidiae manū cōcelebrat. Veniamus nūc, his relictis, ad philosophorū & poetarū scripta. Stoici quidē deū esse in vniuersum abnegant: aut si sit, asserunt cum nullius quā sui curam gerere. Hæc quidē Epicurus & Chrystippus delirāt. Quidā adstruunt omnia fortuitō siue casu subsistere: præterea mūdum non esse gentium, verū esse naturam quandam peculiarem: & (ut ad pauca redeā) dicere ausi fuerunt, Dei providentiam cum esse, verū vniuersūque conscientia deū constituunt. Qui dā asseuerant spiritū per omnia diffusum & cōstrū Deum esse. Plato cum suis affectis Deum quidem confiteatur ingentium, præterea & conditor omnium: at deinde subiicit siue supponit Deo materiam quoque ingentiam quæ simul cū deo prodierit siue extiterit. Verum si Deus censetur igenit, & materia perhibetur ingentia, iā nec amplius Deus conditor & creator est omnium etiam secundū Platonicos: nec quodd vñs & solus sit ab iis vere demōstratur. Quemadmodū deus ingenitus, ita etiam immutabilis est. At hac ratione si materia ingentia foret, nulli mutationi siue alterationi obnoxia foret, nec quicquam differret à deo. Nam id quod gignitur, mutationi & alterationi succumbit. Cæterū illud quod ingentium est, nullam mutationem vel alterationem agnoscit. Quod insigne & præclarum opus foret, si deus ex subiecta materia mūdū creasset: Et enim & homo, qui artificum aliquod caller, si materiam ab aliquo accipiat, quæ vult, ex ea conficere potest. Dei potentia in hoc ostēditur, dum absque materia supposita, quæ vult, operatur. Animam infundere & motum assignare, nullius alterius est, quam solius dei. Homo quidem similitudinem ali-

Olympus.

Iuppiter.

Dei proprium, vbiq; esse

Stoici negant Dei Providentiam.

Conscientia.

Platonico vniuersum opinio de deo

Materia an sit ingentia.

Dei potentia, siue materia operari.

quam statuere aut effigiem effingere valet, at operi suo vel rationem vel respirationem vel sensum ingenerare nequit. At hac prærogatiua gaudet deus. Nouit enim rationē, spiraculum & sensus formare. Quemadmodū igitur in his omnib⁹ potentior ostēditur deus hominib⁹: sic etiam in eo excellit, quod ex nō existentib⁹ producit, & produxit entia quotquot voluit & quomodo voluit. Ex quibus colligitur parū inter sese conuenire Philosophorū & reliquorū scriptorum sententias. Cū hæc ad finem deduxerim⁹, ecce occurrit Homerus, alio quodā modo non solum mundi, sed & deorum generationem introducens. Inquit enim alicubi: Oceani deorumque generationem & matrem Theim, ex quo omnes fluuij & vniuersum mare, &c. At qua recenset, nequaquam deum constituunt. Quis enim nescit, Oceani esse aquam? At si aqua est, non igitur deus est. Si autē de⁹, ut nemo it inficias, vniuersorum est conditor, condidit ergo aquam & maria. Hesiodus non solum deorum generationem, verum etiam mundi explanauit. Cum autem diceret mūdum esse genitum, ad eum imbecillus fuit, ut non ausus sit ei⁹ conditorem nominare. Etiam ipsos deos eloquutus est, videlicet Saturnū, eiusque filium Iouē, nec non Neptunū & Plutonem, quos quidem iuniores mundi generatione nouimus. Tradit insuper Saturnum à Ioue filio suo esse debellatum. Sic enim canit: Perdura, quia vicisti patrem Saturnum. Bene at tamen singula immortalibus disposuisti & honores distribuit. Postea infert compellans Iouis filias, quas & Musas nominat, quibus supplex sit, cupiens ex ipsis discere quo modo omnia facta sint, & ait: Saluate liberi Iouis, date vero amabilem carmen. Celebrate quoque immortalium diuinum genus semper existitium. Qui tellure prognati sum, ex celo stellato, Nocte caliginosa, quos item sulsus nutritus pontus. Dicite insuper, ut primum dij ex terra fuerint Et flumina, & pontus immensus estu feruens, Astraque fulgentia, & celum latum supernè: Et qui ex his nati sunt dij, datores bonorum: Vique opes diuiserint, & quomodo homines distinxerint. Atque etiam quomodo primum multis implicatum sphaeris tenuerint cælum. Hæc mihi dicite Musæ celestes domos inhabitantes. Ab initio: dicite quodnam primum fuerit illorum. Cæterum quomodo hæc norunt Musæ, cum multo iuniores sint mundi creatione? Aut quomodo ista explicare potuerit Hesiodo, cum pater earum nondum foret genitus? Verum Hesiodus quodam modo testatur materiam causam esse mūdī creationis, dum mundi creationem exponit, ait enim: Primo omnium quidem chaos fuit, at deinde Tellus lato pectore prædita, omnium fundamentum solidum semper Immortalium, qui tenent iuga iuosi Olympi. Tartaraque tenebrosa in recessu terra spaciota: Atque Amor, qui pulcherrimus inter immortales deos, Soluens curas & omnium deorum, & omnium hominum, Domat in pectore animam, & prudens consilium. Ex Chaos vero Erebus, nigraque Nox edisi sunt. Nocte porro tam Aether, quam dies prognati sunt, Quos peperit, vbi concepisset Erebo amore mixta. Terra vero primum quidem genuit parem sibi. Cælum, stellis ornatum, vbi ipsam totam obsega.

Theis Deorum mater.

Dij Mundi do iuniores.

Saturnus vniuersus filio, M.

Saluate liberi Iouis, date vero amabilem carmen.

Celebrate quoque immortalium diuinum genus semper existitium.

Qui tellure prognati sum, ex celo stellato, Nocte caliginosa, quos item sulsus nutritus pontus.

Dicite insuper, ut primum dij ex terra fuerint Et flumina, & pontus immensus estu feruens, Astraque fulgentia, & celum latum supernè: Et qui ex his nati sunt dij, datores bonorum: Vique opes diuiserint, & quomodo homines distinxerint.

Atque etiam quomodo primum multis implicatum sphaeris tenuerint cælum.

Hæc mihi dicite Musæ celestes domos inhabitantes. Ab initio: dicite quodnam primum fuerit illorum.

Cæterum quomodo hæc norunt Musæ, cum multo iuniores sint mundi creatione?

Aut quomodo ista explicare potuerit Hesiodo, cum pater earum nondum foret genitus?

Verum Hesiodus quodam modo testatur materiam causam esse mūdī creationis, dum mundi creationem exponit, ait enim: Primo omnium quidem chaos fuit, at deinde Tellus lato pectore prædita, omnium fundamentum solidum semper Immortalium, qui tenent iuga iuosi Olympi.

Tartaraque tenebrosa in recessu terra spaciota: Atque Amor, qui pulcherrimus inter immortales deos, Soluens curas & omnium deorum, & omnium hominum, Domat in pectore animam, & prudens consilium.

Ex Chaos vero Erebus, nigraque Nox edisi sunt. Nocte porro tam Aether, quam dies prognati sunt, Quos peperit, vbi concepisset Erebo amore mixta. Terra vero primum quidem genuit parem sibi. Cælum, stellis ornatum, vbi ipsam totam obsega.

Vique

Vique, esse beati diis sedes ita semper. Genuit præterea montes altos, deorum gratas speluncas. Nympharum quæ habitant per montes concavos. Atque etiam insufragiferum pelagus peperit, vnda concitatum. Quamuis autem Hesiodus hæc pronuntiarit, nondum tamen demonstrat à quo condita sint. Si in principio erat Chaos, liquet materiam quandam ingentiam ista antecessisse. Quem igitur, cedo, dabis, qui hæc disposuit, temperauit, formauitq; . Num materia semetipsam & formauit & exornauit? Iupiter enim, tempore longo interiecto, materiam ipsam, mundumque, & hominum multitudinem sequutus est. Præterea magis pater eius Saturnus dicendus erat, materiam ordine debito temperasse, siquidem senior erat. Aut forsitan aliud quippiam est, maiore virtute præditum, quod eam fecit. Deum autem dico, qui eam quam pulcherrime exornauit. Ad hæc manifestum est, Hesiodum omnia illa ineptissime tradere, & sibi contraria proferre. Dum enim inquit, Terram, cælum & mare, &c. quid aliud sentit, quam ex his prodississe & natos esse Deos? Inde recenset homines potentissimos ex diis prognatos, videlicet Titanum & Cycloperum profapiam, nec non multitudinē Gygiatum, qui quodam modo deorum cognati reputantur. Deorum dæmonumque Ægyptiorum, nec non vanorum hominum meminit Apollonides cognomento Horapius, in libro cui titulus est, Semenuthi. Præterea & in reliquis, quas scribit, historicis mentionem facit superstitionis circa cultum diuinum Ægyptiorum, & regnum, vanitatemque in his declarat. Quid necesse est Græcorum repetere fabulas: Plutonem videlicet tenebrarū regem, Neptunum sub mari incedentem, & Menalippe in complexu fuerint, ex quo congressu nascitur filius homines deouras? Quid commemorem Iouis filios, & quæ tragice admodum de his scriptores memoriam prodidit. Cæterum vt constet eos non deos, sed homines fuisse, non abs re scriptores ethnici genera siue gentilitatem eorum pandunt. Aristophanes in ea Comedia, quæ Aues inscribitur, exordiens sermonem de mūdī creatione ait: In principio omnium constitutio mundi fuit, primum pariens nigris suffulta pennis aurora. Satyrus, qui composuit historiam populorum Alexandrinorum, initium faciens à Philopatre, qui & Ptolomæus nuncupatus est, eius generis siue gentilitatis caput, Bacchum extitisse indicat. Quamobrem eam tribum Ptolomæus, primam designauit. Cæterum verba Satyri hæc sunt: Ex Baccho & Althea, quæ Thestij fuit filia, orta est Deianira: ex hac & Hercule Iouis filio genitus est Hyalus: ex hoc Cleodinus, ex hoc Aristomachus, ex hoc Temeus, ex hoc Ceison, ex hoc Maro, ex hoc Thestius, ex hoc Acous, ex hoc Aristomidas, ex hoc Caran⁹, ex hoc Cæno⁹, ex hoc Tyrimas, ex hoc Perdicca, ex hoc Philipp⁹, ex hoc Ærop⁹, ex hoc Alceta, ex hoc Amyntas, ex hoc Bocrus, ex hoc Meleager, ex quo Arsinoc. Hæc & Lagus creauerunt Ptolomæū cognomento Sotera: ex hoc & Berenice descendit Ptolomæus Philadelphus: ex quo & Arsinoc exortum habet Ptolomæus Energetes: ex quo, & Berenice quæ simul cum eo Cyrenem gubernauit, originem trahit Ptolomæus Philadelphus. Regum Alexandrinorum cum Hercule cognatio in hunc modum se habet. Quapropter in Dionysiaca tribu populi inter sese sunt discreti. Althes ab ea Ariadne, quæ iuncta fuit Baccho, initium sumit, & extitit filia

Apollonides de liber, Semenuthi.

Neptunus.

Satyrus histori-

Ptolomæo vniuersum ge-

Thestij. Althea Deianira ex filia Bacchi & Althea, vxore vero Herculis. Hinc tribus, quæ penes ipsos sunt institutæ, adhuc ea nomina retinent. Ariadne nomē habet à filia Minois, quæ fuit vxor Bacchi filij. Hinc adamans patrem sub aliena forma cum eo concubuit. Thestis nominatur à Thestio Altheæ parente. Thoantis dicitur à Thoante Bacchi filio. Staphylis nominatur in hunc modum à Staphylo Bacchi filio. Euanisis vero ab Eunoë filio Bacchi appellatur, Maronis nomen tenet à Marone Ariadnes & Bacchi filio. Nam hi omnes traduntur esse filij Bacchi. Cæterum & alia plurimæ denominationes factæ sunt, quæ adhuc durant. Ab Hercule, Heraclide: ab Apolline, Apollonide & Apollonij: à Neptuno, Neptunij: à Ioue, Iouij & Ioue geniti sua nomina sunt adepti. At quid necesse est abundantiam huiusmodi nominum & genealogiarum repetere? Apparet igitur magnopere decipi scriptores omnes, poetas & philosophos: præterea illudantur & falluntur illi omnes, qui hosce audiunt. Nam nescio quas fabulas & quæ deliramenta consuerunt de suis diis. Interim nos haud deos esse docent, verum homines: quosdam ebrios, alios scortatores, alios vero vt homicidas inducunt. Præterea & de mundi generatione pugnantia tradidit, Primò, quidam mūdum ingentium asserere ausi fuerunt, quemadmodum nunc & peculiarem quandam dixere naturam, nequaquam consentiant cum iis qui mundum genitum esse proponunt. Nam sequuti rerum similitudines & mentem humanam nec ipsam veritatem, huiusmodi sententias protulerunt. Sunt qui providentiam agnoscunt, at alij horum dogmata subruunt. Aratus ait: Ex Ioue incipiamus, hunc nequaquam sinamus, ò viri, inexplicatum. Plenæ sunt Iouis omnes plateæ, omnia etiam hominum fora. Plenus est & mare, pleni sunt & portus. Vbiq; Ioue fruimur omnes. Fluius enim genus sumus. Ipse benignus hominibus dextera nūciat. Populos ad opus excitat, faciens eos meminisse vitæ. Dicit præterea quando gleba optima bubus & ligonibus. Indicat quoque, quando dextræ sint horæ, vt plantæ virides flectantur & transplantentur, & quando omnia sunt spargenda semina. Cui igitur fidem dabimus? Arato, an Sophocli qui clamat. Nullius est providentia, sed casu quodam, vt quilibet potest, viuunt? Huic præterea Homerus non concinit, inquit enim: Iupiter virtutem virtis auget minuitque. Similiter & Simonides ait: Nemo absque diis virtutem accipit, non vrbis, non homo, non prudens deus. Nihil autem integrum inest eis. Euripides: Nihil hominibus absque deo est. Menander: Non igitur quicquam nostri curam gerit quàm solus deus. Euripides iterum: Saluare quando visum fuerit deo, multas occasiones ad salutem suggerit deus: & Thestius: Deo volente saluabitur, etiam si in Euripo nauigarit. Talia quidem multa canentes, pugnantia inter se pronunciarunt Sophocles in quo dam loco aperte testatur, citra providentiam omnia geri: deinde inquit: Dei autem pœnam non effugiet mortalis. Præterea hoc vniuersum à multis, quidam, ab vno administrari docuere. Cum quidam providentiam crederent, fuere alij qui eam è medio tollerēt. Quapropter Euripides dicit: Occupati sumus quidem circa multa, præter spem frustra quidem laborantes. Quæ cum ita se habeant, liquet eos plane rati.

Bacchi subales.

Dij gentiliū.

Philosophorum opinio de mūdum supra significauimus. Illi qui mūdum ingentium & peculiarem quandam dixere naturam, nequaquam consentiant cum iis qui mundum genitum esse proponunt.

Philosophi de providentia. Aet. 7.

Arati de Providentia opinio.

Sophocles negat providentiam.

Poeta à Damoni-bus inspirantes.

ignoscere veritatem. Si quid autem in medium produxere, id fecerunt à dæmonibus inspirati & inflati. Quapropter & si Homerus & Hesiodus: aut alij poete, quidpiam eloquuti sunt afflati à Musis, id nequaquam est credendum. Nam phantasia quadam rapti, & errore nec spiritu puro ducti vaticinati sunt vt vel hinc elucescit. Siquidem oblecti, interdum sanantur adiuuationibus quæ sunt in virtute vera existentis dei. Et seductores spiritus, qui expelluntur, ad eum modum consentunt eos esse dæmones, qui tum temporis & in illis vires suas exercebant & operabantur. Verum quidam ex poetarum cœtu

Poete ex prophetis quaedam decerpserunt.

Propheta rum doctrina.

Gen. 1. Salomonem, inquit, immo sermo Dei per Moysen: In principio creauit Deus cœlum & terram. Primo quidem principium & eius creationem nominauit: deinde ipsum Deum posuit. Non enim phas est, deum temere & otiose nullo opere subiecto nominare. Nam diuina sapientia prænouerat fore qui ineptias effutirent, & multitudinem deorum introducerent: vt igitur Deus, qui vere est, ex operibus suis deprehenderetur, & constaret Deum sermone suo creasse cœlum & terram, scriptum est: In principio creauit Deus cœlum & terram. Postea vt eorum creatio pateret, ait: Terra autem erat in-

formis & inanis, & tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus Dei mouebat se super faciem aquarum. Hæc in primis scriptura sacra agit & monet, vt doceat materiam à Deo esse quodammodo factam ex qua mundum constituit, & in decentem ordinem redegit. Cæterum principium creationis lux est. Siquidem exornata & in mundum producta, lux manifestat. Quapropter testatur Moyses: Et dixit Deus, Fiat lux, vt quæ plurimum esset profutura homini: & distinguit Deus inter lucem & tenebras. Vocauitque Deus lucem, diem, & tenebras vocauit noctem: & fuit vespera, fuitque mane dies vnus. Et dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & faciat distinctionem inter aquas & aquas. Et fecit Deus firmamentum, distinguitque inter aquas quæ erant sub firmamento, & inter aquas quæ erant supra firmamentum, factumque est ita. Et vocauit Deus firmamentum, cœlum: & fuit vespera, fuitque mane dies secundus. Et dixit Deus, Congregentur aquæ sub cœlis in locum vnum vt videri possit arida: factumque est ita. Et vocauit deus aridam terram, & collectionem aquarum vocauit maria, & vidit Deus quod esset bonum. Et dixit deus, Germinet terra herbam viuentem, quæ seminificet semen, lignum frugiferum, faciens fructum iuxta speciem suam, cuius semen in semetipso sit super terram: & factum est ita. Et prodire fecit terra herbam viuentem, seminificantem semen iuxta speciem suam, & arborem facientem fructum, cuius semen fuit in semetipso iuxta speciem suam: & vidit Deus quod esset bonum. Factaque est vespera, & factum est mane dies tertius. Dixit vero Deus, Fiant luminaria in firmamento cœli, & distinctionem faciant inter diem & inter noctem: & sint in signa, & in certa tempora, & in dies atque in annos: & sint in luminaria in firmamento cœli, vt lumen præbeant super terram: & factum est ita. Fecit autem Deus duo luminaria magna, luminare maius, in dominium diei: & luminare minus, in dominium noctis, & stellas. Posuitque eas deus in firmamento cœli, vt lucem præberent super terram: & vt dominarentur in diem atque noctem, & distinctionem facerent inter lucem & inter tenebras: & vidit Deus quod esset bonum. Et fuit vespera, fuitque mane dies quartus. Et dixit Deus: Replicet aquæ, reptilæ animæ viuentis: & auæ quæ voliter super terram, in facie firmamenti cœli. Et creauit Deus cetos magnos: & omnem animam viuentem & motabilem, quæ reperere fecerunt aqua: iuxta speciem suam, & omnem auem pennatam, iuxta speciem suam: & vidit Deus quod esset bonum. Et benedixit illis Deus, dicens: Fructificate & augete, & implete aquas in fretis, & auis multiplicetur in terra. Et fuit vespera fuitque mane dies quintus. Et dixit Deus: Producat terra animam viuentem secundum speciem suam, iumentum, reptile & bestiam terræ secundum speciem suam: & factum est ita. Et fecit Deus bestiam terræ iuxta speciem suam, & iumentum secundum speciem suam, & omne quod reptat super terram iuxta speciem suam: & vidit Deus quod esset bonum. Dixitque Deus: Faciamus hominem in imagine nostra, secundum similitudinem nostram, & dominetur in piscem maris, & in volucem cœli, & in iumentum, & in omnem terram, & in omne reptile quod reptat super terram. Creauit itaque Deus hominem in imagine sua, in imagine Dei creauit eum: masculum & fa-

& fa-

& feminam creauit eos. Et benedixit illis Deus, dixitque ad eos Deus: Fructificate & augete, implete terram, atque subiciete eam: & dominamini in piscem maris, & in volucem cœli, & in omne animas, quod reptat super terram. Et dixit Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam seminantem semen, quæ est in superficie vniuersæ terræ, & omnem arborem, in qua est fructus arboris & quæ semen seminat, vt sint vobis in escam. Sed & omni bestia terræ, & cuncto volatili cœli, atque omni illi quod reptat super terram, in quo est anima viuens, dedi vniuersum virorem herbarum in cibum: & factum est ita. Et vidit Deus omne quod fecerat, & ecce erat valde bonum, & facta est vespera, fuitque mane dies sextus. Et per facti sunt cœli & terra, & omnis exercitus illorum. Cõsummauitque Deus in die septimo opus suum quod fecerat, & quiescit in die septimo ab omni opere suo quod fecerat. Et benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit eum, eo quod in eo quiescisset ab omni opere suo, quod creauit Deus vt faceret. Cæterum Hexaimeri nullus homo potest vel ordinem, vel dispositionem pro dignitate eloqui, nec si quis haberet decies mille ora, totidemque linguas: neque si totidem annis in hoc mundo peregrinans viueret vel sic quippiam tanta materia dignum profari possit. Tanta est excellentia magnitudoque, & tantæ sunt diuitiæ diuinæ sapientiæ quæ latet in præscripto Hexaimero. Plurimi scriptores imitari sunt prædicta sex dierum opera, & de iis sermonem facere instituerunt. Accepta igitur inde occasione disseruere, de mundi creatione, de hominis natura: sed eorum sermo ne vel scintillam quidem veritatis complectitur: Ea quæ historici, philosophi aut poete tradidit, non nihil probabilia videntur: at verborum lenocinium tolle, stulta & vana eorum scripta apparebunt. Siquidem scripta eorum, quid aliud quam infinitas nugas continent? nec in iis vel particulam veritatis quis cernere potest. Præterea si quando credis aliquid quod veritate nititur, ab ipsis prolaturum, attamen semper errore & mendacio corruptum est. Quemadmodum pharmacum aliquod mortiferum, si mel le, vino, aut alio quodam liquore amabili temperetur totum inutile & noxium redditur. Sic loquacitas, quæ in prædictis scriptis reperitur, vanus & irritus labor est, & maxima incommoda fert iis, qui garrulitati illorum fidem habent.

animis

Mundi creatio

subditur

ponere solet: nec, nisi fundamento iacto, fastigium ædificio imponere potest. Cæterum dei potentia hinc innoscit, Nam ex iis quæ non sunt, facit, vt libitum est, quæ vult. Quæ enim apud homines sunt impossibilia, apud Deum possibilia habentur. Quapropter Prophetia testatur, creationem cœli factam esse primò, non, vt hominum more fit, sed in modum fastigij. Dicit enim: In principio creauit Deus cœlum id est, per principium conditum est cœlum, quemadmodum supra edocimus. Terram dicens, intelligit fundamentum & quasi pauimentum: Abyssum nominans, aquarum multitudinem & abundantiam representat. Tenebras pronuncians, ob oculos ponit caliginem, quæ cœlum creatum obscurarunt & contexerunt, quemadmodum aqua potu salubres operuere superficiem terræ. At spiritum, qui ferebatur super aquas, largitus Deus creaturæ vt eius opera possit producere viuentia, non secus ac homini animam attribuit, tenuè tenui commiscens: Spiritus nanque sua natura tenuis est, itidem & aqua. Cæterum aqua addita spiritui nutrit & conseruat creaturam vniuersam per omnia mæs. Vnum quidem spiritum lucis qui formam obtinet, inter aquam & cœlum constituit medium, ne tenebræ communicarent cū cœlo quod proximū Deo est, antequam ipse diceret: Fiat lux. Verum non secus ac fornix cœlum, terram glebæ assimilata complectitur. Nam

Mundi creatio contra humanam consuetudinem inueniunt.

psal. 103 Is. 40.

Propheta quidam nomine Esaias de cœlo ad hunc modum fatur: Deo qui fecit cœlum vt fornix sit ca meram, & extendit vt tabernaculum ad inhabitandum. Hæc verò Dei ordinatio est, nempe sermonis accendentis lucem quasi in domo, quæ illuminat orbem sub cœlo viuentium. Lucem Deus vocauit, diem: tenebras, nominauit noctem. Nullus enim mortalis potuisset luci aut tenebris, vt par erat, nomina imponere. Alij alii nomina indidit, at illa à solo Deo nomina sua acceperunt, vt qui ea creasset. Primo autem loco, vbi scriptura sacra tractat creationem seu mundi generatioem, non loquitur de isto firmamento visibili, sed aliud quoddam cœlum nobis inuisibile proponit, secundum quod visibile hoc firmamentum nuncupatum est, quod quidem aqua dimidium sursum rapuit, vt in hominū vsum, pluuiam, imbres & rorem funderet. Reliqua aquarum dimidietas relicta est terræ, vt sint flumina, fontes atque stagna, mariaque. Cæterum cum aqua adhuc teneret superficiem terræ, maxime tamen se recepisset in cauernas eius, Deus per sermonem suum id præstitit, vt aqua in vnum abiret locum, & terra, quæ prius haud cernebatur, appareret. Verum enimvero terra quamuis oculis esset subiecta, attamen ornatu suo, vt quæ foret informis, carebat. Quapropter Deus id negotij sibi desumpsit, & eam quæ pulcherrime exornauit omnigenis seminibus, floribus plantisque. In his obserua, o homo, variam & diuersam tum pulchritudinem tum multitudinē. Per hæc manifestissime vniuersalis hominum resurrectionis demonstrari quit, quasi apertissimo & euidentissimo exēplo. Quis enim, si modo aduertat animū non miretur ex paruo ficus semine nasci arborem ficuniam? aut quem non admiratio desigat cernentem ex reliquis seminibus & quidem minimis arbores crescere maximas? Cæterum mundus, si rem recte reputare volumus, comparatur verissima ratione, mari. Quemadmodum mare, ni subinde fontet & experiretur fontium fluminumque fœcun-

Cœlum quoddam inuisibile.

Resurrectionis exemplum.

dum influxum, & alimentum caperet ex sanguine sua vsque dulcibus aquis diluta, iam dudum intercedisset: Sic & mundus ni haberet legem & prophetas manentes & subinde scaturientes dulcedinem, misericordiam, iustitiam & doctrinam sanctorum Dei præceptorum, propter peccatum & malitiam, quæ duo in eo potenter & copiose regnant, certe iam dudum interisset. Quemadmodum in mari insular quædam prominent habitabiles, frugiferae, & quibus est aqua salubris: nec non naualia & portus

Ecclesia commodi, quod se naufragi receperunt: Sic deus dedit portus mundo qui peccatorum tempestatibus & naufragiis iactatur, synagogas, quas Ecclesias nominamus, in quibus veritatis doctrina feruet, ad quas confugiunt veritatis studiosi omnes quotquot saluari, deique iudicium & iram euitare volunt. Vt vero & alique sunt insule saxosæ, aqua potabili vacuæ, steriles, efferae & inhabitabiles, quæque plurimum damnum nauigantibus, cum naufragis afferunt; In his etiam naues atteruntur, & quotquot ad eas appellunt, extrema pericula subeunt: Ita sunt doctrinae erroris, dico autem hæreses, quæ suos sectatores perdunt.

Hæreses, Non enim à veritate præuia ducuntur, verum, quædam modum pyratæ, ubi implauerunt suas naues, penetrant ad prædicta loca ut exitum apperent: Sic accidit his, qui relicta veritate in hæreses abeunt, à quibus tandem perduntur. Dies quartus erat, quo luminaria creata sunt. Deus etenim præseuerat nugas vanorum philosophorum, quod dicturi essent (vt irritum deum facerent) omnia quæ terra profundit, fieri ex causis elementorum. At vt rei veritas omnibus conspicua foret, ostendit plâtas & semina creatione sua anteueritisse elementa, quæ posteriora cum sunt, quis aded delirus est, vt credat ea potuisse facere ea, quæ creatione sunt priora? Cæterum astra hæc typum magni mysterij præ se ferunt. Sol etenim deum quodammodo repræsentat, Luna vero hominem. Vt sol multis (quod dicitur) parasangis, antecedit lunam potetia & gloria: Sic deus plurimum excellit hominem. Vt sol plenus semper conspicitur, nec vnquam diminuitur: Sic deus perpetuo perfectus existit, plenus potentia, intellectu, sapientia, immortalitate & reliquis bonis omnibus. Luna singulis mensibus occumbit, eiusque potentia emoritur, hominis conditionem ostendit: deinde regeneratur & augetur ad designandam resurrectionem cunctorum futuram. Tres dies, qui præcesserunt creationem duorum luminarium, Trinitatis mysterium sacrosanctum repræsentat, videlicet deum, sermonem, sapientiam. Quartus dies, typus est hominis qui lumine indiget, nempe vt sit deus sermo, sapientia, homo. Atque hæc est causa, quare quarto die luminaria sunt condita. Verum astrarum positio & ordo, iustus & pios qui seruant legem & dei præcepta, denotat, nam illustriora astra suo splendore imitantur prophetas. Quapropter nullo modo inclinantur, nec ex vno in alterum transcendent locum. Astra, quæ secundum ab his locum dignitatis obtinent, referunt, quasi typus quidam, populum iustum. Astra mobilia, quæ vaga ex vno in alterum locum abeunt, & Planetae nominantur, ostendunt eos homines, qui à deo deficiunt, eiusque legem & præcepta deserunt. Dies quintus produxit animalia quæ ex aqua Dei iusu procreata sunt, in quibus mirabilis quoque Dei sapientia clucescit. Quis enim horum multitudinem variamque sobolem enumerare valet? Præter-

Opus. 4. diei.

Sol & Luna, Dei & hominis typus.

Astra mystice quid.

Planetae.

Opus. 5. diei.

rea animalia, quæ humor profert, benedictionem Dei consequuntur. Quare autem id fit? Vt notum sit mortalibus, fore vt penitentiam apprehendant & peccatorum remissionem nanciscantur per aquam & regenerationis lauacrum, quotquot accedunt ad veritatem, & regenerantur accipientes benedictionem à Deo. Ceteri & volucres carniuoræ in memoriam nobis redigunt homines auaros & prauaricatores. Sicut etenim ab vna radice tam aquatilia quam volatilia procreata, & quædam naturale ius obseruant nulli imbecilliori iniuriam inferendo, verum deceter legem dei custodiunt, & viciantur semini-

bus terre. Quædam vero ex istorum grege transgrediuntur Dei legem, carnes vorant & infirmiora iniuriis afficiunt. Ad eum modum quotquot sunt in iustorum album relati, legem dei sedulo obseruant, neminem lædunt, nemini que iniuriam faciunt sancte & iuste vitam agentes. Cæterum raptores, homicidæ & impij nihil differunt à ceteris, feris & carniuoris auibus. Potenter enim deuorant infirmiores. Et quidem aquatiliam & reptiliam soboles nocta benedictionem Dei, nihil proprii profusus acquisiuit. Sexto die cum deus conderet quadrupedia, bestias, & reptilia terrestria, reticet benedictionem, eamque referuat homini, quem sexto die creare instituerat. Cæterum quadrupedia & bestia quædam pulchre nobis depingunt homines quosdam qui deum ignorant, impia patrant, terrena sapiunt, nec vnquam ad penitentiam conuolant. Nam qui conuertuntur ab iniquitatibus & iuste viuunt, animo quemadmodum aues, sursum volitant, cælestia & superna curantes, deoque placere satagentes. Qui vero voluntatem dei nesciunt, & impia facinora committunt, similes sunt auibus, quæ pennas quidem habent sed onere corporis pressa nequeunt sursum volare: Sic & hi peccatorum fabura grauati, non possunt ad superiora contendere, & altiora deitaris, humi repentes, animo percurrere. Feras autem Græci nominant, *θηρία* & *θηρὸν* *ὄνομα* *ἔχει*, id est, quod venando capiuntur. Nec tamen à rerum primordio noxiæ & exitiales creatae sunt. Nam nihil noxiarum ab initio à deo conditum est. Sed hominis delictum conditione creaturarum deteriorum reddidit. Vbi primum homo legem dei transgressus est, etiam reliqua præuariatata sunt & degenerarunt. Vt enim, si paterfamilias sapietèr vitam instituit suam, etiam domestici & reliqui familiares ordinate & deceter viuunt sequitur haud inconuenienter. Sin autem herus peccarit & negligentia se corrupendum dederit, huius dubium ne est quin & serui delinquant & socordiam amplectantur: Pari ratione contigit in presenti negotio, vt peccante homine, etiam reliqua quæ in hominis ministerium creata erant, præuariarentur. Vbi autem homo ad suam naturam & pristinum ingenium nec non dignitatem redierit cessans malefacere, etiam aliqua animalia in primitiuam restituentur mansuetudinem. Quod attinet ad hominis creationem, scias eam ab homine non posse sufficienter enarrari, quamuis breuitus & paucis scriptura sacra eam pronunciet. Nam cum dicit deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &c. hominis excellentiam & dignitatem prodit. Cum enim cætera omnia sermone nudo constitueret deus, & ea quasi obiter nullo peculiari adhibita diligentia conderet, hominem existimauit solum esse opus sempiternum, suisque manibus

Ceteri, & aues carniuoræ, mystice quid.

Animi

Opus 6. diei.

Ferae hominis peccato essentia.

Præuicaciam

Primitiuam mansuetudinem.

Homini creatio.

manibus dignum: Præterea, dum hæc loquitur, videtur ea proferre quasi auxilio aliquo egeat: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem, &c. At hæc verba ad neminem alium, quam ad suum sermonem sapientiamque dixerit. Creato homini benedictionem impartitus est, vt aufereret & impleret terram. Omnia eius manus & potestati subiecit. Ordinauit quoque primitus, vt victum haberet à fructibus terræ, seminibus, herbis & glandibus, quibus vnâ vesceretur cum reliquis animalibus, quibus eadem alimenta constituit. Cum in hunc modum consummasset deus creationem cæli & terræ, maris & omnium quæ in ipsis continentur, die sexto, ab omnibus operibus die septimo conuicuit. Dein de his expositis, scriptura sacra omnia quasi in quâdam summam contrahens, inquit: Istæ sunt generationes cælorum & terræ cum crearetur in die cum faceret dominus deus terram & cælos. Et omnem plantulam agri antequam esset in terra, & omnem herbam agri antequam germinaret, quia non pluerat fecerat dominus deus super terram, nec erat homo qui coleret humum, &c. His verbis manifestissime docet vniuersam terram primitus irrigatam esse à diuino fonte. Nec terra postulabat laboriosas hominum manus, sua sponte ex præcepto dei proferebat fructus, ne homo operando lassaretur. Ne autem quæstio inter mortales moueretur imperuestigabilis super hominis formatione, cum dixisset: Faciamus hominem, &c. quia creatio eius nōdum patefacta erat. Ideo inferit scriptura nos omnia docens: Fons siue vapor ascēdebat de terra, & irrigabat vniuersam faciem humi. Formauit quoque dominus deus hominem, puluerē de humo, & inflauit in nares eius flatum vitæ, factusque est homo in animam viuentem. Inde anima à plebisque dicitur immortalis. Condito homini deus elegit regionē in locis orientalibus, amœnitatem eximiam, lumine coruscantem, & splendido aëre illustrem, plantis variis sæcundam. Et in hac collocauit hominem. Verum verba sacre historię sic habent: Plantauit insuper dominus deus hortum in Eden ab oriente, & posuit illic hominē quem finxerat. Fecit etiam germinare dominus deus de humo omnem arborem, quæ concupiscibilis erat visui & comoda in cibum: & arbor vitæ erat in medio horti, atque arbor scientiæ boni & mali. Et fluuius egrediebatur de Eden ad irrigandum hortum, & inde diuidebatur, & erat in quatuor capita. Nomen vnus Pison: ipse est qui circuit totam terram Hauiach, vbi est aurum. Et aurum terræ illius est bonum: est quoque ibi bdellium & lapis Onychinus. Nomen vero fluuij secundi Gihon: ipse est qui circuit totam terram Æthiopiæ. Porrò nomen fluuij tertij Hiddekel, & hic vadit ad orientalem plagam Assyriæ: & quartus fluuius est Euphrates. Tulit itaque dominus deus ipsum Adam, & posuit eum in hortum Eden, vt coleret & custodiret ipsum. Præcepitque dominus deus ipsi Adam, dicens: De omni ligno horti comedendo comedes, de arbore vero scientiæ boni & mali, nequaquam comedes ex illa: alioqui quacumque die comederis ex ea, moriendo morieris. Et rursum dixit dominus deus: Non est bonum vt sit Adam solus, faciam illi adiutorium quod sit coram eo. Itaque formauit dominus deus de humo omnem bestiam agri, & omne volatile cæli, adduxitque ad ipsum hominem, vt videret quomodo appellaret illud: Omne enim quod ipse homo vocabat in ani-

Op. 1.

Animi immortalis.

Fluuij: 4. ex Paradiso: resti primitiuas, mansuetudinem, hiddekel, fluuius.

ma viuente, illud nomen eius erat. Igitur vocauit ipse homo nomina cuiusque iumento & volatili cæli, omnique bestia agri: & pro homine non inuenit adiutorium, quod esset coram eo. Et fecit illi dominus deus soporem in Adam, & obdormiuit, tulitque vnâ ex costis illius, & clausit carnē pro ea. Et edificauit dominus deus costam quam acceperat de homine in mulierem, & adduxit eam ad hominem illum. Er ait homo ille: Hac vice os de ossibus meis, & caro de carne mea. Hinc vocabitur virago, eo quod de viro sumpta sit ipsa. Propterea deseret vir patrem suum & matrem suam, & hærebit cum vxore sua, eruntque in carnem vnâ. Erant autem ambo illi nudi, homo inquam ille & vxor eius, & non erubescabant.

Serpens vero fuit callidior omni bestia agri, quam fecit dominus deus, & dixit ad mulierem: Etiam si dixit deus, non comedetis de omni ligno horti? Et dixit mulier ad serpentem: De fructu ligni horti comedimus, de fructu vero arboris quæ est in medio horti, dixit deus, nequaquam comedetis ex ea, neque contingetis illam, ne forte moriamini. Et dixit serpens ad mulierem: Non moriendo moriemini. Sed scit deus, quod ipsa die quando comedetis ex ipsa, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Videns itaque mulier quod bona esset arbor illa in cibum, & oculis concupiscibilis, desiderabilis quoque esset ipsa arbor ad prudentiam comparandam, tulit de fructu illius & comedit, de-

ditque viro suo existenti secum, qui & ipse comedit. Et aperti sunt oculi amborum, & cognouerunt quod nudi essent, & consuerunt folia ficulnear, feceruntque sibi cinctoria. Et audierunt vocem domini dei deambulantis in horto ad vèrum diei, & abscondit se Adam & vxor illius à facie domini. Dei inter arbores horti. Er vocauit dominus deus ipsum Adâ, & ait illi: Vbi es tu? Qui ait: Vocem tuam audiui in horto, & extimui, quia nudus ego, & absconditus sum. Et ille dixit: Quis indicauit tibi quod nudus esses? nunquid de ipsa arbore, de qua præcepi tibi vt non comederes ex ipsa, comediti? Et dixit Adam: Mulier ipsa quam dedisti vt mecum esset, ipsa dedit mihi de arbore, & comedi: Et dixit dominus deus ad mulierem, Cur hoc fecisti? Et dixit mulier: Ipse serpens seduxit me, & comedi. Et dixit dominus deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es præ omnium iumento, & præ omni bestia agri: supra ventrem tuum gradieris, & puluerem comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et inimicitias ponâ inter te & inter ipsam mulierem, inter semen tuum, & inter semen illius, ipsum conteret tibi caput, & tu conteres eius calcaneum. Ad mulierem vero dixit: Multiplicabo dolorem tuum & conceptum tuum: in dolore paries filios, & ad virum tuum erit desiderium tuum, & ipse dominabitur tibi. Ad Adam vero dixit. Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comediti de arbore, de qua præcepi tibi, dicens, nō comedes ex ea, maledicta est humus propter te, in dolore comedes eam omnibus diebus vitæ tuæ. Et spinam atque tribulum faciet crescere tibi, & manducabis herbam agri. In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in humum, ex ea enim sumptus es, quandoquidem puluis sis, & in puluerem reuerturus sis. Verba sacre scripturæ, quantum attinet ad historiam hominis & Paradisi, sic se habent. Obiicias igitur mihi: Supra tradidisti Deum loco non comprehendendi, nunc vero ais cum in paradiso ambulare?

Gen. 2.

Matt. 19.

Gen. 3.

Eua tentata à serpente.

Audi responsum : Deus quidem vniuersorum pater, loco nec includitur, neque in loco inuenitur. Non enim est locus in quo ipse quiescat. Ceterum sermo eius per quem omnia creauit, existens potentia & sapientia patris, assumit personam patris & domini vniuersorum. is venit in paradysum sub persona Dei & colloquebatur cum Adamo. Si quidem scriptura sacra diserte ponit, Adamum dixisse : vocem tuam audiui. At vocem quid aliud dixeris, quam sermonem dei, qui eius filius est? Nec arbitreris, vt poeta & fabularum scriptores perhibent, dei filios ex concubitu esse natos: sed intellige hoc loco enarrari sermonem perpetuo existentem & insitum in corde patris dei. Antequam enim quicquam eorum quae facta sunt, fieret, hunc consiliarium habuit, vt qui mens & prudentia eius foret. Cum vero iam cõdere, quae deliberauerat, instituisset, hunc sermonem genuit prolatum, primogenitum vniuersae creaturæ, nec interim Deus exinanitus est sermone, sermonem gignens, & sermone alloquens quae volebat semper. Hæc nos docent sacrae literæ & omnes sancto spiritu afflari, quorum de numero est Ioannes ad hunc modum disserens: In principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, &c. Significans in principio solum fuisse Deum & in eo sermonem. Postea infert: Deus erat ille sermo. Omnia per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil. Deus itaque existens sermo, & ex Deo progenitus, quando vult pater vniuersorum, mittit eum sermonem ad aliquem locum. Qui adueniens, auditur & videtur ab eo missus, & in loco reperitur. Deo, vt ex præmissis apparet, hominẽ die sexto creauit. Eius tamen creationem patefecit post septimũ demum diem, cum & paradysum parasset, in quo, vt in meliore & in excellentiore regione, homo degeret. Ceterum eorum, quae tradidimus, veritatem res ipsa declarat. An non animaduertimus grauissimos dolores, quos in partu perperiuntur mulieres? Horum deinde leui momento obliuiscuntur, vt multiplicetur & incrementa sumat mortalium genus. An non videmus condemnationem serpentis, quam exosus sit humi serpens & terram vorans? Quae quidem omnia plurimum faciunt ad comprobendam prædictorum veritatem. Præterea Deus exoriri fecit ex terra omnem arborem visu pulchram & bonam ad comedendum. Quare hoc? In primis namque semina, plantæ herbæque solæ habebantur, quas imperio domini tertius produxerat dies. At quæ paradysus proferebat, amœnissima & pulcherrima erant, siquidem eorum plantatio ab ipso nec ab alio Deo peracta est. Reliquas quidem plantas haud ab similes habuit mundus: at duas istas arbores, arborem vitæ, alterã cognitionis, nulla alia terra tenuit quã sola paradysus. Verum vt sciamus paradysum esse terram, & super terra excultam, docemur à scriptura sacra, quæ inquit. Et plantauit Deus paradysum in Eden in regione orientali, & in eo posuit hominem. Et prodire fecit Deus ex terra omnem arborem pulchram visu & bonam ad comedendum. Quod igitur ait, Ex terra, & in orientali plaga, &c. diserte nos docet scriptura sacra paradysum esse sub hoc caelo, sub quo Oriens & terra conspiciuntur. Dicitio Eden, quæ Hebraica est, si transferatur in nostram linguam, versionem significat. Præterea indicat scriptura sacra fluium procedere ex Eden ad irrigandum paradysum, qui inde

Christus cum Adamo colloquutus. Filius dei Patri cognominus.

Coloss. 1.

Tob. 1.

Christus à Patre missus, reperitur in loco.

Gen. 2.

in quatuor dispescitur capita, quorum duo vocatur Phison & Geon, & humectant orientales regiones maxime tamen Geon, qui quasi circulo, vndique aluit vniuersam Aethiopiæ regionem. Hunc perhibet generare Nilum flumen Aegyptiacum. Reliqui duo fluij manifestò à nobis cognoscuntur, & nominantur Tigris & Euphrates. Hi vsque ad nostra climata accedunt. Hominem autem deus perduxit in paradysum, vt eum operaretur & custodiret, ei que præcepit vt ederet de omnibus fructibus, nec etiam arborem vitæ exceptit. Ceterum vetuit ne gustaret quidem fructum arboris cognitionis. In hunc modum transtulit Deus hominem in paradysum; ei vndique occasiones suggerens vt cresceret & perfectus redderetur, & declaratus tandem deus, in altra ascenderet. Mediam etenim conditionem obrinuit homino, nec totus mortalis, nec totus immortalis existens, verum vtriusque exitit particeps. Sic quoque paradysus aternitate donatus in medio caeli & terræ constitit, quantum ad amoenitatem & pulchritudinem attinet. Quod inquit, Vt eum operaretur, &c. nullum aliud opus nullumque laborem præcipit, quàm vt sedulo seruet mandatum Dei ne impingens seipsum perdat, quemadmodum accidit ei propter peccatum. Arbor quidem cognitionis erat bona, erat bonus & eius fructus. Non enim, vt quidam opinatur, aliquid noxij vel letiferi ea arbor tulit, sed inobedientia mortis causa fuit. Nam fructus nihil aliud habebat, quàm cognitionem solam. Verum cognitio bona & pulchra est, si quis ea recte vtatur. Eo tempore adhuc infans seu puer erat Adam. Quapropter eam cognitionem digne percipere nequiuit. Nam etiamnum infans recenter natus pauca vesci nequit, at prouectiore ætate etiam ad solidiorem cibum procedit. Idem euenit & in Adamo. Quapropter non inuidens (vt quidam sentiunt) Deus Adamo, eum ab arbore cognitionis abstinere iussit. Præterea hominem probare volebat Deus, an dicto audiens esse veller. Ad hæc cupiebat vt homo tempore lingo simplex & syncerus maneret quasi puer. Id enim sanctum & laudabile censetur, non solum apud Deum, sed & apud homines, videlicet in simplicitate, & absque omni malitia subiecti parentibus. Præterea ius naturale postulat, vt liberi sint pariter subditi. Si autem liberos parentibus subiectos esse oportet, quanto magis conuenit vt Deo patri omnium pareamus? Indecorum est pueros, antequam puerilem egressi fuerint ætatem, supra ætatem sapere. Quemadmodum enim ætas & statura incrementum sumit paratim, sic etiam prudentia pedetentim augetur. Cum lex aliquid vetat, nec homines legi positæ obtemperant, iam pœnam non lex, verum hominum inobedientia gignit. Nam & pater interdum filio edicit, vt ab aliquibus abstineat: si paternum imperium respuit & in vetita nititur, virgis ceditur, pœnamque non paternum edictum, verum inobedientia meretur. Nec res ipsæ, verbera seu pœnas continent, sed inobedientia inobedientis pœnam & ignominiam importat. Ad eum modum, Proroplastum nostrum inobediẽtia ex paradiso expulit. Nec propterea, quasi aliquid mali scientia: sine cognitionis arbori in esset, homo primeuus in labores, tristitiam & postremo in mortem prolapsus est, sed inobediẽtiam potius culpet, quæ horum malorum causam exitit. At Deus maximũ beneficiũ homini præstitit, ne perpetuũ in peccatorũ fordis hæreret

Nilus fl.

Hominis prima conditio.

Arbor cognitiois.

Adam infans.

Puerorum sapientiam subiecti.

145
 hærere cogere. At quod est illud beneficiũ? Nepe quod eũ eiecit paradiso, solũ vertere quasi exulẽ, inbens, vt statuto sine determinato tempore peccatũ exoluens, & probe omnia edoctus & institutus, postremo reuocaretur. Quapropter cũ homo iã recens in mundo conditus foret, quasi sub ænigmatẽ, & mysterio in Genesi scriptum reperitur, hominem bis in paradysum esse collocatum. Prima in paradysum inductio contigit: altera euenit post vniuersalem resurrectionem & extremum iudicium. Quemadmodum vas aliquod, modo factum artificis manu si non respondit ad animum artificis, denuo fingitur & funditur vt sit nouũ & integrũ, sic homini accidit per mortem. Nam eius potentia contractus est vt inueniatur in resurrectione sanus, id est, mundus, iustus, immortalis. Quod deus vocat hominem, & ait. Vbi es Adam? &c. ne tu factum intelligas, quasi rerum fuerit ignarus. Deus longanimis existens, ei occasione penitentia & confessionis subministrauit. Sed dicat quis: Mortalis ne creatus est homo? Nequaquã. Quid igitur? nõ immortalis? Ne hoc quidẽ. Nam à primordio suæ creationis nec mortalis nec immortalis conditus est. Si inmortalem ab initio eum fecisset, Deum eum constituisset. Si mortalem eum formasset ab initio, Deus sanẽ posset author hominum mortis videri. Apparet igitur hominem à Deo nec mortalem nec inmortalem esse factum, sed, quẽadmodũ supra significauim⁹, vtriusque quodãmodo participem, vt reperet ad immortalitatem seruã mandatum Dei, & vt hanc caperet mercedem, tandem & ipse Deus factus: Sim autem conuersus fuerit (inobediẽtiam sectatus) ad peccatum & reliquerit Deum, sibi ipsi vt author foret mortis. Nam liberum & sui iuris creauit Deus hominem. Quod autem sibi per iniriam & inobediẽtiam accersiuerat, id ei nunc donat Deus per suam humanitatem & misericordiam faciens homines sibi obediẽtes. Quemadmodum enim sua inobediẽtia quasi proprio iumento mortem sibi apportauit homo: Sic qui Dei voluntati non recusat obtemperare, sibi aternam potest parare vitam. Nam legem & præcepta sancta communicauit nobis Deus, quæ si hominẽ seruauit, salutem consequi: & resurgens, hæreditatem incorruptibilem nancisci poterit. Adam paradiso exactus cognouit Euam vxorem suam, quam ei formauerat Deus ex costa. Ceterum ex costa mulierem finxit non ideo, quasi ex alia materia præstare id non valeret, sed alia causa est. Deus prænouerat homines Deorum multitudinem introducturos. Eius igitur rei præsciũs existens, & quasi certò sciens serpentem, per multitudinem Deorum (qui non sunt) errorem allaturũ (nam cum sub idẽm tempus foret Deus, iam tũ meditabatur error siue diabolus multitudinem deorũ subserere, & dicere: Eritis vt dij) ne exurgerent qui dicerent: Hic Deus verum, alius format mulierem, &c. Euam ex costa compegit, & duos fecit ambos. Simul per hæc, quasi in mysterio, suam monarchiam siue vnitatem demonstrari voluit, dum simul vtrumque creat Et erũt duo in carnẽ vnã. Hoc quidẽ in nobis expetitur cõpletum. Quis enim legitimis nuptias contrahẽs, non contemnat matrem, patrem, vniuersam cognationẽ, propinquos & amicos, vt suo cõpari adhæreat? Et quo maiore iniucem deinceps beneuolentia, ad Euã dixit Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Præterea varicinatus est, dicẽs.

Homo bis in paradiso collocatus à principio.

Adam natus à Deo peccatis.

Adam natus mortis nec immortalis.

Euam formata ex costa.

Adam Prophe.

Huius rei gratia deferet homo patrem suum & matrem, & adglutinabitur vxori suæ, cruntque duo in carnem vnã. Hoc quidem in nobis vsuenerit quis est qui non videat? Quis enim legitimis nuptiis se se cõmittens, non spernit matrem & patrẽ, omnẽ cognationẽ, atque adẽ omnes propinquos & adglutinatur & coadunatur magis vxori, quã prædictis omnibus? Hinc videre est quosdam propter spõsas suas non cunctari extrema subire vitæ discrimina. Hanc Euam principem & caput peccati (quia seducta est à serpente per quẽ maleficus diabolus loquutus est, qui Diabolus & Sarã vocatur & vsq; adhuc operatur in iis qui ipsius spiritu aguntur) diabolus non cessat vocare. Diabolus quoque draco nomina tur. At eius nominis etymologia dẽriatur à τὸν ὄφι & ἄγγελος, i. qui fugit, seu fugitiuus à Deo, Siquidem in principio suæ creationis Angelica fulgebat dignitate. Et hæc quidẽ de Diabolo, cui⁹ aliã multã fecimus mentionẽ in aliis nostris scriptis. Quapropter nolumus nunc ea in re esse prolixiores. Adam vbi cognouit vxorem suã, ea concipiens peperit tandem filiũ nomine Cain, & dixit: Acquisiui hominẽ à domino. Deinde denuo concipiens & alterum filiũ enixa est, cui parẽtes nomẽ dixere Abel. Abel rẽ pecuariam exercebat: Cain erat agricola & agriculturæ dabat operam. Quod ad hos pertinet, historia sacra cõplectitur plura, & alio, quã nos enarramus, modo. Quapropter si quis cupit hæc exacti⁹ & quasi ad vnguem nouisse, consulat librum, qui inscribitur, Generatio mudi: & omnia perfectius addidit. Diabolus videns non solũ Adamũ & Euã vita frui, verum & liberos procreare, quos cũ non posset perimere, inuidia stimulatus instigauit Cain, vt fratrem suum Abel, qui gratus & acceptus erat domino, crudeliter enecaret. hoc pacto diabolus principium & origo fuit mortis quæ postmodum late vsque ad nostra tempora in vniuersum genus mortalium euagata est. Deus ductus misericordia sua voluit penitentia & confessionis Cain, sicut & Ada præbere occasionem, & dixit: Vbi est Abel frater tuus? Cain respondet, admodum præfracte inobediens existens Deo & inquit, nescio, num ego cultos sum fratris mei? hinc iratus Deus, dixit: Quare fecisti hoc? vox sanguinum fratris tui clamat ad me de humo. Et nunc maledictus es tu & terra, quæ aperuit os suũ ad suscipiendum sanguines fratris tui de manu tua. Mobilis & vagus eris in ipsa terra. Ex hoc tempore, terra timore percussa non amplius hominis nec ceteri alterius animalis sanguinem fudit. At homicidij culpam non hæreret in terra, verum in homine transgressore, omnibus manifestum reor. Sed & Cain natus est filius, cui nomen erat Enoch. Pater dehinc extruxit vrbes, quam nomine filij sui appellauit Enoch. Eo tempore cæpta sunt vrbes condidi, & quidẽ ante diluuium. Proinde fallum & mendax est testimonium homeri canentis: Nec enim dum vrbs postea erat hominum distinctas linguas habentiam. Enoch natus est filius nomine Gaias, qui genuit Meel, qui genuit Mathusalẽ, qui genuit Lamech. Lamech accepit vxores duas, quarum nomina Ada & Sela. Eo enim demum tempore inoleuit mos multas habendi vxores. hoc eodem tempore & musica inuenta est. Nam Lamech nati sunt filij tres, quorum nomina, Obel, Tubal, Thobel. Tubal inuentor Plasterij & citharæ est. Thobel fuit faber æris & ferri. nuncusque excurrit genealogiarum

Huius rei gratia deferet homo patrem suum & matrem, & adglutinabitur vxori suæ, cruntque duo in carnem vnã. Hoc quidem in nobis vsuenerit quis est qui non videat? Quis enim legitimis nuptiis se se cõmittens, non spernit matrem & patrẽ, omnẽ cognationẽ, atque adẽ omnes propinquos & adglutinatur & coadunatur magis vxori, quã prædictis omnibus? Hinc videre est quosdam propter spõsas suas non cunctari extrema subire vitæ discrimina. Hanc Euam principem & caput peccati (quia seducta est à serpente per quẽ maleficus diabolus loquutus est, qui Diabolus & Sarã vocatur & vsq; adhuc operatur in iis qui ipsius spiritu aguntur) diabolus non cessat vocare. Diabolus quoque draco nomina tur. At eius nominis etymologia dẽriatur à τὸν ὄφι & ἄγγελος, i. qui fugit, seu fugitiuus à Deo, Siquidem in principio suæ creationis Angelica fulgebat dignitate. Et hæc quidẽ de Diabolo, cui⁹ aliã multã fecimus mentionẽ in aliis nostris scriptis. Quapropter nolumus nunc ea in re esse prolixiores. Adam vbi cognouit vxorem suã, ea concipiens peperit tandem filiũ nomine Cain, & dixit: Acquisiui hominẽ à domino. Deinde denuo concipiens & alterum filiũ enixa est, cui parẽtes nomẽ dixere Abel. Abel rẽ pecuariam exercebat: Cain erat agricola & agriculturæ dabat operam. Quod ad hos pertinet, historia sacra cõplectitur plura, & alio, quã nos enarramus, modo. Quapropter si quis cupit hæc exacti⁹ & quasi ad vnguem nouisse, consulat librum, qui inscribitur, Generatio mudi: & omnia perfectius addidit. Diabolus videns non solũ Adamũ & Euã vita frui, verum & liberos procreare, quos cũ non posset perimere, inuidia stimulatus instigauit Cain, vt fratrem suum Abel, qui gratus & acceptus erat domino, crudeliter enecaret. hoc pacto diabolus principium & origo fuit mortis quæ postmodum late vsque ad nostra tempora in vniuersum genus mortalium euagata est. Deus ductus misericordia sua voluit penitentia & confessionis Cain, sicut & Ada præbere occasionem, & dixit: Vbi est Abel frater tuus? Cain respondet, admodum præfracte inobediens existens Deo & inquit, nescio, num ego cultos sum fratris mei? hinc iratus Deus, dixit: Quare fecisti hoc? vox sanguinum fratris tui clamat ad me de humo. Et nunc maledictus es tu & terra, quæ aperuit os suũ ad suscipiendum sanguines fratris tui de manu tua. Mobilis & vagus eris in ipsa terra. Ex hoc tempore, terra timore percussa non amplius hominis nec ceteri alterius animalis sanguinem fudit. At homicidij culpam non hæreret in terra, verum in homine transgressore, omnibus manifestum reor. Sed & Cain natus est filius, cui nomen erat Enoch. Pater dehinc extruxit vrbes, quam nomine filij sui appellauit Enoch. Eo tempore cæpta sunt vrbes condidi, & quidẽ ante diluuium. Proinde fallum & mendax est testimonium homeri canentis: Nec enim dum vrbs postea erat hominum distinctas linguas habentiam. Enoch natus est filius nomine Gaias, qui genuit Meel, qui genuit Mathusalẽ, qui genuit Lamech. Lamech accepit vxores duas, quarum nomina Ada & Sela. Eo enim demum tempore inoleuit mos multas habendi vxores. hoc eodem tempore & musica inuenta est. Nam Lamech nati sunt filij tres, quorum nomina, Obel, Tubal, Thobel. Tubal inuentor Plasterij & citharæ est. Thobel fuit faber æris & ferri. nuncusque excurrit genealogiarum

Diabolus.

Cain.

Diabolus origo mortis.

vrbes cõptra.

Polygama.

catalogus, quæ sequuntur obliuio aboleuit, quod commisit fratricidium. At Deus, vt alius in locum Abel perempti substitueretur, dedit vt Eua conciperet & filium æderet, qui nominat' est Seth, à quo ad nostra vsque tempora mortalium genus propagatum est. Sed si qui cupidine aguntur & reliquas audiendi genealogias, quas quidem scriptura sacra tradit, scripturam sacram adeant, & rem omnem inuenient. Nam etiam nos conscripsimus, vt supra testati sumus, orationem quæ continet genealogiarum seriem. Cæterum genealogiarum ordo est in primo sacre historiarum lib. Hæc omnia, quæ hæcenus tradidimus, docet nos spūs sanctus per Moſen & reliquos Prophetas. Ex quibus constat, nostra scripta, qui pij sumus & veram religionem teneamus, esse antiquissima: præterea demonstrant veriora esse omnium poetarum & auctorum scriptis. Quod ad Musicam attinet, eius inuentorem quidam nugati sunt esse Apollinem. Alij hoc inuentum Orpheo acceptum referunt, vt qui Musicam ex suauis auium concentu venatus sit. Verum quis non intelligit horum rationes vanas & mendaces esse? Nam Apollo & Orpheus longo demum post diluuium tempore vixerunt. De Noc, quem nonnulli Deucalionem vocant, in libro quem supra ostendimus, locuti sumus: quem, si lubet, ipse inspicere potes. Post diluuium denuo vrbes cæptæ sunt extrui, & regna distingui. Vrbes prima fuit Babylon, hanc ordine subsecuta sunt, Orech, Archat, & Chalanæ conditæ in regione Senaar. His, & rex præfuit Nembroth. Inde originem sumpſit Aſſur, vnde Aſſyrii suum nomen sunt adepti. Nembrothica opera sunt Niniue, Rhoboon, Calac & Dacan, quæ in medio Niniue & Calac sita est. Niniue primitus, vrbs admodum fuit magna. Alter filius Sem filij Noe, nomine Meſſin, genuit Laudonim, Eucemigin, Labiim, Nephthalim, Patroſoniim & Chaloim, vnde progressus est Philistim. Verum, quod attinet ad trium filiorum Noe consummationem & genealogiam, quid refert plura commemorare, cum omnia ista prolixè tractata sint in Epitome eius libri de quo supra? Nunc, quod superest, recordabimur vrbiū & Regum, qui eo tempore fuere, quo hominibus adhuc ignotæ erant variae linguarum dialecti. Vrbes, quas modo diximus, ædificatæ sunt ante linguarum diuisionem. Cum autem tempus diuidendarum linguarum instaret, homines consiliū cepere, at non ex Deo, extruendæ vrbs & excitandæ turris, cuius fastigiū cælum attingeret, Et hoc pacto sibi immortalitatis famam parare nitebantur. At quia præter Dei consilium, ad eorum temerariū exorsū sunt opus, factū est vt Deus eorum opus dissiparet, turrimque sterneret. Eo tempore hominum linguas Deus mutauit, dans singulis propriam dialectum. At hæc quidem Sybilla significauit, mundo iram futuram annuncians, & sic fatur: Sed quando magni Dei perficiuntur minæ quas comminatus est mortalibus, quando turrim fabricarunt regione in Aſſyria: Omnes erant eiusdem linguæ & parabant in cælum scandere stelligerum. At Deus immortalis magnam iniecit necessitatem ventis: Verum venti deinceps magnam & excelſam illam turrim deiecerunt præcipitatem ex alto, & inter mortales contentionem excitarunt. Sed vbi turris corruit,

Musica quando inuenta.

Noe, qui & Deucalion.

Vrbes antiquissimæ.

Niniue.

Turris Babel. Gen. 11.

Sybilla.

linguæ hominum in multas mortalium diuisæ sunt dialectos, &c. Hæc quidem euenere in terra Chaldaeorum. Cæterum in terra Chanaan condita est vrbs nomine Charra. Sub idem tempus primus Ægypti rex fuit, quem vocarunt Pharaonem, qui idem Nechaoth secundum Ægyptios appellatus est, & ab hoc mutua successione aliorum regum Ægyptus administrata est. In terra Senaar, quam tenebant Chaldaei, rex primus exiit Arioch. Huic successit Ellasar, in cuius locum substitutus est Chodollagomor rex Ælan, in cuius locum surrogatus est Thargan rex gentium quæ dicebantur Aſſyriorum. Fuere & alia quinque vrbes in ea terra parte, quam sibi vendicant filij Cham, quem genuit Noë. Harum nomina hæc sunt, Sodoma, Gomorrhæ, Adama, Seboim, quæ & Segor nuncupata est. Nomina regum, qui istis vrbus præfuerunt, sic habent: Ballas rex Sodomorum, Barſas rex Gomorrhæ, Senaar rex Adama, Hymur rex Seboim, Balach rex Segor, quam vrbe alio nomine vocarunt Cephalam. Prædicti reges tributarij fuere Aſſyrio Chodollagomor, annis duodecim. Anno vero decimotertio defecerunt ab Aſſyrio. Hæc defectio peperit bellum quod gestum est à quatuor regibus Aſſyriorum cum quinque regibus qui tenebant regionem Cham filij Noe. Eo tempore cæsi sunt gigantes Carnain, nec non cædem senserunt gentes robustæ: eadem cædes traxit Ommæos habitantes in vrbe, & Choræos colentes montana Seyr vsque ad Terebinthum Pharam, quæ viſitur in deserto. Ea tempeſtate floruit rex iustus nomine Melchisedæk domus habens in vrbe Salem, quæ nunc Ierusalem dicitur. Hic primus omnium sacerdos Dei altissimi fuit. Ab hoc, Salem Hierusalem dicta est, cū eisdem antea nominaretur Hierosolyma. Hic cū fuisset primus sacerdos, factum est vt ab eo sacerdotes initium sumerent peruerserint vniuersam terram. In huius locum successit Abimelech, qui regnavit in Geraris. Huius successor fuit alter Abimelech. Post hunc regni gubernacula cepit Ephron cognomento Chetæus. Nomina eorum regum qui illa tempeſtate vixerunt, sic se habent. Aſſyriorum reges, qui multis annis interiectis regnarunt, silentiū & obliuio oppressit. Omnes enim salte postremorum meminere temporum. Aſſyriorum, quod scimus, reges fuere Theglaphasar, Selamanasar, Senacherib. Huius triarchus fuit Adramelech Aethiops, qui etiam Ægyptiaci tenuit gubernacula regni, quamuis hæc, quod ad nostra scripta attinet, recentiora sunt. Hinc videre, & nupiam alibi, historiarum & antiquitatis studiosi possunt, an ea quæ à nobis traduntur per Prophetas sanctos, sunt nupera. Cum primis temporibus pauci forent homines in Arabia & Chaldaea, post linguarum diuisionem aucti & multiplicati paulatim sunt. Hinc quidam abierunt versus orientem, quidam concesserunt ad partes maioris continētis: alij porro profecti sunt ad Septentrionem, sedes quaerituri. Nec prius deserunt terram vbiq; occupare, quam etiam Britannos in Arctici climatibus accesserint. Fuere qui sibi subiicerent Iudæam, Phœniciam & regiones Aethiopiæ, Ægypti, Libyæq; nec non eam regionem quæ torrida dicitur, & loca qui in occidentem porruguntur. Fuere qui incipientes à regione maritima & Pamphylia, Asiã, Græciam, & Macedoniam sibi assignarent. Reliqui porro Italia, Galliis, Hispaniis

mundi summa.

Prophetarum doctrina.

paniis & Germania sunt potiti. Atque ad eod vniuersa terræ superficies abundat habitatoribus seu incolis. Primum quidem loca orienti, meridii & occidenti subiecta inhabitata sunt. Postmodum inde progressi paulatim homines, etiam reliquas orbis partes inuaserunt. Hæc dum ethnici scriptores nesciunt, attamen audent asserere mundi formam esse instar globi, & propter soliditatem & suam ad centrum recessum, non cunctantur eam cubo comparare. At qua fronte audent horum veritatem adstruere, cum mundi creationem ignorent, præterea non constet penes ipsos vt paulatim, sicuti prædiximus, homines dispersi sunt habitandi gratia per vniuersam terram. Ad eum modum cæptæ sunt habitari insula maris, nec non reliqua orbis climata. Quis igitur ex isto magno philosophorum, poetarum & scriptorum grege potuit verum pronuciare, cum multo sint creatione mundi iuniores, & Deorum multitudinem docuerint, quos liquidè elucet natos esse longo demum tempore post vrbes conditas, regna distincta, gentes diuisas, & bellorum exortum. Si sanè voluissent veritatem rerum demonstrare, oportebat eos quæ præcesserunt diluuium, tradere: videlicet mundi & hominis creationem, deinde etiam reliqua quæ contigere, non silentio præterire. Ad hæc conueniebat, vt & Ægyptiorum & Chaldaeorum vates & reliqui scriptores quotquot diuino & puro spiritu illuminati fuere, non solū præterita aut instantia prædicerent veritate subnixi, sed & futura quæ essent, mundo magna veritate prænunciare. Ex quibus omnibus apparet omnes scriptores ceteros errore tractos, solos, vero Christianos veritatis factos esse compotes. Docemur etenim & instrui in sancto spiritu, qui loquitur per prophetas, iam olim omnia quæ nūdo euentura essent, prædemonstrauit. Et tibi quidem in facili est scrutari ea quæ sunt Dei, id est, ea quæ per Prophetas iam olim prædicta sunt. Quæ si diligenter inspexeris, collatione facta corū quæ à vobis & ab reliquis prophanis rhetoribus feruntur, veritatem facile assequi poteris. Nomina corū, quos Deos dicitis, satis liquet ex illis quæ supra annotauimus, & ex reliquis historiis, esse nomina hominū demortuorū. Horū imagines subinde adhuc hodie finguntur, quas quid aliud, quàm simulachra, humanarū manū opera dixeris? Ista suppliciter colit vanorū hominū multitudo: Cæterum Creatorem & opificem altoremque omnis spiritus iratum faciunt & vilipendunt mortales, nec recusant obtemperare vanis dogmatibus sequuti stultam à patribus traditā sententiā. Verum Deus nō derelinquit humanum genus, imò pater & cōditor huius vniuersi legē dedit, misit & Prophetas sanctos vt annuntiant & demonstrarent efficaciter hominibus vt euigilent, atque vnum solum esse deū cognoscant. Prophetæ docuerunt abstinere ab nephario idolorū cultu: iusserunt quoq; vitare adulterium, cædē, scortationē, furtū, auaritiā, peruriū, irā, mēdaciū, nec non omnē lasciuiam & immundiciā. Præterea sedulo cauere præceperunt, ne quis faciat alteri, quæ sibi minime fieri velit. Quare? Vt homo ad eum modum opera bona faciens pœnas sempiternas effugiat, & dignus sempiterna vita à Deo pronūcietur. Nec solum idolorum cultum lex diuina inhibet, sed interdicit quoque, ne quis elemēta, solē, lunā, & reliqua astra adoret. Præterea prohibet colere cælū, terrā, mare, fontēq; sed sedulo inculcat vt reuera existens Deus, qui creator est vniuersorum, in

sanctitate cordis, puroque animo adoretur. Quapropter sancta sancta lex: Non adulterium committas, Non occidas, Non furtum facias, Non falsum testimonium dicas, Non concupiscas uxorem proximi tui, Idem docent & Prophetæ. Solomon ita nos instruit, vt ne nutu quidem nos peccare velit, dicens: Oculi tui in directum aspiciant, & palpebræ tuæ rectum teneant iter ante te. Moses qui & ipse Propheta est, de vnitare Dei in hunc modum disserit: Hic Deus vester qui firmavit cælū & creauit terram, cuius manus ostendit vniuersam militiam cæli, Non eam vobis monstrauit vt post eam abiretis. Esaias inquit: Sic dicit dominus Deus qui firmavit cælum, & creauit terram, & ea quæ sunt in ipsa: qui dat spirationem populo super ea, & spiritum iis qui calcant eam: Hic dominus Deus vester. Iterum per eundem ait: Ego feci terram & hominem super ea. Ego manu mea firmaui cælum. Idem in alio capite: Hic noster Deus, qui parauit extremitates terræ: Non esuriet nec fatigabitur, nec prudentia eius vestigari potest. Similiter & Hieremias dicit: Qui fecit terram in virtute sua, & parauit orbem in sapientia sua, atque intelligentia sua extendit cælos. Qui per vocem suam dat copiam aquarum in cælis, & leuat nubes ab extremitate terræ: ipse fulgura in pluiam facit, & educit ventum de thesauris suis. Videre est quàm consona locuti sint omnes Prophetæ vno eodemque spiritu afflati explanantes vnitatem Dei, mundi hominūque generationem. Præterea grauiter dolere deplorantes impium mortaliū genus: nec non obiurgarunt, & reprehenderunt magna seueritate eos qui sibi sapientiam arrogabant, cum essent interim erroribus & tenebris immerſi: Hieremias clamat: Inſaruatus est omnis homo à sciētia, & confusus est omnis cōſlator propter sculpsile, eo quod cōſtatile eius mendacium sit, & non sit spiritus in eis, Vanitas sunt & opus errorum, in tempore visitationis eorum peribunt. Idem sentit & Dauid, dicens: Corrupti & abominabiles facti sunt suis studiis, Non est qui faciat bonum, Non est vsque ad vnum, Omnes declinarunt simul & inuiles facti sunt. Assentitur his & Habakuk, inquit: Quid prodest sculpsile, quia sculpsit illud fictor suus vt esset conſtatile, & quod annunciat mendacium? & tamen fiduciam habent in eo, fictor scilicet in figmento suo, vt faceret idola muta, Væ qui dicit ligno, euigila: & lapidi insensibili, excitare. His adſtipulati sunt in suis prophetiis & reliqui sacrosancti veritatis vates. Ad quid necesse est multitudinem enumerare Prophetarum qui plurimi extiterunt: & omnia inter se consona, ad eod vt nulla contrarietas deprehendi possit, protulere. Si quis ea scire gestit, Prophetarum ianua patent. Nos legat accedens mente pura, & exacte veritatem ipsam cognoscat. Cæterum prophetæ illi, quorum mentio facta est, fuere in populo Israelitico illiterati pastores & idiotæ. Verum etiam Sybilla Græcorum & reliquarum gentiū prophetissa, in principio suæ prophetiæ inuicitur in illiterati mortalium genus, dicens: *Viri mortales & carni nihil existantes Quomodo statim exaltamini, vitæ finem non insipientes? Nec contremiscentis nec timebis Deum inspectorem vestri, Alijsimum cognitorem & omnium speculatorem, restem omnium, Nutritorē omnium & creatorē, qui dulcem spiritum omnibus* GGg ij

Exod 20

Prou. 4

Deut. 17

Isa. 42

Hiere. 10

psal. 51

psal. 134

Hiere 51

psal 52

Abac. 2

Prophet. e

illiterati.

Sybilla.

Dei descriptio.

Indidit, & ducem mortalium omnium statuit.
 Vnus deos solus regna, magnitudinem excedens et ingenium,
 Omnipotens, inuisibilis, videns ipse solus omnia,
 Ipse non videtur mortali à carne vincens.
 Quis enim caro potest celestem & verum
 Oculis cernere deum, immortalem qui urbem habitat?
 Verum nec ex aduerso radiorum solis
 Homines stare possunt: mortales gaudet
 Firi, ossa, venæ & carnes existentes
 Ipsum solum existentem colite ducem mundi,
 Qui solus in seculum & ex seculo natus est:
 Ex se genitus, ingenitus, omnia tenens, semper
 Cunctis mortalibus significans iudicium in luce communi.
 Stultitiæ dignam accipietis mercedem,
 Quod Deum omittentes verum sempiternum
 Laudare, eiq; immolare sacras hecatombas,
 Dæmonibus sacrificastis qui sunt in inferno.
 Superbia & furore perciti incesistis, & callem
 Rectum deserentes abiistis per spinas,
 Et per repres errastis: Mortales cessate vani,
 Errantes in tenebris & in obscura nocte astris,
 Relinquit tenebras noctis & lucem apprehendite:
 Hic, ecce, omnino verus & errore vacuus existit.
 Venite, nec tenebras sceteminis & caliginem semper,
 Solis dulci visu ecce lumen splendet:
 Cognoscite ponentes sapientiam in precordiis vestris.
 Vnus Deus est, imbres, ventos, terræ motus immittens,
 Fulgura, famem, pestem, & curas tristes,
 Et nuem, glaciemq;: Quid omnia singularim commemorat?
 Calum gubernat, terram tenet, ipse existit,
 Et ad eos qui geniti dicuntur, loquutus est:
 Si genitum omnino & corruptum, non potest ex viri
 Semine & matrice formatus Deus esse,
 Sed Deus solus, vnus, excelsissimus,
 Qui creauit cælum, solem, astrasque lunam,
 Fertilem terram, & marinas ponti procellas,
 Montes excelsos & perennes fontium scaturigines:
 Etiam aquatilitum generat innumerabilem multitudinem,
 Reptilia terræ se mouentia, & qui frigido nutriuntur,
 Varia animalia suauius sonantia voceq; tibulantia,
 Pulchra, alis dulci crepantia, turbantiaq; aërem alis.
 In salibus montium syluestrem prolem posuit ferarum:
 Nobis iumenta subiecit omnia mortalibus:
 Omnium principem constituit hominem à deo conditum:
 Viro subiecta admodum pulchra captiua, facilia.
 Quis etenim caro potest cognoscere hæc omnia?
 Sed ipse solus nouit qui fecit hæc ab initio,
 Immortalis, conditor, sempiternus, æthera inhabitans,
 Bonis bonam proferens & multiplicem mercedem:
 At malis, iniustus, bilem & furorem excilians,
 Et bellum, & pestem, & dolores lugubres.
 Homines quid frustra exaltamini? radicabimini.
 Erubescite, mustelas & bestias consecrantes,
 Non furor est, & rabidorum hominum vanaq; onera?
 Gensilium Boves furantur dii, rapiunt que ollas
 Idolola- Circa aureum polum & sæcundam terram.
 Vria repre- Vermibus exesa aspexistis, & densis araneis velata
 benditur. Timuistis, adorantes serpentes, canes, feles, stulti
 Etiam liberos colitis & reptilia animalia terræ,
 Et lapideas statuas & simulachra manufacta,
 Et in iumentis lapidum acervos: hæc adoratis
 Et alia multa vana, que sanè turpe fuerit prædicare.
 Sani enim dii hominum deceptores stultorum.
 Horum ex ore funditur letale venenum,
 Neque est vita, & incorrupta sempiternaq; lux,
 Et melle dulciorem vris visum

Dei Providentia.

Homo omnium principem...

Gensilium...

Idolola...

Vria repre...

Homo om...

Profundit. Et sic soli cervicem flecte,
 Et semitam in piis seculis inclina.
 Illa reliquentes omnia, iustitia plenum poculum
 Parum forte pressum admodum bene temperans
 Traxistis imprudentia me sola: quia spiritus omnes
 Et nolulistis euigilare, & ad prudentem mentem reuerti,
 Et cognoscere regem Deum omnia insipientem.
 Huius rei gratia ardentis ignis splendor venit ad vos,
 Flammis comburemini in seculum quotidie.
 Falsis consisti idolis & inutilibus.
 Qui vero Deum colunt verum & sempiternum,
 Vitam hereditabunt in sempiternum, ipsi
 Inhabitantes paradisi amenum horum,
 Edentes dulcem panem à oculo stellato.

Ignis Gehenna.

Piorum Vita æterna.

Panis celestis.

Quod autem hæc vera, iusta, grataque sunt
 omnibus mortalibus, manifestum esse reor. Præterea
 quod malefactoribus necessarium suorum scelerum po-
 nas persoluant, etiam poëta quasi oracula quædam
 cecinerit. Sed ea in testimonium cedunt iis qui sce-
 lera committant, vt qui propter ea sint poenis sub-
 dendi. Nam Æschylus inquit: Patranti scelus, & po-
 na debetur. Pindarus ait: Eum qui iniuriam infert, &
 poenas dare (vt videtur) oportet. Euripides dicit: AE-
 quo animo poenas patere, nam delinquens gaude-
 re. Legis esse putat, hostem male mulctare, virum,
 vbi eum ceperit: idem, hostem male mulctare virum,
 viri iudico esse partes. Ab his non dissentit Archilo-
 chus, dicens: Vnum noui, & illud quidem magnum,
 malefacta malefactori grauissimis compensatum iri
 malis. Ad hæc Deum nihil latere, sed omnia ipsius
 oculis esse subiecta, & esse longanimem vt possit con-
 niuere vsque dum iudicaturus sit vniuersum mun-
 dum, satis euidenter Dionysius docuit: Iustitiæ ocu-
 lus, placida forma veniens, vt fax splendens, quam
 proxime accedet si videat. Quod Deus mundum sit
 iudicaturus, & mala subitè sunt deinde impiis & sce-
 leratos apprehensura, testatur Æschylus his verbis:
 Malum quidem celere venit mortalibus, inueniunt
 & delicta cum qui negligit Themis. Vides iustitiam
 tantam & occultam dormienti, incedenti & seden-
 ti. Inde proponit decretum, aliud deinceps non in-
 uoluet nox delictum. Cum igitur quid feceris mali,
 inspectorem aliquem presbiter esse credito. Nonne his
 & Simonides concinit scriptus: Non est malum,
 quod præter expectatum obuenerit hominibus. Bre-
 uis momento vicissitudinem inducit Deus. Euripides:
 Nunquam felicitatem mali viri & superbas diuitias
 stabiles fore cõiicere oportet, nec etiam felicitatem
 nouam inique partam. Tempus enim in lucem pro-
 trahit hominum vitia. Idem iterum inquit: Non e-
 nim intellectum caret Numen: imò intelligere potest
 si qui male sint positi & vi oppressi. Sophocles in-
 quit: Si cupiisti siue fecisti mala, etiam mala te per-
 peti oportet. Præterea quod de iudicium sit redditu-
 rus in extremo die de periurio & aliis peccatis, poë-
 ta quoque ferè prædixerunt. Quod pertinet ad con-
 flagrationem mundi, nolentes volentes consentiunt
 cum prophetis, quamuis repositi respectu his multò
 sint iniuniores. Attamen ea ex lege & Prophetis, vt
 supra monuimus, suffragati sunt. Sed quid refert prio-
 res uel posteriores fuerint Prophetis? In hoc negotij
 cardo vertitur, quod hand absimilia Prophetarum
 oculis prædixere. De mundi conflagratione vati-
 cinatus est Malachias propheta: Ecce dies domini
 venit vt cibus ardens, & incendet omnes im-
 pios. Similiter & Esaias: Veniet enim ira Dei ve-
 luti

Poetarum testimonia de impiis.

De Providentia.

De Iudicio extremo.

Diuitia superba, instabilis.

Mundi flagratio.

Poetarum testimonia de Providentia.

luti

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

Dei descriptio.

luti inundans grando, & turbo subuertens, veluti
 impetus aquarum validarum & inundantium qui
 omnia fortiter deiicit ad terram. Hæc quidem Si-
 bylla & reliqui Prophetæ vaticinati sunt. Verum &
 poëta philosophique scripserunt de iustitia, de iudicio,
 de æterna condemnatione, necnon de Pro-
 uidentia. Nam non solum sua prouidentia Deus,
 nos qui adhuc vita fruimur, sed & mortuos curat,
 quicquid tamen alij garriant. At eorum oratio à
 veritate subvertitur & redarguitur. Solomon vnus
 è Prophetarum sanctissimo choro de mortuis lo-
 quutus est, dicens. Erit sanatio carnis, & curatio
 ossium. Idem testatur & David: Exultabunt quæ
 sunt humiliata. His haud incongrua pronuncia-
 uit Timocles, dicens, mortuis impertitur miseri-
 cordiam æquus Deus. Præterea scriptores, quot-
 quot tradidit deorum multitudinem, tandem ad
 Dei vnitatem deuenerunt: qui docuere non esse pro-
 uidentiam Dei, tandem eam confessi sunt: qui vo-
 luere Deum non iudicaturum orbem, tandem cre-
 didit iudicium futurum, etiam illi qui negabant
 post mortem esse sensum. Homerus quidem di-
 xit: Anima inflat fomni auolauit. Et alibi: Anima
 ex membris auolâs ad inferos descendit. Et alibi: Se-
 pelito me, vt quàm primum portas Plutonis tran-
 scam. De reliquis puto te melius nosse, vt qui lege-
 ris authores qui ea tradidit. Hæc omnia intelligit
 qui Dei sapientiam exquirat studentes ei placere per
 fidem, iustitiam, & per bona opera. Nam quidam
 corum Prophetarum, quos supra ostendimus, nomi-
 ne Oseas ait. Quis sapiens & intelliget ista, & pru-
 dens cognoscat ea? quoniam recte sunt vig domini, &
 iusti ambulabunt in eis: iniqui autem corruent in
 eis. Oportet igitur te, si es discendi cupidus, frequen-
 tius accedere scripturam sacram vt viuas: & audiens
 vocem Dei, ad vnguem (quod aiunt) veritatem con-
 sequere.

THEOPHILI AD AVTOLYCVM, LIBER TERTIVS.

Heophilus Autolyco salutem dicit. Scri-
 ptoribus ceteri auent multos libros con-
 scribere, quibus vana venentur gloria:
 libros itaque componunt aut de diis, aut
 de bellis, aut de temporibus dum annales condunt.
 Alij fabulis inutilibus & aliis deliramentis opera sua
 complent. Et tu quidem hæcenus multum in fa-
 bulis fingendis deludasti, nec nunc ab isto labore
 recedis, & quamuis nobiscum sis congressus & dis-
 putaris, attamen adhuc arbitraris veritatis sermo-
 nem esse nugas. Nam eximias nostra scripta esse
 recentia & nupera. Proinde ego nihil cõctabor (ad-
 sit modo Deus) à prima origine repetere nostrarum
 literarum antiquitatè, breue & succinctum Hypomne-
 ma conficiens, ne verborum multitudinè deterrit-
 us, si prolixior forem, id legere morareris. Hinc
 autem cognosces reliquorum scriptorum, qui circa
 prophana versantur, ineptias & nugas. Oportebat
 enim scriptores testes esse oculos eorum quæ tra-
 dunt, aut rerum veritatem exactè didicisse ex iis
 qui rebus gestis interfuerunt. Nã qui incerta quæ ipsi
 ignorant, scribunt, quodammodo (quod dicitur) aë-
 rem cadunt. Quid Homero profuit bellum Iliacum de-
 scripsisse, & multis eo opere factu fecisse, dũ falsã cõ-
 memorat: Quos fructus percepit Hesiodus ex cata-
 logo genealogie deorum, quos ipse fingendo cõgessit?
 Tom. 5.

Quæ utilitas manauit ad Orpheum, ex eo quod tre-
 centos & sexaginta deos confessus est, quos tandem
 reiecit in testamento suo cum obiret mortem, alle-
 rens Vnum esse deum: Quem fructum consequutus
 est Aratus ex sua sphaerographia mûdani Cycli: Aut
 quem fructum sensere alij quidam incubuere stu-
 diis. Certè nullus alius laborum fructus ad eos de-
 uenit, quam vana gloria hominum, quam ne quidè
 ipsi condigne consequi quierunt. Sed quid veri ex
 ipsorum scriptis aut verbis elici potest? Quid utili-
 tatis Euripides, Sophocles, & reliqui Tragicis scrip-
 tores ex suis cepere tragædiis? Aut quem fructum
 Menander, Aristophanes, alijque Comici tulere ex
 suis Comædiis? Herodotum & Thucididem hi-
 storia non iuuerunt, nec Pythagoram occulta &
 arcana, nec etiam Herculis columnæ. Diogeni,
 quid Cynica philosophia: Epicuro, asserere non esse
 Prouidentiam, Empedocli, docere non esse Deos,
 contulit? Socrati quid commodi attulere dæmo-
 nia, quæ inuocabat? Quid præterea, quod iuraret
 perquam sancte, Canem, Anserem, Platanum, &
 Æsculapium fulmine tactum? Nam quid ista vi-
 ro conduxerunt? Præterea quod voluntario animo
 nihil trepidans mortuus est, quam speret post obi-
 tum mercedem nancisci? Quid Platoni profuit sua
 disciplina & philosophia? Quid utilitatis pepererunt
 reliquis sua dogmata philosophis, qui plurimi
 fuere? Nolo enim omnes nunc, quia plurimi fue-
 runt, recensere. Hæc quidè enumeramus, vt demõ-
 stremus, & quasi ob oculos homini ponam? impias
 & inutiles eorũ esse sententias: nec ipsi veritatem as-
 sequuti sunt, nec alios ad veritatem cohortati sunt.
 Nam ex suis ipsorum, dum contraria sibi proferunt,
 scriptis, mendacij arguuntur. Quidam etiam sua
 scripserunt dogmata. Nec solum semetipsos sub-
 uerterunt, verum nonnulli philosophi etiam propria
 dogmata, infirma & irrita fecere. Itaque gloria eor-
 um cessit in infamiam & stultitiam, vt inde habiti
 sint stulti & inglorij. Nam intellectu præditi facile
 eorum scripta intelligunt, eorumque vanitatem per-
 spiciunt. Aut eni loquuti sunt de diis, & deinceps do-
 cuit non esse deos. Aut si de mûdi generatione dis-
 seruerunt, postremò omnia fortuito, & casu quoda-
 m spõte facta esse cõfessi sunt. Aut de prouidentia ser-
 moninantes, tandè statuere mundũ fortuito, nec pro-
 uidentia gubernari. Quid præterea de moribus insti-
 tuendis dicam? An non dũ conatur de morũ grauitate
 scribere, docuere adulteria, scortatione atq; om-
 nem immundiciæ perpetrare? Ad hæc exosam & de-
 testandã masculam Venerẽ intro duxerunt. Et vt hæc
 magis grata & accepta sint mortalibus, canit & deos
 vfos concubitu non dicendo. Præterea veritos &
 nepharios inducunt cibos. Saturnum suos liberos
 vorare perhibent. Aiunt Iouem huius filium, Proui-
 dentia in illa demississe. Scribunt & scelerata conui-
 uia diis apparatus. Vulcanũ quendã claudũ & fabriũ
 diis ministrare docent. Proponunt Iunonem vxorem
 Iouis & sororẽ, nõ solũ propter nuptias incestas, sed
 ore quoque patrare impuro quæ minime dicere ex-
 pediat. Flagitia eorum omnia quæ poëta celebrant,
 Deorum omitto cõem orare. Siquidè ipse ea pernouisti. Quid gensilium
 attiner cõmemorare Neptunũ, Apollinem, Bacchũ, flagitia.
 Herculem, Mineruam sinus amantem, Veneremque
 impudicam, cum abunde de his loquuti sumus in a-
 lia nostra oratione? Nec oportebat sanè nos nunc i-
 sta cõfutare. Sed quia te adhuc ambigũ, quod spe-
 GG g iij

Orpheus mortuus est.

Socratis iustitiam.

Socratis obitus nihil ei profuit.

Platonis philosophia inutilis.

Philosophi vana & inconstantes.

Philosophorum fabulae.

A molici Prudētia.

Paganorū calumnia in Christiānos.

Etolici studii suū.

Philosophorum doctrina.

Herodotus fabulator.

Plato Philosophorum princeps.

Epicuri impietas.

Et ad veritatis sermonem video, confutationem apprehendo. Cum enim sis prudens, & quo animo stultos pateris. Siquidē nequaquā moueris à stultis hominib⁹, qui te à vera religione vanis verbis auertere moluntur, neque iis optemperare studuisti, qui falsò nos, qui Christiani nominamur, calumniis onerāt. Aut enim nostras vxores esse cōmunes, & promiscuo concubitu nos vti criminantur. His accedit, quod crimini nobis vertunt, quasi nec à propriis fororibus nobis temperemus, verum & has in casta libidine temeratio ausu violemus. Istud præterea & crudelissimum & immanissimū est, quod nobis intendunt crimen, dum impio ore garrunt, nos humanis vesci carnibus: nec cessant nostram religionē seu doctrinam maledictis incessere vt nuperam, & omni veritate vacuam, quam nec nos, si controuersia exoriatur, satis luculentis demonstrationibus tueri possumus. Ad hæc nostram doctrinam nihil aliud quam stultitiam esse & meras nugas cauillantur. Verum enim uero maxime te admiror, qui præ reliquis studiosius omne scientiæ genus inquiris, nos tamen nostraque negligentius audis. Nam, si facultas datur, etiam noctu non cunctaris in bibliothecis morari. Cum igitur plurima scriptorum monumēta perlegeris, cedò quid tibi videntur quæ Zenonis aut Diogenis aut Cleanthis continent & docent libri? Nam tradunt morem vescendi carnibus humanis, & patres quidem à propriis filiis assari & deuorari. Præterea si quis nolit aut abomineretur detestandum illum cibum, aut abiiciat membrum oblatum, reliquis licere & hunc maculare & edere. At sermo Diogenis magis impius esse deprehenditur, dum docet liberos cadere in sacrificiis suos parentes atque eorum carnes in ventrem demittere. Herodotus quoque historicus an non fabulatur Cambysē Harpāgi filios necasse, occisos & coctos patri apposuisse? Fabulatur, etiam apud Indos esse morem, vt patres à suis comedatur liberis. O impiam (exclamare libet) doctrinā eorū qui talia scribunt, non scribunt imò docent! O impietatem & scelera! O mentem peruersam eorum qui ad hunc modum se perfecte philosophari putant, & veram philosophiam se docere profitentur! An non hæc & talia docentes mundum impietate complerunt. Etenim quod ad impium adulterij & scortationis vitium attinet, pulchre illi qui circa philosophiam errarunt, inter se consenserūt. Et primus, immò princeps philosophorum, Plato, statim in primo libro, qui de Republica inscribitur, quodammodo lege sanciri vult, vt omnium vxores sint communes, sequutus nimirum exemplum Iouis, & Cretensium legislatores, vt hoc sub prætextu, frequentior & abundantior proueniret soboles: & vt tristitia affecti ob communem vxorum concubitu, consolationem aliquam inde caperent. Epicurus, vt satis euidenter impietatem doceret, suadet incestos concubitus, videlicet, vt quis cum matre & sorore coeat, quamuis eo tempore extiterint leges quæ hanc impietatem prohibebant. Nam etiam Solomon legem tulit, quæ iubet vt ex matrimonio, liberi legitime nascantur, legitimo, præuenire volēs, ne liberi ex scortatione aut ex adulterio exoriantur. Quod si fieret, periculum esset, ne filius cum qui non est pater, vt patrem honoraret: ei autem qui reuera est pater, nullā paternam deferret, ignorantia ductus, reuerentiam, quæ admodum Romanorum Græcorumque leges & cæteræ

postulare videntur. Quare igitur Epicurus & Stoici introducunt incestus qui cum fororibus cōmittuntur, & masculam Venerem, quibus omnibus bibliothecas repleuerunt? Huius ego nullam aliam causam reddere possum, quā vt pueri statim ab ineunte ætate addiscant impias & detestandas coniunctiones. Et quid ardet diuti⁹ hic immorari, cum & suis diis eadem flagitia adscribant? Præterea dum afferunt esse deos, continuo ad nihilum eos deducunt. Quidam enim tradidere, eos ex atomis consistere, quidam vero eos in atomis procedere, & nihil amplius quam homines posse docuerunt. Plato, dum de diis loquitur, eos materiales siue ex materia consistere perhibet. Idē sentiunt Platonici omnes. Pythagoras magno labore, summa inique persequutus, extremam naturam Deum esse autumat. Adstruit quoque omnia fortitū fieri, & deos, mortalium nullam curam gerere: nec non & illa quæ Clitomachus Academicus protulit, dicens deos non esse. Quid præterea Critias aut quid Protagoras Abderites pronuncians in hunc modum de diis? Si enim dii sunt, nequeo de diis disserere, neque quales sint possum demonstrare. Nam multe sunt causæ quæ me prohibent. Nam quæ impurissimus Euimarus commemorat, ea superuacaneum reor in medium afferre. Cum enim plurima de diis ausus fuisset proponere, postquam deos profus è rerum natura tollit, & hoc vniuersum casu & fortitū nec prouidentia regi confiteretur. Dum autem de Vitate dei & de hominis anima disputat, quam immortalem credit, an non rursus sibi contraria infert? Ostendens etenim animas defunctorum in alios transire homines, quorundam etiam animas illabi in brutam animalia, quis non mente sana præditus, horrendum & impiū hoc dogma exhibebat: videlicet, vt is qui quædoque fuit homo, nunc lupus, canis, asinus, aut aliud quodpiam sit irrationale iumentum. Huic haud dissimilia inuenitur nugari Pythagoras, præter id quod prouidentiam non agnoscit. Cui igitur istorum si dem dabitur? num Philemoni Comico, qui ait: *Comicus de Deo.* Nam hi qui Deum colunt, spes bonas habent ad salutem, &c. An his quos prædiximus, credemus, Euimaro, Epicuro, Pythagoræ & reliquis pietatem negantibus, & prouidentiam è medio propulsantibus? De Deo quidem & prouidentia sic inquit Aristo: Bono animo sis, opitulari constituit omnibus bonis Deus. Hanc quidem prærogatiuam habent omnes, quotquot sancte suam vitam instituant. Itaque pia vita excellit impiam. Sic quidem res se habet, confiteor: verum eos qui sancte vitam agunt, video innumeris obnoxios esse malis: è regio ne, illos, qui nil nisi priuatam vtilitatem sectantur, honoratius & felicius cerno in præsentī seculo viuere. At, si me audias, te porro prospicere, & omnium finem te expectare iubeo. Nec animus addicēdus est huic opinioni, quæ apud quosdā inoleuit, videlicet viuēdū esse vt libet: Hęc enim omnia iudi (si uerū fateri vclimus) sancte viuētibus, suis honor: & impie viuētibus, sua pœna. Nam absque prouidentia nihil profus fit. Cæterum videre est, vt illi qui de Deo & prouidentia, inter sese pugnantia dixerint. Quidam enim Deum & Prouidentiam in vniuersum è medio subtraxerunt. Quidā porro deos constituerunt, & omnia prouidentiam gubernari confessi sunt.

Auditor non intelligens.

Philosophi & poetæ casu legendi.

Animos Ioui.

Vides Christianorum.

Dialogi 3. partes. Exord. 20. Iuui. 19. Deu. 5.

Moses.

Hebræi.

sunt. Intelligentem itaque lectorem & auditorem diligenter attendere oportet ea quæ dicuntur, quemadmodum & Symylus testatur. Nam eodem nomine superfluos natura & pulchros poetæ nomina re consueuerūt. Oportet enim iudicare ex quo quid sit, quemadmodum etiam Philemon inquit: Difficilis res est auditor non intelligens & sedens, Nam propter dementia, seipsum non culpatur. Proinde necesse est vt is qui Philosophos & poetas audit legitque, singula cum iudicio examinet & perpendat. Nam dum negant deos esse, continuo eosdem iterum esse confitentur, nec non eos impia facinora committere demonstrant. Et primum quidem magna voce decantant poetæ, Iouis flagitia. Chrysipus quomodo nō inuenitur multa impuro ore ineptiens, significans Iouem cum Iunone concumbere? Præterea omittit recensere lasciuia matris deū & Iouis latearij sientis humanum sanguinem. Præterea quoque Artim castratum, & Iouem cognomento Tragædum, qui inundans manum suam (vt perhibent) nunc à Romanis diuinos honores accipit. Silētio trāsmitto Antinoi lucos, & reliquos qui cæteris diis dedicati sunt. Etenim cū sint istæ literarum monumentis prodita & elegantur, profecto fieri non potest, quin intelligenti lectori risum inducant: siue quis legat eos negare deos, & tandem sibihiis contraria dicere: aut promiscuos & illegitimos ipsorum cognoscat concubitus. Etiam ex ipsorum monumentis quis elicere potest, humanis carnibus vesci esse licitum: & deos, quos præcipuo cultu venerati sunt, primos id factitasse produnt. Cæterum nos deum confitemur vnum conditorem, creatorem & opificem huius vniuersi mundi. Præterea non ambigimus omnia, diuinā administrati prouidentia, & ex ipso solo legem sacrosanctam didicimus. Immo nullum alium habemus legislatorē quàm illū qui reuera deus est: qui nos pie, iuste & honeste viuere docet. Quod ad piā vitam attinet, sic præcipit: Non erunt tibi dii alij præter me. Non facies tibi sculpsit, atque omnem similitudinem quæ est in cælis desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles ea. Quia ego dominus deus tuus &c. Vt bona opera faciamus sic nobis imperati: Honora patrem tuum, vt & matrem tuam, vt prolongentur dies tui super terram (quam dominus deus tuus dat tibi.) Quod ad honestam & piā vitam spectat, sic inquit: Non mæchaberis. Non occides. Non furaberis, non respo debis contra proximi tuū falsū testimoniū. Non concupisces domū proximi tui, nec desiderabis vxorē proximi tui, aut seruum eius, aut ancillam eius, aut bouem eius, aut asinum eius, aut quodcumque fuerit proximo tuo. Non euertes iudicium pauperis tui, in causa sua. A verbo falso longe aberis, nec innocentem & iustum occides. Nec impium iustificabis. Munus ne acciperis, quia munus excæcat videntes, & peruertit verba iustorum. Huius diuinę legis minister fuit Moses famulus Dei, cuius ministerio & opera vniuersus mundus, præcipue tamen Iudei, legem acceperunt. Hos, cum etiam Hebræi nūcuparentur, primus in seruitutem redegerat rex Aegypti. Fuerunt autem prædicti Hebræi soboles piorum, iustorum & sanctorum viuorum, descendentes ex Abraham, Isaac & Jacob. Verum deus recordatus Hebræorum, multis miraculis & prodigijs editis per Moysen, eos in libertatem asseruit & ex A-

gypto eduxit. His per desertum ductis restituit terram Chananaeam postmodum Iudæam appellatam. Legem quoque eis dedit, & per eam eorum incon-

Chananea Iudæis re situta.

ditos mores reformauit. At lex cum in multa parte sit diffusā & mirabiliter vniuersam iustitiam cōtineat, scias ea quæ supra dedimus, saltem esse legis decem capita siue decem articulos. Hebræi in Agypto aduenā & peregrini fuere. Nam Hebræi ex Chaldaea oriundi sunt. Eo autem tempore, famis vehemētia cogebantur transire in Agyptum vt frumentum coacti facerent, vbi & aliquanto tempore habitauerunt. Cæterum id ipsis accidit, cum iam dudum id prædixisset Deus. Cum igitur morati fuissent in Agypto to annis quadringentis & triginta, eo anno quo eos inde ducere parabat Moses per desertum in terram promissam, deus legem posuit, statuēs: Peregrinum ne affixeritis aut tristitia affeceritis. Vos enim nostris animū peregrini ipsenim peregrini fuistis in terra Aegypti. Legē, quā deus tulerat, præuaricati sunt. Cæterū deus bon⁹ & misericors existēs, eos perdere noluit: & præterquam quod legem iis cōmunicauit, etiam prophetas non peregrinos, sed ex ipsorum corpore, misit: qui eos docerent legem, eamque in memoriam iis redigerent, & ad penitentiam peccatores conuerterent, porro abstinentes à peccato. Sin autem in peccatis & vitis perseverarent, interminatus est fore, vt dispergerentur in omnia orbis regna. Hoc quidem iis euenisse, nemo est qui nesciat. Cæterū Esaias propheta communiter omnes, in primis tamen Iudæos compellat, vt ad penitentiam conuolent, dicens: Querite dominum, quando ille inueniri potest: inuocate eum, quando ille propē est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniustus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miseretur eius, & ad deum nostrum, quoniam abundabit vt remittat. Alius præterea propheta Ezechiel, inquit: Quod si impi⁹ auersus fuerit ab omnibus peccatis suis quæ fecit, & custodierit omnia statuta mea, feceritque iudicium & iustitiam, viuendo viuet & non morietur. Omnes iniquitates eius quas fecit non venient in recordationem eius, sed in iustitia sua quam fecit, viuet. Nunquid desidero aut volo mortem impij, dicit dominus deus: an non magis vt conuertat se à viis suis & viuat? Esaias iterum inquit penitentiam inculcans? Conuertimini qui profundum consilium initis & iniquum, vt saluemini. Similiter Hieremias: Conuertimini ad dominum deum vestrum quemadmodam vindemiās ad cartallum, & misericordiam cōsequemini. Plurima sunt & numerum ferē omnem excedunt, quæ in scriptura sacra de penitentia agenda comprehenduntur. Nam semper Deus hoc egit vt humanum genus ad penitentiam cōuerteret, quo liberarentur ab omnibus peccatis. Præterea de iustitia cum lex suggerit, non dissimilia videre est in Prophetis & rones ad Euangelistas. Quia vtriusque Testamenti ministri, vno eodemque spiritu inspirati, loquuti sunt. Esaias sic clamat: Auferte malitiam conatum vestrum à conspectu oculorum meorum, cessate malefacere, discite benefacere, querite iudicium, saluate oppressum, agite in iudicio causam pupilli & viduæ. Idem alibi dicit: Dissolue impias colligationes, solve fasciculos onerosos, dimitte contractos, liberos, & vt dirumpatis omne onus? Nunquid vt partiaris esuriant panem tuum, & pauperes vagos in troducas in domum? Si videris nudum, operies eum, & à

Hiere. 6.

propinquo tuo te non abscondes. Tunc proferetur quasi aurora lux tua, & sanitas tua velociter crescet, & ibit ante te iustitia tua. His adspulatur Hieremias dicens: State iuxta vias & circumspicite, interrogate de semitis antiquis, & quae via melior fuerit, in ea ambulate, ut inueniatis requiem pro animabus vestris, iudicium iustum iudicate. Quia in his consistit voluntas domini dei vestri. Huic consentit Moses, qui ait: Custodite iudicium, & appropinquate ad dominum deum vestrum, qui firmavit caelum, & condidit terram. His haud contraria fatur Ioel: Congregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, colligite paruulos & eos qui fugit vbera: egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorent sacerdotes, ut miseretur vestri Deus, & delebit peccata vestra.

Ioel. 3.

Zach. 7.

Ab his non dissentit Zacharias, dicens: Sic ait dominus exercituum, dicens: Iudicate iudicium veritatis & facite pietatem atque misericordiam vnus quisque cum fratre suo. Viduam & pupillum, peregrinum & pauperem nolite calumniari: neque cogite tuis in corde vestro vnusquisque malum fratris sui. Quod spectat ad morum grauitatem atque adeo ad vniuersam virtutem, docemur diuinis oraculis non solum opere non peccare sed ne mente quidem.

Etiā lex vetus cohibet mentem.

Prout. 4.

Nam Solomon, qui rex & propheta exiit, tradit: Oculi tui in directum aspiciant, & palpebrae tuae rectum teneant iter ante te. Stude librare semitam pedis tui, & cunctae viae tuae recte disponantur. Praeterea Evangelica vox maiore vehementia & auctoritate castitatem docet, in hunc modum sonans: Qui cunquē aspexerit uxorem alterius ad concupiscendum eam, iam adulterium cum ea commisit in corde suo. Et quicumque repudiatam duxerit, adulterium committit. Et quicumque repudiatam uxorem suam, nisi causa stupri, efficit ut illa sit adultera. Nam Solomon sic testatur: Numquid fouebit aliquis ignem in sinu suo, ut vestimenta sua non comburantur? Aut si gradietur quis supra carbones, ut pedes eius non adurantur? Sic qui accedit ad uxorem proximi sui: non innocuus erit quisquis accesserit ad eam. Praeterea quod non solum nostri generis homines, verum & alienos amore complecti debeamus, in hunc modum monet Esaias, Dicite his qui oderunt vos & his qui execrantur vos, fratres nostri eritis, ut nomen domini glorificetur & videatur in laetitia eorum. Ad haec Evangelica historia sic habet: Diligite inimicos vestros, bene precemini deouentibus vos, benefacite his qui vos odio desequuntur. Orate pro his qui ledunt & insectantur vos. Nam si dilexeritis eos qui diligunt vos, quod premium habetis? nonne laetrones & publicani idem faciunt? Ne praeterea sua bona opera, boni gloriosius iactent, docet Euangelium: Nesciat manus tua sinistra, quid faciat dextra. Etiam magistratibus & potestatibus ut pareamus, diuina scriptura monet: praecipit quoque ut pro his preces fundamus ad dominum, ut tranquillam & quietam transigamus vitam. Iubet omnibus diuina sapientia reddere omnia: cui honorem, honoremque cui timorem, timorem: cui tributum: tributum: nemini quicquam debeatis nisi vt vos mutuo diligatis. Nunc vide an hi qui talia docentur, taliaque dicunt, possint more brutorum animalium viuere, &

Matth. 5.

Prout. 6.

Matth. 5.

Matth. 6.

Rom. 13.

pollui nephariis commixtionibus: aut possint, quod quidem omnium immanissimum est, carnes humanas attingere? praesertim cum etiam monomachias spectare nobis interdictum sit, ne videlicet participes huiusmodi caedum reddamur. Nec caetera spectacula spectare audeamus, ne oculi nostri inquinentur, & aures nostrae hauriant prophana, quae ibi decantantur, carmina: nempe dum Thyestis tragica facinora commemorat, & Tereji liberos deuoratos recitant. Nec phas nobis est audire adulteria deorum, hominumque, quae suauiter verborum modulatur mercede, & premis inducitur celebrant. Verum abist abist inquam a Christianis, penes quos modestia & castitas florent, continentia viget, vnus vxoris legitimum matrimonium seruetur, castitas colitur, iniustitia expellitur, peccatum eradicatur, iustitia exercetur, lex regnat diuina, religio tractatur vera, quos veritas gubernat, gratia seruat, pax protegit, diuinum verbum ducit, sapientia docet, Christus qui vera est vita regit, deusque solus imperio temperat, abist inquam ut talia facinora vel cogitemus, nedum faciamus. Certe multa super sunt nobis, quae de nostra religione & viuendi consuetudine, nec non de Dei iustificationibus & mundi opifice, in medium adducere possemus, verum haec sufficere putamus. Nam satis arbitror haec sufficere quantum ad tunc et ad id, ut praedicta omnia tibi in mentem reuocentur. Non dubito quin inde discenda nostra cupidior factus, plura quaedam modum haecenus fecisti, ad discas. Caeterum nunc instituo, ad sit modo Deus ceteris, exactius temporum computationem demonstrare, ut cognoscas non esse nuperam nec fabulosam nostram historiam, verum quod pertinet tum ad antiquitatem cum ad veritatem, esse vetustioris & verioris poetis & historicis, qui omnes incerta & scripturae. Nam quidam coram ingenitum ponentes, in infinitum processere. Alij, qui mundum genitum esse affirmarunt, dixerunt ab eius creatione myriades annorum transisse quindecim, & annos ter mille & septuaginta quinque. Horum quidem author est Apollonius Aegyptius. Plato, qui videtur sapientia & eruditione Graecos omnes excelluisse, ad quas ineprias & nugae deuoluitur? In libris enim, qui de Republica inscribuntur, discrete ponit: Quomodo enim, o vir optime si haec in sempiternum, ita se, (ait) ut modo habentia, permansissent, nouum alicui esset inuentum? Nempe, quia innumerabilis quaedam multitudo annorum ignorabatur ab illis. Mille autem anni vel duo millia intercessere, ex quo quicumque dicitur partim Dædali, partim Orphei, partim Palamedis inuentum. Dum autem haec scribit, testatur decies mille myriades annorum intercessisse a diluuii usque ad Dædalum. Verum cum multa differuissent de vrbium exornatione, habitatione, gentibusque, tandem constitit, se haec sub similitudine quadam exposuisse. Inquit enim: O hospites, quis nobis suggerat Deus, ut aggrediamur legumlationis speculationem, eorum inquam nunc nimirum sub similitudine. si similitudine quadam scripta sunt quae tradidit Plato, non ergo vera sunt. Oportet igitur nos magis discipulos esse legislationis diuinæ, quaedam modo etiam Plato cōfiteretur, dicens, Non exacte posse dici, nisi Deus docuerit per legem. Quid? Non Homerus, Hesiodus & Orpheus poëtae testati sunt, se a diuina prouidentia seu inspiratione, quae literarum monumentis prodiderunt, didicisse? Perhibet quoque

Monomachia In-terdicta

Speculatio

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

Christiana

haec fa-ctur se propheta in doctos.

Platonis doctrina de diluuiio

Deucalio-nibus

Christiana

Dee pra-dicti diluuii

Dee cur-egreus dicitur

Deucalio-nibus

Dee quae

Dee quae

que vates & prophetas praesens temporibus extitisse ex quibus cognouerint scriptores, quae literarum monumenta retulerunt. Quae cum ita sint, quanto magis nos ipsa veritate potimur, qui eam discimus ex oraculis Prophetarum sanctorum, qui diuino spiritu afflati vaticinati sunt? Quapropter hoc spiritu impulsus, consona & nullo modo pugnantia praedixere quae euentura sint mundo vniuerso. Nam discendi cupidus, immo de veritatis studiosus certus rerum praedictarum euentus docere potest vera esse quae per prophetas annuntiata sunt, tum quae spectant ad tempora quae a diluuii ad nostra vsque excurrerunt, cum quae spectant ad tempora quae praecessere diluuium. Nec cunctabor a condito mundo vsque ad nostra tempora certam proponere temporum computationem, ut demonstrem & quasi ob oculos ponam ineptias & nugae scriptorum, qui omnes falsa tradidere. Plato enim, cum incidere in mundi diluuium, ait non vniuersam terram, sed saltem campos inundatione aquarum esse occupatos: Eos vero qui effugerint, ex summis montibus esse saluatos. Alij loquuntur seruatos esse ab vndis diluuij Deucalione & Pyrrha in arca constitutos. Deucalionem autem ferunt, postquam ex arca progressus est, retro iactasse lapides, ex quibus homines exorti sunt. Hinc auunt multitudinem hominum, id est id est populos, esse dictam. Alij poro de memoria prodiderunt Clymenum in secundo diluuii extitisse. Quod igitur miser & prorsus impij stultique sint qui talia commemorarunt, siue Philosophi siue alij scriptores, ex praedictis constare arbitror. At noster propheta Moses, qui fuit minister Dei, de mundi generatione historiam contexens, dilucide exposuit quo tempore diluuium acciderit: nec non enarrat, quo pacto aquae vniuersam terram superficiem operuerint: nihil fabulosi vel de Pyrrha vel de Deucalione, vel de Clymeno tradēs. Indicat praeterea non solum campos, verum & montes diluuii sensisse, nec quenquam mortalium in his salutem esse consequutum. Nullam quoque mentionem alterius sui secundi diluuij facit: immo de aperte significat, nullum aliud quam praedictum, fuisse, nec aliud mundo euenturum. Docet autem solos homines octo incolomes euasisse, qui conseruabantur in arca quae Dei iussu non a Deucalione, verum a Noe (cuius nomen si interpretaris requiem denotat) composita & extructa fuerat, quod admodum alibi memorauimus. Hoc mortalibus diluuium praedixit, hortans: Venite, deus ad penitentiam nos vocat. Inde proprie Deucalione & Pyrrha id est vocato, dictus est. Haec Noe tres fuere filij, quorum nomina sunt, Sem, Cham, Iaphet, quibus totidem fuerunt vxores. Hunc virum quidam Eunuchum nominarunt. Omnes igitur homines in arca inuenti, quos octonarius numerus comprehendit, abiere diluuii intacti & inuolati. Idem Moses manifestat diluuium quadraginta diebus toridemque noctibus fuisse caeli cataractis abruptis, & fontibus abyssi fortiter manantibus, adeo ut inundationis aquae exaltate sint super vniuersum montem excelsum, cubitis quindecim. Hoc modo vniuersum mortalium propomodum interit genus. Octo saltem, quos arca tenebat, incolomes enatarunt. Arcae huius reliquiae adhuc durare perhibentur in montibus Arabicis, & ibi ostendi. Caeterum ut summam dicam, diluuij historia sic se habet quemadmodum praediximus. Moses dux fuit Iudaeorum, qui cie-

ei sunt ex terra Aegypti a rege Pharaone, cuius nomen fuit Tethmoses. Hic, post exactum populum, regnavit annis 23 & mensibus 4. ut supputat, Manethos. Hic successit Chebron, qui regnavit annis 13. Hic successit Amenophis, qui regnavit annis 20. & mensibus 7. Huic successit soror nomine Amella, quae regnavit annis 21 & mense 1. Huic successit Me-phres, qui regnavit annis 12 & mensibus nouem. Huic successit Methrammuthosis, qui regnavit annis 20 & mensibus 10. Huic successit Tythmoses, qui regnavit annis 9. & mensibus 8. Huic successit Damphenophis, qui regnavit annis 30 & mensibus 10. Huic successit Orus, qui regnavit annis 35. & mensibus 5. Huic successit filia, quae regnavit annis 10 & mensibus 3. Huic successit Marchares qui regnavit annis 12. & mensibus 3. Huic successit filius nomine Armas, qui regnavit annis 4. & mense vno. Huic successit Mellēs Miammi filius, qui regnavit annis 6. Huic successit Rhameses, qui regnavit anno vno & mensibus 4. & mensibus 2. Huic successit Amenophis, qui regnavit annis 19 & mensibus 6. Huic successit Thosius & Rhameses, qui regnarunt annis 10. Hos ferunt habuisse illis temporibus plurimas copias equestres & navales. Hebraei sub idem tempus incolentes Aegyptum in seruitutem redacti sunt a rege, ut praemonuimus, Tethmoses. Hinc extruxerunt vrbes munitas Peicho videlicet & Rhamesen, quarum altera est Heliopolis. Itaque constat Hebraeos antiquiores esse vrbibus, quae apud Aegyptios tum erant famosissima. At his Hebraeis, ut nostris maioribus, gloriamur. Ab his accepimus sacros libros, qui vetustate superant omnes prophanos scriptores, quemadmodum supra declarauimus. Aegyptus autem suum nomen sortita est a rege Sethos. Nam aiunt Sethos, si quis hoc nomen exponat, significare Aegyptum. Huius, quem modo nominauimus Sethos, frater erat Arman. Hic idem & Danaus vocatus est, qui relicta Aegypto Argos adueniens, ibi moratus est. Eius meminere reliqui scriptores, ut qui facit antiquissimum pend omnium qui vetustate celebrantur. Manethos plurima de Aegyptiis fabulatus est, etiam blasphemam linguam soluit in Mosen, & Hebraeos quorum ductor exiit. Nam ait eos ex Aegypto propter lepram, qua infecti fuerint, esse eiectos. Dum autem testatur eos fuisse pastores & bellum gessisse cum Aegyptiis, nequit exactam temporum computationem assignare. Quod autem eos pastores fuisse calumniatur, praeter voluntatem professus est veritatem. Nam maiores nostri, cum incolerent Aegyptum, reuera, ne quis erret, pastores fuisse: interim tamen mentitur, dum eos leprosos fuisse comminiscitur. Cum enim venissent Hierusalem, & Iudaeam cepissent inhabitare, satis constat quomodo eorum sacerdotes permanentes in templo & exequentes cultum diuinum ex praescripto Dei sanarint omnem morbum. Itaque non solum leprosos curarunt, verum omnem languorem. At templum excitauit Iudae rex Solomon. Quod autem Manethos plurimum aberrarit in temporum computatione, ex praedictis apparet: nec non ex rege Pharaone, a quo sunt Aegypti pulsi, non enim amplius ipsis imperauit. Nam hic persequutus hostiliter abeuntes Hebraeos, submersus est in mari rubro cum vniuerso exercitu suo. Praeterea quod scribit eos, quos ipse pastores nuncupat, debellasse Aegyptios, egregie mentitur. Nam trecentis &

Pharao Tethmoses

Fortē Ma-nebon qui hodie circumscriptur

Hic desit quadam.

Exod. 1.

Aegyptus a rege Sethos dicitur

Danaus.

Iudaei sacerdotes sanabunt omnem morbum.

Exod. 15.

Danaus.

Moses antiquissimus.

Hieronymus Tyrus.

Menander Ephesi Historiarum Regis Tyrorum.

Carthago.

Iosephi Hist. Belli Iudaei.

sexdecim annis ante egressi sunt Aegypto, & eam regionem occuparunt, quae etiamnum Iudaea appellatur, antequam Danaus quoque in Graeciam perueniret. Hunc quoque plurimi credunt, Graecorum esse antiquissimum ut manifestum esse cunctis reor. Itaque Manethos in suis ordinibus quos descripsit, inuitus veritatem pronunciauit, quamuis ab ea aberraret: Primum quidem quod eos pastores confessus est: deinde, quod postmodum inquit eos ex Aegypto abiisse. Quapropter etiam ex his scriptis liquet, Moysen & Hebraeos non gentis aut mille annis vetustiores esse Iliaco bello. Praeterea Tyrus quoque annotarunt quomodo & quando aedificatum sit templum a Solomone in Iudaea, quingentis, & sexaginta annis demum post exitum ex Aegypto. Et quidem in antiquitatibus eorum seruantur monumenta, quae aperte euincunt templum Solomoni esse positum ferè centum & triginta annis & mensibus quatuor, antequam Carthago a Tyris sit condita. Octo autem notati sunt nimirum menses ab Hieromo qui rex fuit Tyrorum & filius Abcimali. Nam Hieronus amicus fuit & familiaris Solomoni propter paternam amicitiam. Etiam sapientia, quae cunctos mortales infra se reliquit Solomoni, hanc amicitiam conciliauit. Nam quaestionibus & interrogationibus propositis se frequenter exercuerunt. Eius rei manifestum signum perhibent literae & Epistolae, quae feruntur adhuc hodie apud Tyrios seruari. Etiam mutuis literis se inuicem compellarunt, quemadmodum meminit Menander Ephesi, qui descripsit historiam Tyrorum regni, & sic loquitur: Mortuo Abcimalo rege Tyrorum, regni gubernacula suscepit filius eius Hieromenus, qui vixit annis 53. In huius locum subrogatus est Bazorus, qui vixit annis 43. & regnavit annis 17. In huius locum substitutus est Methuastarus, qui vixit annis 54. & regnavit annis 12. Huius successit frater Atharymus, qui vixit annis 58. & regnavit annis 9. Hunc interfecit frater nomine Helles, qui vixit annis 50. & regnavit mensibus 8. Hunc peremit Iuthobalus Astarna sacerdos, qui vixit annis 40. & regnavit annis 12. Huius successit filius nomine Bazorus, qui vixit annis 45. & regnavit annis 7. Huius successit filius nomine Mettin, qui vixit annis 32. & regnavit annis 29. Huius successit Pygmalion Pygmalij filius, qui vixit annis 56. & regnavit annis 7. At in septimo anno eius regni in Libyam fugiens, urbem condidit quae adhuc hodie Carthago appellatur. Decurrit igitur omne tempus ab Hieromi regno usque ad conditam Carthaginem ad annos 155. & menses octo. Duodecimo anno regni Hieromi aedificatum est templum Hierosolymitanum. Itaque vniuersum tempus ab aedificato templo usque ad conditam Carthaginem complectitur annos 533. & menses 8. Quod autem attinet ad Poenicum & Aegyptiorum testimonium, sicuti scripsere de temporibus quae ad nos spectant Manethos Aegyptius & Menander Ephesius, nec non Iosippus, qui contexit historiam belli Iudaici cum Romanis gestis, ista sufficere in praesentiarum reor, Nam satis euidenter inde demonstratur, dum ea quae à Mose nobis allata sunt, etiam illis antiquissimis scriptis antiquiora sunt: non falsum videri & si asseratur Mosaiica scripta, reliqua quoque scripta quae longo demum tempore vulgata sunt, vetustate excellere. Etiam quae reliqui prophetarum nobis tradidit, vetustate, prophanorum scriptorum monumenta superant. Na-

Zacharias, qui inter prophetas nouissimus censetur, attingit tempora regis Darii. Praeterea satis constat, post Moysen & Prophetas, demum omnes reliquos legumatores viguisse & leges posuisse. Si quis dicat Solonem Atheniensem ut antiquum legislatorem: respondeo cum extitisse temporibus Cyri & Darij regum, quo tempore & Zacharias praedictus floruit. Sanè multi intercessere anni usque ad legislationem Solonis. Sin autem quis adiciat Licurgum, Draconem aut Minoa legumatores, sanè reperiet sacros libros etiam his antiquiores esse, cum satis manifestum sit scripta diuine legis per Moysen oblata, praecedere Iouem Cretensem regem & Troianum bellum. Attamen ut exactiorem temporum computationem edoceamus (auxiliante deo) non solum quae diluuii praecessere, sed & quae diluuii sequuta sunt enucleabimus: ut quatenus possibile est, omnium certum teneamus numerum. Id vero praestabimus recurrentes ad primordia conditi mundi, quemadmodum ea commemorat Moyses Dei famulus sancto spiritui afflatus. Nam dum creationem mundi, primitiue hominis, & caetera quae sequuta sunt, magna fide docet, etiam annos qui antecessere diluuium commemorauit. Verum enimvero ego gratiam peto à solo deo, ut voti compos sim, & secundum voluntatem eius exacte rerum veritatem explanem: ut tu & quicquid alius haec nostra legens, à veritate dei gratia ducatur, nec tenebris & errori inuoluatur. Principium autem sumam a generatione mundi, quemadmodum, in eo, genealogia à primo homine condito comprehensa sunt: verum initium à primo homine faciam:
Adā natus annos † 330 genuit nomine Seth. Seth natus annos † 205 genuit filium nomine Enos. Enos vixit annis † 190 & genuit filium nomine Cai nan. Cainan natus annos † 170 genuit filium nomine Malaleel. Malaleel natus annos † 165 genuit filium nomine Jared. Jared natus annos † 162 genuit filium nomine Enoch. Enoch natus annos † 175. genuit filium nomine Mathusala. Mathusala natus annos † 187. genuit filium nomine Lamech. Lamech natus annos † 188. genuit filium nomine Noe. Noe natus annos † 500. genuit filium nomine Sem. Sub Noe, cum annos natus esset 600. contigit diluuium. Itaque ab condito homine usque ad diluuium reperiuntur anni, ut ex praedictis liquet. 2322. Sem natus annos † 100. genuit filium nomine Arphaxat statim post diluuium. Arphaxat natus annos † 135. genuit filium nomine Cainan. Cainan natus annos † 35. Cainā natus annos 130. genuit filium nomine Sala. Sala natus annos 130. genuit filium nomine Heber: ab hoc vniuersum ipsorum genus Hebraei dicuntur. Heber natus annos † 134. genuit filium nomine Phaleg. Phaleg natus annos † 130. genuit filium nomine Rhageu. Rhageu natus annos † 132. genuit filium nomine Seruch.

Zacharias, Prophetae Solonis tempora.

Iupiter Cretenfis.

Chronologia diluuii.

Gen. 11.

Scriptura non meminit Cainā.

sed immit dicitur po-

patrem Heber, gentium ex-

Asphaxo at nato est nos 35.

Seruch

Gen. 11. Seruch natus annos † 130. genuit filium nomine Nachor. Nachor natus annos † 79. genuit filium nomine Tharra. Tharra natus annos † 70. genuit filium nomine Abraham. Abraham Patriarcha noster natus annos 100 genuit filium nomine Isaac. Itaque anni numerantur à condito homine usque ad Abraham 3592. Isaac natus annos 60. genuit Iacob. Iacob natus fuit annos 130. cum proficisceretur in Aegyptum. Hebraei in Aegypto morati sunt annis. 430. Egressi Aegypto, haerere in deserto annis 40. Hi anni, si addantur supra positis, faciunt 4252. annos, qui elapsi sunt usque dum ingrederentur in terram promissam. Hoc tempore deceffit Moyses. Quo mortuo, imperij administratione suscepit Iesus filius Naue qui praefuit populo annis 27. Iesu defuncto cum Hebraei defecissent à praecipis domini, seruiunt regi Meropotamiae, cui nomen Chusarathon annis 8. Deinde ad poenitentiam conuersi, Iudices à quibus gubernaretur, nati sunt. Gonthoel iudicauit Hebraeos annis 40. Egion iudicauit Hebraeos annis 18. Aioth iudicauit Hebraeos annis. 80. Dehinc prauaricati legem domini alienigenis seruierunt annis 20. Debbora postmodum iudicauit Hebraeos annis 40. Deinde seruierunt Madianitis annis 7. Deinceps Gedeon redemptos iudicauit annis 40. Abimelech Hebraeos iudicauit annis 30. Thola Hebraeos iudicauit annis. 23. Iair Hebraeos iudicauit annis 22. Postea Hebraei seruierunt Philistinis & Ammonitis annis 18. Iephthe in libertatem antiquam assertos iudicauit annis. 6. Elson Hebraeos iudicauit annis 7. Ailon Hebraeos iudicauit annis 10. Abdon Hebraeos iudicauit annis 8. Postea seruierunt alienigenis annis 40. Samson deinde iudicauit Hebraeos annis 20. Deinceps pax Hebraeis fuit annis 40. Inde Samira iudicauit Hebraeos anno 1. Elis iudicauit Hebraeos annis 20. Samuel iudicauit Hebraeos annis 12. Iudicibus succedere reges, quorum primus fuit Saul qui regnavit annis 20. David pater noster regnavit annis 40. Inueniuntur itaque anni 495. decurrere ab Isaac usque ad regnum Davidis. David (ut diximus) regnavit annis 40. Solomon templi ex dei praescripto conditor regnavit annis 40. Rhoobam regnavit annis 17. Abias regnavit annis 7. Efa regnavit annis 41. Iosaphat regnavit annis 25. Ioras regnavit annis 8. Ochozias regnavit anno 1. Gonthoel regnavit annis † 6. Iosias regnavit annis † 40. Amasias regnavit annis † 39.

† Ozias regnavit annis 52.
† Iotham regnavit annis 17.
† Achaz regnavit annis 16.
† Ezechias regnavit annis 29.
† Manasse regnavit annis 55.
† Amos regnavit annis 2.
† Iosias regnavit annis 31.
O chas regnavit mensibus tribus.
Ioachim regnavit annis 11.
Ioachim alter regnavit mensibus tribus & diebus decem.
Sedechias regnavit annis 11.
Sub idem tempus cum populus Iudaicus perfecteretur in peccatis, nec poenitentiam villo modo cogitaret, quamuis subinde ad poenitentiam vocarentur à propheta hieremia, venit rex Babylonis in Iudaeam, nomine in Nabuchodonosor. hic populus in Babilona transfuit, & templum, quod Solomon extruxerat, destruxit.
In Babylone fuerunt Iudaei annis 70.
Tempus igitur vniuersum à condito homine usque ad transmigrationem Babylonicam complectitur annos 5035. menses sex & dies decem.
Ut deus per hieremiam praedixit captiuitatem Babylonicam, ita etiam significauit completis annis septuaginta, eos ex captiuitate in patria reuersuros.
Consummatis igitur 50. annis, Persarum rex declaratur Cyrus, qui caddum prophetam Hieremie succedendo sui regni anno pronunciauit per praecones & rescripta, ut omnes Iudaei, qui in ipsius regno agerent, redirent in Iudaeam, & templum quod demolitus fuerat Nabuchodonosor, reaedificarent Praeterea idem Cyrus (sic enim ferebat Dei voluntas) imperauit suis satellitibus fidelissimis Sabellaro & Mithridati, ut sacra vasa quae abstulerat praedictus Nabuchodonosor, reportarent Hierusalem & in templum reponerent. Secundo Darij regni anno, complectitur anni septuaginta ab hieremia praedicti. hinc videre licet antiquiora & veriora esse sacra scripta, quibus nos innititur, quam Graecorum, & Aegyptiorum scriptorum, quamuis plurima extiterint, monumenta. Herodotus, Thucydides, Xenophon, aliique scriptores complures, initium ferè scribendi ab Cyri & Darij regno fecerunt, attamen nequiverunt ex acte, antiqua & priora commemorare tempora. Quid enim magni de Cyro & Dario Barbarorum regibus recensuerunt? aut de Graecorum regibus Zoopyro & Hippia? Nam literarum monumentis mandauit, Atheniensium & Spartanorum bella, aut Xerxis res gestas, aut Pausaniae gesta, qui in Mineruae templo, famis mortiferae periculum adiit: aut Themistoclem, aut bellum Peloponnesiacum, aut Alcibiadem aut Thrasibulum in sua monumenta retulere. At nolo nunc singula ista enumerare, haud enim loquacitatis sumus studiosi. In animo est, significare numerum annorum à condito mundo usque ad nostra tempora, & redarguere vanissimas prophanorum scriptorum nugas. Nec enim sunt, ut Plato perhibet, viginti mille myriades annorum à diluuiio ad sua usque tempora. Nec interuenere quindecim myriades annorum & 375 anni, quemadmodum praediximus annotasse Apollonium Aegyptium. Nec etiam mundus ingenuus est, & omnia sponte subistere sicuti Pythagoras & reliqui nugati sunt. Genitus est, & Prouidentia Dei qui ipsum creauit, administratur & regitur. Vniuersum tempus & an-

† 4 Reg. 14.
† A Zacharias filius Amasias.
ma⁷ie.
4. Reg. 15.
† Iosaphat.
4. Reg. 15.
† Achaz regnavit.
in Hieru.
annis 16.
† 4 Reg. 16.
† 4 Reg. 18.
† 4 Reg. 21.
4. Reg. 22.
† Iosaphat.
4. Reg. 23.
† Iosaphat.
† 4. Reg. 24.
Cyrus rex Hieru. 7.
Cyrus praedixit.
ra in Iudaeos.
1 Reg. 4.
Cyrus praedixit.
ra in Iudaeos.
1 Reg. 4.

Plato.

Apollon.

ni exacte traduntur volentibus obtemperare veritati. At ne videamur saltem, tempora quae ad Cyrum vsque excurrunt, enarrasse, & reliquos annos, qui interuenere, neglexisse quasi non potuerimus eos demonstrare, conabimur nunc (ad id modo deus) sequentium temporum ordinem, quatenus possibile est, enucleare.

Tommyride Cyri mors Cyrus cum regno praefuisset annis 38. interfectus est à Myriade in Melangia, Olympiade sexagesima secunda. Ea tempestate etiam Romanorum res crecebant non citra auxilium Dei, condita vrbe à Romulo qui fuit filius (vt aiunt) Martis & Iliæ Olympiade septima, ante decimum septimum calendis Maij, ei anni qui tunc decem numerabatur mensibus. Cyro defuncto, sicuti praediximus Olymp. 62. fuit condita vrbe annis 220. Eo tempore regnavit Tarquinius cognomento Superbus. Is primus in exilium quosdam Romanos relegauit, pueros corruptit, Spadones fecit quosdam Romani soli incolae: virgines quas vitiauerat, elocabat aliis. Quapropter merito vocatus est Superbus. Id enim nomen, Romanorum lingua, fastuosum & clarum significat. Primus hic decreuit, vti à quo salutaris foret ab alio resalutaretur. Regale sceptrum tenuit annis 25.

Huic successit annuus magistratus Consules, Tribuni & Aediles, quorum nomina recensere superua uacuum reor. Sub annis magistratibus fuit Romanus, annis 453. Si quis horum nomina scire auct, legat Chrysum & Cratorem libertum M. Aurelij Veri. Crator à condita vrbe vsque ad obitum patroni sui Veri manifeste & exacte annotauit cum nomina, tum tempora. Annui igitur magistratus, vt modo diximus, praefuere Romanis annis 453.

his successere Caesares seu Imperatores. Caius Iulius ordine primus est, qui imperauit annis 3. mensibus 4. diebus 6.

Augustus imperauit annis 56. mensibus 4. & die 1. Tiberius imperauit annis 22.

Caius alter, imperauit annis 3 mensibus 8. diebus 7.

Claudius imperauit annis 23. mensibus 8. diebus 24.

Nero imperauit annis 13. mensibus 6. diebus 28.

Galba imperauit annis 2. mensibus 7. diebus 6.

Otho imperauit mensibus 3. diebus 5.

Vitellius imperauit mensibus 6. diebus 22.

Vespasianus imperauit annis 9. mensibus 11. diebus 22.

Titus imperauit annis 2. diebus 22.

Domitianus imperauit annis 15. mensibus 5. diebus 6.

Nerua imperauit anno vno, mensibus 4. diebus 10.

Traianus imperauit annos 19. mensibus 6. diebus 16.

Adrianus imperauit annis 20. mensibus 10. diebus 28.

Antoninus imperauit annis 22. mensibus 7. diebus 6.

Verus imperauit annis 19. diebus 10.

Tempus igitur vniuersum Caesarum, qui imperauerunt à Iulio vsque ad mortem Veri imperatoris, continet annos 237. & 5. dies.

Vniuersum tempus, quod decurrit à morte Cyri, & a regno Tarquinij Superbi vsque ad obitum imperatoris Veri, contrahitur in annos 744.

At omne tempus à condito mundo vsque ad mortem imperatoris Veri, summam in hunc supputatur modum.

A condito mundo vsque ad diluuium numerantur anni 2242.

A diluuium vsque dum gigneret liberis Abraham Patriarcha noster, decurrunt anni 1036.

Ab Isaac filio Abraham vsque ad mortem Moysi, qui

in deserto mortuus est, computantur anni 660. A Moysi morte & Iesu filij Naue imperio, vsque ad obitum patriarchae nostri Dauidis inueniuntur anni 498. A morte Dauidis & regno Solomonis vsque ad transfmigrationem Babylonicam reperiuuntur anni 518. mensibus 8. dies 10.

A Cyri regno vsque ad mortem imperatoris Aurelij Veri sunt anni 744.

At vniuersum tempus à condito mundo vsque ad mortem imperatoris Veri habet annos 5695.

Ex temporum itaque computatione, & ex reliquis quae praediximus, liquido constare iudico, doctrinam & religionem nostram non esse nuperam, immò neque supra dedimus, manifeste designant antiquitatem literarum prophetarum & diuinitatem nostrae religionis. Neque ea, quae nos tradimus, fabulosa & falsa sunt, quemadmodum quidam calumniantur, immò antiquitate & veritate, nostra scripta superat longe, prophanorum scriptorum monumenta. Meminerit quidam prophani scriptores, Beli Assyriorum regis & Croni, dicentes, Belum, bellum gessisse Titanis, adiunctum cum Ioue & cum reliquis diis qui steterunt à Iouis partibus. Aiunt hoc in bello Gygam extensum, fuga euasisse in Tartessum. haec regio tum temporis Aete nominabatur, nunc Attica dicitur cui Gygas praefuit ea tempestate. At reliquae regiones & vrbes vnde nomen sunt sortita, nunc dicere non est nostri instituti, in primis cum ad te scribam qui alioqui historias omnes ferere ad vnguem tenes. Apparet quoque non solum Moysen, sed & reliquos prophetas verustiores esse omnibus prophanis scriptoribus. Moysen quoque antiquiorem esse Crono, & Belo, & Iliaco bello satis euidenter demonstratur. Nam etiam Thali historia edocet Belum antiquiore esse Troiano bello annis 322. At Moysen praecedere Troianum bellum maxime annis 938. satis supra ostensum esse arbitror. Plurimum praeterea ignorat Belum & Cronum contemporaneos extitisse: etiam plurimi nesciunt quis Cronus, quisque Belus fuerit. Quidam diuinos honores Crono deserunt eumque Belum & Bal nominant, maxime tamen id faciunt homines qui Orientalia climata inhabitant nescij quis Cronus & quis sit Belus. Cronus à Romanis Saturnus appellatur, qui nec ipsi satis nouere Saturnus quem colant, sit Cronus, aut sit Belus. Si quis respiciat Olympiadem, initium, facile assequitur Cronum ab Iphito primitus ceptum coli. Sunt qui perhibent à Lino introductum esse cultum qui defertur Crono, inde cognomen alij nactus est. Quis verò sit ordo & quantus sit numerus annorum & Olympiadum satis supra quam exactissime dabatur ostendimus. Quantum igitur pertinet ad refellendas calumnias, quibus nos haecenus Christiani sumus impetiti, & quantum pertinet ad computationem annorum, satis vobis dictum pro ingenij nostri viribus opinor. Nam etiam si nos latuit tempus forte annorum 50. aut 100. aut 200. non tamen exorientur siue excreverint myriades aut chiliades annorum quemadmodum Plato & Apollonius, nec non reliqui prophani scriptores falsè cométati sunt. Nec nos forsitan exacte omnium annorum numerum tenemus. Nam in sacris libris non annotati sunt superflui menses & redundantes dies. Verum quod attinet ad nostram computationem, bene nobis conuenit cum Beroso qui apud Chaldaeos philosophatoris est, & Chaldaeos literas Graecis ostendit, hic quoque quaedam

Cesares

Annus 10. mensium Romano- rum Reges.

Tarquinij superbia.

Antiquitas scripturae

Antiquitas scripturae

Antiquitas scripturae

Antiquitas scripturae

Antiquitas scripturae

Antiquitas scripturae

Antiquitas scripturae

Antiquitas scripturae

Antiquitas scripturae

Antiquitas scripturae

Antiquitas scripturae

Antiquitas scripturae

Antiquitas scripturae

Antiquitas scripturae

quae quaedam Moysi consona dixit de Diluuiio & de reliquis multis. Etiam quaedam tradidit in quibus non dissentit à prophetis Hieremia & Daniele. Nam conscripsit ea quoque, quae Iudaei perpeffi sunt à Babyloniorem rege quem ipsi Abobassarum vocat, Hebraei eum Nabuchodonosor nuncupant. Idem declarauit quomodo Chaldaeorum rex solo aquauerit Hierosolymitanum templum: praeterea vt secundo Cyri regis anno noui templi fundamenta sint iacta, & vt secundo Darij regis anno, templum consummatum sit, satis magna claritate docuit. Caterum sacrarum literarum veritatis haud meminere Graeci scriptores. Eius rei causa prima est, quod nuper admodum literarum scientiam assequuti sunt. Nam & ipsi constantur literas quidem esse Chaldaeorum, qui dam Aegyptiorum, quidam Phoenicum inueniunt. Secundam causam assigno, quod plurimum à deo vero aberrarunt & adhuc aberrant. Eius enim nul-

lam mentionem faciunt, sed subinde versantur circa res vanas & inutiles. Et quidem homeris, Hesiodique & reliquorum poetarum magna voluptate recordantur: at Dei, qui nulli corruptioni obnoxius est, gloriam non solum silentio praetereunt, sed etiam conuitiis lacerant. Praeterea Christianos, qui verum Deum venerantur haecenus sunt persequuti, nec ad huc hodie persequi cessant, immò iis, qui verborum quibusdam illecebris Deum conuitiuntur, praemia & honores decernunt: quosdam eorum qui festinat ad virtutem capessendam, & sanctam vitam agunt, lapidibus obruere: quosdam interfecere. Adhuc hodie non cessant Christianos crudelissime & inmanissime virgines caedere. Quapropter necessario amiserunt sapientiam Dei, & veritatem ipsam inuenire nequiverunt. At si tu cupis veritatem ad vnguem (quod aiunt) nosse, haec lege, quae tibi vt symbolum & veluti arrabonem veritatis proponimus.

EIVSDEM S. P. THEOPILI PATRIARCHAE ANTIOCHENI COMMENTARIORVM SIVE ALLEGORIARVM IN 4. Euangelia censura.

Ex D. Hieronymi Scriptorum Ecclesiasticorum catalogo.

Theophilus sextus Antiochena Ecclesiae Episcopus sub imperatore M. Antonino Peto, Librum contra Marcionem composuit qui vsque hodie extat. scribitur eius ad Antiochicum 3. Volumina; & contra Haevesim Elymogenis Liber. 1. & alij breues, elegantesque tractatus ad Ecclesiae adificationem pertinentes: Legi sub eius nomine, in Euangelium, & in Proverbia Salomonis Commentarios, qui mihi cum superiorum voluminum elegantia & phrasi, non videntur congruere.

S. P. NOSTRI THEOPHILI PATRIARCHAE ANTIOCHENI COMMENTARIORVM, SIVE ALLEGORIARVM LIB. I.



Vatior Euangelia quatuor animalibus figurata, Iesum Christum demonstrant. Mattheus enim Saluatorem nostrum nunc passumque homini comparauit. Marcus Leonis gerens figuram, à solitudine incipit dicens, Vox clamantis in deserto, parate viam dominici, saneque regnat inuictus: Ioannes habet similitudinem aquilae, quod ab imis alta petiuerit. Ait enim in Principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum hoc erat in principio apud deum Vel quia Christus resurgens volauit ad caelos. Lucas vituli speciem gestat, ad cuius instar Saluator noster est immolatus. Vel quod sacerdotij figurat officium. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid filij Abraham quamuis ordine successionis posterior sit Dauid, ideo tamen prior quam Abraham in Domini generatione describitur quia princeps fuit generis Christi, & quod in regno clarus enituit: Abraham verò populorum fuit fidelium pater, & ob hoc prius Dauid filius dicitur Christus. Sciendum est, quoque quod Mattheus per reges, Lucas autem per sacerdotes ducta Christi originem comprobauit. Et non est mirandum si pauciores secundum Mattheum successiones vsque ad Christum fuerint, plures verò secundum Lucam, cum per alias personas generatio deducta sit Iesu Christi: potuit enim fieri vt per eundem temporum cursum aliis breuior, aliis longior vita prouenerit. Christi autem generatio sic erat. Cum Ioseph non sit pater domini Saluatoris, quid pertinet ad dominum, generationis eius ordo deductus vsque ad Ioseph? Sciendum est prius Tom. 5.

num non esse consuetudinis scripturarum vt mulierum generatio describatur: Deinde ex vna tribu fuisse Ioseph & Mariam, vide ex lege, eam vt propinquam ducere cogebatur in vxorem. Ideoque in Bethleem simul censentur quod de vna stirpe sint generati. Cum esset desponsata mater eius Maria, quare non simplici virgine, sed desponsata concipitur Christus: primum vt per generationem Ioseph, origo Marci monstraretur: Secundo ne lapidaretur à Iudeis, vt adultera: Tertio vt in Aegyptum fugiens, haberet solatium viri: Quarto vt partus eius falleret diabolum putantem Iesum de vxorata non de virgine natum, Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem ciuitate Iudae, hoc est in domo panis, Nam Bethleem domus panis, Iuda verò confessio interpretatur: Illic natus est Iesus qui dixit, Ego sum panis viuus qui de caelo descendendi. Pannis obuoluitur vt scistam humani corporis vnitatem, suo rediret in corpore. Obrulerunt magi ei munera: aurum vt regi, thus vt deo, mirrhā vt homini ad sepulcrum, admoniti sunt ne redirent ad Herodem, quoniam his qui ex gentibus ad Christum veniunt, recursus ad seculum denegatur, Hunc misit Herodem, & occidit infantes, quod legimus infantes pro Christo occisos esse, significat incipientes peccare, consilia sua ad Christum debere conuertere, de quo scriptum est, petra autem erat Christus & beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram: hoc autem intelligendum est de baptisinate dixisse Prophetā. Nam quod ait à bimatu & infra, gentilem populū atq; Iudaicū dicit vtriusque ad baptismū, vox audita est, in Rama, id est in excelso, scilicet longe lateque dispersus: Rachel plorans filios suos. Rachel vxor fuit Iacob: hic pro Ecclesia ponitur quae est Martyres ab habitā. HHh

Cruci, li- vers sero- lidis scribit

Christia- nis virgines

Cur Chri- stus ex desponsa- ta sit ge- nitus.

Iob. 6.

Matth. 2.

I Cor. 10. Psal. 136

Eiere. 31.

Et noluit consolari, estimas filios suos mortuos, in sem-
piternum esse victuros, quoniam Nazareus vocabitur.
 Nazareus, dicitur ex repromissione nati, quorum
 capita ferrum non, tangebatur ut fuit Isaac, Samuel,
 Hieremias, Ioannes baptista, Christus deus noster,
 & Sanfon qui in figura fuit saluatoris nostri homo
 magna virtutis, que ad instar septiformis Spiritus,
 septem crines legitur habuisse in quibus ideo vires
 gerebat quia caput viri Christus est. Et sicut Sanfon
 per coniugem amissis crinibus voluit interire. Ita
 Christus pro coniuncto sibi genere, id est Iudeis, &
 deserventibus se discipulis qui sunt fidei lumina, spõ-
 te passionem subiit crucis: Deinde velut recuperans
 crines resumpta maiestate, resurrexit à mortuis etc
 Math. 3. nam necem male conuerfantibus illaturus. *Non cla-*
 Math. 40. mantis in deserto, id est in seculo, eo quod non haben-
 tes fidem seculares deserunt cultum Dei: *parate viam*
domini, id est animas credentium in quibus ambula-
turus erat dominus: Omnis vallis implebitur, id est om-
nis mundus doctrina replebitur Christi, & omnis col-
lis humiliabitur, id est Diaboli nequitia conteretur:
Et erunt prauis in directis, scilicet cum mala reuertun-
tur in bona. Cibis Ioannis erant locustæ & mel siluestre:
 per locustas, populos agrestes significat: mel autem,
 fructum indicat credulitatis ipsorum quibus pro-
 phetantibus, dulcis auditus erat ut fide sua palceret
 prædicatorem. Sicut per locustas, gentes: per mel au-
 tem, significat Iudeos credulitate sua fructus Deo
 dulcissimos offerentes. *Potens est deus de lapidibus istis*
 Math. 3. suscitare filios Abrahæ: lapides pro paganis ait pro-
 pter cordis duriciam, ut in Ezechiel dicitur: Auferam
 à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum,
 Ezech. 11. *Ecce securis ad radices arboris posita est, id est, prædicatio*
 sermonis diuini, ex vtraque parte habens acutum
 noui ac veteris Testamenti: vnde alibi ait, *Et gladii*
 Psal. 149. *incipites in manibus eorum.* Radices verò arboris, spes
 & curas hominum dicit: ille vos baptizabit in spiritu
 Math. 2. sancto & igni, hoc ideo ait, siue quia ignis spiritus san-
 ctus est ut Acta Apostolorum, id est deum de-
 cedente, sedit quasi ignis super credentium linguas,
 & impletus est sermo domini dicentis, *Ignem veni mit-*
tere super terram, & quem volo ut ardeat, siue quia in
presenti vita spiritu baptizatur, in futurâ autem
ignis: habens ventilem in manu sua, hoc est crucem.
 Baptismus ignis in su-
 iura vita.
 Et purgabit aream suâ, scilicet mundum, vel Ecclesiam
 suâ: & colliget frumentum in horreum suum, id est in Para-
 disum congregabit Sanctos, Nam per paleas, pec-
 catores significat: *Statuit Iesum super pinnam templi:* per
 Math. 4. templum, hominem significat: ut & Apostolus, vos
 estis templum Dei: per pinnam templi, nostram in-
 dicat sublimitatem de qua Christum descendere
 I. Cor. 3. Diabolus hortabatur dicens, *mitte te deorsum ne offen-*
 & 6. das ad lapidem pedem tuum. Lapidem verò pro homi-
 Eph. 2. ne inuidioso, propter duritiam cordis Diabolus
 dixit, ut & supra, *Dic ut lapides isti panes fiant.* Vade ve-
 tro sathana, id est vade in ignem æternum. Diabolo
 hæc dixit: Nam beato Petro hoc dixisse, significat,
 sequere me quia contrarius es voluntati meæ. *Vos es-*
stis sal terra: sal appellantur Apostoli, quia per illos
 conditur vniuersum genus, humanum, *si sal ena-*
merit in quo salietur: id est, si Doctor errauerit à
 quo alio Doctore emendabitur: *Vos estis lux mundi,*
 hoc Apostolis dicit qui illuminant mundum Do-
 Math. 5. ctina cælesti. *Non potest ciuitas abscondi super montem*
posita. Ciuitas à ciuibus dicitur, id est ab habitatori-
bus appellatur. Ciuitas Ecclesia: mons, intelligendus

est Christus super quem edificata est Ecclesia. Ne-
 que accendunt lucernam & ponunt eam sub modio sed su-
 per candelabrum. Lucerna verbum dei est, modium au-
 tem, lex, eo quod in abdito loco fuerit: Candelabrum
 verò, crux Christi, que totum mundum fulgo-
 re sui luminis illustrauit. *Non veni legem solvere sed ad*
implere, quia dilectio proximi, legis est plenitudo: &
causa humane dilectionis, Christus corpus huma-
num sumere dignatus est: Ideoque non soluit le-
gem sed impleuit saluator adueniens. Iota vnum vel
vnius apex non præteribit a lege donec hæc omnia fiant:
 per iota, vetus significat Testamentum quo Decalogus
 continetur: Iota enim pro decem est apud grecos:
 Apex autem quatuor litteras habens, per Euangeli-
 um quadruplex, Testamentum indicat nouum. *E-*
 Math. 5. *stis conspiciens aduersarium tuo, hoc est legi diuine*
 consenti, quam omnis peccator, aduersarium putat ob-
 uiantem desideriis suis: bene es in via, id est in hac
 præfenti vita, vel in carne: *ne tradat te iudici:* Age igitur
 quod præcepit lex, ne te differentem tibi, tra-
 dat iudicij scilicet Christo, & iudex tradat te mini-
 stris, id est Angelis, & mittaris in carcerem, id est in
 gehennam, & non exeat inde donec reddas nouissimum
 Math. 6. *denarium, id est de omni ociofo sermone ratione*
 omnino persolues, *si oculus tuus dexter scandalizat te,*
erue illum: dextero oculo & dextera manu, fratrum,
vxoris, liberorum, affinium, & propinquorum mô-
stratur affectus, quem si ad contemplantam veram
lucem nobis impedimento esse cernimus supra di-
ctas truncare debemus istius modi portiones, ne
dû volumus lucere supra ceteros, ipsi percamus in æ-
ternum. Nescias sinistra tua quid faciat dextera tua:
 per sinistram præfens vita, futura vero per dexteram de-
 claratur: vel dextere indicio, significat Christianos
 colentes Christum sedentem ad dexteram patris:
 per sinistram vero, hereticos indicat vel Iudeos, *No-*
 luc. 11. *lise thesaurisare vobis thesauros super terram, id est nolite*
 habere fiduciam carnis, *ubi in ea, id est auaritia de-*
 cipit, vel lubrico: & ubi sires effodimus, id est demones
 sollicitant peccatores: Nam per thesauros, fidem si-
 gnificat: per terram, carnem: per cælum, spiritum.
 Lucerna corporis tui, est oculus tuus: Lucernam, oculum:
 lumen, pro Episcopo, vel his qui in Ecclesia clari
 sunt dixit. Corpus, pro Ecclesia: Tenebras, pro pec-
 caris vel ignorantia posuit. *Si oculus tuus simplex est,*
totum corpus tuum lucidum erit: Lippientes oculi solent
lucernas videre numerosas: Simplex autem oculus
& purus, simplicia intuetur & pura: hoc est ergo
quod ait, quando totum corpus in tenebris est si o-
culus ei non fuerit, ita si anima principalem fulgo-
rem sapientie perdidit, vniuersus sensus in caligi-
ne commoratur. Quid autem vides festucam in oculo fra-
tris tui, in tuo autem trabem non consideras? hoc autem ad
 eos ait qui male viuentes, audent cum simpliciori-
 bus de lege contendere, quorum ab oculis, stipu-
 lam coronæ dominicæ mundare nituntur, & in suo
 trabem non sentiunt crucis. *Nolite sanctum panem da-*
 re canibus, per canes significat eos qui post pœnitentiam
 peccant, *neque miseritis margaritas ante porcos:* per
 porcos, illos vult intelligi qui nec dum Euangelio
 crediderunt, & in luto in credulitatis sue vicibus
 versatur, quibus ait *Margaritas, id est mystica Sacra-*
 menta fidei non debere committi. *Nunquid colligunt*
 de spinis vias, aut de tribulis ficos? In spinis & tribulis hæ-
 reses intelligendæ sunt de quibus iusticie fructum
 nemo colligit, id est Martyres ex hæreticis nemo no-
 uit. Non

uit. *Non potest arbor bona malos fructus facere.* Arbor ma-
 la, homo peccator est qui malos fructus facit, hoc
 est peccata libidinis & auaritie. Arbor autem bona,
 homo bonus est placens Deo, faciens fructus bo-
 nos. *Omnis qui audit verba mea & facit ea, similis*
 est viro sapienti qui edificauit domum suam supra pe-
 tram. Petra Christus est intelligendus, domus vita hæc
 præfens innixa Deo: fulmina & venti, impetus perse-
 cutionis, arena, hæresis in qua quidquid edificatum
 fuerit cadit. *Accessit quidam cæcuro, hic figurâ gerit popu-*
 Math. 7. *lum gentilis credentis in deum, & veniens ad fidem*
 Luc. 6. *ex cæni orbe terrarum, Sanæ quod ait, Filii huius re-*
 Math. 8. *gni ibum in tenebras exteriores, Iudeos incredulos taxat.*
Vulpes foueas habent: in te scilicet tanti doli, tantæque
 sunt fraudes ut in tuo corde vulpes videantur fecis-
 se cubilia. *Et volucres cæli nidus: id est, tantum super-*
 Math. 9. *bis es ut volare te estimes: Cumque sit peccus tuum*
 plenum iniquitate & arrogantia, Christus illic suc-
 cecendi non inuenit locum. *Sine, mortui sepeliant*
 mortuos suos: id est permittite infideles officia præbere
 nature: Tu autem viuificaturus animas, meus esto
 pedilicquus, *Nunquid possunt filii sponsi ieiunare quan-*
 Math. 6. *diu cum illis est sponsus? Sponsus Christus est: filij au-*
 tem sponsi, nouissimi Christiani qui diuina facien-
 do præcepta, minime ieiunamus adherentes ei qui
 dixit ego sum panis viuus qui de cælo descendi: quis
 ergo ab eius mandatis fuerit alienus, auferetur
 ab eo sponsus, id est Christus, & tunc ieiunabit, *Ne-*
 mo mittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus:
 Indumentum vetus, veterem hominem significat:
 Nouum verò indumentum, hominem indicat spi-
 ritalem qui carnali iunctus maiorem facit scilicet
 ram maiusque peccatum, *Neque mittunt vinum nouum*
 in vires veteres: Vinum nouum sacramentum est no-
 ui testamenti: vires autem veteres, Iudei qui
 Math. 10. *utres noui, nos sumus Christiani, mustum bibentes,*
 id est doctrinam Sancti Spiritus, *Ecce mulier que pro-*
fluuio sanguinis laborabat: per mulierem Emoroufam,
 Ecclesia significatur ex gentibus, in cuius imagine
 ante ingulati sunt Macechabei ceterique Prophe-
 te, Sed veniens Christus iudicio crucis sua,
 non in muliebri profluuio fecit sanguinem Martyrū
 fundi, sed in gloria sua. Vestimentum autem salua-
 toris tetigisse mulierem, diuinas significat scriptu-
 ras: 12. vero anni, Apostolorum numerum mon-
 strât: *Non est mortua puella sed, dormit:* hoc ideo ait quo-
 niam deo viuunt omnia: *Et cum euerta esset turba, intra-*
 uit, & tenuit manum puellæ, Non enim erant digni ut
 viderent mysterium resurgentis, qui resuscitatem
 dominum indignis contumeliis deridebant. *Et tenuit*
 Math. 10. *manum eius, & surrexit puella, Nisi prius mundatæ fue-*
 rint manus Iudeorum, que sanguine plene sunt, Sy-
 nagoga eorum mortua non resurget. *Mensis quidem*
 Math. 10. *multa, operari autem pauci: messis, id est populus: ope-*
 rari autem pauci: id est Doctores Ecclesiarum. *Ecce ego*
 mitto vos sicut oues in medio luporum: Lupos, persecuto-
 res, oues autem, Christianos ait: *Astrui estote sicut ser-*
 penes: in necessitate mortis caput suum cælant,
 corpus autem suum velut minus necessarium ne-
 gligunt cædi exponentes. Ita & nos caput nostrum:
 facultate que nostras abiciamus, *simplices sicut co-*
 lumba, Columba, Ecclesia est: *Cum autem persequuntur*
 vos in hac ciuitate fugite in aliam: hoc Apostolis ait, cum
 vos in hac congregatione Iudaica fuerint persecu-
 ti, fugientium more, celeriter ite ad gentes, hoc est
 paganos: & si apud eos persecutionem prædicatio
 Tom. 5.

diuina pertulerit: migrandum est rursus mente nota
 corpore, ad illos scilicet qui errantes, viam veritatis
 affectant: de quibus dicit Iesus, & alias oues habeo
 que non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me ad-
 ducere & vocem meam audient, & fiet vnum ouile,
 & vnus pastor. *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lu-*
 mine. Tenebras pro Iudeis, lumen autem pro Chri-
 stianis ait, ut dicit Apostolus, cratis aliquando tene-
 bra, nunc autem lux in domino, ergo ut filij lucis
 ambulate. *Et quod in aure auditis prædicare super tecta*
 Aurem populo ait propter auditum. Si oculi, prin-
 cipes intelliguntur, eo quod ceteros illuminent
 prædicatione diuina: tecta autem, promissa diuina
 ideo dixit quia credentes remoueri habebant à con-
 uersatione terrena, & in via cælestis disciplinæ cõsti-
 tui. Ille est sensus, omnia quecumque à me auditis,
 populo publice, ac veluti in edito prædicare. *Nomine*
 Math. 9. *duo passeris esse venient? spiritum animamque signifi-*
 Math. 24. *cat, ut scriptum est anima nostra sicut passer crep-*
 Luc. 2. *ta est de laqueo venantium. Assis autem, denarius*
 fidei est ad quam religionis studio conuenimus.
 Et vnus ex eis non cadet super terram. Super terram ve-
 rô, hominem significat qui sine voluntate patris cæ-
 lestis nec Animam, nec spiritum sumit, sed & capil-
 li capitis vestri omnes numerati sunt, quod caput nostrū
 Christus est: Capilli eius, sancti sunt intelligendi
 quos Christus numerare dignatur. Non ergo hic
 capitis nostri significat comam que in nostra vel in
 tonforis est potestate. *Non egerit san medico sed male*
 habentes Infirmitas mundi visitata est aduentu salua-
 toris domini omnes enim peccauerunt, & egebant
 gloria Dei, Aduentus eius nullum iustum inuenit,
 sed omnes reos, & qui frenetica rabie medicum oc-
 ciderunt qui infirmitates nostras & labores no-
 stros portauit, & crucifixus est pro nobis, ut de san-
 guine suo fieret medicamentum quo sanaretur om-
 nis egrotus. *Simile est regnum cælorum thesauro abscon-*
 ditio in agro, Thesaurus absconditus in agro, gratia est
 in mundo missa, dicente domino, *Ager autem hic*
 mundus. Ideo autem ait thesaurum absconditum,
 quia non omnibus datur: *Margarita preciosa, est Tri-*
 unitas sancta que diuina non potest, Nam in vnitare
 consistit. *Rege missum in mare, est prædicatio data se-*
 culo: Capti sunt pisces, id est, conuenerunt ad Eccle-
 siam boni & mali, sed mali ruperunt retia, schisma-
 ta facientes, & multi infideles exierunt de congre-
 gatione Catholica. *Naui est Ecclesia, quia ut illa de*
 tabulis, sic & ista de animabus est composita fi-
 delibus: vela extendit orando, anchoram fidei figit
 in cælo, habet arborem crucis, funes Charitatis,
 extendit & remigia sanctæ operationis, habere co-
 gnoscitur. De quinque panibus, id est de doctrina
 Pentateuci, & duobus piscibus, hoc est, duobus
 Testamentis veteri & nouo, quinque milia homi-
 num saturata, significant quod quinque sensib⁹ per-
 fekti sunt, id est videndi, odorandi, gustandi, & pal-
 pandi, ipsi de sinistra ad dexteram transeunt.
 De septem panibus, id est doctrina spiritus septiformi,
 & paucis piscibus, id est Apostolis, quatuor mi-
 lia hominum saturata, significat quod in quatuor
 cardines mundi verbum Dei cucurrit ut legimus,
 In omnē terram exiit sonus eorum & in fines or-
 bis terræ verba eorum: per septem triam sportas,
 septē Ecclesias dicit quas in Apocalypsi legim⁹, quæ
 vnitatis gratia continentur: *Et ambulabat Iesus super*
 mare, ideo Iesus ambulabat super mare, quia venien-
 H H h ij

Isaac Nazareus.

Math. 5.

Math. 5.

Math.

Gehenna

Math. 6.

Luc. 11.

Math. 7.

Math. 10.

Math. 7.

Math. 7.

Math. 7.

Math. 7.

Job. 10.

Eph. 5.

Math. 9.

Math. 24.

Luc. 2.

Ecclesia

Math. 14.

Math. 6.

Psal. 68.

Mat. 18.

Mat. 11.

Luc. 7.

I Cor. 14.

Mat. 20.

Iob. 211

tem in hunc mundum, nō cum demerit tempestas aque, neque absorbit profundum, nec coarctat super eum puteus os suum: Et quia venit princeps huius mundi, & in eo nihil inuenit suum, Denique supra mare ambulabat, quia nullo pondere peccati grauabatur: Petrus uero supra petram fundatus, in quo figuratur Ecclesiam, in quo boni & mali sunt iuncti mergebatur, sed domini est dexterā subleuatus, quia nouit dominus pios de tentatione eripere. *Si oculi tui scandaliſat te, erue eum & proiice abs te.* Oculi scandalizat, cuius sacerdos tantum dicitur est & non factor. Dicente domino Apostolis: Vos estis lux mundi, *Et quod est erue eum,* abs te: nam cum aliquis sacerdotum de Catholico dogmate in aliquam heresim declinauerit, abiciendus est, ne cum illo plebs in gehennam mittatur: per manum autem, amicum: per pedem uero, seruum ancillamque significat. *Ouis erratica,* anima est quae habens pabulum spiritale, sine pastore in peccatis errabat, quam Angelis dominus sociauit, *Luc. 7. Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi:* ex gentibus scilicet Christiani, & primi nouissimi, id est Iudei. *Mat. 20. Ut legi maior seruiet minori. Deus cecis illuminauit* Iudeos atque gentiles. Omnes enim peccauerunt: & egent gloria Dei: huius iuxta uiam errant, quia in Christum necdum crediderant, qui est uia ueritas ac uita. Dominus Iesus uenit hic ad nuptias ut animam nostram spiritui maritaret quorum copula spirituali, filios procreamus, Charitatem scilicet, pacem, gaudium, spem, bonitatem, mansuetudinem, continentiam: *Cui autem similem estimabo generationem istam? similis est pueris sedentibus in foro & clamantibus.* Duo genera puerorum sunt: alij sensu, alij malicia tales sunt, ut legimus. Nolite pueri effici sensibus, sed malicia paruuli estote, ut perfecti sitis sensibus. Fororum autem, hierusalem significat in qua diuinae legis iustitia tractabatur: In quo foro olim dicuntur fuisse Prophetae, postea Apostoli carentes malitia quibus ait Iesus, Pueri numquid pulmentarium habetis. *Canauimus uobis, & non saluastis,* id est, Aduentum & gloriam domini praedicauius, & credere noluitis: Saltare enim letari est, *Lamentauimus & non plangimus,* excidium scilicet Hierusalem, & dispersionem populi: nec tamen poenitentiam egistis. *Abiit Iesus sabbato per segetes* Ager est omnis mundus iste: Agi segetes, fecunditas numerosa Sanctorum: Spicis agri, fructus Ecclesiae, quos discutientes Apostoli, operibus suis pascebantur: confricantes autem manibus suis spicas, Apostolos manducasse ob hoc ait Euangelista, ut palcas & aristas, i. peccata à credentibus Baptismate separarent. Dies uero Sabbati, aduentum indicat Saluatoris: s. enim libri Moſis, quinque dies computantur, & omnium Prophetarum dicta, liber vnus, sextusque dies accipit: unde Sabbatum septimo ponitur loco. *Inuenit Iesus hominem habentem manum aridam.* id est infructuosam, cui dicendo, *Extende manum tuam,* significat eum, non auarum debere esse sed largum, *Arundinem quassatam non confringet, & lignum fumigans non extinguet.* Qui peccatori non porrigit manum, nec porrat onus fratris, iste quassatam confringit, & qui modicam scintillam fidei contemnit in paruulis, hic lignum extinguit fumigans, quorum utrumque non fecit Christus, Ad hoc enim uenerat ut saluum faceret quod perierat. *Quomodo potest intrare quis in do-*

rum fortis & uasa eius diripere nisi prius alligauerit fortis? fortis erat praeterito tempore Iathanas qui omne genus hominum in hoc mundo uelut uasa propria possidebat: Sed ueniens fortior eo filius Dei, uictus illo passione sua eruit nos à potestate ipsius & fecit nos uasa sua dans nobis spiritum sanctum hunc, habemus autem thesaurum ut ait Apost. in uasis fictilibus: ergo corpora, uasa dixit. *Quicūque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro.* Sciendum est quia filius hominis cuiuslibet, est ante peccatum, Nam Iesus Christus dominus noster humilitatis studio filium hominis dicebat, cum esset & per patrem Deus, & per matrem homo quamuis omnes facientes iustitiam sicut ait Apostolus filij Dei uocemur & simus: *Rom. 8. Gal. 3.* propterea ergo contra spiritum sanctum negat eum uerbum posse dimitti, quia Deus spiritus est, & spiritualis est lex diuina: Ergo sicut quemcumque filium hominis humana meditantem impune contemnimus, ita dicenti agentique spiritualia ut filios Dei non resalutare, perpetuus est reatus nisi poenitentia remedia consequamur: Nam peccator conuersus ad Deum, & delictis suis terminum ponens, definit esse peccator ut ait Ezechiel. *Ezech. 18.* Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque die errauerit. Et iniquitas iniqui non disperdet eum quocumque conuersus fuerit: Denique Paulus persequens Ecclesiam Dei, spiritale peccatum gererat sed misericordiam est consecutus à Domino, quia ignorans fecerat in incredulitate sua. *Regina austris surget in iudicio:* sicut regina Saba uenit ad Salomonem, ita Ecclesia cum multitudine credentium, ab omni orbe terrarum uenit ad Christum: de hac Ecclesia, Dauid ait. *Mat. 17.* Altitur regina à dextris tuis in uelitu deaurato circumamicta uarietate. *Simile esse regnum Dei grano sinapis,* granum sinapis missum in agrum, seipsum saluator ostendit qui missus est in hunc mundum à Patre de caelis: quod minimum granum, minus est quidem omnibus seminibus, scilicet quod ipse deposito honore caelesti, humilior sit factus omnibus hominibus ut ait Apostolus: qui cum in forma Dei esset (inquit) non rapinam arbitratus est esse se aequali Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Ergo propter contumelias quas ipse pertulit nostri causa humiliorem se omnibus demonstrauit: sed postquam creuit, Christus scilicet uel in cruce, uel resurgens recepta iam potestate, maior omnibus hominibus ut sanctus Paulus ait: propter hoc (inquit) exaltauit illum deus, & dedit illi nomen quod est super omne nomen ut in nomine Iesu omne genua flectantur, caelestium, terrestrium, & infernorum? Arborem autem fieri, ita ut uolucres caeli habitent in ramis eius, Ecclesiam quae post passionem & resurrectionem Domini nata est ostendit, cuius ramos esse Apostolos constat ad superna tendentes: Volucres autem caeli, habitantes in ramis, homines significat spirituales, qui in Apostolorum catholica doctrina requiescunt, qui ideo uolucres appellantur quoniam sanctae conuersationis studio uolare uidentur ad caelum, à terrenis operibus recedentes. Ut ait Apostolus, & nos qui uiuimus simul tapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic cum Domino erimus: *Sicut*

Rom. 8. Gal. 3.

Ezech. 18.

Mat. 12.

Mat. 17.

Philip. 2.

I. Cor. 15.

propte-

Luc. 13.

Mat. 8.

Mat. 6.

Mat. 15.

Mat. 17.

propterea Regnum Dei, grano sinapis aequatur, quia ita difficilia in deuotis praecipua diuina, sicut uehemens est ac molestum sinapi illud sumentibus. *Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro,* Ager hic, mundus est: thesaurus, Christus est qui triduana latuit passione: Unde uendendum est nobis omne quod habemus in hoc seculo, ut uitam mereamur aeternam. *Accipitis Iesus quinque panibus & duobus piscibus:* per quinque panes, Pentateucum significat, i. 5. libros Moſis: per duos pisces, duo Testamenta, uetus & nouum, quibus Dominus genus humanum pascit. *Uespere autem factus solus erat ibi, Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus:* mare significat seculum: Nauis Ecclesiam, uentus Diabolum: quarta uigilia, Euangelia designat, quae adueniens in fine seculi nobis detulit Christus. Turbatur autem Petrum uita tempestate diabolicæ auge, Passionem indicat Christi, cum penè subuerſa est fides negantis Apostoli. *Et rogabant eum ut uel simbriam uel uentum in eius ranagerent.* Vestimentum saluatoris, lex est diuina, in qua sunt plura mandata, sicut in uelimento multa sunt simbriae: quarum unam si quis contingerit, id est de multis uel unum praecipuum saluatoris faciens, remedium percipit salutare. *Mat. 8. Mat. 6. Mat. 15.* *Ece mulier Cananea de sinibus illis ueniens:* haec mulier, gentilis populi habebat figuram, qui rogabat dominum ut congregatio eius ab erroribus Idololatriæ mutaretur: At Iesus dissimulabat, ut fides mulieris omnibus fieret manifesta. *Et Apostoli dixerunt, quid clamat post nos?* significantes, post Resurrectione domini, gentilem populum crediturum. *Respondit Iesus, non se missum esse nisi ad oues perditas domus Israel,* id est ad populum Iudaicum saluandum, si tamen credere uoluissent. *Non licet (inquit) accipere panem filiorum, & mittere canibus,* panem corpus suum dixit: Canes autem, gentiles homines uelut indignos gratia diuina. *Et illa respondens ait: utique domine,* id est, uerum dicis, sed & canis edam de micis mensae dominorum suorum, per catalos ostendit omnes gentes uenturas ad fidem Dei, & securas ex micis, i. ex Prophetarum Apostolorumque doctrinis, quas de mensa cadere, est de congregatione populi Iudaici separati ad resurrectionem generi humano praebendam. Mensa enim, congregatio populi est intelligenda: *Uade ad mare & mitte hamum, & cum piscem qui primus ascenderit, tolle.* Hoc tributo, Passio domini designatur, quia homo abstrahendus erat à seculo, habens in ore suo staterem, id est didragma 4. continens dragmas, quibus intelligenda sunt 4. Euangelia: quorum proditio, testimonia fidei demonstrabat, unde debitum, id est peccatum generis humani, possit absolui, quia passione Christi liberandi eramus à debitis peccatorum. *Nomen hic est filius Ioseph fabri?* Filium fabri uel ab obtrectatoribus se Iesus uoluit appellari quia ipse conditor mundi Deus in principio fecit caelum & terram: Et quia terrena nos docent quae sunt caelestia, quasi bonus animae faber, spiritualia uitia nostra circundolans cito, est iam securim ad mouens, arboribus infœcundis, secare doctus exigua, sublimia tenuare culminibus: rigida mentium, spiritus igne molliere & in uariis usus omne humanum genus diuersa ministeriorum qualitate formare. *Herodes enim tenuit Iohannem, & alligauit eum, caputque eius in disco ad mensam sibi fecit afferri.* Discus, nouissima seculi partem significat: Futurum enim e-

rat nouissimis temporibus, ut puella, id est, Ecclesia acciperet caput Christi, quod obrulit matri, scilicet Synagoga: ergo passionem Christi significabat Iohannis passio. *Non dico tibi sepius, sed & usque septuagesies septies, i. 490.* vicibus, ut totiens ille peccanti dimitteret in die, quotiens ille peccator non posset: Sicut quia hic numerus ita ueniē conuenit ut poenē. Nā de Lamēch ita septuagesies septies uindicatū est, sicut & posteri imitatoreſq; malicię eius Iudęi 70. anno (Eſdra ducēte) de Babilone rediere captiui, *Et cum cepisset rationem ponere, oblatuſ est ei uerus qui debebat ei 10 talenta.* per seruum debitore summę predictę, uniuersos homines significat generaliter, qui transgressio Decalogo debitores deo sumus, & nobis dominus dimisit debita peccatorum per gratia baptismatis, siue per poenitentia. Ita ergo & nos ceteris debitoribus nostris indulgere debemus, ne affectibus sensuum nostrorum amissis, cogamur debita nostra soluere. *Iesus ascendit in montem,* id est, ad maiestatem Patris: Et uultus eius immutatus est: id est, maiore sui luminis claritate, ne discipuli de ipso adhuc dubitarent. Nam dixerat sancto Petro, modice fidei quare dubitasti? Per uentum ipsius, splendidam, adumptionem sanctorum futuram indicat: per tria uero tabernacula, triduana habitationem passionis ostendit, siue Trinitatis figuram. *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum:* per diuitem, populum significat Iudeorum, qui cum diuitiis egressus est de Aegypto, & de quo legitur, diuites egerunt & esurierunt, per camelum autem, gentilem populum dicit, nihil habentē rectum, gerentemque sarcinam peccatorum, ac per foramen acus intrantē, id est per arctā uiam incedentem, quae ducit ad regnum caelorum: nam & Iudas de precio perditionis diues fuit, sed uitam aeternam non meruit, *Simile est regnum caelorum homini patri familias, qui exiit primo mane conducere operarios in uineam suam:* Pater familias, Christus est, qui operarios conducit, & qui credentes colligit ut mercedem suę sanctitatis accipiant: uinea uero, obedientia legis est: denarius autem, uita aeterna. Primę horę operarij, uirgines sunt qui se laborem corporis & calorem primę aetatis tolerasse dixerunt: per cetera autē aetatis augmenta, incontinentes accipiendi sunt. Uespere accepisse mercedē, in aduentu significat Christi. Siue, primę horę operarius est Adā: Tertie, Noë: Sexte, Abrahamā, Isaac, Iacob, & ceteri Patriarchę. Unde cingę, Apostoli, & omnes Christiani fideles: quibus uniuersis, remuneratio equalis est data, id est, denarius habens figurā Domini aeternā uitā credentibus dantis. *Homo quidā habuit duos filios, & accedens ad primum dixit: Filii, uade, operare in uinea mea: Et ille respondens ait, uolo:* per duos filios, duos populos dicit, Iudaicum atque gentile: quorū prior, gentilis est intelligendus negasse paternis parere praecipis, & tamē fecisse: posterior autem promissit se facturum quod iusserat (ut puta Iudaeos) & minime promissa cōpleuit: Uinea uero, lex est accipiēda, ad cuius praecipua omnes homines inuitatur. *Homo erat pater familias qui plantauit uineam, & sepe circumdedit eam:* id est, Deus omnipotens plantauit domum Israel: turrem uero, legem dicit: lacum, templū: Coloni autem, Iudaei sunt: Sepis fides est: seruos occisos, Prophetas: Alios postea missos, Apostolos dicit, ex quibus unum decollauerunt, Ioannem. Nouissimē filium

Mat. 14

Iud. 33

Luc. 20

Tom. 5.

HHh iij

Mat. 22. suum misit, scilicet Christum quem occidisse noscitur. *Reddite quae sunt Caesari, Caesari:* Tempore persecutionis reddendum Caesari praecipit corpus, in quod solummodo potestatem habet: Deo autem dicit debere reddi constantiam spiritus & animae, *De septem fratribus unam uxorem habentibus. 7 fratres, libri veteris Testamenti intelligendi sunt: Vxor eorum significat synagogam cum qua Patriarchae conuenientes dederunt semen fidei Christianae, sed illa non reuertitur ad uersus regnum Christi catholicum, audebit Diabolus, hereses concitare: Erunt terrae motus, & fames: significat homines uerbi diuini famem passuros, qui timore Diaboli ad hereses cofugiunt: Tunc qui in Iudaea sum fugiant ad montes, per Iudeam terram sanctam, significat hominem castum confugere debere ad Apostolorum, doctrinam: Et qui in agro est, in Ecclesia non reuertatur tollere uestimentum suum, hoc est ueterem hominem derelinquat: 7 autem praegnantibus: hic significantur qui in corde concipiunt aliquid opus sanctum, & perficere illud causa auariciae, diffimulat, eo autem neglecto, uoti sui ueluti praegnantem existunt: Lactantes autem sunt, qui diuina praeccepta negligenter docent aut sapiunt ut paruuli, quibus non solidus cibus sed lac necessarium est.*

1. Cor. 3. *Orate ne fiat fuga uestra hyeme, uel Sabbato:* id est ne refrigerante Charitate ad gentilitatem reuertaris: aut Iudaismo consentiens, ex praeccepto Antichristi Sabbatum colas: siue hic sensus est, ne propter asperitatem temporis, frigus fidei patiamini: aut in Sabbati ocio, deuotionis timorem minime seruare possitis, uel certe persecutores euadere non ualeatis. *De die illa autem uel hora nemo scit:* diem & horam Deus se tantum scire, non hominem uoluit: & ideo nec filium dixit scire, ut improbitatem humanam in iudicij diuini curiosa inquisitione confunderet, cum filium hominis hoc nescire dixisset: ce terum filius Dei qui Deus ex Deo est: hoc ignorare non poterat, quippe dixit, omnia patris mea sunt: Si Ergo natura Patris in filio erat, scientie natura degenerare non poterat: ergo diuinitas una Patris & filij diem & horam nouerat quem creauit, Non poterat autem nosse humana fragilitas quod uiliter ignorabat: *Tunc erunt duo in agro, unus assumetur & alter relinquitur.* In agro sunt, qui gubernant Ecclesiam ut ait Sanctus Paulus: Ego plantauit, Appollo rigauit, Deus incrementum dedit. *Duo in lecto:* in lecto esse, Monachos significat qui amant quietem alicui a tumultu generis humani, & Domino seruietes, inter quos sunt boni & mali: per molam, mundum indicat & eos qui mundanis actibus conteruntur: Nam sicut mola duobus lapidibus constat, ita alter populus inuisus Deo, alter Catholicae Ecclesiae orbem in terris complet, & horum aliqui Deo complacent, aliqui artibus seculi ita uentur ut inde nequeant liberari, cum alij sic ibi sint (ait Apostolus) ut qui uentur hoc mundo tanquam non uentur. *De decem uirginibus,* interpretatio haec est, quinque esse corporis sensus, scilicet uidentis, audiendi, odorandi, gustandi, & tangendi: qui propter abstinentiam illicitarum rerum & propter integritatem fidei in utroque sensu continent, uirgines appellantur ut ait Apostolus, Respondi uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo: & quia uirginitatis deuotionis-

que ipsius corruptore est Diabolus, adiecit Apostolus, timco autem ne sicut serpens Euam seduxit uer futia sua, sic & uestri sensus corrumpantur a Charitate que est in Christo. Lampades autem opera bona dixit, sicut saluator discipulis suis: sunt lumbi uestri praecincti, & lucernae ardentes: in lumbis accinctis, est intelligenda uirginitas: In lucerna uero ardenti, opera bona. Quinque igitur sapientes uirgines nolunt uidere quod malum est, ab illicitis sacrificiorum cibis ora subtrahunt, complexum detestantur alienum, auditum suum a detrahente conuertunt, odorem diuine, charitatis inquirunt frangendo panem esurienti, hospitem in domum suam introducendo, uescientes nudos, concordantes litigiosos, uisitantes egrotos, sepelientes mortuos: hoc agentes, & uirgines & sapientes uirgines comprobantur. Negligentes uero, & bona praedicta non facientes, stultas esse non dubium est. Et sapientes, lampades habent lucentes oleo in uasis allato, quod est Charitatem conscientiae suae in proximis habere probat: Nam sicut oleum omni liquori supernatat & eminet, ita charitas praecellit omnibus & laudibus. *Tardante autem sponso obdormierunt omnes, scilicet fatigati:* Nam prudentes nisi perseuerassent in uigiliis usque in finem, non introissent regiam sponsi: *Eccc media nocte clamor factus est:* noctem pro ignorantia posuit, Ac si diceret, cum nesciretur: Ipse enim ait, Non est uestrum scire tempora uel momenta que pater posuit in sua potestate: de hoc clamore etiam dicit Apostolus, in nocte oculi in nouissima tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. *Dum eunt emere,* id est dum quaerunt aliorum fauorem & adulationum suffragia, non operati optant, cooperunt aptare Lampades suas, id est, in Resurrectione a mortuis ceperunt operum suorum Deo reddere rationem, quia tunc nemo uenalis est, nec quisquam alteri plus quam sibi consulit. *Ita ad uendentes & emite uobis:* hoc responsum dedere iridentes, non consulentes, ut iret ad adulatores & emerit sibi oleum, id est laudem famamque probitatis: *ne forte non sufficiat uobis & uobis:* ne ad arrogantiam uobis accidat si uobis diuinarum praebemus munerum portionem *pulsantes dixerunt, domine domine aperi nobis:* dictum quidem a domino, pulsate & aperietur uobis: Sed in hac praesenti uita, quando misericordiae non iudicij tempus est: *Et uni dedit quinque talenta,* id est Perchatuocum quem accipiens fidelis seruus, Decalogi praeccepta compleuit: *Alii dedit duo talenta* hoc est duo Testamenta, uetus & nouum: de quibus fidelis seruus Euangelia uirtutum opere coequauit: *Alii dedit unum talentum:* unam sententiam: quod tibi non vis fieri, alij ne feceris: quam sententiam nequam seruus, no exequendo id est aliis no praebendo, celsasse, & obruisse comprobatur: uelut si quis lucernam sub modio, tenebris per luorem abscondat: *Uenit dies Pasche:* Pascha, Domini passio est uel transitus: triduum, Ecclesia est: per patrem familias, domini patrem significat: per domum eius, Hierusalem celestem debemus intelligere ubi cum sanctis est conuuiuium habiturus Christus Dominus noster. *Uenientis pullum asinae:* per asinam, figurate intelligenda est Synagoga: per pullum asinae, Lasciuum populum gentilem, indomitumque significat, ad quem duos ex discipulis misit, Petrum in circuncisionem

nem, Paulum in gentes. *Tunc imposuerunt uestimenta, super illum & Iesum super sedere fecerunt,* id est, uestis Apostolica, scripturarum est expositio diuinarum, & nisi caelesti doctrina instructa fuerit anima, seorsum habere Deum non meretur: *Vel adduxerunt asinam & pullum eius,* id est gentilem populum, qui & praesepe domini sui ignorauit, hoc scilicet de quo cibaria sumimus: *Ramos de arboribus abscidentes:* peccata sunt, quae in nobis uidebantur. Arbores enim homines sunt: uel ramos de arboribus cadere, & uiam sternere, est peccata sua Domino confiteri, quo facilius in corde credentium Christus damnationem victor incederet. *Hoc est enim corpus meum.* corpus suum panem dicens de multorum granorum adunatione congestum, populum hunc quem assumpsit, indicat adunatum. *Hic est calix sanguinis mei:* sanguinem suum, uinum appellans de botris atque acinis plurimis expressum & in unum coactum: Item congregationem nostram significat commixtionem adunatam multitudinis copulatam. *Pater si fieri potest, transeat, uel transfer a me calicem istum.* fragilitatem in se dominus praefigurabat humanam, qui sine labore patendi liberari se cupiebat a corporis nexu, ob hoc calicem pro passione ait: Nam uinum, sanguis interpretatur: & calix corpus agnoscitur: Sicut enim uino, calix, ita sanguine plenum est corpus humanum. *Et percussit Petrus seruum principis sacerdotum & amputauit eius auriculam dexteram* Is autem cui ablata est, Malchus dicebatur, id est rex quondam populi Iudaorum, seruus factus est impietatis Iudaicae, qui ideo perdidit dexteram auris auditum, quia totam liberam ciuitatem audire confueuerat per fenestram: sed & dominus in his qui ex Iudaeis credere uolunt reddit aurem dexteram, & facit eos ex seruis, genus electum: *uelum templi fissum.* significabat populum ad uidentia Sacramentorum Mysteria conuersum ad Deum ex gentibus quas credidisse noscitur: Idco enim Christus passus est maledictionem ut nos a maledictionibus liberaret: Illud se passus est, ut nos ab illusionibus demonum qui in hoc mundo uersantur, auferret: *Spinam in capite coronam accepit,* ut sententiam capitale que ex spinis peccatorum nobis debebatur, eriperet. *Aceto potatus est,* ut acredine qua sanguis noster efforbuerat, in se susciperet, & ipse liberaret a passionis calice, qui nostris passionibus debebatur. *Expoliatus est* ut nuditatem parietum nostrorum, ob quam, serpentis consilio factam, doluerant, niuco uestimentorum tegmine mirabiliter operiret. In ligno suspensus est, ut ligni praeruaricationem ligno suae tollerent passionis: Mortem quoque ad se venire permisit, ut eam aduersum se colluctantem dimicantemque prosterneret, & quae per serpentem, regnum inuenerat, cum ipso serpente postea fieret captiua per Christum. Cur latroni, saluator ait, hodie mecum eris in paradiso, cum uirque illius, secundum hominem, corpus in terra, anima apud inferos, fuerint? Sciendum est quod hanc promissionem secundum affectum diuinam potestatis impleuit, quia ubique Deus esse credendus est, & ubi est Deus, illic & uita atque amoritas aeterna. Quomodo die tertio resurrexit Christus a mortuis? Sciendum est quod prior fuit nox, die: nam tenebrae erant super aquas antequam a domino fieret lux: & cum primo die azimorum facto uespere, Christus a Iuda sit traditus, primus Parasceuae passionis Dominicae intelligendus est dies, secundus Sabbati, Ter-

tius, is qui a resurrectione Domini Dominicus appellatur, & primus est Sabbati. Sane enim quod legitur in Marthaeo. *Vespere Sabbati uenisse Mariam ad sepulchrum,* Vesperam ait, pro eo quod est sero uel tarde: Nam subiiciendo quae uenisse in prima Sabbati non dubium est, Dominici dici significasse diluculum: Siue hoc magis intelligendam est, quod hora sexta parasceuae qua dimisit spiritum, factae sunt tenebrae, quae pro nocte sunt accipiendae, quibus finitis reddita est lux mundo, prima accipienda est dies Dominice passionis, secunda uero sequens nox diesque Sabbati id est diluculo cum surrexit. Dominus noster. *Noli me tangere* id est noli me corporali tactu, sed fide pulsare: *Nondum enim ascendi ad patrem,* hoc est, nondum in te ascendi quae uiuentem cum mortuis quaeris, & ideo ad discipulos mittitur, quorum credere disceder exemplo, Amen.

S. P. NOSTRI THEOPHILI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, Allegoriarum in Euangelium secundum Marcum. LIBER 2.

Hic mitto si glum meum ante facie tuam: Angelum hic hominem Iohannem scriptura significat, sicut & in Genesi ait. Videntes Angeli Dei filias hominum quod speciose essent, suspenserunt sibi uxores: Angelos istos Dei, intelligimus homines sanctos lapsos in peccatum. *Fox clamantis in deserto* Iohannem significat, clamasse Iudaeis, Nam desertum, dicit terram Iudeam a Sancto spiritu derelictam. *Erat autem Iohannes ipse indutus pilis cameli:* per habitum eius & cibum, gentes significat tortuosas, Cameli similitudinem habentes, uenturas ad Baptismum: & per locustas, Iudaeos qui non militantes Deo, sine Rege sunt ut locustae: per mel autem siluestre, rusticos dicit qui credentes, dulces facti sunt Deo. *Et erat in deserto 40. diebus & 40. noctibus.* Hoc propter eos dictum est qui imaginario corpore dicuntur cum fuisse, & phantasma: uel propter eos qui desiam hominem cum tantum fuisse putant, Nam 40. dicitur regendum bus & 40. noctibus ieiunare non potuissent. *Et cum accepit uenisset Iesus in domum Petri, inuenit iocum eius fabricatantem.* Socrus Petri Synagoga est, filiaque eius Ecclesia qua regendam Petrus apostolus accepit: *Febri* ergo est iniquitas clandestina, a qua infirmitate id est a perfidia Iudaorum ipsos euasisse probamus Apostolos & uelut resuscitatos gentibus ministrasse cibos ac potus salutis aeternae. *Tunc inuenit ad eum portantes paradisiicum in lecto, qui a quatuor portabatur,* a corpore scilicet, quod corpus uiuentis ex quatuor substantiis constat, humore, flatu, sanguine, & carne: *Nudatum uero lectum, confessionem significat peccatorum:* Nam grabatum, hominem ipsum oppretsum onere delictorum debemus accipere, cui ideo dimittuntur peccata ut ablata languoris iniuria, pu rificata anima corpus suum baiulans pergeret ad propriam domum hoc est ad legis diuinam custodiendam *logica sua praeccepta.* *Hi sunt qui supra terram bonam seminati sunt,* descriptio qui audiunt uerbum Dei & i faciunt unum tricesimum, Ecclesia quod ad coniuges pertinet: *Aliud sexagesimum,* hoc ad uiciduas respiciens dicit: *Aliud centesimum uirginibus fructus iste conuenit.* *Et facta est procella magna trem domini.* Figurata procella ueni, insidias diaboli significat. *Naui uero, Ecclesiam: mare, seculum, fluctus in epistola maris, humores: & Saluatorem dormisse dixit Euan-*

gelista, vt hominem demonstraret, quem excitatum Discipuli Deum approbant dicendo eum imperasse vento & mari: *Et facta est tranquillitas magna, id est serenitas. Et exenit de mari obuiauit ei homo demonummentis, habens spiritum immundum.* Monumenta, sunt mortuorum, id est, infidelium loca, vt legimus, dimitte mortuos vt sepeliant mortuos suos: quorum habitator habebat dæmonium legionum, hoc est, plura peccata, quæ scilicet quoniam dæmonum stimulis committuntur, tanta sunt, quanti eorum auctores: *Nec quisquam poterat ligare eum cathenis,* Reuera qui amicus est feculi, diuinæ Charitatis vincula dispupit: *Et lapidibus se concidebat:* Concidebat imaginem illam ad quam plasmatus erat, pro Deo lapides adorâdo. *Depræcabantur, inquit, Iesum Christum dicentes, mitte nos in porcos, id est, in homines luxuriosos & sordidos & porcorum more viucentes, de quibus dicit alibi, nec miseritis Margaritas ante porcos. Et mulier quædam erat in profusio sanguinis annis duodecim.* Cum iret Dominus ad filiâ Archi synagogi saluandam, id est, populo Iudaico medicaturus: hemorroïssa mulier, hoc est, gētilis populus sanguinem idolis fundens, tacta fimbria uestimenti, id est, rotius legis minimum præceptum exequens, scilicet quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: vel certe perseuerantiam, fidei habēs, sanata est. *Egressus Iesum vidit turbam multam, & miserans est eius.* Cum videret Dominus fame verbi diuini populum laborare, miserans est eius: scilicet vt ostenderet ad hoc se venisse vt spiritalem escam omnibus credentibus daret. Et quia necdum fuerat passus, ait discipulis suis: *date vos illis manducare:* hoc est, prædicare illis filium Dei, quia lex & Prophetæ, vsque ad Ioannem erant: Dicem autem declinantem, quia in fine mundi sumpto corpore Iesus in seculum venit: locum verò desertum Iudaicum populum dicit, qui ob incredulitatem suam desertus est à spiritu sancto, vt ait dominus. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Quinque panes, quinque libri Moſis intelligendi sunt: Duo pisces, duo Testamenta sunt: quod autem iussit populum discumbere & cessare super Fœnum, corpora nostra significat. *Esaia dicente, omnis caro sicut fœnum.* Duodecim cophinos autem superesse, manifestum est duodecim Apostolos plenos spiritu sancto significari, quorum doctrinâ post escâ legis quotidie satiamur. *Homo quidam erat diues,* Christus est intelligendus: *Is abiit in regionem longinquâ,* nihil enim est longius quam terra à cælo: *Hic venit accipere regnū,* humani generis, *Et reuersus, vocauit seruos suos, & dedit illis decem minas, et ait ad illos, negotiamini dum venio.* Ciues autem eius oderant eum, Iudæi scilicet: *Veni ergo primus dicens, domine mina tua acquisiuit decem minas,* hoc est præceptum tuum seruans, acquisiuit verba decalogi: *Et ait illi dominus, Euge serue bone & fidelis, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem Ciuitates,* id est, decem animas, quibus more Angelorum homo ille preponitur, quicumque in pecunia, id est, in prædicatione diuina domino suo perseuerans ac fidelis extiterit. *Et secundus venit dicens, domine mina tua acquisiuit quinque minas,* id est, mandatū tuū custodiens adeptus sum spiritualiter Pethateuci scientiam ad 5, corporis sensuū perfectionē. *Et huic dixit, & tu esto super quinque ciuitates,* id est animas, eo quod pecuniam domini & eloquia casta quasi argentum probatum, mentibus hominum fœnerasti. Denique celanti diuinam doctrinam velut lucernam sub modio ait

dominus: *quare non dedisti pecuniam meam ad mensam nummularis? & ego veni cum vſuris vique exegisset eam?* Vnde sciendum est quia spiritualis pecuniæ, id est, prædicationis diuinæ vſura, exercitium est boni operis. Secularis autem pecuniæ vſura, peccatum est. *Et statim aperta sunt aures eius, & soluta est lingua eius.* Sciendum est quod Christus non solum spiritualia, sed & carnalia miracula faciebat, præbendo lumen cæcis, surdis auditum, mutis loquelam: Apostoli autē spiritualia miracula faciebant, prædicando scilicet vt monitis ipsorū conuersi homines & verba veritatis audirent, & viderent diuina mysteria, ac Deo placita loquerentur. *De 3. mortuis à Christo resuscitatis* Tres mortui à Salvatore resuscitati, tria genera peccantium indicant: Nam per filiam Archisynagogi infra domestico; parietes resuscitatam, eos scriptura Euangelica demonſtrat qui in cordibus suis cum adhuc meditantur delinquere, inspiratione diuina reuocantur à peccato mortis æternæ: Per iuuenem autem defunctum, quem elatum de domo, sed necdum sepulchrum dominus suscitauit, intelligendi sunt qui prauum aliquid mox vt publica actione commiserint, diuinâ reuerentia compuncti peccare desistunt: Per Lazarum vero quatridduanum ac fœtentem, eos scriptura declarat quos cōsuetudo peccandi facit horribiles, eosque Saluator obiurgas & fremens spiritu, id est, minis terroribusque pœnarum à necessitatibus eripit delictorum.

S. P. NOSTRI THEOPHILI
ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI,
Allegoriarum in Euangelium secundum
Lucam. LIBER 3.

Vinum & ficeram non bibit, vinum propter luxuriam, Siceram vero propter dulcedinem & voluptatē, quæ sicca est succus dactili. *Potēs est Deus de lapidibus, istis suscitare filios Abrahæ:* Lapidis pro Iudæis posuit, pro cordis duritia, De quibus suscitauit Apostolos: vel quia de gentibus martyres extiterunt. *Iam securus ad radices arborum posita est:* securē pro cruce ait, cui similis est per manubrium: Nam arbores pro Martyribus ait. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio:* Lucerna Christus est, siue lex diuina illuminans cor nostrum: Modium, pro seculo ait: Candelabrum, auctoritas veritatis est, vnde oportet nos mandata Christi non celare sed palam prodere, vt luceant opera nostra omnibus qui in domo sunt, id est, in Ecclesia. *Iesus ascendit in montem,* id est, in maiestatem Patris, & vultus eius immutatus est, scilicet maiore sui luminis claritate, ne de ipso adhuc discipuli dubitarent, Nam dixerat sancto Petro, modicæ fidei quare dubitasti: per vestem verò ipsius splēdidam, Assumptionem Sanctorum futuram indicat: *per 3. enim tabernacula, triduanam tumuli habitationem ostendit, siue Trinitatis figuram.* *Quia si in Tyro & Sydone facta fuissent virtutes quæ in vobis facta sunt, cum dicat saluator Tyrum & Sydonem pœnitentiam agere potuisset si in eis diuinari apparuissent signa virtutum, nō eapropter illic facta non sunt, quia salutem fuissent credentibus allatura, sed quia Dominus ac Saluator pro diuina dispensatione non venerat, nisi ad oues quæ perierant domūs Israel.* Et quid est quod non venerat nisi ad oues quæ perierant domus Israel quia inter reliquas vsquequaque nationes, specialiter Israel vnum Deum coluit, atque, vt ita dixerim, pecunia-

peculiaris illius populus fuit ob merita Abrahæ, Davidis, & ceterorum Patriarcharum, quibus Christus proprie repromissus est, atque ex eorum stirpe descendens inde ipsam carnem in qua terris apparuit, assumpsit: sed tamen quia virtutes postea & in gentibus factæ sunt, ita hoc testimonium intelligi potest vt vbi dicit, *non veni nisi ad oues.* subaudiatur illic, prius, & ita hoc testimonio, veritas & misericordia Dei in vniuersos prompta clareat magis: *Ecce efferebatur mortuus filius vnicus matris suæ quæ erat vidua, & multa turba Ciuitatis sequebatur eam:* per filium vnicū mortuum, exterior homo, id est, corpus, accipiendus est, cuius matrem, animam in hominem allata est quæ corpus humanum & vnicum filium ab infantia instituit ac nutriuit: quam Animam ideo matrem viduam debemus accipere, quia cū in Adam accepta lege extitit præuariatrix, recedens ab ea Spiritus Dei, viduam illam reliquerat, & ob hoc vnicum filium suum, id est, Adæ corpus mortuum peccato, amisit: *Quam ideo ait, quod multa turba sequebatur Ciuitatis, quoniam multi ex hoc mundo sequuntur Adam:* Fletus autē Matris viduæ, pœnitentiæ fuit iudicium: Huic Dominus ideo ait, noli flere, quia restitueri illi filium disponebat: & quod funus eius contigit dominus, congregaturum: sed cum morte in allum pro corpore indicabat: Ille autē iuuenis, quod resurgens sedit ac loquebatur, Adam resuscitandum & animæ, hoc est matri suæ reddendum designabat. *Homo quidam descendit ab Hierusalem in Hierico.* Hierusalem interpretatur visio pacis: Hierico seculum: homo quidam, Adam: Incidit in latrones, id est in diaboli voluntates quæ illum expoliauerunt, & ingesserunt ei peccatorum plagas: Hunc semiuiuum neglexit Sacerdos atque Leuita, id est, Aaron, & Helias, vel Moſes qui vulnera illius non lauerūt, id est, peccata gentium non curauerunt: Samaritana nostra curauit, oleū infundens, id est, sanguinem suum & Christina largitus est: Impositum iumentum perduxit ad stabulum, id est, assumptum hominem ad Ecclesiam duxit, Nam stabularij Episcopi sunt, quod autem dixit: *reuerteris reddam tibi:* in futuro Aduentum se pollicetur Episcopis. *Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus, possessio aruit:* Luxuriosum hominem significat plenum peccatis, quem cupientem amplius delinquere per illecebras vitiorum, dominus alloquitur dicens, *stulte hac nocte, scilicet quanto plus peccas & latere te estimas, anima tua à te auferetur,* id est, carnis erit focia, qua stimulat peccata moliris. *Ignē veni mittere in terram,* id est, Spiritū sanctum carnalibus dare. *Erunt quinque in domo vna diuisi, tres in duobus & duo in tribus, matrem, patrem, filium, filiam, nurum:* hos quinque persecutio separabit dum alij Christo, alij vniuntur seculo, nec nō cū venerit Antichristus, legem veteris Testamenti scriptam in duabus tabulis, predicabit: Helias autem, Patrem, & filium, & Spiritum Sanctum annuntiabit. Tunc Sancti confessuri sunt Trinitatem: impj verò, Diaboli sequetur doctrinam. Ita diuiduntur duo à tribus, & tres à duobus: *Et inimici hominis, domestici eius, inimici veritatis, erunt etiā domestici hominis, cum vel pater filium, vel filius patrē doctrinæ diabolicæ*

consentire fuerit adhortatus dicens, *Caue ne occidaris, consentias ei qui dixit, hæc omnia mea sunt, & cui volo, do illa: Quis ex vobis volens turre edificare, non prius sedens computat sumptus si habet quæ opus sunt?* per turrem, vitam nostram significat, quam ex omnibus mandatis Christi debemus edificare, & trabe Crucis Christi consignare operis capti finē, id est, perseuerantiam fidei, ne forte aliqui imperfectum opus nostrum derideant. *Homo quidam fecit cenam magnam,* per Cœnam, Aduentum Saluatoris nostri Scriptura significat, quod omnes gratiam spiritualem conuiuio domini sumpturi erant, & ideo cenā ait, quia sub vesperam seculi Christus aduenit, *Quj misit seruos suos,* id est, Apostolos, vt vocarent Iudæos ad cōuiuium domini iam pridem inuitatos per Prophetas: illi autem nolentes Christo credere, excusauerunt se, per sollicitudinē seculi presentia diligentes, & futura contemnentem, ad cenam Dominicæ passionis venire contempserunt per mille excusationes. *Qui per quinque iuga bonum se excusauerunt, illi intelliguntur qui de lege Penthateuci recedere noluerunt vt ad cenā, id est, ad Christi perfectionem veniret, Euangelium suscipiendo: Illi autem qui per vxorem ductam se excusant, sunt qui à libidine corporis detinentur & ad Christum venire non merentur, licet per legem sint vocati. Deinde munitur serui, id est, Apostoli ad exitum viarum, vt quia Iudæi indignos se iudicauerunt non recipiendo Aduentum Domini, & conuiuium sancti Sacramenti spreuerunt: *Conuocarem luscios,* id est, sacrilegis suis Deum non vidētes: *claudos,* i. qui per viam veritatis minime ambulabāt: *Mendicos,* i. pane vite æternæ egētes: pro his vocatis & venire nolentibus, Apostoli venerāt ad conuiuū domini: *ex his vni qui nō habuit tunicā nuptialem,* i. bonā conscientiam, vt Iudas Iscariothes, in exteriores te nebras proiectus est: vel generaliter hoc debemus accipere, quia quisquis crediderit ex gentibus, nisi fideliter mysterium Baptismatis fuerit consecutus, peccatorum tenebras non potest euitare, quia nisi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum cælorum. *Simile est regnum cælorum sermento quod accepit mulier:* per mulieris figuram, propter filiorum procreationem Ecclesiam significat, sicut alibi scriptura, virginem ponit eam propter integritatem: *Hæc accepit sermentum,* id est, doctrinam Christi: Sata tria, significant Trinitatem, & abscondit illud in farina, hoc est, populo tradidit numeroſo, quia permixtione vniuersitas multiplicata est Christiana. *Homo quidam habuit duos filios, & dixit illi iunior, Pater da mihi portionem substantiæ quæ me contingit:* hūc autem Adam & Christus est intelligendus: Nam per patrem, patrimonium Paradisi scriptura significat, quem accipiens Adam, per inobedientiam perdidit: *Abiit in longinquam regionem,* i. in seculum, vbi fames est facta, diuini scilicet verbi, & cupiebat se de siliquis saturari quas porci manducabant, id est secularium cibis vti delectabatur: quod autē pœnitens ad patrem reuersus est, significat gentes quæ Adæ figurā habent, cognituras creatorem suū. *Stolam primam,* vitam scilicet quam diabolus ademerat, per Christum recepit, & anulum inquit in manu eius, fidem dicit quam amiserat: per calciamenta verò, vestigia munia intelliguntur, quibus diaboli non timeat lapsum, vt ait Apostolus, calciati pedes in præparatione Euangelij pacis, per vitulum occisum, Christum pro Adam, scilicet pro gentibus si-*

Luc. 16. Episcopo po- riu indul- genia.

gnificat passum: Senior frater, Iudæus est: Cui pater ait: tu mecum semper es, & omnia mea, tua sunt: à quo de regressione fratris, hac framea longinqua probatur, repellitur invidia. Homo quidam erat dives, qui habebat villicum: Hanc comparatione saluator villico iustitia, id est, Episcopis dedit, ut quomodo domino suo fraudem fecit ut haberet unde postea viveret, ita Episcopi non omnia peccata vlcisci debeant, sed locum pœnitentię reseruare eos conueniat, cum præsertim ipse dominus dixerit, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur à via sua & uiuat. Ideo autem laudauit dominus Iesus fraudatorem domini sui, ut eius sequētes exemplum non omnia debita exigamus. Et occurrerunt ei decem viri leprosi: per decem viros leproso mundatos vnumque gratias agentem, Iudæos arguit Iesus, quia cum omnes eos à diuersis lāguoribus liberasset, ingrati eius fuerunt virtutibus, solusque Naaman gentilis ab Eliseo purgatus gratias egit Deo. Iudex quidam erat in Ciuitate, hoc est, Pilatus erat in seculo, nec Deum timens, nec hominem reuerens: Christum scilicet dicit, qui Deus erat & homo. Vidua quaedam, id est Synagoga, cepit ad illum dicere, vindicame de aduersario meo, hoc est de Christo: & Pilatus nolebat multo tempore, dice, quid enim mali fecit: post hæc autem dixit in ira se, esse Deum non timere, neque hominem reuerere, id est, Christum, qui vtrūque erat, tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, scilicet Synagoga: significat ergo congregationem Iudæorum insolentem fuisse Pilato, cum clamaret, non hunc dimittas sed Barrabam, ille autem lotis manibus dixit, innocens sum à sanguine iusti huius, vos videritis: & dimisit illis Barrabam, Iesum vero flagellis caesum tradidit eis ut crucifigeretur: Zachæus statura pusillus erat, scilicet quia necdum habuerat fidem quam adeptus est in arborem ascēdens, id est, credens in eum qui crucifigendus erat: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & si cui aliquid fraudis feci, reddo quadruplum. Non est hoc contrarium ei quod alibi dicit Iesus, dimitte omnia tua & sequere me, quia dimidium bonorum suorum daturum se pauperib⁹ pollicetur, & dimidium his quos fraudatus fuerat, impartiturum. Homo quidam erat pater familias, qui plantauit vineam & septem circumdedit ei, & fodis torcular in ea: per patrem familiās, Deum patrem significat plantantem vineam, scilicet populum Israel: Sepe circumdantem, Prophetarum prædicationibus munientem: fodientem torcular, patientiam voluntatis & deuotionis perseuerantiam: vbi per lignum crucis & lapidem angularem affluere faciunt spiritalis dulcedinis fontem: & a discantur Turrem, gloriam suam & altitudinem diuinæ legis ad quam Euangelij prædicatione conscenditur: & locauit vineam agricolis, id est, Doctoribus legis ac Sacerdotib, qui interfectis seruis ac Prophetis exigentibus ab eis fructum iusticiæ fideique, per quos credere debuerant in aduentu filij Dei quem peremerunt, putantes negato eo se hereditatem patris posse lucrari. Qui habet, dabitur illi: verbi gratia, si fidem habens, charitatem non habet, etiam cader à fide quam se habere credebat. Quomodo Saluator secundum hominem euectus est ad cælum, aut quomodo cælum permittitur Sanctis, cum dicat, nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit filius hominis qui est in cælo? Aut quomodo in Cælo erat, cum adhuc esset in terra? Sciendum est quod secundum carnem in terra erat, secundum Deitatem in Cælo

Luc. 13.

Luc. 19.

Mar. 12.

non deerat: ideo & ipse ascendit qui descendit, quia licet homo factus sit, non tamen Deus esse destitit: idem est ergo homo & Deus, i. Christus vna persona est: & vtiq; cum ille sit caput, sancti autem, sint membra eius, necesse est vt sequamur membra eius quo caput præcessit, vt sit in cælo Christi corporis plenitudo. Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum, hoc de filio proprie intelligendum est, in quo est plenitudo diuinitatis: nam homines secundum mensuram accipiunt gratiam Spiritus Sancti. Arborem scilicet quidam habuit plantatam in vinea sua: apta Synagoge arboris istius cōparatio est: quia sicut illa arbor folijs redundans affluentibus, sp̄e possessoris sui, casta speratorum prouentuum expectatione destituit, ita etiam in Synagoga, Doctores eius operibus infæcūdi, diuinis verbis tantū velut folijs redundantibus gloriantur. Inania verba legis exuberant, spes autem falsi expectata prouentus, populi vota credentis illudat. Ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis amis decem & octo, & erat inclinata. In muliere infirma, est figura Ecclesiæ, quæ cum mensuram legis in qua est Decalogus, & Resurrectionem Christi, in qua octo beatitudines sunt, impleuerit. Tunc Sabbato, id est, quiete perpetua perfructu, & in sublime erecta fastigium, inclinationem nostræ infirmitatis sentire non poterit: ideo autem curata est hæc mulier, id est, populus Christianus, quia & legem impleuit, & percepit gratiam in lauchro, per quod morimur seculo, & resurgimus Christo. Nam in decem verbis legis perfectio est, in octauo numero Resurrectionis est plenitudo. Non bibi à modo de hoc gemine vitis, & que in diem illum cum illud bibam vobiscum in regno Patris mei: per germen vitis, populum significat Iudæorum, quem negat se esse assumpturū, nisi in regno Patris sui, hoc est, nisi infide ipsius crederent: & appellatione patris se asserit filium, quia pater non dicitur, nisi habens filium: per regnum autem, fidem indicat, vt alibi ait, Regnum meum inter vos est. Dives qui habebat villicum sine dispensatore, Deus omnipotens est, quo nihil ditius: huius dispensator erat Paulus, qui ad pedes Gamalielis sacras literas discens, legem dei susceperat dispensandam: hic cum cœspillet credentes in Christum persequi & omnem domini sui dissipare substantiam, dictum est ei: Saule, Saule quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare! Dixitque in corde suo: quid faciam? magister fui, & cogor esse discipulus Ananiæ, villicus, & operarius in gentibus: fodere non valeo, omnia enim mandata legis conspicio destructa, & legem ac Prophetas vsque ad Iohannem Baptistam esse finitos: medicare erubescō, vt scilicet qui doctor fueram Iudæorum, cogar ad gentes per Ananiam discipulum, veritatis & fidei mendicare doctrinā: faciam ergo quod mihi vile esse cognosco, vt cum proiectus fuero de villicatione mearecipiant me Christiani in domos suas: cœpit eos qui prius verfabantur in lege, & sic in Christum crediderant, vt arbitrentur se in lege iustificandos, docere legem abolitam, Prophetas transisse, & quæ antea fuerant pro lucro in sterco deputari: vocauit itaque duos de plurimis debitoribus: primus qui debebat centum batos olei, eos videlicet significat qui fuerant ex gentibus congregandi & Dei misericordia indigebant: ac de centenarij numero qui perfectus est, fecit eos scribere quinquagenarium numerum

Luc. 13.

Att. 9.

Luc. 7.

Luc. 16.

De Episcopo

opus, tem

parula

inde ad

missi

quis

speculam

conuenientem pœnitentibus, iuxta Iubilæum, & illam in Euangelio parabolam, in qua alteri quinquaginta denarij remittuntur. Secundum autem vocauit populum Iudæorum, qui pabulo mādatorum Dei vnitas erat, & debebat ei centenarium numerum, quem coegit, vt de eo faceret octoginta, id est, crederet in Domini Resurrectionem, quæ octaua dici numero continetur, & octo decadibus complectur, vt de sabbato transierit ad primam sabbati: Ob hanc causam à domino collaudatur, quod bene fecerit, & pro salute sua in Euangelij clemētiā, de legis auctoritate mutatus sit: Ideo autem vocatur villicus iniquitatis, quia licet bene quidem, nō bene tamen diuidebat, credens quidem in patrem, sed filium persequēs: habens Deum omnipotētem, sed Sanctum Spiritum negans: prouidentior itaque fuit Paulus Apostolus in transgressione legis, filius quondam lucis, qui in legis obseruatione versati, Christum qui Dei Patris est verum lumen, perdidit. Qui fidelis est in minimo, i. in carnalibus, & in multis fidelis erit, hoc est in spiritalibus: qui autem in paruino iniquus est, vt nō det fratribus ad vtdum quod à Deo pro omnibus est creatum, ite in spiritali pecuniā diuidendā iniquus erit: Si autem (inquit) carnales diuitias quæ labuntur, non bene dispensetis, veras æternasque diuitias cœlestis doctrinæ quis crederet vobis: & si in his quæ aliena sunt (alienum est autem à nobis, quod seculi est) infideles fuistis, ea quæ vestra sunt & proprie homini deputata, quis crederet vobis: vnde corripit auariciam, dicens, cum qui amat pecuniam, Deum amare non posse: Sciendum est autem hanc comparationem saluatorem nostrum Episcopos possuisse.

S. P. NOSTRI THEOPHILI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, Allegoriarum in Euangelium secundum Iohannem. LIBER 4.

Ioh. 1.

I-Cor. 8.

Ioh. 2.

Ioh. 4.

IN Principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum: Principium est Deus, verbum filius Dei Christus de quo paterna vox dicit in psalmo, Eructauit cor meum Verbum bonum, id est, Christū per quem omnia facta sunt: & sine ipso factum est nihil, id est, idolum, quod vt ait Apostolus Paulus, scimus quia nihil est in mundo. Quid michi & tibi est mulier? nondum venit hora mea: hoc ideo ait, quia Christus, & Deus erat de Deo natus, faciens miracula: & homo erat per matrem, humana tractando: ergo nunc, quia mysterium operaturus erat, aquam in vinum mutando, nihil se commune dicit habere cum matre, id est, nihil humani, sed diuini operis ait se esse facturum: Nam per nuptias, cōiunctionem Christi & Ecclesiæ, hoc est veteris & noui Testamenti traditionem debemus accipere: per septem autem hydrias Lapideas, septem Ecclesiæ super petram fundatas, aqua plenas, id est, Baptismatis gratia repletas, quod autē dicit scriptura, capiētes metretas binas vel ternas, binę, eos significat, qui matrimonij coniunguntur: quod vero ternas dicit, eos demonstrat qui Trinitatis virtute spiritaliter effecti sunt: Architrictinus autem, Moyses: & novus sponsus, Christus est intelligendus: aquas in vinum conuersas, significat fideles Baptismate cruerē passionis appetere. Respondit mulier, & dixit, non ha-

leo virum: hæc mulier Samaritana erat, quæ per quinque viros, quinque libros Moysi dominus habuisse significat: Est autem Hierosolimis natorum piscina, quinque porticus habens: per quinque porticus, quinque libros Moysi significat, quibus populus Israel continebatur: nam per aquam, populus Iudæicus est intelligendus, qui adueniente Domino nostro ita turbatus est eas videndo miracula, sicut aqua per Angelum mouebatur: Ideo autem ad motum aquæ vn̄ curabatur, quia vnica est Ecclesia: ob hoc etiam scriptum est quod, non nisi descendisset, sanabatur, quia superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam: quod vero cum triginta octo annos in infirmitate iacuisse scriptura commemorat, sciendum est quod dragenarium numerum, plenitudinem conferre Iusticia: Nam quadraginta diebus ac noctibus Moyses & Helias & Christus ieiunasse noscuntur, quoniam ab vno qui Deus est vsque ad quatuor multiplicatio facit decem, quot sunt præcepta Decalogi: qui denarius numerus veteris Testamenti per Euangelium, quadragenarium numerum facit: ad quem implendum quia duo mandata deierant infirmant, scilicet, diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum tanquam teipsum: Venit autē ægrum Iesus qui erat Deus & homo, vtriusque dilectionis auctor atque collator, & sanauit eum, dicens: Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam: & quid est ferre grabatum, nisi quod voluntatem carnis nostræ in qua iacebamus, quasi in lecto comprimere debeamus, & cum fuerimus saluati diuinitus, ferre nitamur vt carne nostra potiores probemur? Nam quod ait, vade in domum tuam, hoc præcepit vt faciamus diuina mandata per quæ ad æternam domum peruenire possumus, et nemo misit manum in eum quia nondum venerat hora eius: hæc hora non secundum Mathematicos intelligenda est, sed potius hora illa qua ipse crucifigi & pati voluit: Inde ait: nondum venerat hora eius, quia nondum vniuersa propolite operationis impleuerat Mystera, propter quæ carnem dignat⁹ erat sumere: Et præteriens vidit hominem cæcum à natiuitate sua: per cæcum naturaliter non videntem & illuminatū, significat humanum genus originali peccato detentum. Mittitur in Syloa, i. in Baptisimatis fonte, à gentilitatis sacrilegio derentus, liberatur: Lutū vero factū de salua oris domini, ac positum super oculos cæci, significat hic quod nature deorat, opere suo implere sigulum: vt illuminationem nostram auctori imputemus potius quam naturæ. Erat quidam languens Lazarus à bethania: per Lazarum, humanum genus ostenditur, quod ante Aduentum Christi in seculi noctibus dormiebat: Institis autem constrictus, significat peccatis propriis obuolutum. Martha vero & Maria, Ecclesiæ fides & opera intelliguntur, rogantes Christum vt Lazarum, id est, humanum genus viuificet: Lapis autem reuolutus à monumento, significat infidelitatis duriciam ab hominum corde submotam: per quartum diem resurrectionis eiusdem, quatuor Euangeliorum demonstrat figuram, quorum prædicario duriciam à nobis aufert cordis, quod autem lachrimatus est Iesus, vel propter perfidiam Iudæorum, vel vt se hominem demonstraret, fleuit. Item aliter de alio Lazaro Lucæ inquirendum est, quomodo in Parabola Lazari diues in tormentis sit ante iudicium: aut quomodo digitum Lazari dicat. Nunquid corpora apud Inferos sunt: Aut ipse qui aquam, desiderat,

Iacob. 4.

Ieiunium 40. dierū

Exod. 20

Ioh. 7.

Ioh. 9.

Ioh. 11.

Luc. 16.

nunquid sitim corporis sentiebat: hec autem omnia A
 secundum eos affectus loquitur, quos aliquando pro
 necessitate corporis gesserat: Ceterum ille ante iu-
 dicio tormentorum sensus quasi pro loco custo-
 dii in quo erat, accipied^o est. Res quippe ipsa in cus-
 todia non est absque tormentis. In hoc quoque, quod
 apud Infernum, Abrahamum videt, hic subesse à qui-
 busdã ratio putatur, quod oēs Sancti ante Adventum
 domini Iesu Christi etiã ad inferna, licet in refrige-
 rij locum descendisse dicuntur: Alij opinantur lo-
 cum illum in quo Abraham erat, ab illis inferni locis
 seorsum in superioribus fuisse constitutum: propter
 quod dicit dominus de illo Diuite, quod eleans o-
 culos suos cum esset in tormētis, vidit Abraham de
 longe: Sinus quoque ipsius Abraham, designat loci il-
 lius & regionis quietem. *Ambulate dum lucem habetis:*
 per lucem, Christum legemque significat: per tene-
 bras verò, Antichristum erroris auctorem *Vado ad
 patrem, quia pater maior me est:* cur igitur alibi ait Iesus,
 Ego & pater vnum sumus: Sciendum est quod Chris-
 tus Dominus noster ita verus homo & verus est
 Deus, de patre Deo: de matre homine, homo: Illic
 secundum hominem, hic secundum Deum loquu-
 tus creditur: iuxta quam rationem etiam in reliquis
 quæ aut æqualitatem cum patre, aut humilitatem
 eius humanitatis sonant, facile intellectus patebit.
 Ioh. 15. *Ego sum vitis vera, pater meus autem agricola est:* quoniam
 pluuiam & serenitatem ministrans, nostrarum est
 cultor animarum: per palmitem verò fructiferum,
 Catholicum Populum significat ubique diffusum:
 per infructuosum autem, hæreticos notat, quos
 velut Sarmenta arida Gehennæ ignis expectat. *Re-
 conde gladium in theca:* hic per gladium, spiritus est
 intelligendus, vt alibi ait dominus Iesus: non veni
 pacem mittere sed gladium. *Auricula autem à Petro
 amputata,* auditus est Iudæorum vt ait Iſaias, Au-
 re audietis & non intelligetis. Theca autem pe-
 ctus est Petri, in quo latebat Spiritus Sanctus.
 Mat. 10. *Et traxit rete in terram, pleni magnis piscibus,* 153. Sciend-
 um est quod mare, seculum significat: per nauem
 Ecclesiam, per Piscatores, Apostolos, per Pisces ma-
 gnos, Animas sanctas, quas ideo 153. esse Euangeli-
 sta commemorat, quoniam qui Decalogi Præcepta
 custodiunt, accepto Spiritu septiformi, sancti esse no-
 scuntur: Nam ab vno vsque ad decem & septem
 multiplicati crescendo 153. faciunt. Spiritales er-

go legitur Euagelium, quia seruantes numero & me-
 rito Apostoli eliguntur. Ceteri verò, quorum vita
 expers est Ecclesiastica disciplina, vagantur in flu-
 ctibus. *Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.*
 Et cur alibi legitur propter verba laborum tuorum
 ego custodiui vias duras. Manifestum est quidē quod
 omnes qui in Christo pie volunt viuere, persecutio-
 nem patiantur. Sed tamen diligentibus Deum quæ
 sunt dura in præfenti vita, sunt leuia spe futuri gau-
 dij. *Regnum Dei intra vos est:* in vno quoque pro bo-
 norum malorūq; distantia aut Deus regnat, aut dia-
 bolus: quia necesse est vt cuius voluntatem opere
 perficit, eius imperio videatur esse subiectus, itaque
 si iusti sunt quidam, Deus in his regnare videtur &
 dicendus est: Si autem iniusti, diabolus. potest & fi-
 des regnum Dei dici per quam scilicet iustus viuunt,
 & per quam Iesus Christus habitat in cordibus san-
 ctorum suorum. *Abraham pater vester exultauit vt vi-
 deret diem meum, vidit & gauisus est:* Prophetæ viden-
 tes olim appellabantur, ideo quod Sancti Spiritus
 munere ea quæ ceteris erant clausa quasi futurorum
 præsej vidēbant, inter quos Abraham Iesum Chris-
 tum vidit in spiritu. *Dixit Iesus ad Samaritanam, da
 mihi bibere,* id est credulitatem tuam sitio & conuer-
 sionem, dicit ei quoque, voca virum tuum, hoc est
 accomoda intellectum, quinque viros habuisti, vel
 Pentateucum vel quinque corporis sensus signifi-
 cat. Ideo Iesus pedes Apostolis lauit, id est ne
 quid in eis terrenæ cogitationis & maculæ remāsi-
 set vel remaneret. Ad hoc quod legitur Ioannes
 recubuisse super pectus Iesu, quia solus virgo fuit,
 qui à virginis filio præ ceteris præferretur. Hic de
 secreto pectoris sui hauriebat aquam viuam quæ ei
 nunquam faceret sitim. Ideo accepta vuccella le-
 gitur quod Satanus in Iudæ pectus intravit, quia si-
 cut antidoto fugatur venenum, ita dato pane ap-
 paruit Sathanas in Iuda, in quo dum furaretur, late-
 bat, & ideo subdidit dicens, quod facies, fac celeri-
 ter, vt ostenderet horam passionis propria voluntate
 sibi imminere. Ortus domini est Ecclesia catholica
 in qua sunt rosæ martyrum, lilia virginum, violæ
 viduarum, hædera coniugum: nam illa quæ æsti-
 mabat cum hortolanum esse, significabat scilicet,
 cum plantantem diuersis virtutibus, credentium
 vitam. Amen.

HERMIÆ PHILOSOPHI GENTILIVM PHI-
 LOSOPHORVM IRRISIO.

BEatus Apostolus Paulus, Corinthiis,
 qui iuxta Laconicam Græciam habi-
 rant, scribens (dilecti) cum pronun-
 ciauit sapientiam mundi huius apud
 Deum stultitiã esse, præter rei verita-
 tem locutus non est. Videtur enim mihi ab Angelo-
 rum defectio principium repetisse, cur Philoso-
 phorum decreta inter se neque consentiant, neque
 approbentur. Nam eorum alij dicunt animum igne
 esse, vt Democrit^o: alij ærem, vt Stoici: alij metem:
 alij motionem, vt Heraclitus: alij exhalationem, alij
 vim à sideribus promanentem, alij numerum mo-
 uendi vi præditum, vt Pythagoras: alij aquam geni-

talem vt Hippon: alij elementum ab elementis, alij
 harmoniam, vt Dinarchus: alij sanguinē, vt Crytias:
 alij spiritum, alij vnionem, vt Pythagoras: & præci-
 diuersa. Quot de his sententiis: quot philosophorum
 & sophistarum contententium magis, quam veri-
 tatem inuenientium, argumentationes? Verum esto,
 de animo inter se dissentiant, nunquid verò de cæ-
 teris concordēs pronunciauerunt? Atqui alius vo-
 lupratem eius bonum, alius malum, alius rursus,
 medium inter bonum & malum appellat. Eius por-
 rō naturam alij immortalē, alij mortale esse aiunt,
 alij ad paruum aliquod tempus permanere: alij eam
 in bestiarum condiciones deuoluunt, alij in corpora
 in di-

indiuia dissoluunt, alij ter ad corpora transire,
 alij ter mille annorum circuitum ei præfinitum. Et
 qui ne centum quidem annos viuunt, de tribus
 futuris annorum millibus pollicentur. Hæc igitur
 quid aliud nominanda sunt, quàm, vt mihi sanē vi-
 detur, portentum, aut dementia, aut infania, aut
 hæc simul omnia? Quod si verum aliquid inuenie-
 rant, aut eadem proferant, aut aliis alij assentian-
 tur: tunc & ego libens eis obtemperabo. Verum
 illi animum diuellunt, atque in diuersas partes tra-
 hunt, alius in aliam naturam, alius in aliam essen-
 tiam, materiam ex materia mutantem. Fateor enim,
 crebram rerum conuersionem molestē ferre. Nunc
 immortalis sum, & gaudeo: nunc contra mortalis
 fio, & ploro: mox in indiuia corpora soluo,
 aqua fio, fio aer, fio ignis: paulo post nec aerem, nec
 ignem, sed feram me facit, pisicem me facit. Ita-
 que vicissim fratres habeo Delphinos: cum verò
 intueor corpus, pertimesco, & nescio quo nomine
 id vocem, hominemne, an canem, an lupum, an
 taurum, an autem, an serpentem, an draconem, an
 Chimæram. In cunctas enim bestias, ab illis sa-
 pientie studiosis commutor, terrestres, aquati-
 les, volucres, multiformes, agrestes, cicures, mu-
 tas, vocales, brutas, ratione munitas. Nato, volo,
 sublimis in aere feror, serpo, curro, sedeo. Offert
 autem sese Empedocles, & arbutum me facit.
 Cum igitur hominis animum philosophi concor-
 des deprehendere non possint, multo minus de
 Diis, aut mundo verum pronunciare poterunt.
 Etenim ea fortitudine præditi sunt, ne stuporem
 potius dicam. Nam qui suum animum inuenire ne-
 queunt, ipsorum deorum non perferuntur: &
 qui suum corpus ignorant, superuacuum in mun-
 di natura indaganda laborem sumunt. In naturæ
 certè principiis, alij alius summopere aduersantur.
 Vbi Anaxagoras me exceperit, hæc docebit: Mens
 omnium est initium, & eaque causa & omnium do-
 mina est, & ordinem consulis præbet, & motio-
 nem immobilibus, & discrimen commixtis: & or-
 narum, inornatis. Hæc cum dicit Anaxagoras, ami-
 cus mihi est, & ipsius sententia me subiicit. At ob-
 sistunt illi Melissus & Parmenides: quorū hic poe-
 ticus etiam versibus prædicat, hoc quod sit, vnum
 & æternum, & infinitum, & immobile & cuius li-
 mile esse. Rursus igitur, nescio quo pacto in hanc
 opinionem concedo. Parmenides Anaxagoram a-
 nimo meo expellit. Postquam autem me firmam
 habere sententiam existimo, Anaximenes vices ex-
 cipiens, contrarium vociferatur. Imò dico tibi, vni-
 uersum quod est, id aer est: qui densatus & concre-
 tus, aqua fit: si rarefeat & diffundatur, æther &
 ignis: in suam verò naturam reuersus, aer liquidus:
 si densetur, inquit, mutatur. Et rursus in hanc quo-
 que sententiam transeo, & iam Anaximenum dili-
 go. Sed Empedocles contrarius obstat, minas ia-
 cians, & Ætina magnum clamitans: Principia om-
 nium, sunt inimicitia & amicitia: quarum hæc, con-
 gregat: illa, dissipat, & earum contentio cuncta fa-
 cit. Definitio autem, ea & similia esse, & dissimilia: &
 infinita, & extremum habentia: & æterna, & facta.
 Euge Empedocles te sequor, etiam vsque ad crate-
 res ignis. Ab altera autē parte stans Protagoras, me
 distrahit, dicens: Terminus & iudicium rerum, ho-
 mo est: & quæ in sensus cadunt, res sunt: quæ ve-
 rō in eos non cadunt, ne in naturæ quidem for-

mis existunt. Hoc verò sermone à Protagora deli-
 nitus, delector, quòd aut omnia, aut certè plurima,
 homini relinquuntur. Aliunde autem Thales verita-
 tem mihi suggerit, aquam vniuersorum esse pri-
 mordium statuens, & ex humido cuncta constare,
 & in humidum resoluti, & terram in aqua ferri. Cur
 igitur Thaleti non crediderim, Ionum antiquissi-
 mo? Verum ciuis eius Anaximander æternam illam
 motionem humido vetustiore esse dicit, eaque
 alia oriri, alia interire. Itaque fides Anaximandro
 adhiberi debet. Nōne verò celebratur Archelaus
 qui vniuersitatis principium esse calidum & frigi-
 dum statuit? Sed huic magniloquus Plato non as-
 sentitur, qui rerum exordia, Deum, & materiam,
 & exemplar esse dixit. Iam verò persuasum mihi
 est. Quidni verò cum philosopho, qui Iouis cur-
 rum etiam fecerit, crediturus sim? A tergo autem
 stat eius discipulus Aristoteles, qui magistrum ob-
 curus fabricationem illam emulatur. Ille alia prin-
 cipia describit, facere nimirum, & pati. Ac id qui-
 dem quod faciat, nulla re affici, videlicet ætherem:
 id verò quod patiat, quatuor habere qualitates:
 ariditatem, humiditatem, caliditatem, frigidita-
 tem: horum enim mutua inter se mutatione om-
 nia & oriri, & interire, defarigatus iam sum, sur-
 sum ac deorsum opinionibus iactatus. Verum A-
 ristotelis sententiæ stabo, neque vlla amplius
 sententia tumultum mihi concitabit. Sed quid a-
 gam? nam fenes his vetustiores, animi mei ner-
 uos incidunt: Pherecydes, quia principia esse di-
 xit, Iouem, Tellurem, & Saturnum: Iouem athe-
 rem, Tellurem terram, Saturnum tempus. Ac æ-
 therem quidem producere, terram autem ferre:
 tempus verò esse, in quo fiant omnia. At inter fe-
 nes illos etiam est amulatio. Etenim hæc omnia
 Leucippus nugas esse existimans, primordia esse di-
 cit infinita & immobilia, & minima, & subtilia sur-
 sum ferri, ignem & ærem fieri: crassa autē infra sub-
 sistere, in aquam ac terram conuertere: Quousque tã-
 dem talia edoceor, veri tamen nihil addico: Nisi
 Democritus ab hoc errore me liberet, demonstrans,
 initia esse id quod sit, & id quod nō sit: Ac id quod
 sit, esse plenum. Quod vero non sit, esse vacuum
 plenum autem in vacuo, vel conuersione, vel
 figura, efficere omnia. Fortassis autem pulchro De-
 mocrito assentiret, & vñ cum eo ridere vellem, ni-
 si à sententiã me deduceret Heraclitus, simul & plo-
 rans, & dicens. Vniuersorum exordium est ignis.
 Duæ autem ipsius affectioes, raritas & densitas,
 quarum altera facit, altera paritur: altera coagmen-
 tat, altera separat. Abunde iam satur sum, atque etiã
 tot principijs inebriatus. Sed & illinc Epicurus me
 adhortatur, vt nequaquam pulchram suam de ato-
 mis & de vacuo opinionem, contumelia afficiam.
 nam horum multiplices & multiformi complexio-
 ne cuncta & oriri, & interire. Non contra dico tibi
 Epicure, vir optime: sed Cleãthes capite è puteo e-
 lato, sententiam tuam deridet. Itaque & ipse vera
 principia haurio, Deum nimirum materiam: ac sta-
 tuo, terram in aquam migrare, aquã in ærem ferri,
 ignem ad terræ proxima accedere: animum autem
 per totum mundum penetrare, cuius partem aliquã
 nos adeptos, animari. Cum autem horum tantus sit
 numerus, aliam mihi ab Aphrica multitudo affluit,
 Carneades & Clitomachus, eorumque sectatores,
 qui omnium aliorum placita conculcant, ipsi ve-

Animi
 commu-
 tationes.

 Contra Py-
 thagorica
 elementa
 philosophi.

 Quæ sint
 philoso-
 phorum
 iudicio,
 natura
 principia.

Platonis
 doctrina
 nature
 principijs.

Pherecidis
 philoso-
 phia.

*Hermitus
Pythagoras
Ignis.*

*Pythago-
ras &
tribules.*

Ignis.

*Elemen-
torum
forma &
figur.*

Aer.

Aqua.

Aether.

*Terra.
Cubus.*

rò planè pronunciant, vniuersa incomprehensa esse, & veritati semper falsam quandam imaginati-
nem esse proximam. Quid igitur agam post tanti
temporis ærumnas? quo pacto tot opiniones ex a-
nimo meo effundam? Si enim nihil comprehensum
est, & veritas homines deserit, & celebrata philoso-
phia vmbra potius confectatur, quam rerum scienti-
am comprehensam habet. Iam verò alij ex anti-
qua tribu, Pythagoras & tribules eius, graues & ta-
cituria, alias mihi opiniones, quasi Cereris quædam
initia tradunt, atque etiam illud magnum & ar-
canum ipse dixit: Omnium initium est vnio, è cuius
figuris & numeris elementa fiunt. Atque eorum
cuiuslibet numerum, formam, & mensuram ita de-
monstrat: Ignem quatuor & viginti triangulis re-
ctis perfici, & quatuor æqui lateribus contineri.
Vnumquodque autem æquilaterum sex triangulis
rectangulis constare. vnde cum pyramidi affimul-
lant. Aerem autem octo & quadraginta rectis trian-
gulis impleri, & æqualibus lateribus octo contineri.
Acquirari autem figuræ octonorum fessium,
que octo triangulis æqualium laterum contineatur,
quorum singula in sex rectos angulos diuidantur.
Itaque anguli omnes fiunt octo & quadraginta.
Aquam autem centum & viginti contineri, & cõ-
parari figuræ viginti fessium, quæ ex æqualibus con-
stat, & triangulis æquorum laterum sexies viginti.
Ætherem vero perfici duodecim quinquangulis æ-
qualium laterum, & similem esse figuræ duodecim
fessium, Terram cõpleri triangulis octo & quadra-
ginta, contineri autè sex triangulis æqualiū laterum,
& cubo similem esse. Cubum enim sex quadrangu-
lis contineri, quorum singuli quatuor triangulos
habeant: vt summam omnia fiant quatuor & vi-
ginti. Mundum igitur Pythagoras ita metitur. Ego
verò rursum numine afflatus, domum, patriam vx-
orem, liberos contemno, neque amplius curo: verum
in ipsum ætherem ascendo, & cubito à Pythagora
sumpto, ignem metiri incipio. Nec enim satis est
metiri Iouem: sed nisi etiam ego magnum illud a-
nimal, magnum corpus, magnus animus, ipse in cœ-

lūm venero, & dimetiar ætherem, interitib Iouis
imperium. Vbi verò mensus fuero, & Iupiter ex me
cognouerit, quot angulos habeat ignis, rursus ex
cælo descendendo: & oliuas comedens, ficus, ac olera,
quamprimum ad aquam me confero, & per vnam
& digitum & semidigitum, humidam naturam me-
tior, & profunditatem eius supputo, vt Neptunum
quoque doceam, quantum sit mare, cui imperat.
Nam terram quidem vniuersam vna die obeo, &
numerum eius colligo, & mensuram, & figuras. Per-
suasum enim habeo, me ne dodrantem quidem to-
tius mundi prætermittendum, cum talis & tatus sim.
Præterea etiam stellarum numerum & piscium &
bestiarum noui, & mundo in bilancem imposito,
facile pondus eius possum cognoscere. Hactenus
quidem animus meus his rebus intentus, totius v-
niuersitatis imperium affectat. prospiciens autem
Epicurus, mihi ait: Tu quidem amice vnum duntaxat
mundum dimensus es, cum sint multi mundi, &
infiniti. Itaque denud dicere cogor multos cælos, a-
lios ætheres, eoque multos. Agè verò non amplius
morans, comparato paucorum dierum commentu,
Epicuri mundos peragrato. Terminos igitur Te-
thyæ & Oceanum facile transiuolo. In nouum au-
tem mundum, & quasi in aliam ciuitatem ingressus,
cuncta paucis diebus metior. Illinc iterū transibendo
in tertium mundum: postea in quartum, & quintū,
decimum, & centesimum, & millesimum, & quò
tandem vsque? Omnia enim iam mihi ignorantia
tenebræ sunt, & nigra fraus, & infinitus error, &
imperfecta cogitatio, & incomprehensa inscientia:
nisi ipsas etiam atomos innumerare velim, è quibus
tot mundi orti sunt, vt nihil in excussum præter-
mittam, præsertim res tam necessarias & vtilis, vin-
de & domus & ciuitatis felicitas pender. Hæc ita-
que enarraui, vt contrarietatem quæ in eorum o-
pinionibus est, patefecerem, & inquisitionem re-
rum quam suscipiunt, & infinitum vagari, & nullo
termino contineri, eorumque finem esse inexpli-
cabilem atque inutilem: quippe quod nulla re cui-
denti, & ratione perspicua confirmetur.

*Prima
Digitum,
semidigi-
tus.*

Dodrans.

*Multi mū-
di & in-
finiti ex
Epicuro.*

*Atomis
principia
rerum.*

D. IULIANI ~~POMERII~~ ARCHIEPISCOPI
TOLETANI, INVOCATIO DEI AD SVAM ÆTATIS
sexte contra Iudæos comprobationem,

Isa. 93.

Isaia 6.



CEDAM ad te Domine, in humilitate spiritus mei. Loquar tibi, quia multam spem & fidu-
ciam dedisti mihi. Quis confuget mecum aduersus malignantes, aut quis stabit mecum aduersus lo-
quentes iniquitatem, nisi tu Domine adiuueris me? Tu ergo fili David, qui reuelato mysterio ad nos in carne
venisti, clauo crucis tue secreta cordis mei adaperi, mistens vnum de Seraphim, per quem candens carbo ille de
altari tuo sublatiis, sordentia labia mea depurget, mentem enubilet, dicendi materiam subministret, vt lingua
mea que proximorum vilitati, per charitatem serui, non erroris redoleat calum, sed veritatis personet sine fine preconium. Eru-
ius interim carbonis Dens meus, illa inextinguibili flamma cor principis gloriosi irradiat, quo sic totus igne tue charitatis effe-
rucat, sic etiam zelo fidei inardescat, vt peregrinamem in terris sponsam tuam ab omni pestilentia contagione defensam, stur-
deat semper conseruare pacatam. Venena quibus noceri potest, manu potestatis euertat. Venenatorum aurores calce fidei pote-
rat. Iudicium sanguinis contra eam venire non sinat, vt in defensionis eius gloria semper gaudeas, & nunc in eius sinu recu-
bans, casta fidei disciplina, virginem eam, mundamque custodiendo, mundus ipse permaneat, & post ad te perueniens glorio-
sus factus, in ea, bonam tibi de eius defensione rationem reddiurus accedat. Amen.

D. IULIANI ~~POMERII~~ ARCHIEPISCOPI
TOLETANI, IN TRES SVOS LIBROS DE DEMONSTRATIONE
ÆTATIS sextæ contra Iudæos.

Præfatio.

INCLYTO, GLORIOSO ET REVERENDO DOMINO
Eruigio Regi, Iulianus Pomerius, Seruulus vester.



ERITORVM mos est iste Medicorum, vbi libet vulnus serpi in corpore, ferro vulneris materiam præue-
nire, & purulentas primum radicibus amputare putredines, antequam sanas vlcus noxium insiciat partes.
Vnde & ne locus vulneris sana mēbra contingat, præcisionis semper antefertur industria. Nec enim tactus vul-
neris, causam potest generare salutis. Quocumque enim accesserit, vulneri locum facit. Et nisi ante manu præci-
datur artificis, insectis membris omnibus, occasum parturit mortis. Huius admirabilis medelæ peritiam, credo,
vestram (sacratissimè Princeps) voluisse imitari clementiam. Qui dum populos à Deo tibi creditos contingi exiio letali formi-
das, vtile præcisionis genus excogitas, quo excruciatibiles membrorum inuulium sanem, & purulenta fecis insaniabilem cutem,
remediabili queant hi qui saluandi sunt, studio declinare. Quam ob causam sanis adhuc mēbris me præcipis impendere curam,
ne quandoque morbis accidentibus decidant, vt ante præscindatur error, quam periclitationis generetur occasio. Sicque diu prudē-
ter saluti consulitur, vtiliter accessus agritudinis viuanda frustratur. Horū igitur membrorum euitandam putredinem, linguas
dixerim Iudæorum, qui promissum ex lege Christum Dei filium, nec dum adhuc natū fuisse putant, & alij ad futurum expectant,
pestilentiosis obiectibus garrientes, quod sumpta amoris supputatio ab initio mundi, secundū Hebræos codices quimū adhuc sæ-
culi ætatem insinuent, & necdum adhuc Christum venisse, quæ in sexta credunt ætate seculi aduenire. Graue malū, importa-
bile quoque facinus, & horrendum, quod in hoc errore amorum, tempus dinoscendæ natiuitatis Christi putatur. Quasi alicubi
in sacris literis legerint hoc esse præceptum, vt in præscindis annis supputatis ab initio seculi, tempus illud sacræ natiuitatis eius
posset addisci. Contra hunc, inquam, detestabilem impietatis errorem, manifestissimam cecitatem respondere me, Augustum cap-
tui & mens ferena tue Celsitudinis præcipis, breui admodum complexione libelli. Ego autem imbecillitatis meæ non nescio,
impositum mihi à vobis onus grauedinis declinarem, nisi perditionem animarum præstrui meo silentio precauerem, præsertim
eum vnum idem que sit fidem nolle asserere, quod negare. Vbi enim de Deo vel contra Deum aliquid agitur, periculosum est Pa-
stori si taceat, infame, si fugiat, mortiferum, si succumbat. Quod terribiliter Dominus per Prophetam, ignauam pastorum socor-
diam increpando commemorat, dicens: Non ascendisti ex aduerso, neque opposuisti murum pro domo Israel, vt staretis in præ-
lio in die Domini. Propter quod etiam idem Dominus per eundem Prophetam: Sanguinem pereuntium animarum, de manu spe-
culatoris se exquirere protestatur. Huius ego acerbissimam sententiam pertremiscens, & religiosis vestra glorie insis, & mei
ordinis mancipatus officio: obediens vestræ Celsitudini reddens honorem, & Deo debitam seruitutem, impera-
tum mihi opus, & si minus doctè quam debui, obediens tamen, vt potui, explicauit, nitens hoc ipsum per facile responsionis
nostræ opusculum, trimodo librorum sine conclusionem. Hoc videlicet rationis ordine custodito, vt primo huius operis libro con-
municantur manifestis atque euidentibus signis veteris Testamenti, quibus sine aliqua supputatione amorum Christus Dei filius
non nasciturus, sed olim natus liquide declaratur. Deinde secundū libri serie decurrense, per ostensam Apostolorum doctrinam,
id curatum est effici, quod reuelata temporis plenitudo, qua Christus in carne natus apparuit, non in annis à principio mundi col-
lectis, discipulis Domini vel cæteris credentibus sit ostensa, sed legis & Prophetarum testimonio prodita. Præsertim cum ipsi
quoque Iudæi, illo tunc tempore non putantes ipsum esse Christum: Immo vtrum ipse esset Christus, decertantes cum Christo,
nunquam ab illis Christo nostro hac obiecta sit questio, quam nunc proponit petulans & rudis inscientie amplitudo. Libro quo-
que tertio excursus adesse ætatis sextæ coniungitur. Vbi etiam & præterite ætatis seculi quinque non in annis, sed in præ-
fixo generationum limite distinguende monstrantur, simulque & illic necessario perdoctur, vt pro hac diuersitate amorum,
qua inter Hebræos & nostros codices inuenitur, non Hebræica translationis libri, sed septuaginta interpretum codices sine se-
quendi, quos in fidem, plurimorum autoritas traxit. Et etenim tertius liber, non solum sex ætatum distinctiones lucidius aperit,
sed & in sexta ætate Christum natum ostendit, & cur in sexta ætate nasci, voluerit aperitissimè pandit. Omnium que huius-
modi questionem de hac amorum supputatione dissoluit. Tres inquam huius operis libros de hac questione confectos, idco sub interpre-
tatione discretione distinximus, quia sic nobis melius visum est, vt cum talibus non primum de hac ipsa amorum questione agatur,
antiquam per vera diuinorum signa vel indicia Prophetarum, adiunctis quoque noui Testamenti dogmatibus eorum falsitas
detegatur, & sic in postmodum ad sextæ ætatis comprobationem libere transeat. Ob hoc enim ad hanc obiectam questionem
amorum in tertio huius operis libro respondetur, vt duobus illis præcedentibus reluctans animus ante frangatur. Sic enim di-
gnum est, vt ora radium carnali venustate sordentis, veteris primum Testamenti restringantur romphæa. Deinde valido &
nouo Euangelij pugione percussis, ad tertie disputationis librum accedant, in qua & sextam seculi ætatem agnoscant, & in ea
Christum natum intelligant. Vnde nequaquam expedit vnum ex iis legere & alterum præterire, ne plenam soliditatem do-
ctrina non hauriat, quem trimum lectio librorum angustat. Quia igitur Iudæorum infesta malicia de amorum diuersitate, que
inter nostros codices & illorum diuersa est, obicit questionem, nos e contrario de generationum euolutione que inter nostros
Codices & illorum vna est, obicem præparamus, vt cum illi pro distinguendis ætatibus amorum breuitatem ostenderint, nos
plenitudine generationum ostensa, eorum contentum de annis questionem superfluum. Quid enim anni faciunt, si generatio-
nes succumbant? In generationibus ergo, ætatum natiuitatis Christi querenda est veritas, que & per legem monstratur, & per
Euangelium noscitur. Iam ergo missimè Princeps, pro his que incomptis dixi, & materiam fortasse dictationis paulo quam o-
portuit vitio loquacitatis extendi, quæso mihi veniam à vestra pietate donari, cui vestra gloria hanc ipsam respondendi neces-
sitate imposuit. Vestræ igitur Celsitudo, quæse patronam causæ Christi exhibuit, credat se omnimodo, ipso ad iudicium ve-
niente saluari. Erit enim tunc respectus operis vestri, cum dies iudicij manifestus affuisset, si tamen, o piissime Princeps, & Christissimi
valenter inimicorum Christi colla, seruitute Domine comprimis, & vexilla fidei Christianæ potenter attollas.

*Medico-
rum mos
medendi
canceris
viceribus.*

Ex eccl. 13.

*Argu-
mentum
operis.*

*Autho-
ritas 70.
scribitur.*

*Principis
salus.*



ASCENTIS fidem Ecclesie testibus idoneis roborandam excipiens, huic opelle initium ab ipsis Patriarchis & Prophetis attribuiam. Nitique quantum Deo opulante valuerit, rabidis Iudæorum latratibus respondere, qui cæca infidelitatis nocte possessi, non solum ipsi baratro detestabilis perfidiæ concidunt, sed etiam quosdam à fidelium numero titubare compellunt, cum Christum Dei filium, nec dum pro salute hominum in mundum venisse, sed adhuc venturum esse, quædam temeraria calculatione annorum cancerosis sermonibus disputare præsumunt, dicentes quod adhuc quinta ætas sæculi euoluatur, & necdum adhuc venerit sextæ ætatis curriculum, in quo venturum nasci oporteat Christum. Ex hac igitur opinione vanissima, audent ab initio mundi secundum suos codices annorum supputatione collecta, aduentus Christi explorare præsentiam, quibus sublata fide, cæca sunt omnia. Quid rogo, talibus respondimus, aut quomodo contra inermes arma leuabimus? Huiusmodi Paulus credo, disceptationes euitandas esse pronuntiabat, cum Timotheum discipulum instruebat. Stultas, inquit, & sine disciplina quæstiones deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit. Verè multum stulta est quæstio, quæ de legis non procedit arcano. Imbelles ergo & inermes huiusmodi iudicandi sunt, quia non de scripturis arma arripunt, sed de antro malitiæ suæ iniusta proponunt. Ora enim talium armata sunt non fidei ferro, sed perfidiæ gladio: nec testificatione prophetica, sed obstinatione dolosa. Ergo inermes ob hoc per omnia approbandi sunt, quia nullis armis scripturarum muniti, ista obiciunt. Qui tamen si ipsi soli perirent, de silentio forsitan haberemur indemnes. Quid quod etiam perniciæ huiusmodi insicit & fideles? Nitendum ergo nobis est, qui licet indigni, ministri tamen verbi Dei sumus, & dispensationem prædicandi accepimus, vt veritatis petra per os nostrum emissa dentes talium conterat, ne silentio nostro ipsa fidei veritate mollescant, qui synceriter quidem Christum fatentur, sed deuitare adhuc Satanæ astutias nequeunt: vt et si non corrigatur Iudæus, saltem proficiat Christianus. Audite ita dicit impietatis operarij, dicit filij scelerati, non me sed ipsum Christum Dominum quem expugnare nitimini, audite eum respondentem patribus vestris. Ait enim tentantibus se Iudæis in Euangelio & dixit: Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei. Etenim virtus & sapientia Dei, secundum Paulum, Christus est: ergo ignorantia scripturarum, ignorantia Christi est. Quid iam mirum, si error corda vestra possideat, quos ignorantia scripturarum obiurgat? Scrutamini ergo scripturarum latentes campos, & tunc intelligetis cæcos oculos vestros. Iam igitur sine præiudicio Christianæ fidei loquar. Nunquid aut per legem, aut per Prophetas alicubi specialiter in sexto millesimo anno nasciturus prædictus est Christus, aut nunquid pro hac humana eius natiuitate alicubi supputatio annorum ab exordio mundi obseruanda prædicatur? & non potius testimoniorum euidentia, hæc ipsa e-

ius gloriosa natiuitas declaratur? Quanquam à nobis opitulante Domino, vt ipse adiuuet in subsequentiæ seculi approbabit, & in sexta ætate natiuitas Christi de Virgine testabitur. Equidem ista quæ dico, meum est comprobare, vestrum autem est, vt respondeatis. Vbi ista legistis, quæ maliciose confingitis? An fortè ex illa opinione hoc dicitis, quæ in Psalmo præscribitur, vbi ait: Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquã dies vna: Vt sicut sex diebus factus in annis sex millibus distinguantur. Absit, Dicimus quidem sine errore, quod ad instar sex illorum dierum, sex quoque ætates seculi distinguantur: sed nõ dicimus, vt ipse sex ætates, in sex millibus annis determinetur, id est, vt vna quæque ætas millenario annorum tramite dirimatur. At verò nunquid in hoc prophetico testimonio, aut de ætatu distinctione aliquid memoratur, aut quicquam de natiuitate Christi prædicatur? Dictum est enim: mille anni ante oculos tuos, tanquam dies vna, quia quantumlibet huic vitæ longum tempus optetur, & in quantalibet annorum prolixitate viuatur, mille anni ante oculos eius, qui non moritur tanquam præteritis dies vna putatur, & ided quasi pro nihilo ducitur. Quanquam etiam & secundum numerum sex dierum, sex millibus annis secundum istud à quibusdam stare credatur. Quod tamè & hoc ipsum, si ita esset, aut etiam si vnaquæque millenis annis determinata fuisset, discipuli de fine seculi Dominum non quæsiissent. Scientes videlicet seculi finem certa annorum supputatione colligere, ac per hoc quod supputatis annis ab initio mundi possent scire, nequaquam hoc à Domino conarentur addiscere. Certum videlicet apud se habentes experimento retro actarum ætatum, quod vnaquæque ætas per millenos annos decurreret. Quod etiam & B. Augustinus exequens dicit: Ausi sunt, inquit, homines præsumere scientiam temporum, quod scire cupientibus discipulis Dominus ait: Non est vestrum scire tempora, quæ Pater posuit in sua potestate. Et desinuerunt hoc seculum sex annorum millibus tanquam sex diebus posse finiri. Nec attenderunt quod dictum est, tanquam dies vna quæ præterit. Non enim quando dictum est, soli mille anni præterierant. Tali igitur ratione prædictæ opinionis euacuato obiecto, quid inquam præiudicat huius testimonij mentio, natiuitatis Dominicæ sacramento, quo dicitur. Mille anni ante oculos tuos tanquã dies vna. Nūquid mille anni ided hic dicti intelligendi sunt, vt in his aliquid noscere de natiuitate Christi tempore percogamur. Nunquam enim quisquam illud diuino librorum canone insinuat um reperiet, vt à conditione seculi per annorum computationem adhibitam, tempus natiuitatis Christi perpendat. Legimus siquidem in Daniele, vbi angelus septuaginta hebdomadibus euolutis, desinita annorum supputatione nasciturum & passurum Christum prædixit, sed ipse qui futurum tempus vsque ad Christum annorum supputatione colligere voluit, præteritam annorum summam à mundi principio atendere non curauit. Quippe quos aut necessarios Incarnationi Dominicæ non præuidit, aut si necessarios credidit, multo amplius necessario silentio prætermisit. Hic ergo Daniel

Sermones cancerosis.

Argumentum operis.

2. Tim. 2. Tit. 3.

Episcopi dispensationem prædicandi accipiunt.

Matt. 22. Cor. I.

Thema dispensationis.

Rationes Iudæorum. ps. 89.

6. Mundi ætates quomodo distinguuntur.

Mar. 13. Luc. 21.

Mat. 13.

ps. 89.

Dan. 9.

Daniel propheta numerum annorum diuina reuelatione intelligens, non solum scripsit Christum esse venturum, quod & Prophetæ ceteri prædixerunt, sed & quo tempore venturus esset aperuit, & reges per ordinem digessit, & annos enumerando monstrauit & cetera signa manifestiora prædixit. Quæ cum ita sint, noluit annos illos à principio mundi vsque ad aduentum Christi colligere, quos obseruandos pro huiusmodi quæstione, neque in diuinis literis legerat, neque in exemplis Patrum præcedentium sciebat. Futura ergo de Christo annorum curricula docuit, quæ vtique plus cæteris altius intellexit. Sic enim ipse dicit: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Multiplex ergo in isto fuit scientia, qui Apostolicis quodammodo iam regulis seruiens, obliuiscens ea quæ retro sunt, extensus autem & sequens ea quæ ante se erant, in agnoscenda Christi filij Dei natiuitate, non præteritis annorum calculationes attendit, sed futurorum supputationes apertissime declarauit. Hac ergo supputatione prophetica, & fides nostra inuatur, & perfidia vestra destruitur. Quæ suo in loco disposita, omnem caliginem erroris vestri, aut illustrabit in tartara. Nunc igitur ne error vester, quod absit, Christianam militiam in quocumque inficiat, hoc primum scire omnibus conuenit, quia nihil tale, aut in lege, aut in Prophetis prædictum est, vt supputatis à mundi principio annis, aduentus dinoscatur Dominicæ incarnationis. Quæquam ple- risque locis, siue in lege, siue etiam in Prophetis, vbi nasciturus Christus, prædicatur, semper in diebus nouissimis aduentus eius primi præsentia promittitur, quod vtique apud nos pro sexta seculi ætate accipitur. Quæ sex ætates non annorum æqua supputatione colliguntur, sed generationum disposito ordine dignoscenda sunt. Sicut tres ætates quas computatas in Matthæi Euangelio inuenimus, quas vtique non de cursione annorum, sed generationum enumeratione determinatas agnosimus. Quarum etiam ætatum distinctio singularum in tertio huius operis libro, & digesta monstrabitur, & perfecta suis lineis agnosceretur. Non ergo computati anni à principio mundi per legem, aut Prophetas Christum nasciturum promittunt, sed testimonia euidentiora id ipsum futurum esse portendant, quod iam apud nos præteritum celebratur. Relinquamus ergo & nos paulisper supputationes, quibus Patriarchæ & Prophetæ ipsi pro dignoscenda natiuitatis Christi non vsi sunt, & testimoniis ipsis tantum vtamur, quibus ea quæ à vobis futura adhuc esse creduntur, iam transacta monstrantur, & à primi aduentus Christi tempore iam ex toto completa sunt, idedque iam expectanda non sunt, quia iam vtique transierunt. Nec enim tam mihi necesse est de natiuitate Christi, morte, & resurrectione eius testimoniorum munimenta colligere diuinorum, quod iam à multis copiosè & sufficienter est factitarum. Sed illa solum exercepere, & hæc ipsa prælibare, quæ possint iudiciis manifestis ostendere Christum Dei filium iam in carne venisse. Primum ergo signa ipsa temporum natiuitatis Christi exquiram, & vtiam tam pacifica fuerint, sicuti sunt à Prophetis prædicta, digesto ordine prosequar. Diebus enim natiuitatis eius sicur Propheta David dicit: Orietur in diebus eius

iustitia, & multitudo pacis. Micheas quoque similiter & nominis & temporis natiuitatis eius pacem insinuans dicit: Et tu Bethlehem Ephrata, Nunquid paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis, propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet. Reliquia fratrum eius conuertentur ad filios Israel, & stabit & pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Dei sui. Et conuertentur, quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terræ, & erit ista pax. Ecce, adnunciata est pax nominis eius. Dicatur & pax temporis natiuitatis illius. Etenim quam pacifica eadem tempora fuerint, sic idem Propheta paulò superius euidenter exponit, vbi eo tempore quo nasci eum oportuit, cessatura omnia bella prædixit. Ait enim: In nouissimo dierum, erit mons domus Domini preparatus in vertice montium, sublimis super colles, & fluent ad eum omnes populi, & properabunt gentes multæ, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de viis suis, & ibimus in viis eius, quia de Sion egredietur lex & Verbum Domini de Hierusalem. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque in longinquum, & conscindunt gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones. Non sumet gens aduersus gentem gladios, & non discunt ultra bellare. Esaias quoque ea ipsa indicia de temporibus natiuitatis Christi insinuans, dicit: Erat in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Hierusalem, & iudicabit gentes, & arguet populos multos vsque in longinquum, & confabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium, iam ne videtis horum trium Prophetarum oracula, ita in omnibus concordantia, quasi vnus hominis ore sint prolata? Etenim pax nulla sentitur, quamdiu bella mouentur. Detrahit igitur bellis, quid restat nisi abundantia pacis? Quod ergo David dicit: Orietur in diebus eius iustitia & multitudo pacis, hoc Esaias & Micheas de bellis cessaturis in diebus eius dixerunt: Non leuabit gens contra gentem gladium. Cessantibus enim bellis in toto orbe terrarum, Christus pax nostra oboritur, quod vt veraciter agnoscat, veteres si placet singularum gentium reuolutes perulstrare historias, & inuenietis vsque ad vigesimum octauum annum Cæsaris Augusti, cuius quadragesimo primo anno, Christus natus est in Iudæa, in toto orbe terrarum fuisse discordiam, & singulas nationes contra vicinas gentes arsisse studio præliandi, ita vt caderent & caderentur. Orto autem Domino saluatore, quando sub præside Syriæ Cyrino, prima est in orbe terrarum facta descriptio, & Euangelicæ doctrinæ pax Romano, imperio præparata, tunc omnia cessauerunt bella, & nequaquam per oppida & vicos exercitabantur ad prælia sed agrorum cultum, militibus tantum, legionibusque Romanis contra barbaras nationes, bellandi studio delegato. Quando completus est Angelorum

Mich. 5. Matth. 2.

Mich. 4.

Is. 2.

Pax totius orbis subito Augusto.

Luc. 2.

Matt. 24.

Gene. 49

ille concetus: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Hoc enim modo in diebus eius orta est iustitia & multitudo pacis: Ecce signa temporum natiuitatis Christi, sicut pacifica à Prophetis futura praedicta sunt, ita & à nobis pacifica quidem, sed iam transacta noscuntur. Iam ergo impleta sunt, nec enim adhuc vlla tempora pacifica futura credenda sunt, cum seculum istud bellorum potius, quam pacis sine claudatur, dicente Domino ad discipulos, quando enim petiuerunt ab eo signum de consummatione saeculi, sic eis respondit: Consurget gens in gentem & regnum in regnum & cetera quae sequuntur. Quia igitur praemisimus de pacificorum temporum signis, nunc iterum dicamus de diebus nouissimis, in quibus occursum praedictus est aduentus Domini saluatoris. Ecce à duobus his prophetis, Michea & Esaias, pacifica natiuitatis Christi praedicta sunt tempora. Sed utriusque dixerunt in nouissimis diebus ea esse futura. Cur inquam ea ipsa signa temporis primi aduentus Christi in diebus nouissimis futura esse portendunt, nec tamen in annis à principio mundi computatis tantae rei sacramentum aperire moliti sunt, nisi vt ego pro reuinitate sensus mei existimo, melius illis visum fuisse, dies ipsos nouissimos in defectu Israhelici regni, debere intelligi, quando dux & Princeps de stirpe Iuda defecit, quam in annorum opinione constitui. Si enim dixissent (verbi gratia) à principio mundi vsque ad aduentum Christi erunt anni tanti, non satis videretur ibi aliquid nouissimum arbitrari, cum adhuc plures restarent anni, videlicet, vsque in finem mundi. At verò quia dixerunt ea ipsa quae de Christo praedixerant in diebus nouissimis esse complenda, nouissimos dies illos credo intellexerunt, qui in illo regno, deficientibus principibus de stirpe Iuda nouissimi adprobati sunt, quando in illo populo prius Herodes alienigena successit in regnum, cuius tempore Christus in Iudaea natus cognoscitur. Quanquam & aliter dies dicti nouissimi, pro sexta aetate, quae omni homini postrema est, intelligantur. Dies ergo isti nouissimi pro sexta aetate, quae omni homini postrema est, intelligantur. Dies ergo istos dixerunt nouissimos, sed pacificos, in quibus Christum nasci oportuit, quos & Micheas praedixit, & Esaias nihilominus nunciauit, ne secundum errorem veterum adhuc expectarentur futuri. Sic signum eorundem dierum Iacob patriarcha aperuit, quando vocans ad se filios suos, dies ipsos similiter nouissimos appellauit, & dixit: Congregamini, vt annunciem quae ventura sunt vobis diebus nouissimis: Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israhel patrem vestrum. Vbi etiam ad Iudam, de cuius semine ortus est Christus, sic dicit: Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniat, cui repositum est, & ipse erit expectatio Gentium. Ecce manifestum est, & claret, quod iam transacti, & necdum adhuc futuri intelligantur dies isti nouissimi, quando ita exprimitur vt dicatur: Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est: Ecce manifestum signum nouissimorum dierum, in quos cessantibus principibus vel ducibus de stirpe Iuda, rex Herodes succedit alienigena, in cuius tempore Christus natus est in Iudaea: Tres inquam viri isti diuino Spiritu

pleni, quasi vno ore locuti dies, illos nouissimos praedixerunt, in quibus magnum hoc complendum cernebant in spiritu sacramentum. Ecce duo signa monstrauimus, quibus & pacifica tempora, & dies nouissimos in tempore natiuitatis Christi procurrisse ostendimus, quasi pacem ortam in diebus nouissimis diceremus. Nunc tertio loco sequitur, vt dicamus de testimonio praecursoris, quo vox praecursoris, aduentum prodidit Iudicis. Sic enim Malachias postremus penè Propheta Israhelici populi, non solum natiuitatis Christi, sed & praecursoris eius signum manifestè praedixit. Ait enim: Ecce mittam angelum meum, & prospiciet viam ante faciem tuam, & subito veniet in Templum suum Dominus quem vos queritis, & Angelus testamenti quem vos vultis. Quod testimonium vos siquidem de Helia accipitis dictum, nos de Ioanne credimus Prophetam, & dicente & interpretante hoc ipsum Christo Domino & Magistro nostro, vbi hoc de praecursore Ioanne volens intelligi dixit: Iste est de quo scriptum est Ecce ego mittam Angelum meum ante faciem tuam. Sic enim natiuitatis Christi aduentum sem in sensibus praecurrens Ioannes aduenit, & digito ipsum Dominum in carne positum demonstrauit, dicens. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Perhibuit quippe testimonium praecursori Domino suo, & vox Verbo, sed testimonium habens in aqua, Saluatoris adesse manifestam docuit in carne praesentiam. Huius quippe figuram tenuit Iras ille Odolamitis, quem in Genesi legimus, cum Iuda in tendendas oues in Thaman venisset. Etenim Iudas hic Christum ipsum significat, quia & carnem Christi de stirpe Iuda credimus propagatam. Pastor autem eius nominis Iras Odolamitis Ioannem insinuat. Adolam enim interpretatur testimonium in aqua. Cum hoc planè testimonio Dominus venit, habens quidem testimonium maius Ioanne, sed tamen propter oues infirmas, hoc testimonio est vsus in aqua. Nam & ipse Iras, quod nomen illius pastoris fuit, interpretatur fratris mei visio. Vidit enim omnino fratrem suum Ioannes, fratrem suum vtique Christum, secundum semen Abraham, quando eum salutauit ex vtero, agnouit perfectius ex columba. Et idè tanquam Adolamites verum testimonium perhibuit in aqua. Ecce diximus per Iudae personam significatum tunc esse Christum, & per Iran Adolamitem, significatam fuisse personam Ioannis, quae duarum significatio personarum, huius quoque Malachiae Prophetae vaticinio declaratur, quod de Christo & Ioanne prophetatum exequitur. Ecce, inquit, mittam Angelum meum, & prospiciet viam ante faciem tuam, & subito veniet in templum suum Dominus quem vos queritis, & Angelus Testamenti quem vos vultis. Iam hic prospicite si potestis, quomodo subito in templum suum venturus esse dicatur, si aduentus eius definitis annis occurrit. Quod autem hoc testimonium de Helia Propheta dictum existimatis, nec non, & quia hoc quod sequitur: veniet ad templum suum dominator quem vos queritis, ad Christum vtique vestrum referetis, quem in vltimo tempore venturum esse putatis, satis miror quomodo vos rerum exitus non doceat veritatem. In quasi

Malach. 3.

Luc. 7.

Isa. 6.

De 4. si

quo ad

Christi.

Matt. 2.

Isa. 71.

In quali enim templo suo veniet dominator, quod vtique ad fundamenta vsque destructum est, aut si ab alio extruendum est antequam Christus adueniat, quid Christus vester amplius facturus est, si ab alio restituta fuerint omnia? Si enim, vt vos vultis, Heliam in hoc loco accipitis, vbi Angelum tantum modo pronunciatum audistis, cur in loco vbi idem propheta tempus ipsum primi aduentus Christi praecinit, nomen ipsius Angeli non expressit, & Heliae nomen ibi abscondit? Qui enim in fine prophetiae suae nomen Heliae ob causam finis saeculi expressit, illic vbi tantummodo Angelum nominauit, Heliae nomen cur taceretur, non fuit. Nam hic vtique vbi Heliam ante finem mundi venturum esse praedixit, sic ait: Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam Thesbitem, antequam veniet dies Domini magnus & horribilis, vt conuertat corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres eorum. Ante enim aduentum iudicij, mittet Dominus Heliam, ad conuertendum cor filiorum ad cor Patriarcharum, & Prophetarum, vt credat posteritas eorum in Domino Iesu Christo, quem & Patriarchae & Prophetae vaticinantes expectauerunt. Nam si haec tenus Iudaei recte credunt, ob quam causam per Heliam eos conuertit in nouissimo Propheta testatur? Nec enim possumus nunc intelligere Saluatorem quem audiunt, nisi in finem mundi dum fuerit consummatio saeculorum, Pronuntiat enim hoc Dominus per Esaiam, Prophetam, dicens: Audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere. Ex caeca cor populi huius, & aures aggraua & oculos, ne forte videant oculis suis, & auribus suis audiant & corde suo intelligant, & conuertantur, & sanem illos. Et dixit Propheta: Vsquequo Domine? Et dixit Dominus: Donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine, & terra relinquatur deserta, & longè faciet dominus homines. Tunc conuertetur, & erit in ostensione sicut Therebyntus, & sicut quercus quo expandit ramos suos, semen sanctum erit quod steterit in ea iam ergo cognoscite tempus hoc caecitatis vestrae vsque in finem mundi praecurrere. in quo non agnoscitur Saluatorem. Et nisi ante aduentum Heliae, in Christum credatis, in hac omnes antequam idem veniat caecitate peribitis. Et si forte aliqui ex semine vestro Helia veniente saluandi sunt, vos tamen qui nunc estis ante eius aduentum, & debito mortis condemnati luctu, & perpetuo post mortem interibitis supplicio tormentorum. Sequitur quartum & vltimum natiuitatis Christi iudicium, quo commendatur vocatio gentium, per quam olim ita Christus probatur natus, vt ipse esse expectatio gentium commendetur. Etenim post natum Christum primitia statim gentium Domino consecratae sunt, quod dilucide satis in illis Magorum ab Oriente venientium mysticis muneribus declaratur. Sic quippe & hoc fuerat prophetatum: Reges Tharsis & insulae muncera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruiant ei. Et benedicentur in eo omnes tribus terrae, omnes gentes magnificabunt eum. Quod quia iam in Christo nostro impletum esse videtis, non erit fortasse necessarium, vt plurima ex hoc testimonio proponantur vobis. Nam olim natus Christus, statim à Deo patre gentes in possessionem accepit, quod & Dauid longe praedixit ante, vbi ait in

persona eiusdem Christi: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Peto à me, & dabo tibi gentes haereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Quod manifestissimum signum crediturarum gentium, sic Esaias exequitur: Iste, inquit, asperget gentes multas, & super ipsum continebunt reges os suum. Item ipse idipsum de Christo exequens dicit: Ecce testem populi dedi eum, ducem ac praecceptorem gentibus, Idem adhuc Propheta persequitur dicens: Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & viderunt omnes fines terrae salutare Dei nostri. Si ergo Christus adhuc non venit, vt dicitis, quomodo cum reuelatum in conspectu gentium iam videtis? Nam & Dauid dicit: Notum fecit Dominus salutare suum, ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam. In eo enim quod vna est in Christo gentibus vniuersis conuentio, nosse debetis iam illud esse impletum, quod propheta vaticinatum est oraculo. In conueniendo, inquit, populus in vnum & reges vt seruiant Domino. Quomodo ergo iam omnes reges terrae & populi obediunt ei, si eius natiuitas non praecessit, si eis occasionem credendi haec ipsa eius natiuitas gloriosa non praebuit. Scriptum est enim: Qui exurget regere gentes, in eo gentes sperabunt. Ergo ante nascendo, vel apparendo exurrexit in mundum, & sic in eo gentes sperare coeperunt. Quod etiam adhuc idem Propheta exequitur. Radix, inquit, Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Ecce iam sepulchrum eius gloriosum habetur, & natiuitati eius non creditur. Sequitur dehinc quintum manifestum per omnia signum, quo dominatio eius in toto mundo porrigitur. Sic enim & hoc ipsum per Dauid fuerat prophetatum. Dominabitur, inquit, à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad terminos orbis terrae. Quod testimonium nulli Regum in illo populo congruere probatur. Notum est enim, quibus terminis fuerit regnum illud conclusum. Sed hoc in Christo videmus fuisse completum, cuius ab ortu solis vsque ad occasum, magnum nomen à gentibus adoratur, cum non solum in Iudaea tantum, sed in toto seculo iam cultus adorationis eius extenditur. Praedixerat quippe & hoc Sophonias Propheta, quando tempus hoc Christianae religionis in spiritu prauidens dicebat: Adorabit, inquit, eum vir de loco suo, omnes insulae gentium. Et paulò post: Transuertam, in populos linguam & progenies, vt inuocent omnes nomen Domini, & seruiant ei sub iugo vno. Sed hic forte aliquis impudenter contra ire videtur, & dicere, necdum adhuc omnes gentes in Christo credidisse, cui facile responderetur. Quia & si in quibusdam locis increduli adhuc populi habeantur, dominatum tamen Christi in hoc penitus non effugium, cum à talibus Principibus praemittitur, in quorum cordibus iam per fidem Christus ipse habitare dinoscitur. Nec enim puto aliquam remansisse gentem, quae Christi nomen ignoret. Et quanquam non habuerit praedictorem, tamen ex vicinis nationibus opinionem fidei non potest ignorare. Hac igitur reddita ratione, peto vt respondeatis, in quo angulo terrae nasciturus ille, quem adhuc expectatis, poterit dominari, cum Christus noster totum orbem sua dominatione repleuerit, in tantum, vt etiam ipsa demonia ei subiecta sint, quae carere videtur pre-

Isa. 7.
Isa. 52.
Isa. 55.
Isa. 52.
Isa. 97.
Isa. 101.
Matt. 12.
Isa. 11.
De 5. si
quo ad
Christi.
Isa. 71.
Soph. 2.

sentia corporali. Sed quid iam momor. si Christum inquam adhuc natum esse non creditis, colligit ex quatuor aliis signis sequentibus, id est, ex confusione vestre formidinis, ex pena ipsa que post mortem & resurrectionem Christi accidit vobis, ex perditio regno & sacerdotio, & sacrificio reprobato. De confusione etenim vestra, qua post mortem & resurrectionem Christi poteratis confundi, sic Esaias Propheta prædixit: Non modo inquit, confundetur Jacob, nec modo vultus eius erubescet, sed cum viderit filios suos opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum. Videte tempus, signate mysterium, in quo Jacob modo confundetur, qui antea interim non confunditur. Iam ergo post aduentum Christi ipsi dies decurrunt, in quibus confusione graui patres vestri compressi sunt quando filios suos, id est, Apostolos & Apostolicos viros, qui fuerunt de genere Iudæorum, viderunt in medio nationum Domini operari virtutes, & Christi nomen in gentibus prædicare. Neque enim ante aduentum Christi de hac gentium credulitate confusio accidit Israel, sed postquam Christus apparuit in carne, & prædicantibus Apostolis gentium multitudo in Dei filium credidit, tunc Israel confusus & obcæcatus obstupuit. Atque vtinam ista confusio, salutis vobis esset occasio, & non potius dolor, quo intra vosmetipsos frenderis, cum Christi regnum dilatari sic cernitis. Restat nunc vt dicamus de pena, que post mortem & resurrectionem Christi accidit vobis pro eo quod ipsum crucis patibulo affixistis. Sic enim ex hoc per Oseam prophetam ipse Dominus clamat. Vt inquit, eis, quoniam recesserunt à me, vastabuntur, quia præuaricati sunt in me. Ego redemi eos, & ipsi loquuti sunt contra me mendacium. Vbi postmodum sic subiungitur: Abiecit eos Deus meus, quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus, hoc quippe & Esaias manifestè exequitur. Postquam enim dixerat de Christo: Tanquam ovis ad occisionem ductus est, subiecit statim: Propter scelus populi mei percussit eum, & dabo impios pro sepultura eius, & diuites pro morte eius. Hieremias quoque dicit: Ascendite muros eius & dissipate, auferte propaggines eius, quia non sunt Domini. Præuaricatione enim præuaricata est in medio domus Iuda, ait Dominus: Negauerunt me & dixerunt: non est ipse. Ecce, videte oris vestri blasphemiam, quam longè sit ante prædicata. hanc ipsam enim agitis causam, qua dicitis, necdum adhuc venisse Christum, expectantes videlicet alium, vtique Antichristum. Quod etiam & Psalmista ex persona Christi exequitur, dicens: Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, vt reddā illis. Quis hoc iam neget, qui Iudæos post mortem, resurrectionemque Christi, de sedib. suis bellica strage, & excidio funditus eradicatos videt? Occisus enim ab eis, resurrexit in gloriam, & reddidit eis interim temporalem disciplinam. Sequitur post hæc vt dicamus de regno, sacerdotio, & sacrificio Iudæorum, quod liquidè tunc cessauit, cum Sanctus Sanctorum Christus noster in mundo apparuit. Quæ licet in Danielis Prophetia evidentibus indicis sunt expressa quæ suo erunt ordine collocanda: nec ista tamen prætermittenda sunt, quæ in præsentia occurrunt. Transcendendum ergo est ad ipsam manifestationem temporum, qua sacrificium secundum Aaron cessare oportuit, & sacrificium Christi secundum ordinem

Isa. 29.

Iudæorum confusio.

Iudæorum panab Christum crucifixum Osee. 7.

Isa. 53.

Hiere. 5.

Psal. 40.

Melchisedech inciperet celebrari. De his enim diebus, de perditio scilicet regno & sacerdotio Iudæorum sic ab Osea propheta prædicitur: Dieb, inquit, multis sedebunt filij Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus. Quod totum quis non videat eo modo, vt est à Propheta prædictum, ipsi quoque rerum effectibus iam in vobis esse completum? Quod etiā & in libro Regum manifestè prophetatum colligitur. Sic enim scriptum est: Venit vir Dei ad Heli, & ait ad eum: Ecce dies venient, & exterminabo semen tuum, & semen domus patris tui, & non erit tibi senior in domo mea, omnibus diebus. Et virum exterminabo tibi ab altari meo, vt deficiant oculi eius, & defuat anima eius. Ecce dies qui prænuntiatii sunt, iam venerunt, nullusque sacerdos est secundum ordinem Aaron. Et quicumque ex eius genere est homo, cum videt sacrificiū Christianorum toto orbe pollere, sibi autem honorem illum magnum subtractum fuisse, deficiunt oculi tabe mæroris, & prelo amaritudinis. De hac igitur reprobatione veteris sacrificij Malachias quoque clarum indicium ostendens fidei Christianæ, & reprobationis vestre, sic dicit: Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum nomen meum in Gentibus, dicit Dominus: iam ergo manifestum est, quod ex tunc veteris sacrificij reprobatio facta fuerit, ex quo magnum nomen Christi in Gentibus esse cepit. Quæ omnia etiam si surdis auribus & mentibus transactis, res ipse præstō sunt, vestris quoque oculis, vobis etiam nolentibus ingeruntur, quæ vos docent patiter & conuincunt, præteritum iam nos credere de bere, quod futurum videmini sperare. Restat nunc signaduorum patriarcharum mystica, in benedictionibus filiorum prolata, & finalis illa Danielis prophetia de finito hebdomadarum sine conclusa, quæ ita tempus natiuitatis Christi transactum esse insinuant, vt in nullo eis contraire possit humana astutia. Iam ergo si carnem Christi in Abrahamæ semine querimus, benedictiones ipsas mysticas in eius semine requiramus. Isaac enim filius Abrahamæ, Jacob filium benedicens, ait: Det tibi de rore cæli, & de pinguedine terræ multitudinem frumenti & vini, & seruiant tibi Gentes, & adorent te principes, & esto dominus fratris tui, adorabunt te filij patris tui. Benedictio ista Jacob, prædicatio Christi est: in omnibus Gentibus hoc fit, hoc agitur. Ei enim seruiunt Gentes, ipsum adorant reges, ipsum quippe adorant filij patris eius, hoc est, filij Abraham secundum fidem, quia & ipse Christus filius est Abrahamæ secundum carnem. Ecce benedictus Iacob benedictione hac mystica patris sui, ipse quoque natus de Iudam filium benedixit, de cuius tribu secundum carnem Christus descendit ex semine David. Iuda, inquit, te laudabunt fratres tui: manus tuæ super dorsa inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus Leonis Iuda, degerminationes filius meus ascendisti, recumbens dormisti vt leo, & vt catulus leonis: quis suscitabit eum? Non deerit Princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium, affligans ad vineam pullum suum, & cilicio pullū asinè: lauabit

Osee. 3.

I. Reg. 1.

Malach. 1.

Daniel 9.

Gen. 27.

Gen. 49.

Gen. 49.

Isa. 19.

Iudæorum Principes Transmigratione Babylonis.

lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuar amicum suum. hæc omnia diuidiate & aduertite, si nō in Christo iam evidentissima luce completa sunt, si non laudent eum fratres eius Apostoli, & omnes cohæredes eius, non suam gloriam querentes, sed ipsius. Si non sunt manus eius super dorsa inimicorum suorum, si non deprimuntur atque curuantur ad terram, crescentibus populis Christianis, quicumque illi adhuc aduersantur, quod hucusque nunc agitur. Si non tamen adorauerunt filij Iacob in reliquiis, quæ per electionem gratiæ facta sunt, si non ipse est catulus leonis, qui nascendo paruulus factus est, si non ascendit in crucem recumbens cum inclinato capite, reddidit spiritum. Si non dormiuit vt leo, quia in ipsa morte non est victus, sed vicit. Si non ille eum suscitauit à mortuis, quem nemo hominum vidit, nec videre potest. In eo enim quod dictum est, quis suscitabit eum? satis expressa est tantquam ignoti significatio. hæc omnia si dicatis quod futuris adhuc temporibus fient, & necdum facta sint, videte quomodo subscequens sermo Propheticus, omnem hanc erroneam suspicionem vestram dissoluat, atque mendacem conuincat. Sequitur enim nō deficiet princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium. Hæc omnia de quo debent tempore accipi, specialiter Propheticus sermo descripsit, præuidens credo in spiritu Patriarcha ille has erroris vestri nebulas & propositiones ineptas quibus dicere possertis, quia sicut & dicitis, adhuc sperandus nobis est Christus, & non est adhuc, qui erit expectatio Gentium, natus: idcō speciale ob hoc & euident tempus prædixit, quo eum oporteret nasci, id est, vt quando defecisset Princeps de Iuda, tunc agnosceretur Christi natiuitas gloriosa. Sic enim dicit: Non deficiet Princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium: Christus tunc iam venit quando dux & princeps de Iuda defecit. Recurrite ergo ad fideles vestras historias, & probabitur nunquam illi populo ducem, aut principem de Iuda de fuisse, donec perueniretur ad alienigenam regem, cuius tempore natus est Christus ex Virgine. Sed ne forte fabulosè, & nō veraciter ista prosequi videar, etiam duces ipsos ac principes per ordinem digerā, vt liquidè clareat, vtrum à femoribus Iudæ, vsquā generationis eius successio claudicauerit: an aliquādo offenderit in principum serie antequam tempus natiuitatis Domini adueniret. Etenim vt retro acta præteream, ex illo tantum tempore hos ipsos computare incipiam, ex quo à Cyri tempore reuersus populus in Iudæam templum ædificare cepit, vsque ad natiuitatem Christi. Hoc enim ordine Eusebius eos huic populo præfuisse præscribit. Primus inquit, post Danielis prophetiam, postquam de Babylone recursus est populus præfuit Iesus filius Ioseph dech & Zorobabel filius Salathiel. Post quos Ioaachim filius Iesu in potestate successit, cui Heli, huic Ioiada, deinde Ioannes, postea Iadus, post quem Aonias. Deinde præfuit Iudæis pontifex Elcazarus, post quem alter Aonias, deinde Symon, cui successit in pontificatu Aonias, deinde Iudas Machabeus, cui successit frater Ionathan, post quem Symon frater vtique successit, deinde Ioannes, post quem Aristobolus: huic successit Alexander, qui rex pariter & pontifex fuit. Post hunc Alexandræ vxor eius, cū

filii Hircano & Aristobulo, præfuit populo quo tempore herodes patris Antipatris Afcalonitæ, & matris Cypridis Arabicæ filius, interfecto hircano, regnum Iudæorum Senatusconsulto accepit, & primus ipse alienigena Iudæis præfuit, in cuius tempore Christus in Iudæa natus agnoscutur, quando & hæc ipsa eius gloriosa natiuitas pastoribus hebræorum, voce Angelica indicatur. Ecce iam prophetiam Iacob impletam esse prænoscutis, & quid in tanta manifestatione rerum respondeatis inuenire penitus non potestis. An forte adhuc in impudicæ frontis pertinacia perdurantes, illud obiicitis, quod parentes vestri solent mentientes proponere, esse hominem nescio quem regem ex genere Iudæ, qui in extremis Orientis partibus videatur regnum tenere. Nec attendunt mente cæcati simulationis suæ mendacium, in hoc quā maximè detegi, quia iam sicut nullum altare, nullum sacrificium, ita nullus pontifex, nullus sacerdos remansit Iudæis. Neque enim mendax esse potest Oseas Propheta qui dicit: Sedebūt filij Israel sine Rege, sine principe, sine sacrificio sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus. Quæ omnia quis non videat nūc in vobis esse completa? Iam verò si in Daniele Propheta locum illum inspiciatis, quem commemorauit Dominus per Angelum suum, dicens: Cum videris abominationem vastationis stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Et idcō si supputatis, etiā hebdomadarum temporibus ille numerus pertractetur, non solum Christus, sed etiam tempus reperietur, quo eum oportuit venire ad passionem: quanquam & sine computatione annorum manifestis rerum affectibus declaratur. Etenim vt de numero ipso hebdomadarum modò interim taceam, prius per reuelationes Regum, secundum ipsius Danielis prophetiam aduentum natiuitatis Christi conuincam. Dissoluens enim somnium quod rex Nabuchodonosor viderat de statua illa, sic ait: Caput aureū tu es rex, per quod ostenditur regnum primum Babylonium auro preciosissimo comparatum. Et post hæc consurget regnum aliud minus te, Medorum videlicet & Persarum, quod argenti habet similitudinem. Et regnum tertium aliud æneum, quod imperabit vniuersæ terræ: Alexandrum significat & regnum Macedonum successoremque Alexandri. Regnum autem quartum quod perspicuè pertinet ad Romanos, ferreum est, quod comminuit & domat omnia, sed pedes eius & digiti ex parte ferrei, ex parte sunt fictiles, quod hoc tempore manifestissime comprobatur. Sicut enim in principio nihil Romano Imperio fortius & durius fuit, ita in fine rerum nihil imbecillius, quando & in bellis Ciuilibus, & aduersus diuersas nationes, aliarum Gentium Barbarorumque videtur indigere auxilio. Videte iam quid Propheta iste dicat: In fine autem horum omnium regnorū, auri, argenti, æris, & ferri. Suscitabit, inquit, Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur. Cōminuet & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum: Christi vtique regnum, quod Octauiani Imperatoris tempore mundo est declaratum, & sine fine vtique erit æternum. Quod tamen ne cui dubium videatur, etiam numero annorum per septuaginta hebdomadas supputatio exprimitur. Sed iam videte, quia numerus ipse in annis hebdomadarū, quem Daniel intellexit vsque ad Christi

Re qui dicitur in oratione

Osee. 3.

Daniel 9.

Daniel.

stum non de principio mundi assumitur, sed à tempore suo, vsque ad Christi natiuitatem porrigitur, quod frustra vtiq; diceretur si iam alicubi in Scripturis fuisset ante prædictum, scilicet, vt supputatis ab initio mundi vsque ad Christum euidentis natiuitatis eius notio proderetur. Quid enim necessarium esset, vt futura vsque ad Christum tempora supputatis annis prophetia Danielis exprimeret, si hoc euidentis locus scripturae, sumptis à principio mundi annorum supputationibus aperiret? Dicite ergo mihi, cur retroacta tempora, annorum calculationibus non quaesita sunt, quando hæc & Angelus futura prædixit, & Daniel euidentissime intellexit: Videte iam & aduertite, quia vnum idemque tempus de Christi natiuitate verissimis indicis, quod Iacob Patriarcha per successiones ducum & principum de femoribus Iudæ prædixit, hoc etiam Daniel propheta euidentissimis annorum supputationibus approbavit. Et vsque eo, vbi Iacob de Christo prophetiam extendit, vsque eo Daniel & prophetiam & numerum declarauit. Tanta enim euidentia Iacob Patriarchæ benedictio illa prophetica cum hac annorum supputatione in Daniele concordat, vt etiam cum ipsis historiis Gentium nullam distonantiam, tantum vt diligenter quisque attendat, quis cui inter Patriarchas & reges seculi cœuus appareat. Nam manifestum est Nini ætate Abraham generatum. Quando enim Ninus super Assyria regnans, quadragesimum tertium sui imperij habebat annum, tunc Abraham natus ostenditur. Similiter Iacob Innachi fuisse temporibus inuenitur, quem primum Argis regnasse aiunt. Moses autem quia auctor huius prophetiæ ostenditur, qua dixisse Iacob refert: Non deficiet princeps de Iuda: hic inquam Moses cum Cecrope cœuus per omnia legitur, qui primus rex fuit Atheniensium. Sic ergo inter codices septuaginta interpretum, & historias Gentium concors numerus reperietur annorum. Ac per hoc septuaginta interpretes cum historiis Gentium concordantes, vnum eundemque ostendunt temporis finem, eumque vsque ad Herodem in veritate annum limitem retinent, quem & Iacob prophetia sua signauit, & Daniel reuelato sibi mysterio hebdomadarum expressit. Ergo anni illi quos à principio mundi pro hac natiuitate Christi ex codicibus Hebræorum libandos esse putatis, respiciendi sunt, & necessarii non sunt, quos Iacob tacuit, quos Angelus non prædixit, quos Daniel ipsi supputare non placuit, & hi soli computandi sunt anni, quos sub septuaginta hebdomadarum præmissione Angelus docuit. Sic enim Angelus ait: Aduerte sermonem & intellige visionem, septuaginta hebdomadæ abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, vt consummetur præuaticatio, & finem accipiat peccatum & deleatur iniquitas, & adducatur, iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & vngatur Sanctus sanctorum.

Quomodo autem numerus ipse annorum, septuaginta hebdomadarum, prophetiæ illi quæ à Iacob de Christo prædicta est concordare videatur, sic Eusebius in Chronicorum libro exequitur, computare incipiens eadem hebdomadas à sexagesima quinta, vsque in centesimam octuagesimam sextam olympiadem, id est, ab instauratione Templi, siue Darij tempore, vsque ad obitum Hircani Pontificis, in quo sacerdotium de femoribus Iudæ

defecit, succedente Herode rege alienigena, in cuius tempore Christus natus est in Iudæa. Sic enim idem historiographus, transactis annis Hircani Pontificis prosequitur, dicens: Herodes Antipatris Antipatris filius, à Romanis Iudæorum suscepit principatum, cuius tempore, Christi natiuitate vicina, regnum & sacerdotium Iudæ, quod prius per successiones maiorum tenebatur, destructum est, completa prophetia quæ ita per Moysen loquitur: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est, & ipse erit expectatio Gentium. In hoc loco etiam Christus, quem Danielis scriptura prefatur, accepit finem. Nam vsque ad Herodæ, Christi, id est, sacerdotes erant reges Iudæorum, qui imperare cœperunt à sexagesima quinta olympiade & ab instauratione templi sub Dario vsque ad Hircanum Centesimam octuagesimam sextam Olympiadem annis quadringentis octuaginta tribus, in medio transactis, quos Daniel quoque significat, dicens: Et scis & intelliges ab initio sermonis respondendi & edificandi Ierusalem vsque ad Christi principatum hebdomadas septem, & hebdomadas sexaginta duas. Quæ sexaginta nouem hebdomadæ faciunt annos quadringentos octuaginta tres, in quibus Christi, id est, sacerdotes per vnctionem consecrati regnauerunt, vsque ad Hircanum, quo extremo omnium à Parthis capto Herodes Antipatris filius, nihil ad se pertinentem Iudæam ab Augusto & Senatu accepit, filiiq; eius post eum regnauerunt vsque ad nouissimam Hierosolymorum captiuitatem, nequaquam ex successione sacerdotalis generis Pontificibus constitutis. Hæc inquam proinde hic ad verbum posuimus, vt prophetiam illam Iacob, & hebdomadarum illum in Daniele numerum concordasse in omnibus probaremus. Eundem enim finem temporum vsque ad Christum, Iacob patriarcha signauit, quem prophetia Danielis in annorum supputatione expressit. Nec enim moueat vnum quæque quod septuagesima hebdomada, cum sexaginta & nouem hebdomadibus non connumeretur, cum infra eam prædictæ rei veritas completa monstratur. Iam verò hebdomada vna in sacris literis pro septem annis accipitur, dicente Domino ad Moysen: Numerabis septem hebdomadas annorum, id est, septies septeni, qui sunt anni quadraginta nouem. Ergo septuaginta hebdomadæ ccccxc, annos efficiunt. Septuaginta enim septeni, ccccxc, sunt anni quas septuaginta hebdomadas aliqui à vigesimo anno regni Artaxerxis, quando erat octuagesime & tertie Olympiadis annus quartus, computare incipiunt, & vsque ad ducentesimam secundam olympiadem, & secundum eiusdem olympiadis annum, Tyberiique Cæsaris annum decimum octauum, supradictarum hebdomadarum numerum extendunt, volentes infra earundem hebdomadarum numerum, & natum Christum ostendere, & passum in fine septuagesimæ hebdomadis approbare, sicut Africanus scriptor nobilissimus temporum refert. Alij autem à primo Darij anno, quando & Daniel hanc visionem vidit, vsque ad aduentum Christi euolutas fuisse hebdomadas sexaginta duas, & dimidiam docuerunt, pro eo quod & in ipsa prophetia Danielis sic subdiuise monstrantur. Reliquas autem septem hebdomadas & dimidiam in passione Christi, & expugnatione Iudæorum, qua per Vespasianum deuicti sunt, completas

Abrahâ qua etate vixerit.

Gen. 49. Cecrops.

Daniel.

supputatio 70. hebdomadum Danielis.

Deut. 16.

Africanus scriptor nobilissimus temporum refert.

completas esse definiunt, alium vt pote ordinem regnum & supputationem sequentes annorum, quæ quod illi quos præmisimus, tenuerunt. Sicut Tertullianus in libro quem contra Iudæos scripsit, præloquitur, cuius iam breuiter verba ponenda sunt, sic enim ait: Vnde igitur ostendimus, quia Christus venit intra sexaginta duas hebdomadas. Numerum à primo anno Darij, quoniam in ipso tempore ostenditur Danieli visio, quæ dicit ei: Intellige prophetationes sermonis huius. Vnde à primo anno Darij debemus computare, quando hanc vidit visionem Daniel. Videmus ergo quomodo anni impleantur, vsque ad aduentum Christi. Darij regnavit annis vnde viginti. Artaxerxes quadraginta. Ocus qui & Cyrus viginti quatuor, Argus annum vnum. Alius Darij, qui & Melas nominatus est, annis viginti vnum. Alexander Macedo annis decem. Post Alexandrum qui in Medis & Persis regnauerat, quos euicerat, & in Alexandria regnum suum firmauerat, quando & nomine suo eam appellauit: Post eum regnavit illic, in Alexandria Soter annis triginta quinque. Cui successit Philadelphus, regnans annos triginta nouem. Post hunc Eusechæac, regnavit annis viginti quinque. Deinde Philopater annis viginti quatuor. Item alius Eusechæac annis viginti septem. Soter annis triginta octo. Ptolemæus annis triginta septem Cleopatra annis viginti, mensibus quinque. Item Cleopatra conregnauit Augusto tredecim. Post Cleopatram Augustus alios annos quadraginta tres imperauit. Nam omnes anni imperij Augusti fuerunt numero quinquaginta quinque. Videmus autem, quoniam in quadagesimo & primo anno imperij Augusti, qui post mortem Cleopatræ imperauit, nascitur Christus. Et superuixit idem Augustus, ex quo natus est Christus, annis numero quindecim. Et erunt reliqua tempora annorum in die natiuitatis Christi, in annum quadragesimum primum, post mortem Cleopatræ anni quadringenti triginta septem, mensis decem, vnde adimplentur sexaginta duas hebdomadæ & dimidia, quæ efficiunt quadringenta triginta septem, & mensis sex, in diem natiuitatis Christi, & manifestata est iustitia æterna, & vnctus est sanctorum, id est, Christus, & signata est visio & prophetia, & dimissa sunt peccata, quæ per fidem nominis Domini nostri Iesu Christi, omnibus in eum credentibus, remittuntur. Quid est, autem quod dicit, signari visum & prophetiam? Quoniam omnes Prophetæ nunciabant de ipso, quod esset venturus, & pati haberet. Igitur quoniam adimpleta est prophetia per aduentum eius, propterea signari visionem & prophetiam, dicebat: Quoniam ipse est signaculum omnium Prophetarum, adimplens omnia quæ retro de eo Prophetæ nuntiabant. Post aduentum enim & passionem eius, iam non visio neque Prophetes est, qui Christum nunciet esse venturum. Et post paululum. Videmus, inquit, aliq; septem & dimidia hebdomadæ, quæ sunt, subdiuise in abscissione priorum hebdomadarum, in quo actu sint adimpletæ. Post Augustum enim qui superuixit post natiuitatem Christi, annis quindecim, cui successit Tyberius Cæsar, & imperium habuit annis viginti duobus, mensis septem, dies viginti octo. Huius quinto decimo anno imperij, patitur Christus. Item Caius Cæsar, qui & Caligula, annis tribus, mensis octo, dies tredecim. Nero annis nouem, mensis nouem, diebus tredecim, Galba, mensis septem, diebus viginti

& octo. Vespasianus anno primo imperij sui, debellauit Iudæos, & sunt anni numero quinquaginta duo, mensis sex. Nam imperauit annis vnde decim. Atque ita in die suæ expugnationis, Iudæi impleuerunt hebdomades septuaginta prædictas à Daniele. Attendite ergo iam studiosius, & videte, quia si has septuaginta hebdomadas, secundum Eusebium, à sexagesima quinta, vsque in centesimam octuagesimam sextam olympiadem computare volueritis, post quadringentos & octoginta tres annos, reperietis sacerdotium de stirpe Iudæ, Hircano moriente cessasse, & Herodem regem alienigenam successisse, cuius tempore natus est Christus Dominus noster. Si autem secundum Tertullianum has ipsas hebdomadas supputare velitis, in earum euolutione & natiuitatem, & passionem Christi, excidiumque Hierosolymarum, sicut à Propheta prædictum est, completum fuisse videbitis. Etenim quando Angelus numerum istum hebdomadarum Danieli prædixit, tunc etiam & vngi Sanctum sanctorum edocuit, & mortem ipsam Christi significauit, excidiumque Gentis Iudææ non tacuit. Si enim Danieli Angelus dixit: Daniel, nunc egressus sum, vt docerem te, & intelligeres, ab exordio precum tuarum egressus est sermo, ego autem veni, vt iudicarem tibi, quia vir desideriorum es. Tu ergo animaduerte sermonem, & intellige visionem, septuaginta hebdomadæ abbreviatæ sunt super populum tuum, & urbem sanctam tuam, vt consummetur præuaticatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia & vngetur Sanctus sanctorum. Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis, vt iterum edificetur Hierusalem vsque ad Christum ducem, hebdomadæ septem, & sexaginta duas erunt. Et rursum edificabitur platea & muri in angustia temporum, & post hebdomadas sexaginta duas, occidetur Christus: & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & post finem belli statuta de latro. Ecce Angelus iste postquam occisionem Christi prædixit, sic subsequenda hæc omnia nuntiavit. Nūquid ista omnia post mortem Saluatoris, ciuitati illi, & ciuibus acciderunt? Nam postquam clamauerunt aduersus filium Dei, vt occideretur, successit illis post aliquod tempus vindicta à Domino. Venit enim exercitus Romanus cum duce Vespasiano, & debellata est ciuitas, expugnata Iudæa, multaq; millia interfecti, nullusque illuc modo permittitur accedere Iudæorū, vbi Christi stū crucifigendū acclamauerūt. Manifestū est, inquit, propter Christū Iudæis ista accidisse, cōspirate sensu scripturarum cum exitu rerum, & ordine temporū. Aut si nondum venit Christus, propter quem hæc passuri prædicabantur? Quomodo venerit ergo patientur? Et vbi nunc filia Syon relinquenda, quæ nulla est hodie? Vbi ciuitates exurende, quæ in tumulis? Vbi dispersio Gentis quæ iam extorris? Redde statum Iudææ quem Christus inueniat, & alium contendere venisse. Aut si mentior, dicite vbi regnum vestrum? vbi templum? vbi sacerdotium? vbi sacrarium? vbi conuentio Prophetarum? Nempe hæc omnia funditus defecerunt, in eo quod hostia cessauit, quod sacerdos intercidit, quod vnctio pristina defecit. Si ergo cessantibus his omnibus vnctio ipsa cessauit, vnde vngetur Christus vester quomodo venerit? Lex enim præcepit in captiuitate non licere vnctionem

Herodes.

Gen. 49.

Hebdomada 62. Danielis.

Abrahâ qua etate vixerit.

Gen. 49. Cecrops.

Daniel.

supputatio 70. hebdomadum Danielis.

Deut. 16.

Africanus scriptor nobilissimus temporum refert.

Hebdomadam.

supputatio.

Hebdomadam.

supputatio.

Hebdomadam.

supputatio.

Hebdomadam.

supputatio.

Hebdomadam.

supputatio.

Hebdomadam.

supputatio.

regalis christi nati confici: Vnde ergo vngetur, qui nati in Bethlehem? aut quomodo procedit de Bethlehem, quum de semine Israel nullus omnino sit in Bethlehem? Videmus enim neminem de genere Israel in ciuitate Bethlehem remansisse, ex quo interdictum est ne in consinio ipsius religionis remoraretur quisquam Iudaeorum, vt & quod esset per Prophetam, dictum, impleteretur. Terra vestra deserta, ciuitates vestrae vltae igne, quod belli tempore eis euenit. Regionem vestram in conspectu vestro alieni comedent. Quid iam ad haec respondetis infanti, & occulta Dei iustitia excecatis? Vbi est terra illa promissionis, in qua habitantes peccastis, qua deleta, migrastis: Regnum Iudaeorum quare non est. Altare Iudaeorum quare non est. Sacerdotium Iudaeorum quare non est. Quae omnia Daniel nec cessatura praedixit, quando vngi Sanctum sanctorum liquide prophetauit. Quia igitur haec omnia iam nunc in vobis impleta esse videtis, manifestis vocis indicibus defutura Christi natiuitate in edaces, vos ostenditis. Ecce iam conuicti estis per paucis quidem testimoniis praebitis, sed fortissimis & praclaris. Sunt siquidem & alia multa in diuinis libris expressa, quae a me nec omnia commemorari possunt, quia nimium est: nec multa, quia longum est. Perparua quidem collegimus tantum, vt viam huius intelligentiae panderemus. Et tamen in his quae dicta sunt, siue quae adhuc dici de diuinis voluminibus possunt, nusquam reperietur alicubi esse praedictum, vt initio mundi, in adhibita suppuratione annorum, tempus incarnationis Dominice dinoscatur. Tali igitur proinde rationis obiecto, breuitas illa annorum quae ex codicibus Hebraeis obicitur, pro dignoscenda huius sacramenti regula conuenitur. Iam ergo ad noui Testamenti idoneos testes & ministros, verbi transtium facientes, debito hunc librum sine claudamus.

D. IULIANI ARCHIEPISCOPI TOLETANI, CONTRA IUDAEOS. LIBER II.

Rolaris, praemissisque Patriarchis & prophetis, quibus praedicantibus didicimus eo Christum tempore natum, quo & ab illis expressus est nasciturus, & a nobis nunc creditur natus. Ipsa nunc noui Testamenti tempora prosequar, & quomodo nunciante Angelo ceperint, curiosius inquiram. Et certe sacramentum illud septuaginta hebdomadarum, de Christi natiuitate, Daniel per Angelum didicit. Similiter & Zacharias, apparente sibi Angelo, Ioannem filium de se generandum audiuit. Et Maria Angelo sibi praedicti, Christum ex se nascendum, & credit & assensit. Haec tria per Angelum dicta & completa videmus. Iam ergo sollicitudine intuemus, vt utrum Angelus iste, qui Zachariae & Mariae apparuit, ipsi quoque Danieli illa praedixerit. Equidem ipse Daniel in prophetiae suae volumine, quando illa sacramenta hebdomadarum de Christi natiuitate, per angelum, futura cognouit, sic ipsius Angeli nomen euidenter expressit. Dicit enim: Ecce vir Gabriel, quem videram in principio citò volans, tetigit me, & dixit: Daniel, animaduerte sermonem & reliqua quae tibi commemorantur. Item his temporibus, secundum Euangelium Angeli ipsius nomen mirificum sic inuenitur expressum. Dixit enim idem Angelus Zachariae: Ego

Luc. 1.

Iudaeorum excecatio.

Luc. 1.

Dan. 9.

sum Gabriel qui adsto, ante Deum, & missus sum loqui ad te, & haec tibi Euangelizare. Quod etiam de beatae Mariae virginis partu, sic in eodem Euangelio legitur: Missus est, inquit, Angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam virum, cui nomen Ioseph, & nomen virginis, Maria. Iam ergo manifestum est, quod vnus idemque Angelus Gabriel fuerit, qui & praefixa illa tempora Danieli de Christi natiuitate aperuit, & partum virginis praesentem esse monstrauit. Ad tempus itaque praefinitum occurrit & colim a se dicta operis efficientia completa esse conuincit, & illic fidelis in prophetia hebdomadarum, & hic fidelis per mysterium reuelatum. Nunquid aliud annorum illa suppuratione praedixit, aliud hic probare voluit in Maria? Nihil ergo dubitationis, nihil erroris relinquere voluit, qui & illa tunc quum adhuc non essent, futura praedixit: & haec postea, ne illa non crederentur, manifesta monstrauit. Sequamur ergo Euangelizantis huius Angeli vocem, & sicut eam, quum in prophetia loqueretur, probauimus fuisse veridicam, sic hic quum in Euangelio loquitur, cognoscamus esse completam. Ait enim Mariae Angelus iste: Ecce, concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis. Vbi post aliqua sequitur: Factum est quum impleti essent dies vt pareret, & peperit filium suum vnigenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in praesepio, quia non erat eis locus in diuerforio. Et pastores erant in regione eadem, & ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & dixit illis: Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum & positum in praesepio. Vbi post aliqua adhuc dicit: venerunt pastores festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in praesepio. Vnde & nato iam Iesu in Bethlehem Iudaeae, iuxta quod Euangelium refert: Ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudaeorum. Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes Sacerdotum & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nascere tur. At illi dixerunt: In Bethlehem Iudaeae. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlehem in terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iudaeae, ex te enim exiit Dux, qui regat populum meum Israel. hic iam mihi respondeant volo, qui tantae dispensationis ingrati sunt sacramento, ad tantam perquisitionis diligentiam, qua Herodes Sacerdotum principes de Christi natiuitate interrogat, atque in tanto regis metu, & in tanta cura respondentium Scribarum, quomodo non poruit eo tunc tempore haec questio de hac annorum contrarietate per codices Hebraeorum, aut libata monstrari aut monstrata euidentia obici, qui seipsos possent cum rege suo terrore consolari? Sic enim scriptum est: Turbat est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo. Et certe rex iste licet propheta, promissu Christum in libris Hebraeorum audierat, & ideo ad Christum veniente, regnum

Luc. 1.

Angelus Gabriel.

Luc. 1.

Math. 2.

Mich. 5.

gnum perderet metuebat. Si enim Christum Prophetatum in illorum literis non audisset, nequaquam a Principibus & Scribis, vbi nasceretur, exquiret. Turbatus est autem non solum rex ipse, sed & omnis Hierosolyma cum illo. Omnis, scilicet, conuentus docentium, omnia subfella Iudaeorum. Vnde & a rege sollicitudine perquisiti prophetia indicem protulerunt, quod in Bethlehem Iudaeae, Christus Dei filius nasceretur. Turbato enim rege & perterrita, poterat de hac annorum suppuratione ex codicibus suis tale aliquid demonstrare, vnde Christum nasci tunc adhuc non oportere manifesta annorum suppuratione ostenderent, si hoc procerto in diuinis paginis lectitassent. Sed quod in Legge & in Prophetis non erat insertum, nec ab illis est dictum, nam qui locum vbi nasceretur, indice Scriptura, ostenderunt, poterant similiter & quando nasceretur, id est, adhuc eum sperari debere futurum, legitima ostendere suppuratione annorum. Ecce veritas responsionis eorum, non personaliter creditur, sed legaliter comprobatur. Hoc enim quod scriptum nouerant veraciter protulerunt. Nil de hac annorum suppuratione adhibuit, quod ex libris suis nato Christo diceretur contrarium. Nam & in reliquo tempore, Iudaeis ipsis volentibus scire, vtrum ipse esset Christus, in omnibus eorum in interrogationibus & responsionibus Christi, nusquam adhuc annorum obiectio, aut ab illis obiecta, aut a Domino terminata est. Denique sic de his in Euangelio legitur: Ambulabat Iesus in templis, in porticu Salomonis, circumdederunt ergo eum Iudaei, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis. si tu es Christus, dic nobis palam. Similiter & Princeps sacerdotum dixit Domino legitur: Adiaro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. Quamquam & a Ioanne quaerunt, vtrum ipse Christus, & de eis Euangelium dicat, quod alij dicebant, hic est Christus, quidam autem dicebant: Nunquid a Galilea venit? Nonne Scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & Bethlehem castello, vbi erat Dauid, Christus venit? Dissensio itaque facta est in turba propter eum? Nunquid in hac tam multiplici dissensione Iudaica, si aliquid eos suppuratione annorum secundum codices suos inuisset, non ex hoc audacius resularent, & certis locis scripturarum, illo tunc tempore, non debere Christum nasci sed adhuc sperandum eum oportere ex ipsa euidentia annorum suppuratione conuincerent? Sed ecce, nec disputatio, siue dissensio Iudaeorum opinione aliqua annorum perstringitur, nec manifestatio Christi huiusmodi calculationibus declaratur. Iam ergo videndum est, quid talibus fuerit a Christo responsus. Loquor inquit, & non creditis: Opera quae ego facio in nomine Patris mei, haec testimonium perhibet de me. Alio quoque loco sic eis respondit: Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere, & illae sunt quae testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me, si alius venit in nomine suo, illum accipietis. Nolite putare, quia ego accusaturus sum vos apud Patrem, est qui vos accuset Moses in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis crederetis? De his etiam alio loco dicit: Si non venissem, & loquutus es fuisset, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent

de peccato suo. Haec siquidem Domini verba sunt. Post haec duos iam illos post resurrectionem suam discipulos euntes in castellum quod vocatur Emaus, quod de resurrectione sua dubitantes & colloquentes, aspiceret, vnde eos instruxerit vnde eos in fide sua firmauerit, audiamus. Sic enim eis loquutus est: O stulti, & tardi corde ad credendum, in omnibus quae loquuti sunt Prophetae. Nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a Mose & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quae de illo erant. Ecce, quomodo se ipse Christus manifestauit ignorantibus, non suppuratione a principio mundi annosa, sed testimoniorum veritate conspicua. Carterum hunc verum Dei filium, & multiplices demonum legiones confelle, & elementa ipsa restantia prodiderunt, & resuscitata a mortuis corpora protelata sunt. Si ergo non vis, & Iudaeae, de Christo angelis credere, crede demonibus, crede nuntiantibus caelis, patefactis sepulchris, resurgentibus mortuis. Filium enim Dei esse eum, angelus docuit, & stella ostendit, & Magorum adoratio prodidit, & vox de nube tonans patefecit, & colubam monstrauit, & Ioannes agnouit, iam ergo quale Ioannes hic testimonium perhibuerit Christo, diligenter audite, & videte ab hinc tamen nubem testium, tamquam numerositatem fidelium aduentu praeritae natiuitatis Christi, vtrum calculationibus totius saeculi euolutis descendendum esse probauerint, an fidei veritate & ipsi cognouerint, & aliis dignoscendum tradiderint. Primus ergo Ioannes ille, vulua matris stellaris genitus, & nouae vitae praedicator egregius, fide Christum agnitum credidit, non suppuratione annis explorare tentauit. Agnouit enim Christum, & manifestatione Prophetica, & corporis veritate monstrata. Ipsis etenim signis Christum agnouit, quibus eum Prophetatum Esaias variis didicit. Sic quippe idem Esaias, ex persona Dei Patris dicit. Ecce seruus meus, suscipiam eum, dilectus meus, complacuit sibi in illo anima mea: Dedi spiritum meum super eum, iudicium Gentibus profert. In his duabus sententiis Esaias, quibus Pater filium & electum & complacitum sibi appellat, nec non quod spiritum suum daturum se ei pronunciat, Ioannes hic, in baptismo iam ipso Domino, ea impleta sic narrat: Vidi, inquit, spiritum descendentem quasi columbam de caelo, & mansit super eum, & qui misi me baptizare in aqua ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem, & manentem, super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei, Nam & baptizato iam Domino, vox de caelo facta est, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Quod enim Esaias dixit ex voce Patris: Dedi spiritum meum super eum, hoc Ioannes praesentia corporali vidit impletum, quum dicit: Vidi spiritum descendentem quasi columbam de caelo, super eum. Et quod in Esaias scribitur iterum: Electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, hoc ab Euangelista reperitur, factam videlicet fuisse vocem de caelo dicentis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit, Propheta quidem Esaias, speciale de Domino varicinium praebuit, sed hic Ioannes, plusquam Propheta digito Dominum demonstrauit, in quo haec specialiter impleta esse probauit.

Ecce quibus signis atque indicibus, Ioannes Christum Dei filium didicit, vnde etiam interrogans

Luc. 24.

Indei matris conuictio.

Mat. 1. Mat. 2. Math. 3. Ioh. 1.

Luc. 1.

Ioh. 1. 42.

Ioh. 1.

Math. 3.

Ioh. 1. 42.

Ibid.

Ioh. 1.

tibus se Iudæis, utrum ipse esset Christus, perfectum illis de Christo testimoniū perhibuit, atque dixit: *Iob. 1.* Non sum ego Christus, medius autem vestrum stetit, quem vos non scitis, ipse est, qui ante me factus est. Vbi etiam sequitur: Altera die, vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Hic est de quo dixi, post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. *Math. 11.* Equidem & Ioannes iam in vinculis tentus, duos de discipulis ad Dominum misit, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Scite magnopere cupiens, utrum ipse Dei filius, qui in mundum venisse iam videbatur in carne, ipse per se ad inferna descenderet. In qua suscitatione satis apparet, quod si supputatis annis ab Adā, aduentū redemptoris mundi posset addiscere, consultum Domini non quaesisset, cui sola annorum calculatio ad hæc sufficeret scienda. Nam ipse sacerdotali genere clarus, & in lege nutritus, illo tunc tempore non potuit hæc obiecta proponere, si hæc natiuitati Christi contraria prequidisset, ut diceret. Adhuc necdum supputatio quinque milium est suppleta annorum, adhuc sperandus est Christus, qui redimat mundum. Abiit: Nihil tale bonus ille Christi feruus obiecit, sed potius responsa sibi à Domino credidit. Interrogauerat enim magistrum per discipulos, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et Dominus ad illos: Euntes, inquit, renunciate Ioanni quæ vidistis & audistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes Euangelizantur, & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Ecce, non est scandalizatus Ioannes in Christo, sed potius evidens perhibuit testimonium Christo. Post hunc sequuntur omnes Christi discipuli, aduentus Christi gratia renouati, qui Christum Dei filium in carne venisse, non calculationis industria, sed testimoniorū diuinorū euidencia didicerunt credentes non, quod secundū impios digitorū supputatione colligitur, sed quod secundum pios fidei reuelatione sentitur. Sic Andreas fratrem suum Simonem Petrum ex hoc credibilem facit, dicens. Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Sic Philippus Nathanaëli Christum insinuans, dicit: Quem scripsit Moses in Lege & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Sic Petrus ipse discipulorum omnium primus, nullis calculationum obiectis, prædicationem suam obnoxiam cernens, inquit: Notam facimus vobis Domini nostri Iesu Christi autem virtutem & præsentiam, speculatores facti illius magnitudinis. Accepit enim à Deo patre honorem & gloriam, voce delata ad eum huiusmodi: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Et hanc vocem nos audiimus de cælo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto, vbi post aliqua sic dicit: Fuerunt pseudo prophetæ in populo isto, sicut in vobis erunt magistri mendaces, qui subintroducentes sectas perditionis, & eos qui emittunt eos, Dominum negant. In qua etiam adhuc Epistola sequitur: Vos igitur fratres præcipientes caute, ne insipientium errore seducti, excidatis à propria firmitate. O quam dilucidè hic sanctus Apostolus huius temporis maliciam, longè antè prædixit, & testimonium Christo, non solum credendo, sed etiam videndo perhibuit. Sequamur adhuc magni huius doctrinam Apostoli, & videamus tot millia Iudæorum

ad eius prædicationem conuersa, utrum aliquid de iis annis prædicanti Petro obiciant, an auditis eius monitis conuiescant. Quando enim quinquagesimo, post resurrectionem Christi die, Spiritus sanctus super Apostolos venit, & linguis omnium Gentium sunt loquuti magnalia Dei, scriptum est: Stans Petrus, eleuauit vocem suam & loquutus est dicens Viri Iudæi, & qui habitatis in Hierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos estimatis, hi ebrii sumus, quum sit hora diei tertia, sed hoc est quod dictum est per Prophetam Iohel: Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus: Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filie vestre. Vbi dum de Christi passione & resurrectione, eos post aliqua conuinceret, sic repetens, dicit: Certissimè ergo sciat omnis domus Israel, quia & Dominum eum & Christum Deus fecit hunc Iesum, quem vos crucifixistis. Vbi statim subiungitur: His auditis, compuncti sunt corde. Qui enim receperunt sermonem eius, baptizati sunt, & Apostatae sunt illa die animæ circiter tria milia, & erant persecutores in doctrina Apostolorum. Ecce nec prædicatio Petri obnoxia fuit annorum supputationibus, nec ipsa quoque tot milium Iudæorum multitudo de hæc supputatione à Petro quicquam explorare tentauit, sed in prolatis tantum ab eo testimonio credidit, & compuncta corde quieuit. Hac etiam & simili regula Iacobus Hierosolymam, Thomas Indiam, Macedoniam Marthæus illustrat, cæteraque omnis multitudo Apostolica, Christum Dei filium simili doctrina in mundum venisse, verbo prædicant, & testificata est. Nec enim hi homines prædicationi suæ obuia annorum curricula ex Hebræorum codicibus percensere, quæ utique ad natiuitatis Christi causam nil pertinent. Nempe nec ipsi quoque Iudæi alicubi leguntur, de hac annorum disceptatione, aut cum Apostolis decertasse, aut dictis Apostolicis restitisse, præsertim cum eo tunc tempore Iudæi ipsi adhuc, & patriam tenentes & regnum, & necdum dispersi tanto fulgerent instrumento doctrinæ, quanto utique amplo & regni, & honoris sui adhuc fungebantur honore. Si igitur hi, & legisperitia rudes, & numerositate ipsa Scribarum & Principum doctiores, nihil sibi tunc de hac annorum disputatione sunt blanditi, quia fronte nunc ista obiciuntur, qui in dispersione Gentium traditi sunt à legisperitia alicui, quantum & à solo proprio probantur exclusi. Transeamus deinde ad Paulū ipsum, vas electionis, Apostolum, qui & ipse apprimè in lege nutritus, & ad pedes Gamalielis edoctus fuit, ita totius veteris instrumenti ratione præcognitus, ut nefas sit credere eum aliquid in illis literis latuisse. Et enim ipse ad Galatas refert. Au distis, inquit, conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam & proficiebam in Iudaismo supramultos coætaneos in genere meo. Abundantius amulator existens paternarū mearū traditionū. Quū autē placuit ei, qui me segregauit de vtero matris meæ, & vocauit per gratiā suā, ut reuelaret illū suū in me, continuè non acquieui carni & sanguini. Videre, quæso, vocationem Pauli, quia reuelato sibi Christo filio Dei, non acquieuit carni & sanguini. Qui ergo reuelato sibi Dei filio credidit, itaque promissū sibi ex lege Christū agnouit. Nā qui tāto furoris zelo

zelo persequebatur Ecclesiam, facile potuit de hac annorum opinione vanissima agere cōtra, si tamē iuuari ex hoc pensasset in aliquo partem suam: Si enim aliquid ex his annorum numeris traditum sibi percepisset ex lege, utique plus ex hoc posset Dei Ecclesiam expugnare, & ex hoc maiorem contra eam repugnandi materiam fumeret, ex quo id in lege insertum esse, monstraret. Nam qui dicebat, quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, potuit dicere: Plenitudo temporis necdum venit, quia sex milium annorum series, expleta secundum Hebræos codices non concurrit. Ergo ideo plenitudinem temporis iam venisse dicebat, quia mysterium temporum reuelatum sibi agnouerat. Sic enim ad Ephesios dicit: Notum, inquit, fecit nobis Deus pater sacramentum uoluntatis suæ, secundum bonum placitum eius, quod proposuit in eo in dispensationem plenitudinis temporum restaurare omnia in Christo. Hoc quippe mysterium dispensatio est plenitudinis temporum, ut statuto tempore omnia cōplerentur. Ergo quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suū, qui antè venire non potuit, nisi mysterium temporis impleteretur. Quum ergo semel mihi Christus natus, passus, & sepultus fuerit, & ad Patrem victor ascenderit, non necesse habeo veterum numerū, quia iam pro certo teneo mysterium reuelatum, quod euidenter agnoscat in plenitudine temporum. Hoc quippe modo plenitudinem temporis, quo Christū nasci oportuit, per mysterium sibi reuelatum Paulus agnouerat, nec tamen illis annorum numeris didicit. Vnde & Galathis uolentibus ad Iudaismum transire, annuncians illi Christum, mordaciter scribit: Miror quod tam citò trāserimini ab eo, qui vos uocauit in gratiam Christi, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & uolunt subuertere Euangelium Christi. Sed licet, nos, aut Angelus de cælo Euangelizeret vobis, præter quod Euangelizauimus vobis, anathema sit. Hic, inquam, vas electionis & Apostolus gentium, in omnibus disputationibus suis, quas cum Iudæis habuit, siue Grecis, nusquam repertus est his annorum supputationibus, aut oppugnans adhuc Euangelium vltus, aut prædicans Euangelium delectatus, sed testimonia legis & Prophetarum proponens, in patulo manifestā, Iudæorum conuincens infaniam. Sic quippe de eo scriptum est: Saulus autem magis conualescebat Iudæos, qui habitant Damasci, affirmans, quoniam hic est Christus. Ecce Paulus affirmabat Christum venisse non plenitudine annorum ex codicibus Hebræorum adhibita, sed testimoniorum euidencia ex diuinis libris prolata. Nam iuxta quod in Actibus Apostolicis scribitur: Ingressus Paulus & Barnabas in synagogam die sabbathorum: post lectionem autem legis & Prophetarum, miserunt principes synagogæ ad eos: dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens, ait: Viri Israël, & qui timeris Deum, audite: Deus plebis Israel elegit patres nostros, & plebem exaltauit, quum essent incolæ in terra Ægypti, &c. Ex eo tempore sequens, vsque ad tempus Dapud, ex cuius semine natum Christum ostendit, deinde quæ in Christo acta sunt, per passionem & resurrectionem manifestis testimoniis explicauit. Nec tamen aliquid de hac annorum supputatione secun-

dum codices Hebræorum elicit. Quippe cui necesse non fuit ad comprobandum sacramentum tantæ rei supputatio annorum à principio mundi. Sequitur & dicitur in Scriptura: Secundum consuetudinem Paulus introiit ad Iudæos, & per tria sabbatha diserebat eis de Scripturis, adaperiens & insinuans, quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis, & quia hic est Iesus Christus, quem ego annuncio vobis. Nunquid in his omnibus disputationibus suis quū quotidie Iudæis scripturas aperiret, si aliquid ex hac annorum opinione prædicationi suæ contrarium comperisset, non statim, aut planum faceret illis quod latebat, aut respueret quod debebat? Stephanus quoque primus Christi martyr similiter non supputatione temporum, sed testimoniorum ad illentia contradicentes sibi Iudæos frequentissimè conuincebat. Sic enim scriptum est: Surrexerunt quidam de synagoga, quæ appellabatur Libertinorum & Cyrenenium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia, & Asia, disputantes cum Stephano, & non poterant resistere sapientiæ & Spiritui sancto, qui loquebatur ex eo, propter quod redarguebantur ab eo cum omni fiducia. Ecce, redargutos & compunctos Iudæos per Stephanum legimus, nec tamen aliquid de hac annorum supputatione in suis disputationibus inuenimus. Vnde & Iudæis ipsis non de hac opinione obstentibus, sed in solita obstinatione durantibus, dixit: Dura ceruice, & incircuncisi corde & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut & Patres vestri. Quid iam de Iacobo Apostolo, fratre Domini referam, qui rogatus à Iudæis, ut testimonium de Iesu eisdem expetentibus perhiberet, docebat hunc esse Saluatorem. Et tamen siue qui verbum eius susceperunt, siue qui ab illo inuidia intercurrenter discissi sunt, nil tale ab eo requirunt, quod ad hanc supputationem annorum pertinere videatur: quum tamen ipse veritatis tellis existens, & hunc eundem Dei filium prædicans Christum, glorioso martyrio coronatur. Quod etiam & Iacobus frater Ioannis Apostoli hunc ipsum Dei filium Iudæis prædicans Christum, nullis annorum opinionibus, prædicationem suam obnoxiam sentiens longo tractu testimoniorum diuinorum docuit, ea omnia quæ prædixerat in Domino nostro Iesu Christo fuisse completa. Postremò Ioannes opinabilis ille Christi discipulus pectoris Domini suauitate perfusus, in epistola sua id ipsum aperitissimè & dilucidè commendans: Omnis spiritus, qui confitetur Christum in carne venisse, ex Deo est. Et omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo est. Nos ex Deo sumus, qui nouit Deum, audit nos: Qui non ex Deo est, non audit nos. In hoc cognoscimus, spiritum veritatis, & spiritum erroris. Item id ipsum replicans & commendans, dicit: Scimus quoniam filius Dei venit, & carnem induit nostri causa, & passus est, & resurrexit à mortuis: assumpsit nos, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in verò filio eius Iesu Christo. Hic verus est Deus, & vita aeterna. Hic etiam adhuc dicit: Hæc est victoria quæ vicit mundum, fides vestra. Quis est autem qui vicit mundum, nisi qui credit, quia Iesus filius Dei est: Si ergo definitionem fidei Christiana

Joh. 1.

Fides de non ap- parentibus.

Abac. 2. Rom. 2.

Joh. 1.

Credendum sine ratione.

Dei ratio in corpore Christi.

Joh. 20. Greg. ho. 26.

Sufficit credere.

na accipientes, debemus indubitanter, & praeterita quae narrantur in Evangeliiis, credere, & futura sine haesitatione sperare. Nec enim praesentibus, quae videntur, fides est necessaria, quae per sensus corporis approbantur indubia, sed illic fides adhiberi debet robusta, quae non videat esse praesentia. Sic enim quique Christianus, Christum Dei filium & in praeteritis natum de virgine plena fide tenebit, & indubitanter eum venturum ad iudicium sperabit, credens & praeteritae eius natiuitati, qua pro nobis factus homo, dignatus est nasci, & futurae eius promissioni, qua regnum se fidelibus daturum repromisit. Sic ergo vnusquisque & praeteritis & futuris, quae de Christo Dei filio Evangelicis & Apostolicis literis dicta sunt, indubitata fidei scientiam praebens, merebitur futurum obtinere cum sanctis omnibus regnum, quia non violauit fidei sanctae arcanum. Ex hac ergo fide omnes viuimus, per hanc nos fidem coronandos fideliter speramus. Iustus enim ex fide uiuit: & quomodo iustus ex fide uiuit, nisi non videndo quod credit? Hae ergo est iustitia fidei, qua iustificamur, ut credamus in eum, quem non videmus, & fide mundari eum, in quem nunc credimus, & fidei uideamus. Et certe olim iam natus, & mortuus & à mortuis resuscitatus est Christus, quem tamen nos corporaliter, sicut neque nascentem, neque morientem uidimus, ita nec resurgentem aspeximus, & tamen indubitata fide, hae de illo ueraciter & credimus & fitemur. Et hae iustitia fidei, qua iustificamur atque mundamur, quae ea quae oculis non uidimus cordis oculo cõuemur & credimus. Equidẽ datum est Apostolis ista uidere, & ipsum uerbum incarnatum in carne aspiceret. Nos autẽ credere iussit, quod illis uideri concessit. Fides ergo, ut dictum est, earum rerum est, quae non videntur, & tamen sine dubitatione creditur, id est, si absque haesitatione credas, quae in praesenti uidere non ualeas. Christus ergo iam primum suo tempore uenit in mundum, ut saluaret mundum, & iterum suo tempore ueniet, ut iudicet mundum. Illa igitur quae de ipso facta leguntur, solum credenda sunt. Quae autem futura promittuntur, & credenda & speranda sunt. Qui ergo eum pro saluatione mundi dudum ueraciter credit, ueniente illo ad iudicium non peribit. Si quis ergo de hac fide dubitat, quid ultra sperat, nisi aeterna supplicia? Agendum ergo nobis est, ut in quibusdam causis fidei, etiam non percepta ratione sufficiat credere, scilicet, ut si in quibusdam rebus reddenda nobis ratio non occurrat, fides sola sufficiat. Nec ibi admittatur ratio obstinationis obiectio, ubi cõmẽdatur fidei altitudo. Postponenda enim est omnis humanae disputationis industria, ubi fides sufficit sola. Ecce, ut caetera taceam, duo de Christo Dei filio admiranda miracula ponam, natiuitatem eius sine Patre de uirgine matre, & ingressum eius ad discipulos ianuis clausis post resurrectionem. Quae duo, si ratione comprehenduntur, admiranda non erunt, nec fides habebit meritũ, cui humana ratio praebet experimentũ. Etenim, ut Beatus Hilarius ait, habet non tam ueniam quam praemium ignorare quod credas, quia maximum fidei stipendium est sperare quod nescias. Ergo innitendum est fidei, amplectenda est fides, quae etiam percepta ratione, spe & charitate perficitur. Sufficiat rogo omni Christiano credere, quod sensu non ualet attingere, Cui datum est, & sublimiter in

telligere, & fortiter credere, Deo gratias agat. Cui non datum est intelligere, credat ut intelligat, ut qui credens intellexerit quod audiuit, intelligens perfruatur quod credidit. Sicque fiet, ut & credulitas intellectum aperiat, & intellectus fide nutritus, perueniat ad coronam.

D. IULIANI ARCHIEPISCOPI TOLETANI, CONTRA IUDÆOS. LIBER III.



Alumniatoribus fidei Christianae tertio adhuc huius operis libello respondes, qui assumptis annis à principio mundi, secundum codices Hebraeorum quintam seculi aetatem insana temeritate cauantur. Hoc primum omne genus Christianorum admonco, ut quoties quisquis Christianorum, à quolibet Iudaeo secundum codices Hebraeorum assumptis annis aetates ipsas computare audierit, non illi cor suum inflectat, ut secundum numerum eorundem annorum easdem aetates supputandas accipiat, sed secundum praefinitum numerum generationum eas determinatas agnoscat. Non enim aetates ipsae annorum numero praenoscuntur, sed anni ipsi distinctis generationum aetatibus colliguntur. Quia uero nequaquam, singulae quaeque aetates equali annorum numero terminantur, alibi enim maior, alibi minor, & per singulas dispar in annis numerus reperitur. Quis ergo, quantusque annorum numerus habeatur melius intra ipsas aetates, prout cuique placuerit, supputandus excipitur. Non enim secundum Euangelium enumeratis, annis, sed supputatis generationibus peruenitur ad Christum. Ergo aetates ipsae seculi, non in annis, sed in generationibus colligendae sunt. Nequaquam igitur praepostero ordine est agendum, ut in annis aetates, sed in anni aetatibus agnoscantur. Ita ergo dicam, & rationes sex aetatum aperiam. In sex quippe diebus, fecit Deus caelum & terram, & omnem à se formatam distinctis diebus condidit creaturam, unum quemque diem luce initians, uespere consumans, dicente Scriptura: Factum est uespere & mane dies vnus. Secundum hos igitur sex dierum numeros atque rationes, sex quoque aetates in uoquoque homine praenoscuntur, in quibus uita ipsa perficitur, id est, infantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, grauitas, senectus. Fac ergo totos homines quicumque ab Adam usque in praesentem diem fuerunt, quasi vnũ hominẽ esse, & persona vnus hominis totius seculi tibi figuram appone, & per quantas aetates seculum istud, quasi vnus homo transierit, uel in qua aetate modo consistit, ratione facillima perui debis. Ab Adam enim usque ad diluuium, aetates prima porrigitur, quae denis generationibus terminatur. Secunda post diluuium usque ad Abraham similitur per decem generationes euoluitur. Tertia deinde aetates seculi, usque ad Dauid, quatuordecim generationibus protrahitur. Quarta post haec similitur denis & quaternis generationibus, à Dauid usque ad transmigracionem Babylonis producitur. Quinta dehinc aetates seculi sequitur à transmigracione Babylonis, usque ad Christum, quae & ipsa similitur denis & quaternis generationum articulis terminatur. Iam deinde sexta aetates seculi sequitur, in qua Christus Dei filius Maria uirgine nascitur: Quae aetates, quot annis, quotque generationibus protrahatur, à nullo hominum comprehenditur. Cur autem duae aetates illae ante Abraham per denos generationum numeros currant, & tres istae in Euangelio denis & quaternis generationum lineis seruiant, ratio monstrabit adhibita. Ab Adam usque ad diluuium decem generationes excurrunt, quae aetates prima in infantiam deputatur. Et ut noueritis euidenter praedictarum generationum decem uocabula, attende hic ea per ordinem supputata. Adam enim genuit Zeth, Zeth genuit Enos, Enos genuit Cainan, Cainan genuit Malalahel, genuit Jared, Jared genuit Enoch, Enoch genuit Matusalem, Matusalem genuit Lamech, Lamech Noe. Haec inquam, prima aetates cum mane suo & uespere supputatur, quia sicut vnusquisque dies à luce incipit, & in uespere finit, sic aetates haec ab Adam coepit & pro uespere diluuium habuit. Secunda igitur aetates à diluuium usque ad Abraham denis similitur lineis generationum porrigitur. Sem enim genuit Arfaxat, Arfaxat genuit Cainan, Cainan genuit Sale, Sale genuit Eber, Eber genuit Faleg, Faleg genuit Reu, Reu genuit Saruc, Saruc genuit Nachor, Nachor genuit Thare, Thare genuit Abraham, à quo aetates seculi incipit tertia. Haec inquam aetates habuit mane suum post diluuium excessum, cuius uespere fuit confusio illa linguarum. Quod etiam & in subsequenti aetatibus, similitur de mane isto & uespere, studiosus lector si quaesierit, renouatum reperiet. Iam nunc accipe rationem, quare sit factum, ut haec duae aetates denis generationibus terminentur. Et certe aetates hominis prima infantia est, secunda pueritia. Quae duae aetates, exceptis quinque sensibus corporis, in quibus naturalis sensus aut motus est, nihil euidenter, aut cognitione discreta attingit, aut actionis opere perficit. Nam & actio temeraria est sine cognitione & sine actione ignaua cognitio. Et ideo prima uita hominis, cui nulla administratio recte creditur, quinque sensibus corporis dedita est, qui sunt uisus, auditus, olfactus, gustus, tactus. Et ideo propter solos quinque corporis sensus, quibus aetates talium uigere probatur, geminatur idem quaternarius numerus, propter utrumque sexum, quia idem quinque corporis sensus sicut inesse masculis, ita & in feminis comprobantur. Ideo duae istae aetates denario generationum numero rosumuntur. Tres inde aetates seculi, quae in Euangelio computantur, bis septeno generationum numero distinguuntur. Ab Abraham enim usque ad Dauid generationes quatuordecim. Et à Dauid usque ad transmigracionem Babylonis, generationes quatuordecim. Et à transmigracione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim. Iam ergo uidentur est, cur istae tres aetates seculi bis septeno generationum dinoscantur numero terminari. Equidem iam superius diximus, duas illas aetates ab Adam usque ad Abraham, quasi infantiam atque pueritiam, solis quinque corporis sensibus deditas extitisse, pro eo quod non potest in his duabus aetatibus aliquid sublime aut cognitione percipi, aut actione formari. Solis ergo, sicut dictum, quinque sensibus corporis uigent. Infantia iam deinde & pueritia explicita, succedente adolescentia, accedit homini & cognitio discreta, & actio necessaria. Quae duo si quinque illis corporis sensibus addantur, septem fiunt. Item septem si propter utrumque sexum iterum duplicentur, quia sicut in uiris, ita in feminis accipiuntur, quatuordecim sub vno efficiuntur. Et haec est ratio

Matth. 4.

Matth. 1.

Gen. 1.

Matth. 1.

Gen. 22.

Tom. 5.

vt duae illae aetates denis generationum numeris currant, tres istae bis septeno generationum articulis seruiant. Quinque sane aetates seculi diximus, quas non in annis, sed in generationibus agnoscamus. Ut ergo agnoscat aetates ipsas seculi, non annorum supputatione debere addisci, sed generationum determinatione oportere intelligi, sanctum nobis Euangelium satis facit. Tres quippe aetates, quas ab Abraham usque ad Christum in ordine ponit, certis & determinatis generationum lineis dirimit, Nec enim ut tres illos aetatum articulos demonstraret, aliquid de annorum numeris posuit, quum tamen tres illas aetates, denis & quaternis generationibus explicauerit. Sic enim in Matthaei Euangelio legitur: Omnes generationes ab Abraham usque ad Dauid, & transmigracionem Babylonis, generationes quatuordecim. Et à Dauid usque ad transmigracionem Babylonis, generationes quatuordecim. Quod fortasse nequaquam Euangelista in distinguendis aetatibus obseruaret, scilicet ut non eas annorum numeris, sed generationibus proderet, si non hoc ipsum etiam obseruatum in lege ueteri pro distinguendis aetatibus praedidisset. Iuxta hunc enim modum, duas illas aetates, vnã ante diluuium secundam post diluuium inuenimus in libro Genesis terminatas. Enumeratis enim illic generationibus ab Adam usque ad Noe, antequam ingrederetur arcam, quae decem utique generationes erant, sic dicit Scriptura. Haec generationes Noe. Similiter post diluuium secundae aetatis generationum seriem pandens, sic eadem Scriptura commemorat, dicens: Haec generationes Sem. Enumerans, easdem generationes à Sem filio Noe usque ad Abraham, numero decem. Tertiam quoque aetates seculi sequens similitur agit, à qua Matthaeus incipiens Euangelista digestis generationum articulis, tres seculi aetates explicuit, duas illas retroactas aetates necessario praetermittens, quae quasi infantia & pueritia gignendis filiis apte non essent. Quis enim uisitata lege naturae ante 13. aetatis suae annu potest gignere filios? Et ideo Euangelista nitens secundum carnem generationem Domini explicare, ab Abraham quasi ab adolescentia narrationem suam coepit extedere, ex qua aetate potest homo filios generare propter semen Abraham, in quo benedicendae omnes gentes fuerat repromissae. Sic ergo reddita ratio docet, & aetates seculi, non in annis, sed in generationibus quaerere, pro eo quia cuiuslibet aetatis distinctione, non inuenimus in Scripturis: hi sunt anni generationum, sed istae sunt generationes sicut dictum est, prima seculi aetate finita, haec generationes Noe, uel quae aetates secunda à Sem usque ad Abraham memoratur, ubi similitur scribitur: Haec sunt generationes Sem. Quum tamen neque in prima, neque in secunda aetate seculi sit scriptum: hi sunt anni generationum, sed haec sunt generationes. Volens ergo Scriptura ostendere aetates seculi, non in annorum debere opinionem constitui, sed librata generationum numero sitare rimari, praesertim quum in multis Scripturarum locis, ubi per generationes certus ordo reponitur dirigitur, anni penitus taceantur, nec tamẽ ex hoc tempore ipsa seculi in quocumque frustrantur. Ergo non satis est attendere summam annorum, ubi per generationes efficiencia comprobatur aetatum, nec enim more sanctarum Scripturarum quaedam uidemus lege à Deo promissa, quae non in annis, sed in praefinitis

KKK iij

generationibus predicantur implenda. Nec enim hominis cuiusque prophetantis sermone predicatur, sed ipsius Dei voce signatur, quod ad Abraham Gen. 15. Dominus loquitur: Quarta, inquit, generatione filij Israel de terra Egypti reuertentur, quod non in annis, sed in generationibus videtur tunc fuisse impletum. Et enim si replices genealogiam Leui, quarta generatione filios Israel de terra Egypti egressos esse reperies. Leui genuit Cahat, Cahat genuit Amram, Amram genuit Aaron, Aaron genuit Eleazar, Eleazar genuit Phinees. Cahat autem cum patre suo Leui ingressus est Egyptum. Rursum Eleazar cum patre suo, Aaron egressus est Egyptum. A Cahat vsque ad Eleazar computantur generationes quatuor. Sic ergo futura & plena à Deo liberatio seruitutis Israelitici populi non in annis, sed in generationibus predicta est adimpleri. Hoc quippe modo & Cain peccatum septena generationum vindicatione expiandum predicatur. In septima enim generatione Cain peccatum est dissolutum, quia & in septima generatione à Lamech, qui septimus ab Adam est, Cain ipse occiditur. Lamech deinde & peccatum ipsius Lamech, qui eum occidisse prescribitur, in septuagesima septima defertur generatione purgandum, iuxta quod de eo scriptum est: Septuplum vultio dabitur de Cain, de Lamech verò septuages septies. Ab Adam enim vsque ad Christi generationes septuaginta septem, per ordinem colliguntur, sicut in Luca Euangelio legitur. Ab ipso enim Christo illic incipitur, & vsque ad Adà, vel Deum, à quo ipse Adà creatus est, peruenitur: Et ideo Lamech peccatum, quasi totius mundi in septuagesima septima generatione, Christi videlicet aduentu, est purgatum. Vnde & ipse Dominus huius sacramenti septuagesimi septimi numeri in Euangelio sacramentum commedans, remittenda esse peccata docet, non solum septies, sed etiam septuages septies. Nec enim 77. ista generationum linear, quas secundum Lucam ab Adam vsque ad Christum, historialis ordo commendat, aliquid generationibus illis, quæ à Matthæo commemorantur in quocumque prejudicant: alias enim generationum lineas Lucas exequitur, alias Marthæus rimatur. Lucas enim sacerdotalis generis prosapia sequens, & à Christo filio Dei incipiens vsque ad Adà, & ipsi Deum à quo formatus est, 77. lineas generationum explicuit. Matthæus autem regie stirpis generationum excurtus est numeros, in quibus per quaternos & denos generationum articulos tres mundi ætates expressit. Ætates ergo sæculi, quas prædixim⁹ quinque vsque ad Christum fuisse, non secundum Lucam, qui sacerdotale genus exequitur, sed iuxta Matthæum, qui regias generationes digerit, computandæ sunt. Etenim Christi filij Dei carne sic ex utroque genere credim⁹ propagatam, vt & regio semine floreat, & sacerdotali propagine sit gloriosa. Iuxta semen ergo regium quod Matthæus exequitur, adiectis illis duabus ætatibus, id est, quæ ab Adà vsque ad Abraham denis generationibus currunt, quinque ætates sæculi computandæ sunt. Sic ergo annorum supputatio attendenda, sed generationum cunctis rimanda est linea. Quando ergo falsitas Iudeorum, & studiosissimæ Christiane, per annos ex codicibus suis libatos, ætates sæculi coram te noluerit definire, vt quasi per millenos ætates ipsas mundi determinatas videatur ostende-

Gen. 15.

Gen. 4.

Lamech occidit Cain.

Gen. 4.

Luc. 3.

Mat. 18.

Mat. 1.

Matthæus & Lucas in generatione Christi recesserunt da cõmuni.

re, non illic traharis in spiritu erroris, sed reuertere ad spiritum veritatis, vt secundum Euangelium & exempla Scripturarum, quæ superius posita sunt, pro dignoscencia harum ætatum, omnem illam annorum supputationem, secundum codices Hebræos despicias, & has solum enumerationes generationum, intendas, quas ab Adam audisti, vsque ad Christum distinctis lineis terminatas. Iam nunc quæ sit ratio, vt hac sexta ætate eum nasci oporteret, studiose, lector addisce. Scilicet, vt qui sexto die fecerat hominem, sexta etiam ætate sæculi veniret ad humani generis reparationem. Hinc ergo iam securi de hac annorum questione, omnes Apostoli & Apostolici viri, eo quod harum ætatium summa non in annis, sed in generationibus sit locata, non curarunt quid in Hebræorum codicibus annorum traheretur in summam, dummodò patere generationum series plena. Quid enim interest, quantis vnusquisque illorum annis adixerit, dummodo generationum numeros plenius sciat? Si enim aliquid numeri de generationibus subtrahatur, confusio vtrique ætatum agnoscitur. At vbi plenus numerus generationum consistit, quid opus est de annis sæculi satagi, quando omnis summa ætatum, certis & præfinitis generationum numeris currit? Tu Iudæ, vt annos, inuenias per generationes, hoc ipsum addidisti. Nec enim quot anni à principio mundi fuerint, scire villo modo, poteris, nisi hoc prius per singulas generationes inuenieris. Si igitur generationum ordo frustratur, quæ veritas remanebit annorum? Anni enim, per generationes, nullo modo cognoscuntur. Quid ergo: Nunquid potest ita generationibus agi, scilicet, vt non quæcant, sine annis intelligi. Generatio enim & in paucis, & in multis annis potest addisci. Anni verò sine generationibus nulli poterunt reperiri. Cedo igitur, quod vnaquæque generatio bis denis tantum annis adiuerit. Nunquid aliqui annorum iste numerus me impedit, quando mihi generationum series satisfacit? Ergo hoc tenendum, hoc etiam tota fide seruandum est, vt pro hac dinoscencia sextæ ætatis, & Dominice incarnationis distributos singulis ætatibus generationum ordines obseruemus, in quibus non solum nullus error, sed magnæ veritatis est reuelata ostensio, & quibus in tantum tuti ab errore erimus, in quantum olim natum Christum supputare serie generationum agnoscimus. Iam ergo si placet & de ipsis annis à principio mundi collectis, quos non aliter nisi per decurrentes generationes colligitis, satagite, & inde adhuc aliquid si potestis. Et siquidem iam supra probatum sit, nil officere, nec contrarium esse annorum illam breuitatem ex codicibus Hebræorum libatam, quo minus ostendatur ætas sæculi sexta, tamen sine præiudicio questionis huius, si verbi gratia, hoc solum vultis scire de annorum summa, id est, ab origine mundi, vsque ad Christum, quot anni transierunt, necnon & quibus ob hoc codicibus oporteat credi, id est, vtrum codicibus Hebræorum, an secundum Septuaginta translatorum, viui cordis hic ita apponite sensum. Etenim si quæramus annos à principio mundi, vsque ad natiuitatem Christi, secundum codices Septuaginta translatorum, subsequentibus etiam quibusdam historiis gentium reperiri ab Adam vsque ad Christum anni 5200. Et quicquid aliud superest, secundum quosdam historicos, an 5200

Compu-
tatio æta-
rum

Codices
70. inter-
pre-
tationis
Hebræos
prescriben-
di.

70. in-
terpre-
tationis
Prophetarum
Iudeorum

Luc. 70.
Interpre-
tationis

Epiphani-
us.

Ab Adam
dam ad
Christi
5200.

historicos, qui annorum mundi seriem conscripserunt. Secundum codices autem vestros, multo minus anni inueniuntur, in tantum, vt in solis duabus generationibus ante diluuium, & post, quæ vsque ad Abraham per ordinem currunt, in quas hæc ipsa annorum diuersitas inter vtriusque codices vix mille quingenti quadraginta anni, & parum supra aliquid colligantur. In illa enim prima ætate inueniuntur ab Adam vsque ad diluuium, anni mille sexcenti quinquaginta sex. Et à diluuiio vsque ad Abraham reperiuntur anni 292. Secundum codices autem Septuaginta interpretum reperiuntur ab Adam vsque ad diluuium, anni 2242. Et à diluuiio vsque ad Abraham, anni 1072, qui in duabus istis ætatibus computati sunt sub vno, anni 3314. Quibus si addantur anni illi, id est, à tertia ætate vsque ad Christum, quinque millium annorum, & supra quod remanet, summa complebitur. Ecce minor numerus reperitur annorum in codicibus Hebræorum, quam in codicibus Septuaginta interpretum, in tantum, vt etiam præsentem vsque diem, necdum adhuc quinque millia annorum videantur expleta, qui tamen & ipsi nil tempore natiuitatis Christi præiudicant, quod sub tanta euidentia generationum ordo commendat. En quia adstruximus, & de ipsis annis quid vtrique codices habent, nunc restat, vt consideremus, quibus codicibus maior debeatur autoritas. Hic iam dicat vnusquisque quod sentit. Nunquid breuitas ista annorum ex codicibus Hebræis ostensa, cõtemptis annis pluribus, qui in aditione Septuaginta interpretum continentur, præferenda villo modo iudicabitur: qui prophetandi potius munere quam transferendi officio diuinas Scripturas, reuelante sibi Domino, transtulerunt, apud quos etiam hæc supputatio reperitur annorum? Ergo illa nobis & sola pro his annis est obseruanda autoritas Septuaginta interpretum, quæ merito omnibus aditionibus & translationibus antefertur, quam etiam vsque omnes doctores Ecclesiastici tenuerunt, & in hac præcipue annorum supputatione secuti sunt. De quorum etiam venerabilium Septuaginta interpretum laude atque præpollenti autoritatis fastigio, quid vnusquisque doctorem senserit, breuiter adnotabo. Epiphanius enim ille Cypri Salamina magna grauitatis antistes, sic de laude Septuaginta interpretum refert in opusculis suis. Dicit enim: Admirari id oportet, nec audeat quis reprehensione dignum ducere, sed potius laudare, quod ex Dei consilio ac voluntate sit factum, vt Septuaginta venerabiles conuenerint in insula Fari, quæ Anagoge, id est, superior terra nominatur. De quorum etiam laude idem vir adhuc post aliqua profertur. Non sunt inuenti, inquit, dissensi, sed Dei mirabile opus apparuit agnoscendum, quia idem viri donum Spiritus sancti perceperant, cuius Spiritus solius erat tam consonantissimos facere ipsos Interpretes, ita vt vbiunque pro manifestatione sermo erat addendus, omnes simul adicerent, & vbiunque pro minus ornata repetitione demendum, vniuersi simul adimerent. Vbi etiam post alia subiungit: Vbiunque ab eisdem translatoribus, aliquid est adiectum, congruè apposuere sermones, ad intelligentiam & inuicem Gentium, quæ erant ad fidem Dei vocandæ, & ex diuinis veteris ac noui Testamenti monitis hæreditatem percepturæ vi-

ta perpetuæ. Hæc siquidem sanctus Epiphanius refert. Cæterum & Beatus Augustinus quid de laude talium referat, iam audite. In libro enim 15. Ciuitatis Dei, sic dicit: Merito creduntur Septuaginta interpretes accepisse Propheticum spiritum, vt si quid eius autoritate mutarent, atque aliter quam erat, quod interpretabantur, dicerent, neque hoc diuinitus dictum esse dubitaretur. De quibus etiam idem vir adhuc in 18. libro eiusdem operis replicat, dicens: Quum fuerint & alij interpretes, qui ex Hebræa lingua in Græcam sacra illa cloquia transtulerunt, hanc tamen quæ Septuaginta est, quam & vt sola sit, recipit Ecclesia, cæque vtrunt Græci populi Christiani, quorum plerique vtrum alia aliqua sit, ignorant. Ex hæc Septuaginta interpretatione, etiam in Latinam linguam interpretatum est, quod Ecclesiæ Latinæ tenent. Vnde sequitur. Ecclesiæ Christi tot hominum auctoritati ab Eleazaro tunc Pontifice, ad hoc tantum opus electorum, neminem iudicant præferendum, quia si non in eis vnus apparuisset Spiritus, sine dubitatione diuinus, sed inter se vtriusque interpretationis suæ Septuaginta docti, more hominum contulissent, vt quod placuisset, omnibus hoc maneret, nullus eis interpres debuit anteponi. Hæc siquidem de laude Septuaginta interpretum, satis dicta sufficiat. Cæterum de hac annorum diuersitate quid inter Hebræos, & nostros codices distet, idem D. Augustinus in prædicto opere eandem ventillat questionem, dicens: Inter Hebræos & nostros codices de ipso numero annorum nonnulla videtur esse distantia, quod ignoro, qua ratione sit factum. Non tamen tanta est, vt illos homines tam longeuos fuisse dissentiant. Nam ipse homo primus Adam, antequam gigneret filium, qui est appellatus Seth, duccentos triginta vixisse annos reperitur in codicibus nostris, in Hebræis autem centum triginta perhibetur. Sed postquam eum genuit, DCC vixisse legitur in nostris, DCCC verò in illis, atque in vtriusque vniuersitatis summa concordat. Ac deinde per consequentes generationes antequam gignatur qui gigni commemoratur, minus vixisse apud Hebræos pater eius inuenitur C. annis. Sed postquam est genitus, idem ipsi C. minus quam in Hebræis, inueniuntur in nostris. Atque ita numeri vniuersitas consonat, & hic & inde. In sexta autem generatione nusquam vtriusque codices discrepant. In septima verò, vbi ille qui natus est Enoch, nō mortuus, sed quod placuerit, translatus esse narratur, eadem dissonantia est, quæ in superioribus quinque de centum annis, antequam gigneret eum, quibus commemoratus est, filium, atque ita in summa similis consonantia. Vixit enim annos antequam transferretur, secundum vtriusque codices, trecentos sexaginta quinque. Octaua generatio, habet quidem nonnullam diuersitatem, sed minorem ac dissimilem cæteris. Mathusalem quippe quem genuit Enoch, antequam gigneret eum, qui in ipso ordine sequitur, secundum Hebræos, non centum minus, sed viginti amplius vixit annos. Qui rursus in nostris posteaquam eum genuit, reperiuntur additi, & in vtriusque sibi summa vniuersi numeri occurrit, in sola nona generatione, id est, in annis Lamech, filij Mathusalem: patris autem Noë, summa vniuersitatis discrepat, sed non plurimum. Viginti enim & quatuor annos plus vixisse in Hebræis, K K k iij

Idem.

Gen. 5.

quàm in nostris codicibus inuenitur. Namque antequam gigneret filium, qui vocatus est Noè, sed minus habebat in Hebraeis quàm in nostris. Vnde ex illis detractis, restant viginti quatuor, vt dictum est. Hucusque diuus Augustinus. Quod quare sit factum vt in prima, secunda, tertia, quarta, quinta & septima generatione, centum plus anni inueniantur secundum codices Septuaginta, qui detrahuntur in codicibus Hebræorum, quando vnusquisque de illis filium generasset, licet supra hic doctor cur factum fuerit, ignorare se dicat, tamen quid sibi ex hoc in posterum videatur, enunciat. Dicit enim: In his annis, in quibus continuatur ipsius mendositatis similitudo, ita vt ante genitum filium, qui ordini inseritur, alibi supersunt centum anni, alibi desunt. Post genitum autem: vbi deerant, supersunt, vbi supererant, desunt, vt in summa conueniant. Et hoc in prima, secunda, tertia, quarta, quinta, & septima generatione inuenitur: videtur habere quandam, si dici potest, error ipse constantiam, nec causam redolet, sed industriam. Qua de re post modicum infert. Nimirum quum veller persuadere qui hoc fecit, idem numerosissimos annos vixisse antiquos, quos breuissimos nuncupabant, & hoc de maturitate pubertatis, qua idonei filii gignendis, conarentur ostendere. Atque ideo in illis centum annis, decem nostros insinuandos putaret incredulis, ne homines tam diu vixisse recipere in fidem nollent, addidit centum, vbi gignendis filiis habilem non inuenit ætatem, eisdemque post genitos filios, vt congrueret summa, detraxit. Sic quippe voluit credibiles facere idonearum generandarum proles conuenientias ætatum, vt tamen numero non fraudaret vniuersas ætates viuentium singulorum. Hæc licet beatus hic doctor subtilis ingenij acumen extendens de tantæ rei ambiguo disputaret, non tamen affirmando, sed existimando, quid sibi videretur, exposuit, scilicet quum in remedium credulitatis eorum hoc factum esse arbitrat, quibus nullo modo credibile esset, tot annos homines illius sæculi viuere potuisse, nisi eos & in hoc matura pubertas gignendorum filiorum credibiles faceret, id est, vt etiam si per breuissimos annos illos hoc ipsum computare voluissent, habilem semper in gignendis filiis inuenirent ætatem, qui decem annos quales nunc habemus, centum suos conabantur astruere. Quam tamen opinionem prædictus doctor, nec confirmans, nec reprobandans, sic finaliter claudit. Quomodo libet, inquit, istud accipiatur, siue credatur ita factum, siue non credatur, siue postremò ita, siue non ita sit, rectè fieri, nullo modo dubitauerim. Post hæc iam de incertis ad certa sine dubio, mentis oculum dirigens, & de hac ipsa annorum diuersitate, finalem disputationis suæ sententiam promens, sic sequitur dicens: Non vacat quod Septuaginta interpretes in plurimis quæ diuersa dicere videntur, ex Hebræis codicibus emendare ausus est nemo. Non enim est illa diuersitas putata mendositas, nec ego nullo modo putandum existimo. Sed vbi non est scriptoris error, aliquid eos diuino spiritu vbi sensus est, & consentaneus veritati, & prædicans veritatem, non interpretantium munere, sed prophetarum tantum libertatem aliter dicere voluisse credendum est. Vnde merito non solum Hebræis, verum etiam si ipse cum adhibet testimonia de Scripturis, vt i. A-

Septuaginta interpretes emendare ausus est.

Apostoli veritas est.

postolica inuenitur autoritas. Et hæc si quidem dicens, quid etiam alios de hac annorum varietate sensisse meminerit, relatione opinabili interponit. Sic enim dicit: Iniquum non esse credibile Septuaginta interpretes, qui vno simul tempore vnòque sensu interpretati sunt, errare potuisse, aut vbi nihil eorum interreat, voluisse mentiri. Iudæos verò dum nobis inuident, quod lex & Prophetæ ad nos interpretando transierunt, mutasse quædam in codicibus suis, vt nostris minueretur autoritas. Caterum hic doctor quum in iam dicti operis libro decimo sextæ ætatis secundæ faceret mentionem, sic dicit: Secundo igitur anno post diluuium, Sem genuit Arphaxat. Arphaxat autem quum esset centum triginta quinque annorum, genuit Cainam. Qui quum esset centum triginta annorum, genuit Sala. Porro etiam ipse totidem annorum erat, quando genuit Eber. Centum vero & triginta quatuor agebat annos Eber, quum genuit Faleg, in cuius diuisa est terra diebus. Ipse autem Faleg vixit centum triginta annorum, & genuit Ragau, qui centum triginta duorum annorum, genuit Seruo. Et hic centum triginta annorum, genuit Nachor. Et Nachor septuaginta nouem annorum, genuit Thare, qui septuaginta annorum, genuit Abraham. Fiant itaque anni à diluuiò vsque mille septuaginta secundum vulgatam æditionem, hoc est, Interpretum septuaginta. In Hebræis autem codicibus longè pauciores annos perhibent inueniri, de quibus rationem aut nullam aut difficillimam reddunt. Hæc Beatus Augustinus de annis breuibus Hebræorum, vnde nulla ratio redderetur, exposuit. Qui tamen egregius doctor, si in breuitatem istam annorum ex Hebræorum codicibus proditam, aliquod periculum fidei, quod absit, instare vidisset, aut eandem breuitatem contrariam temporibus natiuitatis Christi quolibet defendente inspicere, qua coniectatur ad auersariis fidei Christianæ, necdum adhuc sextam ætatem sæculi aduenisse, hic totum se ad respondendum conferret, hic etiam spirantibus ventis, tota disputationis vela laxaret, vbi cum tale aliquid dicere loci opportunitas expectaret, & non superius dicere de hac ipsa diuersitate annorum, quare sit factum ignoro. Quum ignorantia huius error, in quo Dominicæ natiuitatis contradicitur sacramentum. Sed quia in hac ipsa annorum distantia, nihil vidit esse contrarium, quo minus sexta ætas sæculi probaretur, non fuit, quare aliquid quod sciendum sibi esset ex hac varietate annorum, sequeretur pro ætatibus agnoscendis, quas distinctas nouerat generationibus præfinitis. Quum siue illi breuiores anni secundum Hebræos, siue isti multiplicēs secundum codices nostros patefacta, vt dictum est, generationum serie non cogant nos aliud intelligere, nisi sextam ætatem sæculi esse. Iam verò quid ex hoc diuus Hieronymus sentiat, intuentum est, qui omnes annos ab initio mundi vsque ad Christum, in Chronic. libro Eusebij, quem de Græco in Latinum vertit, non de Hebræis, sed de Septuaginta interpretum codicibus intelligere voluit, id specialiter in præfatione sua præmittens. Dicit enim: Neque me fugit in Hebræis codicibus dissonantes ætatum annos inueniri plus vel minus, prout interpretibus visum est lectitari, sequendumque illuc potius quod exemplariorum multitudo idem traxit. Et hæc vir ipse Beatæ memoriæ Hieronymus dixit, qui

Hebræi codices corrupti.

233

xit, qui Diuinas scripturas de Hebræo in Latinum eloquium vertit. Quis rogo iam non manifestè videat illis prorsus de hac annorum supputatione Septuaginta interpretibus credere, qui multiplicem annorum seriem illam, prout dictum est, non interpretantium munere, sed prophetantium libertate profecripisse credantur? Sufficiat ergo nunc vsque probatum vobis fuisse, nullam esse annorum summam, quæ temporibus natiuitatis Christi videatur esse contraria. Similiter & quod ætates sæculi, non annorum supputatio æqua, sed generationum numerositas distributa distinguitur, ac proinde quia & hoc probatum est vobis, quibus codicibus de ipsiis annis fidem adhiberi oporteat, ipsas quoque iam hinc mundi ætates secundum Septuaginta interpretes, cum annis suis supputatas accipite, & quam annorum summam, vnaquæque ætas intra se videat concludere, tandem aliquando confusi sentite. Hoc tantum admoneo, ne cuiquam illud videatur esse contrarium, quod in tertia, & quarta ætate sæculi, non ipsarum generationum hic anni ponuntur, quæ secundum Euangelium Matthæi posite sunt, quandoquidem generationes ipsas in eadem tertia & quinta ætate sæculi non sic cum suis annis dispositas, sicut in prima & secunda ætate sæculi, & annos patitur & generationes inuenimus adscriptas. Præmissis quinque diebus, in sexto die Adam formatus est. Adam an. ducentorum triginta, genuit Seth. Seth an. ducentorum quinque, genuit Enos. Enos an. centum nonaginta, genuit Cainā. Cainam annorum centum septuaginta, genuit Malalachel. Malalachel an. centum sexaginta quinque, genuit Jared. Jared an. sexaginta duo, genuit Enoch. Enoch an. centum sexaginta quinque, genuit Mathusalem. Mathusalem an. centum sexaginta septem, genuit Lamech. Lamech an. centum octoginta octo, genuit Noè. Noè an. quingentorum factum est diluuium. Sem annorum duorum post diluuium genuit Arphaxat. Arphaxat annorum centum triginta, genuit Cainam. Cainam annorum centum triginta, genuit Sala. Sala annorum centum triginta, genuit Eber. Eber an. centum triginta, genuit Faleg. Faleg an. centum triginta, genuit Ragau. Ragau an. centum triginta duorum, genuit Seruc. Seruc an. centum triginta, genuit Nacar. Nacar an. septuaginta nouem, genuit Thare. Thare an. septuaginta genuit Abraham. Hæc secunda ætas quam per denas generationes diximus currere, vnam minus habet secundum codices Hebræos quæ hic ponitur, id est, illam quæ dicitur Cainam. Quam tamen generationem & septuaginta. Interpretes memorant, & Euangelium secundum Lucam confirmat. Hæc autem duæ ætates sæculi, id est vna ante diluuium, ideo nullam habent difficultatem in perueniione annorum, quia directis generationum lineis currunt, sicut est vnum ex altero propagatum. Tertia dehinc ætas sæculi sequitur, in qua ideo post commemorationem Abraham, Isaac, Jacob, & Ioseph per Hebræorum seruitutem in Agypto, & tempora iudicij anni quarantur, quia in generationes illas quatuordecim, quæ per Matthæum, ab Abraham vsque ad Dauid commemorantur, non vbi que anni ipsi manifestè patefcunt. Quod propterea dicitur, ne contrarium aliquid videatur cuiquam, quod alius illic generationum, alius hic ætorum ordo seruetur, vbi anni quarantur, cum illic cui-

Matth. 1.

Timoth. 2.

Secunda ætas.

Luc. 3.

Tertia ætas.

Matth. 1.

dens tantumdem ordo generationum texatur, qui peruenit vsque ad Christum, hic autem sola annorum veritas describatur, quæ in annis fidem collocet temporum. Isaac an. sexaginta, genuit Iacob. Iacob an. nonaginta, genuit Ioseph. Ioseph an. centum & decem, Hebræorum seruitus, an. centum quadraginta quatuor. Moyses an. quadraginta. Iosue an. viginti septem. Otoniel an. quadraginta. Aorh an. octuaginta. Debbora an. quadraginta. Gedeon an. quadraginta. Abimelech an. trium. Thola an. viginti trium. Iair an. viginti duorum. Iepte an. septem. Abessā an. septem. Abdon an. octo. Sampson an. viginti. Heli sacerdos an. quadraginta. Samuel & Saul an. quadraginta. In hac quarta ætate si cuiquam fortè contrarium esse videtur, quod non ipse numerus quatuordecim generationum hic seruetur, qui in Matthæo complectitur, attendat inter Ioram regem & Ionathan omiſſa Athalia tres reges in medio prætermisſisse Matthæum, qui hic cum annis ponuntur, & in Euangelio detrahuntur, pro eo quod Ioram generi se miscuerat impiſſimæ Iezabel, & ideo vsque ad tertiam generationem memoria tollitur, ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur. Quamquam & illud præceteris considerare conueniat, quod plures fuerunt successiones, pauciores autem generationes. Non enim quæ regum, eadem generationum sunt tempora. Vnde & Matthæus eos quos ad generationem non putauit pertinere, præterit, sic inquam hier, vt vsque ad Ieconiam quatuordecim generationum numerus nõ offendar. Dauid annorum quadraginta. Salomon annorum quadraginta. Roboan annorum decem & septem. Abia trium. Asaph annorum quadraginta vnu. Iosaphat annorum viginti quinque. Ioram annorum octo. Ochozias an. vnum. Atalia an. septem. Ioas an. quadraginta. Amasias an. viginti nouem. Ozias an. quinquaginta duo. Ionathan an. sex. Achar an. viginti sex. Ezechias an. viginti nouem. Manasses an. quinquaginta quinque. Ammon an. duodecim. Iosias an. triginta duo. Ioachim, qui & Ieconias an. vndecim. Sedechias an. vndecim. Quinta ætas à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, quam Matthæus per generationes sex sequitur, quia in progenitoribus ipsis, utpote in captiuitate constitutis, quis quot annis vixerit, non facillè noscitur, ideo melius numerus annorum ætatis huius vsque ad Christum, per historias gentium cognoscendas adhibetur. Hebræorum captiuitas septuaginta an. Darius an. triginta quatuor. Huius tempore Iudæorum captiuitas absoluta est. Xerxes an. viginti. Artaxerxes an. quadraginta. Darius decem & nonem an. Artaxerſes an. quadraginta. Artaxerſes an. viginti sex. Xerxes an. quatuor Darius an. sex. Alexander quinque an. Ptolemaus an. quadraginta. Philadelphus an. triginta octo. Euergetes an. viginti sex. Philopater an. decem & septem. Epiphanes an. viginti quatuor. Philometer an. triginta quinque. Euergetes an. viginti nouem. Soter an. decem & septem. Alexander an. decem. Ptolemaus an. octo. Dionysius an. triginta. Cleopatra an. duo. Iulius Cæsar an. quinque. Octauius Cæsar regnauit annos quinquaginta sex. Huius quadragesimo primo anno, iuxta quod Tertullianus, Hieronymusque testantur, Christus Dei filius, de Maria semper virgine nascitur, & Tyberij Imperatoris tempore cruci-

Quarta ætas.

Quinta ætas.

Sexta ætas.

figitur, qui regnavit an. viginti quatuor. Ab initio itaque seculi vsque ad tempus natiuitatis Christi, A quando quadragesimus primus annus Octauiani Cæsaris fuit, eueniunt anni 4325. Iam verò residuus annorum numerus, à tempore natiuitatis Christi, vsque in præsens, in promptu est vnicuique, & scire si volet, & supputare si placet, assumptis videlicet annis, secundum Eram, ab ipsa Domini incarnatione. Era enim inuenta est ante triginta & octo annos, quàm Christus nasceretur. Nunc autem acclamatur Era esse 724. Detrahitur igitur triginta & octo annis, ex quo Era inuenta est, vsque ad natiuitatem Christi residui sunt, 986. anni. Reliquum igitur huius sextæ ætatis tempus, id est, à præsentis die, vsque in horam ipsam finis sæculi, quot annorum spatium protendatur, soli Deo est cognitum. At nunc sit gloria ipsi vnigenito Christo filio Dei, per quem repudiata interim manifestè patet opinio illa vestra vanissima, qua & sextam adhuc ætatem sæculi expectatis, & sæculum istud in sex millibus tantum annis stare constringitis, quos iam & ipsos transactos esse probabit, si studiosius attendatis. Repetendum est igitur quod audistis. Ab initio enim mundi, vsque ad Christum, cõputatos diximus annos 5325. quibus si addantur anni ab incarnatione Domini 686. vsque in præsentem diem, id est, quando Sere-

niss. Eruigijs princeps imperij sui videtur habere annum, computati sub vno 6011. anni efficiuntur. Quos etiam si iuxta aliorum historias computare velitis, propensioem, & maiorem fortasse annorum numerum comprobatis. Si, inquam, transactis sex millibus annis. Quid iam nunc Iudæorum falsitas agis? quando perditio regno & sacerdotio, traheris in errorem, & generationum nesciens ordinem, in solis annis tibi futuram collocas fidem. Ecce multipliciter victus, & conuictus es, de ætate sæculi sexta, & Christi natiuitate præterita. Nil enim verum quod respondeas, inuenies, quia & per ætates iuxta codices tuos generationum ordine patefacto succumbis, & per ipsam annorum summam secundum codices vulgata additionis manifestè deieceris. O quàm dolendus est error tuus. Nulla enim te prophetalis historia iuuat, nullus historicus ordo confirmat, iam signa tua non vides, iam non est Propheta, nubibus enim mandauit, ne pluant super te pluuiam, & adhuc dicis nasciturum esse Christum. Expecto, inquis, qui iam olim venit in mundum. Verè multū erras, multum despis, multum stertis, grauiter enim corruisti, ò Israël, in iniquitatibus tuis collisus es, contractus es, conuulsus es. Viam perdidisti, viam ergo sequere, vt per viam venias ad salutem: Amen.

IN LIBRVM SVVM DE MESSIAE ADVENTV PRÆTERITO, RABBI SAMVELIS PRÆFATIO.

Samuel Christianus, Isaac Istaëlita S.

Scripta ad annum 1000.



CONSERVET te Deus, o frater & permanere te faciat, vsque quo terminetur ista nostra captiuitas, & congregetur ista nostra dispersio, & appropinquet spes nostra, & signet Deus beneplacitum suum super vitam nostram, Amen. Non enim expertus sum quod plenitudo scientiæ nostri temporis est in te, & tu es spes nostræ certificationis in dubiis legis & Prophetarum, cum tuis expositionibus gloriosis. Vnde ego particeps tuæ doctrinæ fieri desiderans, tibi expono & excus cordis mei, super illis que legis sunt & Prophetarum, super quibus anxior cum timore. Quapropter recurro ad abundantem scientiam tuam & sapientiam, & mitto tibi libellum istum sperans per te, Deo volente, in veritate confirmari, ac in dubiis declarari.

RABBI SAMVELIS MARROCHIANI, DE ADVENTV MESSIAE, QVEM IVDÆI TEMERE EXPECTANT, LIBER.

Quare Iudæi sint in ira Dei. Cap. I.



DESIDERO, domine mi, certifica- D rificari per te, & testimoniis legis & Prophetarum, & aliarum scripturarum, quare nos Iudæi generaliter percussus sumus à Deo in captiuitate ista, in qua sumus, quæ potest vocari propriè ira Dei perpetua, quoniam non habet finem. Nam modò sunt mille anni completi & vltra quòd per Titum fuimus captiuitati. Nos scimus quòd patres nostri adorauerunt idola, & occiderunt Prophetas, & legem Dei abiecerunt, & propter omnes istas transgressiones Deus non percussit eos captiuitate, nisi per septuaginta annos in Babylonia, & post tempus præfatum placatus est eis, & reduxit eos in terram suam. Et secundum Scripturam ira Dei fuit tunc temporis validissima super omnes iras, quas ante

tempora illa commemorat Scriptura, & tamen, vt dictum est, pœna tantorum peccatorum non fuit nisi septuaginta annis. Et nunc, domine mi, ira Dei quæ in præsentis punit nos, non habet terminum, nec finis eius promittitur in Prophetis. Si voluerimus dicere quòd ista præsens ira in qua sumus, sit adhuc illa ira propter quam fuit illa captiuitas septuaginta annorum, quia tunc completè satisfactū est de peccatis prædictis per illos patres nostros, nos facimus Deum mēdacem, quòd absit, quoniam ipse Deus verus & gloriosus illi captiuitati imposuit præfatum terminum per Prophetas, scilicet septuaginta annos. Vnde talis non est responsio, sed euasio, seu excusatio, nec esset coram intelligentibus proponenda. Et si dixerimus quòd Deus in illa transmigratione miseratus est vni parti generis nostri, & non alteri, & illos quorum miseratus est reduxit ad reedificandum templum, vt dicit Propheta Hieremias,

ta Hieremias, & quòd nos sumus de illis quorum non est miseratus, tunc dicet nobis Christiani, quòd Deus miseratus est eorum, qui adorauerunt idola, & qui occiderunt Prophetas, ergo & nobis, quia nos non peccauimus. Item in patribus peccatoribus fuit pœna diuinæ vltionis in certo termino, quare ergo nostra pœna esset sine termino, qui non peccauimus? Itaque longa est & sine termino pœna in qua sumus, modo iam sunt mille anni, nec in lege nec in Prophetis huius pœnæ terminum possumus inuenire. Quare, domine mi, cum Deus punierit patres nostros propter idololatriam, & propter interfectionem Prophetarum, & pœna & culpa sunt notæ in Scriptura, cum Deus nō punit bis idipsum, pro peccatis illis præteritis fuit pœna, scilicet, captiuitas septuaginta annorum. Et cum Deus nō punit vniuersaliter nisi propter vniuersale peccatum, oporteret quòd post illam captiuitatem nos peccauerimus omnes corā Deo, peccato maiori quàm fuerit idololatria primorum parentū, & quàm fuerit interfectio Prophetarum, ex quo Deus pro illis peccatis puniuit patres nostros septuaginta annis & non amplius & nos puniuit, iam sunt mille anni & vltra, & punit & disperit nos per quatuor partes mūdi. Tame quicquid cōtingat, Dei sumus in omni euentu, quia nulla est excusatio super dicta. Respōde.

Probat quòd pro quo dam graui peccato in quo sunt, sine in hac dispersione, & arguitur contra eorum obseruantiam legis. Chap. II.

SVPPosito igitur, domine mi, quòd sumus in peccato aliquo maximo, rogo nunc, quòd certifies me, si postquam Deus disperit nos de Hierusalem, & misit in captiuitatem istam longissimam seu perpetuam, propter illud peccatum, autoritate nostra & propria voluntate sine speciali mandato Dei, cur nos in captiuitate ista non incepimus obseruare circuncisionem, & sabbatum, & alias ceremonias quas tenemus secundum legem Mosi. Nam nos cognoscimus, quòd à tempore quo Titus destruxit ciuitatem sanctam, & templum combussit, & bibliothecas, & nos in captiuitatem istam disperit, & ex tunc cessarit inter nos vigere sacrificium, oblationes & holocausta, & Deus non promisit nobis postea per Prophetiam, nec per reuelationem aliquam certam, quòd nos deberemus redire aliquando in Hierusalem in statu pristino, nec mandauit nobis postea quòd obseruaremus obseruatias prædictas, Videtur ergo sequi quòd nos non à Deo, sed ab aliis qui erant in ira Dei obseruatias prædictas accepimus & tenemus. Et videtur quòd iuste dicent nobis aduersarij nostri: Sicut vos obseruatis Circuncisionem & Sabbatum & legitis in synagogis libros Mosi & Prophetarum sine mandato Dei, quare non assumitis vobis similiter sacrificium & non facitis vobis sacerdotem & regem & principem, & vnctiones sanctas & incensum, & quare non edificatis vobis altaria, & seruatis ceremonias & omnia alia quæ sunt in lege contenta, sicut Sabbatum & Circuncisionem, & plura alia quæ obseruatis secundum traditiones vestras sine mandato Dei propria voluntate, ex vtraque parte curritis in offensam Dei? Et si hæc prædicta facitis contra voluntatem Dei, vel si dicitis quia voluntas Dei est, quòd hæc seruetis & bene placitum, quòd tamen ostendere nō potestis, quare non obseruatis supra dicta alia, quorum multa facere

potestis? Et si nō permittit vros facere Reges populi sub quibus iacetis: permittent tamen vos multa alia facere, sicut permittunt circuncisionem & libros & synagogas, & alia quæ seruatis. Et ad hæc, domine mi, non est nobis in promptu responsio sufficiens, vt videtur. Sumus tamen Dei in omni euentu.

Quomodo omnis obseruantia legis Iudæorum non est acceptabilis Deo propter peccatum in quo sunt. Cap. III.

I Nuenimus, domine mi, Deum loquentem per os Zacharia, & dicentem, vbi loquitur de illa prima captiuitate breui: Hæc dicit Dominus Deus sacerdotibus & populo terræ. Quando ieiunastis & plorastis in sexto & septimo toto tempore septuaginta annorum, intellexistis quòd ieiunaretis ad me, aut ploraretis, ego tale ieiunium nolui à vobis. Notra autem translatio aliter se habet, sed ego scribere propono, sicut iacet in Arabico autoritates quas Samuel iste adducit, non sicut sunt in nostra Biblia. Innuit Dominus, domine mi, in prædictis verbis quòd dum nos Iudæi fuimus per septuaginta annos in dicta captiuitate, fuimus sine lege, quia ieiunium non habuimus, neque habemus à lege sicut alias obseruantias, & similiter fuimus sine circuncisione & sine sabbato, & sine dubio omnia hæc non valent, dum ira Dei manet super populum suum. Illa verò prima ira Dei fuit breuis, quia septuaginta annorum: ista quidem in qua nunc sumus, est longa iam mille annorum, & vltra, & non inuenitur ei terminus in Prophetis, & timeo domine mi, quòd sicut Deus misit in captiuitatem illam breuem patres nostros sine lege & sine obseruantias, nec acceptauit ieiunia, nec obseruantias legis eorum, quousque fuit completum tempus pœnæ ipsorum, scilicet, septuaginta annorum, sic in ista captiuitate vltima non acceptet opera, quæ fecimus secundum obseruantias legis. Quare constat quòd nos sumus in maiori peccato nunc, quàm patres nostri fuerint in Babylonia: Vnde nos sumus in maiori ira Dei quàm illi essent, & per consequens opera nostra sunt ei minus placita, & nos sumus ei magis odiosi. Et patet quòd illi propter mortem Prophetarum, & quia idola coluerunt, fuerunt tantum septuaginta annis in captiuitate. Et nos propter magnum peccatum & maximum sumus captiui. Iam sunt mille anni, & vltra. Et hæc captiuitas, domine mi, sine dubio est illa, quæ Deus per os Danielis propheta vocat desolationem, cum dicit: Vsque ad consummationem & finem perseverabit desolatio, &c. Prima captiuitas vocatur transmigratione. Quia post modicum tempus fuerunt reducti cum honore in Hierusalem. Sed hæc vocatur desolatio perpetua, in qua pro certo non miserebitur nostri, sicut miserebatur patrum nostrorum in Babylonia, excepto quòd consolabatur eos per Prophetas, qui promittebant illis liberationem, & erant omnes simul, nobis autè nihil promittitur, & insuper disperit nos pervniuersa regna mūdi. Arta-men quicquid contingat, dei sumus in omni euentu.

Offendit quòd Iudæi sunt cæci. Cap. IIII.

DOMINE mi, valde mirabile est mihi de nobis. Speramus enim quotidie liberationem de captiuitate ista, & semper de hoc loquimur, & semper loquimur de reductione nostra in Hierusalem, & idè sumus cæci, vel deceptores simpliciū. Nam constat quòd post dispersionem nostram quæ facta

Dan. 9.

est per Titum, non apparuit in nobis Propheta, qui nobis promitteret reductionem, nec etiam post captiuitatem septuaginta annorum fuit Propheta, qui loqueretur de ista captiuitate quae non habet finem, nisi in fine mundi. Nec liberationem habet nisi per consummationem seculi, quia Daniel vocat desolationem sine fine. Vnde timeo, Domine mi, quod cum tanta captiuitas non possit manere super totam gentem nostram a Deo, nisi propter maximum peccatum in Deum, quod maius est quam interfecisse Prophetas, & adorasse idola, propter quae peccata patres nostri fuerunt puniri. Quod sicut Deus non miseretur nostri in vita cum in eodem peccato perseueremus, sic etiam non miseretur mortuis ex nobis. Attamen sumus Dei in omni euentu qui euenierit.

Quod Iudaei decipiunt alios & seipsos. Cap. V.

Ezech. 36.

Domine mi, videtur quod decipiamus alios & nos ipsos, quia in libris legum & prophetarum habemus Deum promittentem nostrae genti liberationem & congregationem de dispersione multipliciter. Sed bene aduertenti omnes promissiones quas habuimus, vel fuerunt completae ante captiuitatem septuaginta annorum, & in ipsis septuaginta annis. Vel promissiones fuerunt propter peccata illorum, quibus promissiones factae sunt totaliter impeditae, sicut propono coram te, Domine mi, Exempli gratia: Ista pauca dicuntur in Ezechiele: Si feceritis iustitias meas, & mandata mea seraueritis, congregabo vos de quatuor partibus mundi, & leuabo vos, & adducam vos per mare, & reducam vos in domum sanctam vestram. Ecce quod id quod Dominus nobis promittit per Ezechielem in praedictis verbis, & aliis locis libri eiusdem Prophetae, iam completum est ante illam captiuitatem septuaginta annorum. Ut omnes promissiones Domini tales maiores & minores, quae in diuersis locis sacrorum librorum continentur, completae fuerunt antequam caderemus in istam vltimam captiuitatem, quae non habet finem, modo iam sumus in millesimo anno, & ultra, nec in aliquo libro Prophetarum eius terminum inuenimus, nec vlla Dei promissio vbi agit de liberatione & congregatione, intelligitur de ista captiuitate perpetua, sed de illis tribulationibus & dispersionibus, ante dictos septuaginta annos, nec postea congregatio de dispersione promissa est nobis. Vnde oportet quod post istos septuaginta annos commiserimus illud peccatum magnum, propter quod Deus sine termino punit nos, in quo peccato sumus & manemus omnes, aliter Deus misericordiam suam non continuasset in nobis ira tam longa. Nam videmus per scripturas quod omnia peccata quae commiserunt patres nostri ante septuaginta annos praedictae captiuitatis punita fuerunt, & de multis exempla haec pauca induco. Peccauerunt patres nostri ante illos septuaginta annos qui exierunt de Aegypto, & promissio eis facta, in eis locum non habuit, sed in peccatis suis in deserto mortui sunt. Peccauit ipse Moses ad Num. 20 quas contradictionis & terram promissionis non meruit. Peccauit ipse Aaron & portauit poenam. Promissio Heli sacerdos peccauit, & ruptis ceruicibus expiuit, & posteritas eius sacerdotio priuata est, & postea tamen Deus promiserat sacerdotium in aeternum. Sed huiusmodi promissa intelliguntur semper, nisi

Deut. 32.

Num. 20

1. Reg. 4.

Promissio

Dei ex

positio.

si propter peccata promereantur accipere, ut patet in regno David, quod carnalis posteritas eius priuata est regno. Sicut etiam Deus verus & gloriosus promittit Abraham & semini suo terram illam in aeternum possidendam, & frequenter perdidit eam propter peccata sua, & frequenter restituit illis Dominus vsque ad vltimam vicem qua perdidit. Iam sunt mille anni, & ultra, & iam non est spes recuperandi eam, quia manemus omnes in eodem peccato, propter quod terram nostram perdidimus. Et Domine mi, multum mirabile est cum omnes concordemus quod oportet, quod post captiuitatem septuaginta annorum in Babylonia peccauimus contra Deum maximo peccato, & tamen nullus est qui dicat, quod est id peccatum propter quod incurrimus tanta mala. Et si aliquis nostrum cognoscat nostram causam, & peccatum propter quod incurrimus tanta mala, nullus tamen id aperit proximo suo, nec ipsemet qui cognoscit in suam conuertit utilitatem, sed omnes iacemus prostrati. Et videmus manifeste quod in praedicta captiuitate septuaginta annorum erat Deus cum Patribus nostris in Prophetis, id est, Hieremia & aliis Prophetis, & dedit eis Salathiel ducem & principes & sacerdotes, cum quibus exiit de Babylone, peracta poenitentia, & placato Deo edificauerunt Hierusalem, & templum, & alias ciuitates, & effudit Deus super illos misericordias suas copiose. Et tamen in ista captiuitate nullus Propheta nobiscum est, nec Deus, ut apparet. Igitur Domine, inquiram & non cessabo quaerere quod peccatum est id tantum, propter quod sumus in hac captiuitate mille annis, & ultra, nec habemus Prophetam, nec regem, nec sacerdotem, nec altare, nec sacrificium, nec venerationem, nec incensum, nec purificationem, immo facti sumus abominabiles toti mundo, sicut Deo, & contemptibiles, in solo corde tantum nostro regnat superbia, qua nos ipsos praefereamus toti mundo. Et quod super hoc sentio pandam tibi, Domine. Nec minus, quicquid euenit, nos Dei sumus.

Quod sit illud peccatum propter quod Iudaei sumus in hac captiuitate. Cap. VI.

Nunc ergo, Domine, pauco quod id peccatum propter quod sumus in hac desolatione, & in captiuitate ista, sit illud peccatum super quo locutus est Deus per Prophetam Amos cum dicit sic: Super tribus sceleribus Iuda conuertam vel transferam Israel. Nota quod ibi in Biblia nostra est conuertam, hic habet transferam, & est ad propositum eius magis, & super quarto non transferam eos, quoniam vendiderunt iustum pro argento. Et nos, Domine mi, secundum doctrinam nostram dicimus, quod iste iustus fuit Ioseph filius Iacob, qui fuit venditus a fratribus suis in Aegypto, & hoc tenerem ego, nisi quia sermo diuinus ponit istud peccatum venditionis quartum in numero peccatorum seu scelerum Israel. Ipsi etiam Christiani quibus sanctorum librorum studium videtur esse traditum a Deo, respondent doctrinae nostrae praedictae & dicunt, quod primum in quatuor sceleribus Israel est venditio Ioseph a fratribus suis. Et secundum peccatum siue scelus, assignat adorationem vituli in Oreb. Et tertium scelus occisionem prophetarum, propter quod fuimus captiui in Babylonia septuaginta annis. Et dicunt quod

Amos 2.

Isa. 1.

Isa. 53.

Isa.

Isa.

Isa. 2.

Isa. 53.

Thren. 4.

Zach. 13.

quod quartum scelus Israel fuit venditio iusti, scilicet Iesu qui ad litteram fuit venditus, post migrationem praefatam septuaginta annorum. Et si nos, Domine, volumus tenere praefatam doctrinam nostram, & respondere Christianis, oportet quod nos assignemus in Israel ante venditionem Ioseph varia scelera praecessisse, ut ipsa venditio Ioseph sit quartum scelus. Sed haec non poterimus sustinere, quia testimonium libri Genesis est contra nos, qui venditionem Ioseph ponit primum scelus filiorum Israel. Et Propheta Amos ponit expressè quartum scelus venditionem iusti, propter quod fuimus in captiuitate, de qua loquitur Deus, comminans quod non redacet nos ultra in terram promissionis, cum dicit: Et super quarto non transferam eos, quoniam vendiderunt iustum pro argento. Et manifeste apparet mihi quod nos super illo peccato quarto venditionis iusti, iusti sumus puniti, iam sunt mille anni, & ultra, in quo tempore nil proficimus inter Gentes, nec est spes proficiendi amplius.

Quod iustus Iesus Christianorum Deus iniuste venditus. Cap. VII.

Expauesco, Domine mi, & timeo quod iste Iesus quem colunt Christiani, sit ille iustus venditus pro argento secundum Amos Prophetam. Et timeo quod de ipso sunt haec quae mihi occurrunt testimonia Prophetarum, & illa eadem in doctrina sua valde aperte applicant Christiani. Esaias Propheta dicit: Va Genti peccatrici, filiis sceleratis, quonia ipsi elongauerunt se a Deo, & blasphemauerunt sanctum eius, & inclinati sunt retrorsum. Item idem Propheta dicit: Quasi ouis ad occisionem ductus est qui non aperuit os suum. Item dicit: Vir habens dolorem & sciens infirmitatem item: Fuit de spectu & propter hoc non reputauimus eum, ipse enim oblatus est, quia ipse voluit item: De angustia iudicij depositus est, generatione eius quis enarrabit item: Propter culpam populi mei transixi eum, & dabit iniuriatores pro sepultura & diuites pro morte sua. Et timeo, Domine mi, quod iniuriatores fuerunt patres nostri, & diuites, Pilatus & Herodes, & Anna & Caiphas, sicut dicit Propheta David: Consupererunt omnes reges terrae & maiores, & contra Deum & contra Christum eius. Reges scilicet praedicti: Maiores scilicet patres nostri. Et timeo Domine, quod iste Iesus sit ille commutatus & venditus pro argento, de quo loquitur Zacharias Propheta & Amos, & alij Prophetarum. De quo etiam loquitur Esaias Propheta: Deponet omnes iniquitates, & erit pro infidelibus. Timeo ego Domine mi, quod iste Iesus sit ille iustus de quo dicit David: Delectati sunt in animam iusti & sanguinem innocentem condemnabunt, & propter hoc destruet eos Deus, & disperdet illos Dominus Deus noster. Et timeo, Domine mi, quod iste sit ille iustus, de quo loquitur Hieremias cum dicit: Homo est, & quis est qui intelligit eum? Item Hieremias in Threnis: Species vultus nostri Christus Deus captus est pro peccatis nostris. Cui diximus: In umbra tua viuemus inter gentes. Timeo etiam, Domine mi, quod iste sit ille iustus de quo dixit Deus per os Zachariae Prophetarum: Dicitur enim in illa die: Quae sunt istae plagae in palmis tuis. Et respondebit: Plagaturus fui in medio domus meae inter illos qui dilexerunt me, & leuauit enssem pastor meus supra me. Idem: Aspiciet ad me die illa, Tom. 5.

& illum quem transfixerunt, & plangent super illum quasi plangentem vnigeniti. Timeo etiam Domine mi, quod iste sit iustus ille, de quo dicit Abacuc: Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius, &c. Et concordat Euangelium Christianorum, vbi narratur mors Iesu, & dicitur: Cum autem venissent ad Iesum, inuenierunt eum mortuum, & misit vnus ex eis lanceam suam, & transiit. Pauco, Domine mi, quod iste sit iustus de quo dicit Abacuc: Egressus es Domine saluare populum tuum cum Christo tuo.

Quomodo post occisionem facta est dispersio Iudaeorum secundum Danielem. Cap. VIII.

Expauesco, domine mi, super his: Quis fuit iste iustus sine peccato, de quo loquitur Esaias Propheta: Et quis sit ille iustus venditus pro argento, propter quod dicit Dominus per Amos Prophetam, vbi supra, quod in testimonium parti sceleris non transferet eos in terram promissionis amplius. Videtur etiam, Domine mi, quod completum est, quod scribit Daniel. 9. capite, vbi dicit: Postquam consummata fuerunt sexaginta duae hebdomadae, occidetur Christus, & tunc veniet populus cum principe venturo, & destruet ciuitatem, & domum comminuet, & condemnabunt eam, & auferetur sacrificium, & consummabitur destructio perpetua. Et non est dubium, Domine mi, quin destructio desolationis perpetuae, sit captiuitas ista in qua sumus, iam sunt mille anni. Et aperte dicit Deus per Prophetam, quod erit desolatio perpetua post occisionem Christi, sicut est desolatio nostra postquam Iesus fuit occisus, nec comminatus est Deus nobis perpetuam desolationem, nisi post occisionem Christi. Et si voluerimus dicere quod ante mortem Iesu fuimus in desolatione. Ad hoc respondent nobis Christiani, quod ante mortem illam non fuit desolatio, nisi septuaginta annis, & post hoc fuimus redacti in terram promissionis, & fuimus apud Deum in gratia & honore. Certe domine mi, ego non video euasione contra Prophetiam istam, quia de facto isto probatur nobis, quod postquam a reedificatione fuerunt completae septuaginta duae hebdomadae supra annos, qui sunt anni CCCC. & XXXIII. tunc fuit Iesus occisus a patribus nostris, & postea venit dux, scilicet Titus & populus Romanus, & fecerunt nobis secundam prophetiam istam. hodie sunt mille anni & ultra, & nihilominus si in ira Dei sumus, & tamen in ipso speramus. Et si dicamus quod Christus venturus est & nondum venit, & re habebimus terram promissionis, & reedificabimus ciuitatem, & habebimus gratiam dei & honorem in terra nostra, & ista desolatio non perpetua. Respondebunt Christiani, quod adhuc ergo manet nobis occisio Christi & aduentus Titi & populi Romani, & desolatio peior ista in qua iam fuimus per mille annos. Huius domine non est excusatio nec euasio consona.

Quod duo sunt aduentus Christi Cap. IX.

Timeo, domine mi, quod Christus iam venit, & iam adimpleuit primum aduentum suum, quia in scripturis nostris inuenimus duplicem eius aduentum. Primus aduentus Christi, describitur in aduentus Prophetis in paupertate & humilitate. Secundus Christi, in gloria & maiestate. Et de vtroque aduentu proponam illa quae mihi occurrunt. De primo aduentu dicit deus per os Zachariae: Latere filia Sion, &c.

Abac. 3.

Matth. 27

Abac. 3.

Daniel. 9

Zach. 9. Et in isto aduentu describit eum Esaias, despectum. Esai. 53. Daniel occisum, Zacharias & Amos venditum, & tamen iam fuerunt completa, quae in libello descripti & describam, non reputauimus eum, id est, non cognouimus eum, sicut dixit Esaias Propheta, sed despectimus eum & praeualuimus contra eum. Sed gloria eius & maiestas erit manifesta in secundo eius aduentu, quando ignis & flamma praecedet eum & exardescet & inflammabit in circuitu inimicos eius. Sicut dicit Deus per os Prophetarum Dauid & Esaias. Et timeo, Domine mi, quod Christus non iudicabit aliter quam cum igne ad mortem, quia nos interfecimus omnes Prophetas, qui annunciauerunt nobis de ipso. Deus testificatur contra nos per os Heliae Prophetae quarto libro Regum: Et sic interfecimus illum iustum propter quem sumus in ira Dei sine fine. Attramen Dei sumus. De primo aduentu Christi. Cap. X. Timeo, Domine mi, Deus describit aperte duos aduentus Christi per os Esaias Prophetae, cum dicit, Confurge, cõsurge, induere fortitudinem brachium Domini. Bis dicens confurge, propter eius duplicem aduentum. Et sigillatim clarè primum Christi describit aduentum quantum ad passionem & deiectionem cap. quinquagesimo & quinquagesimo tertio per totum. Et specialiter cum dicit: Vidimus eum & non erat aspectus & species, neque decor, &c. Primum eius aduentum ponit Esaias, cum dicit: Paruulus natus est nobis. Et statim subiungit secundum eius aduentum, cum dicit: Et vocabitur fortissimus gigas, potens, super thronum Dauid sedebit, ut confirmet illum ab initio vsque in aeternum. Zacharias autem Propheta describit eum pauperem & sedentem super asinum. Et quid aliud est hoc, nisi, quod Propheta describit primum aduentum in humilitate, & secundum in potentia & maiestate? Sic enim describit eum Daniel circa medium, ubi dicit. Considerabam vel aspicebam in visione noctis, & ecce in nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in cõspectu eius obrulerunt eum, & dedit ei potestatem & honorem & regnum, omnes populi, tribus ac linguae adorabunt eum, & seruient ei. Hebraeus habet, tribus ac linguae honorabunt eum, & non deficiet potestas eius quia non auferetur, & regnum eius manebit in aeternum. Nostra autem translatio habet tribus ac linguae seruient ei, potestas eius potestas aeterna, quae non auferetur, & regnum eius quod non corruptetur, aliàs, & non deficiet potestas eius, aliàs potestas eius in aeternum, & regnum eius manebit in aeternum, aliàs, non corruptetur. Et manifestum est, Domine mi, quod in secundo aduentu sedebit Christus ante antiquum dierum, qui est Deus ad iudicium, sicut sedet in primo aduentu patres nostros Iudeos, ut iudicaretur. Et istos duos aduentus Messiae, id est, Christi, innuit Propheta Dauid in Psalmo cum dicit: Quia venit, quoniam venit iudicare terram. Propter primum eius aduentum qui fuit simplex, dicit, quia venit, propter secundum verò quia erit cum potentia, dicit, quoniam venit iudicare terram. De secundo eius aduentu loquitur Zacharias cum dicit: Imprimet vestigia pedes super montem oliuarum, &c. Et nos Domine nõ dicimus quod Deus in essentia sua & natura habet pedes,

nec carnem, nec ista quae corporis sunt, sed habere pedes conuenit omni creaturae corporeae. Dicit etiam Dauid Propheta quod supra allegatum est, loquendo de secundo eius aduentu. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius inflammabit. Sed Domine non dicimus quod Deus sit circumscribitur, quod aliqui possent esse in circuitu eius, in quantum Deus, sed autoritates similes habent veritatem ad literam in illo iusto quem Propheta describunt, nunc loquentes de eius humilitate, nunc de eius maiestate, & de hoc loquitur Malachias cum dicit: Ecce Dominus venit, & quis poterit stare ante aduentum eius? Ipse enim quasi ignis conflans & sedebit & liquefaciet argerum & aurum. Ecce qualiter iustus ille qui fuit iudicatus, veniet in secundo aduentu. Et attende Domine mi, qualiter describit eum ibidem Propheta in eodem capite, cum dicit: Tunc ego veniam & intrabo in iudicio ad eos, & ero testis verax super adulteris & malis & periuuris, & super illos qui defraudant mercedem mercenarij, & qui spoliant pupillos & viduas, & opprimunt peregrinum & pauperem. Et idem, Domine mi, describit Ezech. cum dicit 34. cap. ubi loquitur de pastoribus & ouibus, dicens: Ego separabo ab eis, scilicet a iustis transgressores & incredulos. Hæc non habet translatio nostra, sed in Arabico dicit sic: O Domine mi, ecce quod in secundo aduentu separabit incredulos de medio iustorum, sicut etiam dicunt Malachias & Ezechiel clarè. Et primo aduentu nemo nostrum cognouit eum, quia exiuerat limites humanæ naturæ. Sicut dicit Deus per os Esaias Prophetae, & inter iniquos computatus est, & propter hoc non reputauimus eum. Et Hieremias dicit: Ipse est homo, & quis scit eum? Et timeo, Domine mi, quod patres nostri in primo aduentu Messiae defecerunt, & errauerunt, & propter hoc sumus in ista captiuitate, quae non habet finem. Et tamen quicquid contingat, dei sumus, & in ipso speramus. De secundo aduentu Christi, tunc sit cum potentia iudicaturus. Cap. XI. Domine mi, pauco ne iste iustus iudex sit ille qui iudicaturus est cum potentia in aduentu secundo, & qui fuit saluator in aduentu primo omnium qui crediderunt in eum, quoniam Propheta Dauid dicit de illo: Notum fecit Dominus salutare suum, & in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Aduc dicit Esaias: Haurietis aquas de piscinis saluatoris, quod dictum, secundum videre meum, intelligo de baptismo. Nam in primo aduentu saluauit per aquam, & in secundo iudicabit per ignem. Et de isto saluatore dicitur, Domine mi: Scio quod Saluator meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea oculi mei videbunt deum meum. Attende, Domine mi, quod vocat iustum saluatorem Deum, constat autem quod oculi carnis non videbunt Deum. Ecce habemus secundum scripturas quod saluator est iste Deus iustus, de quo est sermo, & solus potest dici verus iustus, quoniam nullum peccatum fecit, secundum quod de illo Deus testificatur per os Esaias Prophetae: Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Nec de Mose nec de aliquo Prophetarum dicitur quod sit saluator iustus & sine peccato, quia Moses peccauit, & omnes Prophetae peccauerunt, sicut vos scitis, Dñe mi. Et idcirco nullus

lus eorum vocatur iustus in scriptura, sed illud nomen isti soli credatur. Et sine dubio, non saluantur, nisi hi, qui credunt primum aduentum suum, & illi qui non credunt, non habent causam aliquam, quod saluentur in secundo aduentu eius, sed digni sunt morte, quia digni erant morte illi, qui non credebant Mose, & non obedebant ei qui fuit peccator, quanto magis digni sunt igne illi qui non credunt, & blasphemant iustum & Dominum qui peccatum non fecit inquam? Quicquid tamen eueniat, Dei sumus nos. De Christi Ascensione. Cap. XII. Domine mi, nos inuenimus in scripturis quod Christus exaltabitur de terra ad caelum, & ego timeo quod illud sit completum in isto qui fuit interfectus a patribus nostris, & de ista exaltatione dicit Dauid Propheta in Psalmo. O magnates aperite portas principatus vestri, & cleuamini portas aeternales, & introibit princeps gloriae. Et attende Domine, quod respondet illi Angeli. Quis est iste princeps gloriae? & ipse respondet illis: Dominus virtutum, fortis in praelio. Et cõstat, Domine mi, quod iustus iste Dominus virtutum, non habuit praelium, nisi in primo aduentu suo, quia quando sedebat ad iudicandum, ignis in circuitu eius exardescet & inflammabit in circuitu inimicos eius, & conflabit iustos per ignem quasi argentum. Et hoc in ultimo eius aduentu. Nullus autem praeliabitur contra illum, nec locus erit pugnae. Adhuc de iusti huius exaltatione dicit Esaias: Quis est iste qui venit de Edom de terra, rubens vestimentis eius de Bosra, sicut ille formosus in stola, & respondet his iustus iste: Ego qui loquor iustitiam, sum expugnator ad saluationem, & dicunt ei Angeli: O Domine quare rubrum est vestimentum tuum sicut calcantis torcular? Respondet, dicens illis: Torcular calcavi solus, & non erat vir mecum. Vide Domine mi, quam proprie loquitur Esaias, & timeo quod huius iusti responsio non tangat nisi nos, cum dicit: Calcavi eos in ira mea, donec aspersus est sanguis eorum super indumenta mea, & inquinata sunt omnia vestimenta mea. Sed dies ultionis in corde meo, & annus retributionis meae venit. Quantum ergo sperare possumus in iusto isto, Domine mi, ubi scimus ipsum de nobis Angelis fuisse conquestum in caelo, & notificauit eis quod ipse calcauerit torcular solus. Et quid aliud calcavit in ira sua nisi nos, qui post bellum quod habuit in primo aduentu suo prostrati sumus ab eo, & calcati, iam sunt mille anni, & adhuc restat dies ultionis in ultimo eius aduentu, & annus retributionis in corde suo. Vtinam Domine mi, quando interfecimus Esaiam deleuissemus istam autoritatem praedictam de prophetia sua, quod nunquam legeretur ab aliquo. Et ecce quod Dauid vocat bellum, cum dicit: Dominus virtutum fortis in bello. Hoc Esaias vocat torcular. Heu Domine mi, nos bibimus multum illud, de quo etiam dicit Iacob Patriarcha & Propheta, ut habetur in libro generationis creaturarum de Iuda: Lauauit stolam in sanguine, scilicet uar, sicut est factum in nobis in primo aduentu Messiae, sed quid faciemus in aduentu eius ultimo, quando stabunt homines coram homine iudicante, & in circuitu eius erit ignis paratus ad deuorandum illos, contra quos tulerit sententiam. Tunc enim non erit tempus belli, nec iam in torculari calcabitur,

quia iam tunc non erit locus nec tempus poenitendi nec refugij, sed iustitia, ut sicut ipse iudicatus fuit sine peccato quod inueniretur in eo, sic ipse iudicabit peccatores. Dicit enim Deus in Prophetia Salomonis: Quando iustus recipiet iudicium, ubi erit impius & peccator? Vnde si iustus vix saluabitur, quid erit tunc de impio? Adhuc fortius probat corporalẽ Christi ascensionẽ, cap. XIII. Alde timeo, Domine mi, quod hæc quae dicta sunt testimonia prophetarum de illo iusto. Quod scilicet fuit venditus pro argento, ut dicit Amos Propheta, quod calcavit torcular, ut dicit Esaias. Quod gessit bellum cum patribus nostris, sicut dicit Dauid. Quod captus fuerit in peccatis nostris, sicut dixit Hier. Quod vulnerat fuerit in palmis suis, sicut dixit Zach. Quod super eius veste missa sunt fortis, sicut dicit Dauid. Quod ascendit in caelum, sicut dixit idem Propheta & alij. Quod non conueniat Deo in essentia siue in natura diuina, secundum quam nec resurgit, nec exaltatur, nec sedet, nec descendit. Ex his quae dicta sunt, sequitur necessarid, quod iam venerit ille iustus, cui naturæ corporeae hæc praedicta, & similia poterunt conuenire. Si autem tibi videtur forte durum credere, domine mi, quod homo corporeus ascendit in caelum, audi autoritates & exempla quae mihi occurrunt de scripturis nostris. Et super hoc dicit Dauid Propheta de illo: Ascendit Deus in altum & saluabit captiuitatem, dedit dona hominibus. Dicit etiam in Psalmo 67. de ascensione eius: Tubilate Deo & glorificate nomen eius, iter facite, qui ascendit de patribus, occidentis, Dominus nomen illi. Adhuc, domine mi, dicit Dauid de illo in Psalmo quem tu habes in corde: Tubilate Deo qui ascendit super caelum caeli ad Orientem. Et de isto dicit Amos: Dominus est qui edificauit excelso sedem suam. Et de ipso dicit etiam Dauid in Psalmo, ascendit Deus in iubilo & Dominus in voce tubae. De ipso etiam dixit Aser Propheta cap. 2. Vidi hominem descendentem de corde maris & peruenit vsque ad caelum. Et peruenit vsque ad caelum, obmissi multa scribere quae allegat super hoc, immo habemus eum, sed ipse tunc nesciuit quod Aggeus in latino vocaretur Aser in Arabico. Dicit etiam Moses in cantico: Leuabo ad caelum manum meam. Dicit etiam Esaias: Cõsurge, cõsurge brachium Domini. Et de isto etiam ait Anna mater Samuelis: Dabit dominus imperium regi suo & sublimabit Christum suum. Dauid etiam dixit: Ascendit Dominus super pennas ventorum. Et hæc autoritates occurrunt mihi ad probandum exaltationẽ Christicorporalem vsque ad caelum. Et sunt plures alia quae tu domine bene scis. Nunc etiam exempla aliqua adducam de lege nostra, quia videtur etiam nobis multum conueniens credere, quod in corpore ascendit in caelum, & hoc est propter considerationem, nam in lege & in Prophetis inuenimus, quod Deus uerus & gloriosus assumpsit de terra, & eleuauit plures sanctos viros patres nostros. Et si de istis nõ dubitamus propter eorum sanctitatem & propter testimonium scripturae, quare dubitamus de ascensione iusti in corpore & anima, cui magis scriptura perhibet quam illis testimonium sanctitatis? Et quia durius bellum secundum Prophetas sustinuit, & plures captiuitates mundi quam aliquis de praedictis. Et praeterea, domine, sine exempli positione scis,

Gen. 5. 4. Reg. 2. Dent. 39. *in specula* *in corpore* *in anima* *in corpore* *in anima* *in corpore* *in anima*

Exod. 14

Esai. 53.

Esai. 7.

Esai. 53.

Hier. 31.

Mich. 5.

Esai. 7.

Esai. 53.

Iob. 4.

Hier. 17.

quod Mathusalem & Henoch iusti, & Helias Propheta fuerunt assumpti à Deo de mundo isto in corporibus suis. De Mose etiam non est dubitandum, quin sit in cælo in corpore & anima, vt dicitur Deut. 34. Dixit Deus ad Moysen: Ascende in montem nocte, & morere ibi, & ascendit in montem & mortuus est. Et nesciuit homo sepulchrum eius vsque in hodiernum diem. Et quid significat, quod sepulchrum eius est ignotum in terra, cum ipse fuit Propheta maior & sanctior aliis, nisi quod Deus resuscitauit eum, & assumpsit eum in corpore & anima sicut alios iustos assumpsit, & eleuauit ad locum vbi sunt? Nec nos debemus mirari supra hoc, quod aer iste leuis & subtilis posset portare corpora tam grossa & ponderosa, quia nos scimus quod aqua quæ est in raritate similis aëri, quando placuit potentia omnipotenti, portauit corpora filiorum Israël in eorum exitu de Ægypto, & quando fuit acceptum sacrificium, ignis descendit de cælo & eleuauit & portauit corpora pecorum & bouum quæ offerebantur Deo. Moses verò & Helias Prophetauerunt de illius iusti eleuatione, ac alij Propheta. Vnde cum oportet nos esse credentes de eleuatione corpora dictorum sanctorum, cur sumus increduli de eleuatione istius iusti & cum eleuarum esse in cælu, de quo tot sunt testimonia prophetarum in scripturis, sicut dictum est, & posset induci, vt quia satis apparet quod Deus assumpsit prædictos sanctos, de quibus nullus dubitet, vt ad finem disponerentur corda hominum, & vt de ascensione sui iusti etiam non dubitarent. Est autem & alia causa quare & ipsi nostri dubitant, quia aduentus eius primus fuit occultus, & modus insolitus, sicut dicit Esaias: Homo est & quis cognoscerit eum. Idem Propheta etiam dicit: Virgo concipiet & pariet filium. Vbi aduertendum est quod tacet de patre secundum carnem, & propter hoc quod alibi dicit: Non reputauimus eum. Et Hieremias dicit: Signum nouum creauit Deus super terram. Mulier circumdabit virum, &c. Dicit etiam Micheas: Propter hoc dabit eis Deus vsque ad tempus in quo parturiens pariet. Et notandum quod non facit Propheta mentionem de marito istius parturientis, cum inquit, natiuitatem istius iusti qui solum natus est præter solitum modum, cursumque carnalem, qui est ex viro & femina, sicut de illo prædictum est per os Esaiæ, cum dicit: Audite domus Iacob, Deus dabit vobis signum, virgo concipiet & pariet filium, &c. Omnes autem alij sancti qui dicti sunt, nati sunt de femina & viro carnaliter concepti in peccato, & omnes fuerunt peccatores, & ipse Moses sanctior parentibus Prophetis peccauit, & confitetur per os suum se peccasse, de iusto autem isto dicitur per Esaiam: Qui nunquam peccauit, nec inuentum est mendacium in ore eius, de aliis omnibus factis dicit Deus per os Iob: In omnibus sanctis suis non est inuentus sine prauitate. Et Hieremias Propheta dicit: Corda hominum praua.

De cecitate Iudeorum quod non credunt Christum aduenisse, nec intelligant. Cap. XIII.

Esai. 59.

Esai. 6.

Timeo, domine mi, quod sit completum in nobis quod dixit Dominus per Esaiam Prophetam: Cecidit cecitas super Israël quousque intrauit plenitudo Gentium, & iterum dicit: Audientes audient & non intelligent, & videntes videbunt: &

nō cognoscent, quia corda istius gentis sunt ingrossata. Et adhuc eodem capite: Excæca cor populi huius, & obtura aures eius, ne forte addiscant & conuertantur ad me & sanem eos. Et dixit Esaias: Vt quequo domine, & dixit: Quousque sint ciuitates desertæ, & maneat domus sine habitatore: Dixit etiam Daniel: Claude sermone & inuolue prophetiam. Et Hieremias: Peccatum Iudæ scriptum est stilo ferreo in lapide adamantino, & extensum super latitudinem cordis eorum. Esaias capite primo: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, populus autem meus non intellexit. Et iterum Hieremias. Miluus & hirundo & ciconia sciunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit me. Et hæc omnia, domine mi, dicta sunt propter nos, quia non cognouimus aduentum illius iusti Domini. Et de nobis dixit Dominus per Esaiam: Elongate foras gentem cæcam, & non habentem oculos, & surdam, & non habentem aures, ecce omnes congregati sumus. Et quid voluit dicere Propheta per hæc verba, nisi quod Deus nos repulit, quia non cognouimus tempus istius iusti citius. Et congregauit ad se in fide Gentes loco nostri. Super quod admiratus Dauid dixit in Psalmo: Hæc est mutatio dexteræ excelsi. Nos tamen Dei sumus in casu isto nostro, & captiuitate ista, quæ non habet finem, in qua sumus iam sunt mille, & hoc tamen accidit ita male patribus nostris, qui adorauerunt idola, & occiderunt Prophetas & transgressi fuerunt legem ex toto.

Ostendit reprobationem Iudeorum propter eorum perfidiam, & electionem Gentium propter eorum fidem. Cap. XV.

Timeo, domine mi, propter hoc quod quia non credimus in isto iusto, idcirco accidit nobis & completum est illud quod dixit Deus per os Esaiæ: Erit prophetia tanquam verba libri clausi qui dabitur lectori, & dicitur, iste liber clausus est, nescio quid est in eo, & tunc dabit nescienti literas, non sum lector ego. Et quæ clausura libri maior est, domine, quam clausura qua clausit Deus corda nostra, iam sunt mille anni, & ultra, nec possumus cognoscere per prophetiam nobis traditam à Prophetis super aduentum istius iusti, propter quod alibi dixit Deus per Prophetam: desolabitur Hierusalem, & corruet domus sancta. Dixit etiam: Terra nostra deserta, ciuitates nostræ succensæ igne, & remanebit Syon sicut tugurium in vinea dissipata, hoc est, domine mi, & iam sunt mille anni, & ultra. Dixit etiam Esaias: Domine Deus exaltabo nomen tuum, quia posuisti ciuitatem in tumulum, & domum in confusionem, vt non sit vsque in eternum.

Et dixit: Conteret populos contritione vasis figuli, in quo non remanet pars ad portandum carbonem ignis, nec hauriendam guttam aquæ. Completum est etiam domine mi, quod dixit Daniel: Postquam fuit occisus Christus, remanebit desolatio perpetua, in qua desolatione fumus, iam sunt mille anni & ultra: Dixit etiam Esaias: Relicta est in vrbe solitudo, & sibilabit terra eorum sibilo vsque in sempiternum. Dixit etiam Hieremias: Argentum reprobum vocate illos, quia dominus proiecit eos. Dixit etiam Esaias: Ambulate in lumine ignis vestri, & flammis quas succendistis vobis, in quibus flammis nos sumus, iam mille anni sunt. Et dixit etiam Amos:

Domus

Domus Israël cadet & non est qui erigat eam. Et videtur mihi, Domine mi, quod Deus induxit super nos ruinam istam, post aduentum iusti huius, postquam Propheta nullus surrexit in nobis, nec surget sicut Prophetatum est nobis, quia nos manemus in incredulitate non recipientes fidem illius, sed negantes. Dixit etiam Oseas: Cum accubuit mulier super terram & peperit, dixit Deus: Voca nomen eius sine misericordia, quia non miseretur nostri, vt experti sumus, iam sunt mille anni & ultra, quæ visitas est nos habere legem, Circumcisionum & Sabbatum? Dixit Esaias: Educ foras populum cæcū, sicut eduxit nos de terra nostra Deus verus, & gloriosus. Iam sunt mille anni & ultra. Dixit etiam idem: Vetus error abiit. Et quid est antiquum, nisi lex nostra, quæ recessit à nobis, Domine mi, cum rege, cum sacrificio, cum incenso, & cum altaribus? Et quid peius nobis poterit euenire? & quid est quod nos expectamus? Nonne videmus quod disperit nos per quatuor partes mundi in dispersionem, sicut dixerunt nobis Moses, Hieremias, & Esaias, & alij Prophetae. Et tamen nos Dei sumus, & ad ipsum recurrimus in omni euentu.

Ostendit reprobationem Iudeorum propter eorum perfidiam, & electionem Gentium propter eorum fidem. Cap. XVI.

Timeo, domine mi, cum nos dicimus inter nos, & ego & tu etiam sumus filij Iacob & Israël, quia iam completum est illud quod dicit Deus per os Esaiæ. Interficiet te Deus ô Israël, & vocabit seruos nomine alieno. Poneo quod de illis seruis sumus, quibus debet imponi illud nomen, secundum quod Moses dixit Deuteronomij vicefimo octauo: Erunt Gentes in capite, & populus incredulus in cauda, sicut nos sumus, iam sunt mille anni & ultra. De illis etiam dixit Hieremias: Replebitur terra fide Dei, & redundabit sicut aqua maris, & de illis dixit Salomon: Domine Deus meus cum venerit alienigena ad domum sanctam tuam, & inuocauerit nomen tuum benedictum, exaudi eum Domine Deus meus, vt dicat vniuersa terra nomen tuum timere, sicut populus Israël. In quo ergo gloriabitur Domine mi, & quare contemnimus Gentes? ex quo Salomon Propheta fecit eas participes in timore Dei, & in domo sancta nobiscum, & forte nos indignos eiecit Deus de ista domo, & dedit eam istis, & de illis etiam dixit Moses: Hæc dicit Dominus Deus meus: Replebitur tota terra gloria Domini. Et de ipsis dixit Dauid in Psalmo: Præuenient & conuertentur ad Dominum vniuersæ fines terræ, & mille generationes. De ipsis dixit etiam Esaias: O domus Dauid sancta, venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est, & cætera: Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, & filij extranei edificabunt muros, & principes eorum seruiet tibi. Et qui sunt isti filij extranei Domine mi, qui venerunt ad domum Dei, nisi Gentes quæ seruebant idolis quæ erant extranei à Deo, & ipsi principes & Reges eorum, de quibus dixit Deus quod ambulabunt in lumine domus sanctæ, & nos erimus in tenebris extra illam & sumus, iam sunt mille anni. Dixit adhuc idem Propheta de illis: Ecce gentem quam nesciebas, vocabis, & na-

tiones quæ te non cognouerunt ad te venient. Et sicut de facto videmus, hodie sunt mille anni & ultra, quia Christus missus secundum legem nobis datam venit, & Gentes quæ legem non nouerant, venerunt ad eum, & ipse dedit eis legem nouam, puram, & sanctam. Adhuc quadragesimo quinto capite: Concordauerunt, & Reges eorum congregati sunt in fide Dei. Et timeo Domine mi, de illis fuisse dictum eodem capite. Congregamini omnes & venite Gentes, quæ saluata estis per Deum ex gentibus. Et de populo dixit Esaias: Quæsierunt me & non interrogabant, & inuenerunt me qui non quærebant me. Et de ipsis dicit Hieremias: Congregabuntur omnes in nomine Domini, in domo sancta, & non ambulabunt in prauitate cordium. De ipsis idem Propheta dicit: Ad te veniunt omnes Gentes ab extremis finibus terræ, & dicent: Non hereditauerunt patres nostri nisi mendacium & iniquitatem. Et de ipsis dicit: Sophonias: Datum est Gentibus vt loquerentur simul in nomine domini, & seruiet ei humero vno, omnis homo de loco suo, & omnes insula Gentium. Et de illis dixit Zacharias: Latere domus Syon, quia ego veniam ad te, & habitabo in medio tui in illa die, & appropinquabunt Deo Gentes in multitudine sua. Dicit idem Propheta capite octauo: Hæc dicit dominus Deus exercituum, venient Gentes multæ de locis multis, & dicit vir ad vicinum suum: Vadamus & quæramus dominum Deum in bono. Et ista, domine mi, completa sunt nunc, & complentur in oculis nostris de plano, vides populos, & linguas legere libros legis & Prophetarum omnium, & Psalterium, dimissis idolis suis, nullus ex eis credit per manum Moysi nec Aaron, nec alicuius Prophetarum nostrorum, nec aliquid remanet de fide ab idolis ab illo tempore, quo crediderunt iusto illi, de quo dicit Abacuc: Egressus es Domine ad salutem populi tui, ad salutem cum Christo tuo.

De viuificatione Gentium, & interfessione Iudeorum, prout etiam videbitur in capite sequenti. Cap. XVII.

Timeo, domine mi, quod Deus victor & gloriosus viuificat illas Gentes per fidem & interficit nos incredulitate nostra, sicut ipse dicit per os Esaiæ Propheta: Pro eo quod vocaui & non respondistis, hæc dicit Dominus deus: Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent & vos sitietis. Ecce serui mei gaudent in exultatione cordis, & vos concutiemini præ amaritudine cordis, & interficiet te Deus ô Israël, & vocabit seruos nomine alio, in quo bene dixit illis qui est benedictus super terram, Amen. Et nos videmus receptores istius nominis benedictos à Deo super faciem terræ, & nos disperit, scilicet in captiuitate per quatuor partes mundi. Hodie sunt mille anni. Et apparent expressè in nobis vestigia iræ Dei, non ad castigationem, sed ad destructionem, & illa est interfessio quæ Deus comminatus est, quod interficiet Israël, & illæ Gentes viuæ, quas vocat seruos, recipiunt nomen quod deus promissit, sed non ante mortem nostri nominis primi secundum ordinem verborum Dei per Esaiam, & fames & sites quas patiemur, nō est panis aut aqua, sed cordium & animarum sterilitas, & fames verbi dei, sicut Prophetae declarant per os Amos capite octauo. Et tu dñe, scis hoc plenius q̄ ego. Veritatem Dei sum⁹ in omnibus

quæ accidunt nobis.

Quomodo Gentes per fidem viuificatae habent mundas ob-
seruantias nouae legis. Cap. XVIIII.

T Imeo, domine mi, quodd Gentes ista: viuificatae
sunt, iam sunt mille anni postquam fuit mor-
tuus Iesus in Hierusalem, quia nihil boni habue-
runt antequam crediderunt in Deum & in Chri-
stum & Apostolis, quonia ipsi forte erant illi pis-
ces & illa bestia, de quibus loquitur Abacuc Pro-
pheta, quæ non habent ducẽ, & ipsæ Gentes purifi-
catae per fidem habet ieiunia sua & obseruantias suas
legis nouæ, & habent cuncta illa quæ ad munditiam
pertinent in lege antiqua cõtenta Iudæorum. Vides
quodd in omni lingua, & in omni loco in Oriẽte &
Occidente Gentes sunt confrentes in nomine Do-
mini, & nõ credunt in eũ per Mosen, nec per aliqũ
Prophetarũ, quamuis sunt studiosi in lege & in li-
bris omniũ Prophetarũ, sed Deus vocauit eos per
discipulos iusti, qui egressus est cũ Deo ad salutem
corũ, sicut ipse Deus benedictus & gloriosus prædi-
xit per os Abacuc Prophetae. Et isti discipuli eius
fuerunt filij nostri, de filiis Israël, qui alio nomine
vocantur Apostoli. Valde enim timeo, domine mi,
quodd isti sunt illi de quibus dixit Deus per os Da-
uid in Psalmo: In omnem terram exiit sonus co-
rum, & in extremis finibus extensa verba eorum. Et
verba Prophetae expressẽ demonstrat nobis quodd de
istis loquitur & non de nobis, cũ dicit, non erit lin-
gua neque sermo qui nõ audiant voces corũ, & hoc
non potest esse de lingua nostra Hebraea: quæ enim
Gentes obediũt præceptis Mosi & Aarõ: Quinimõ
ipsi interfecerunt Gentes & fugauerunt eas à se.
Hæ autem Gentes sciunt hodie Mosen & Prophe-
tas, & agnoscunt Deum & seruant legem nouam,
sicut Apostoli docuerunt eos. Attamen Dei sumus.
De electione Apostolorum loco Prophetarũ. Cap. XIX.

Abac. 3.

Psal. 18.

Ibid.

Zach. 13.

Iobe. 2.

Psal. 33.

Psal. 127.

Esai. 5.

Esai. 65.

Et si essent, Domine mi, filij isti sanctificati coram
nobis secundum viam legis nostræ, non diceretur
de nobis, quod essemus in erubescencia: propterea
& dissolueretur facies nostræ, imõ haberemus glo-
riam & resplenderent facies nostræ, sed confuso
facierum Iacob & desolatio est ista, quod isti filij
quos Deus creauit manu sua, scilicet Apostoli, sunt
sanctificati coram nobis, & non secundum legem
nostram. Propterea Deus dat intelligere quodd lex
nostra non est lex ipsorum. Dixit etiam Deus per
os Ezechielis: In illa die non dicent: Patres nos-
tri comederunt vnam acerbam, & dentes filio-
rum obstupescunt, sicut infidelitas Iudæorum non
nouit fidem Apostolorum, non nocebit, & propter
hoc subditur: Viuo ego dicit Dominus, si erit vltra
prouerbiũ istud in Israël, quia nunquam aliquis
de Apostolis postquam receperunt fidem rediit ad
fidem nostram, quare non sentiunt acerbiter
infidelitatis nostræ, sicut dentes nostri obstupe-
cunt de peccato patrum nostrorum. Adhuc de istis
filiis, Domine mi, qui sunt Apostoli, dixit Deus
per os Esaiæ Prophetae. A quo transmigrabo nisi à
populo meo. Filij autẽ qui erunt infideles, Deus erit
saluator eorum in omnibus angustiis eorum, &
vultus eius custodiet eos in charitate eius, & in cle-
mentia redemit eos, & propitiũ erit eis in longi-
tudine dierum. Verissimum est, Domine mi, quod
isti filij de quibus loquimur, semper manserunt fir-
mi, nec Deus transmigravit ab eis ab illo tempore
quo redemit rex ille iustus, magister corũ, sed trans-
migravit à nobis & fuit semper cum eis, & de istis
etiam filiis qui sunt Apostoli, dixit sapiens Iesus filius
Sirach in libro suo: Audite filij charissimi & opera-
mini in salutem, quia honorat Deus patrem in fi-
liis. Et qualiter intelligi debeat honor ille, declarat
Deus per os Malachia: Mittet Deus Hæliam qui
conuertat corda patrũ nostrorum ad filios. O Do-
mine, si deus debuisset conuertere corda filiorũ
scilicet Apostolorũ ad patres, cum debeat intelligi de
fide, tunc isti filij scilicet Apostoli fuissent nobiscũ
in captiuitate ista quæ non habet finem, sicut & pa-
tres nostri & nos sumus. Sed ex quo Deus ordina-
uit quodd debeant corda patrum ad filios conuerti,
quid est quod expectamus, Domine mi, & quid
præstolamur: Et si voluerimus dicere quodd alij filij
debent esse præter Apostolos, de quibus intelligan-
tur prædicta, illi erunt in captiuitate sicut & nos,
ex quo viam illius iusti non sunt sequuti, quem A-
postoli firmiter sequuti sunt, & docuerunt sequen-
dam & propter hoc habent honorem patrũ in hoc
quod patres dicuntur ad illos conuerti. Cum ergo,
Domine mi, filij nostri venerunt antequam nos ad
fidem Dei, si corda nostra conuertantur ad filios,
corda eorum conuertentur ad nos. Et sicut dicit
Deus altissimus: Erunt populus vnus, animus vnus,
in Deo glorioso, & victorioso, quia non debemus
intelligere illam conuersionem, nisi de infidelitate
ad fidem & doctrinam illius iusti, qui est magister
salutis eorum qui credunt in eo, & secundum quod
dixit Dauid de eo. Ipse est cuius sacerdotium erit
secundum ordinem Melchisedech in æternum, qui
obtulit sacrificiũ panis & vini, & fuit Melchisedech
sacerdos Dei altissimi ante Aaron. Et attende, Do-
mine mi, quanta sit differentia inter sacrificiũ
Aaron, & iusti istius Domini. Dixit Dominus Do-
mino meo, tu es sacerdos in æternũ, non ad tempus
sicut

Ezech. 8.

Esai. 3.

Mal. 4.

Soph. 3.

Psal. 109.

Gen. 14.

Psal. 109.

sicut

sicut Aaron, qui mortuus fuit viginti centum anno-
rum. Item sacrificiũ Aaron fuerunt carnes, & sa-
crificiũ illius iusti Domini fuit panis & vinum se-
cundum ordinem Melchisedech. In quibus verbis
Dominus per Prophetam ostendit manifestẽ, quo-
niam sacrificiũ Aaron finiretur, quando incipe-
ret illud sacrificiũ in æternum, quod finiretur
quando inciperet sacrificiũ in pane & vino æterna-
liter duraturum, cum Aaron non sit data æternitas
in sacerdotio, sicuti sacerdoti Christo. De illis filiis
dicit etiam Deus per os Prophetæ Mosi. Deuter. 31.
Sanguinem filiorum vlciscetur & lauabit terram po-
puli sui: Et nos Domine occidimus Prophetas, & nõ
fecit vindictam de eis nisi per septuaginta annos:
sed occidimus Apostolos & iustum magistrum co-
rum, & fecit Deus vindictam de filiis. Iam sunt mil-
le anni & vltra. Et per mortem ipsorũ lauit Deus ter-
ram populi sui, & non dixit terram filiorum Israël.
De istis etiam filiis dixit Dauid in Psalmo centesi-
mo decimo sexto. Sicut sagittæ in manu potentis, ita
filij fideles. Comparat enim Propheta illos filios fi-
deles sagittis emissis de manu potẽtis, quia Deus om-
nipotens, misit eos ad duodecim partes mundi per
quatuor mundi climata, fideles hos filios cum do-
ctrina legis, Psalterij & Prophetarum. Mosen autem
& Aaron non misit extra domum sanctam ad do-
cendum, quia non ad Indiam, Roman, nec ad alia
loca extra terram sanctam misit eos annunciare do-
ctrinam legis & Prophetarum, sed isti fideles filij
sic proiecti vel missi per vniuersum mundum, sur-
rexerunt coram Deo loco nostri, postquam Deus
occidit Israël & nomen nostrum quod benẽ innuit
Dauid in Psalmo cũ dicit: Pro patrib. tuis nati sunt
tibi filij, constitues eos filios reges & principes, &
per istos innouata est lex prima secundum ordinem
Melchisedech, qui sacrificiũ Dei instituit in pane
& vino, ex quibus communicauit Abraham amico
Dei, Deus etiam per ministerium istorum mutauit
sacrificiũ nostrum, sicut mutauit nomen nostrum
& sicut mutauit legem carnalem nostram in legem
spiritualem. Et si Deus dixisset nostro Mosi sicut
dixit per os Dauid, Messia: siue Christo: Tu venies
sacerdos in æternum secundum legem Mosi & Aa-
ron, staret illa lex, sed dixit: Tu es sacerdos in æter-
num secundum ordinem Melchisedech. Et amicus
Dei communicauit de sacrificio panis & vini, & nõ
de sacrificio carniũ. Ad hoc bene sonat verbum
Mosi, cum dixit. Comeditis vetustissima veterum,
per quod intelligit sacrificiũ Melchisedech. Et ite-
rum: Et nouis superuenientibus, id est, nouæ legis sa-
crificio publicato, vetera, scilicet vestra sacrificia
proicietis. Nos tamen Dei sumus in omni aduẽtu.
De reprobatione sacrificij Iudæorum, & de electione sa-
cramenti Christianorum. Cap. XX.

Psal. 106.

Esai. 3.

Psal. 44.

Psal. 109.

Leuit. 26.

Mal. 1.

sacrificiũ nostrum fuit mundum apud Deum &
acceptum. Etiam tu Domine, minosti quid dicat De-
us in Psal. de nostro sacrificio cum ait, per os Dauid
Propheta: Nunquid vidistis vos quodd ego com-
medi carnes taurorum, & hircorum sanguinem bi-
berem. Per quod manifestat Deus quod ipse con-
demnat carniũ sacrificiũ. Et vnde est nobis, Do-
mine mi, quod nos detestamur in gentibus sacrifi-
cium panis & vini, quod statuit Deus, & in nullo
reprobat, sicut reprobat sacrificiũ carniũ, cum
Salomon describat illud Aaron, dicens Iste scilicet
Aaron extendit manus suas super altare, & obrulit
sanguinem vus, & incensum Deo viuo, & obrulit
sacrificiũ nostrum de granis terræ, sicut Melchise-
dech obtulit pro Abraham. Declarat Deus sacrifi-
cium gentium per Mosen. Leuit. 23. Offerretis Deo
sacrificiũ de leuatis, de areæ, & de expressione vus
& benedicat vobis Deus & cunctis operibus ma-
nuũ vestrarum. Scimus etiam nos, Domine mi,
quod Deus mandauit in principio poni ante arcam
fœderis domini, panes & non carnes. Etiam
Domine mi, cum Deus de hoc in Leuitico præ-
cepit Aaron per Mosen, dicens. Homo de semine
Aaron sacerdotis qui habet maculam, non offer-
rat sacrificiũ de panib. nec aliud quodecunq; sa-
crificiũ. Et in plurib. scripturæ locis, Deus præce-
pit fieri sacrificiũ de pane & ex farina purissima
& acceptabit illud, & tale sacrificiũ est hodie Gẽ-
tium, scilicet panis ex farina purissima. De sacri-
ficio etiam panis sit memio primo Regum 21. Cum
Dauid venit ab Abimelech principem sacerdotum
Sylo, & petiuit ab eo panes, qui respondit: Non sunt
hic panes nisi panis oblatus, quem non conuenit
comedere pueris tuis, quia sanctus est. Et quod Gẽ-
tes ponunt in sacrificio suo aquam, non debet no-
bis inconueniens videri, quia etiam in Scripturis san-
ctis inuenimus, de hoc exemplũ, scilicet quod Deo
suebat sacrificiũ de aqua, & fuit Deo acceptum. In
uenimus etiam 1. Reg. 23. quod duo iuuenes hau-
serunt aquam de cisterna quæ erat ante portam Be-
theleem, & Propheta Dauid obtulit illam Deo in
sacrificiũ, ergo non est contra Scripturam, si gen-
tes hodie ponant aquam in sacrificio, quod faciunt
Deo. Nos etiam legimus, quod Aaron fecit Deo sa-
crificiũ de pane & vino, & Dauid de aqua, & ista
tria sunt simul in vno sacrificio mundo (quamuis in
tellectus noster id penetrare nequeat) & non sicut
carnes taurorum pinguium. Helias noster vt narra-
tur Regũ. 3. infudit aquam sacrificio, & Deus misit
ignem de celo, & acceptauit sacrificiũ cum aqua
perfulsum. Angelus in figura communicauit etiam
Heliam in pane subcinericio & aqua, quando He-
lias ambulauit in fortitudine cibi super illud quod
naturæ non potest concedere, quadraginta diebus
vsque ad montem dei Oreb. Hoc etiam sacrificiũ
vini cũ aqua mixtum, pulcherri me & apte describit
Salomo Propheta in libro Prouerborum. cap. 9. cũ
dicit: Sapiencia altissima communicauit sacrificiũ
suum, miscuit vinum suum & parauit mensam, tunc
misit seruos suos, dicens: Quis est paruulus, veniat
ad me & insipientes comedent panem meum, &
bibent vinum meum temperatum aqua. Quid do-
mine mi, mensa parata sapientiæ altissimi, nisi sa-
crificiũ de pane & vino, & de aqua quod sit in al-
tari: qui sunt insipientes vocati per seruos sapientiæ

Psal. 49.

Panes pro

positio-

nis.

Exod. 25

Num. 21.

Aqua in

Missæ sa-

crificio.

3. Reg. 18

3. Reg. 19

Altare

Christia-

norum.

nisi Gêtes quæ ignorabant deum vocatæ per Apostolos, & notabiliter dicit, panem suum & vinum suum, per id enim innuit hoc sacrificium gratum esse Deo, & quod ad istud conuiuium tam subline, & tam spirituale non vocauit patres nostros, qui erant sapientes in lege, qui erant occupati in sacrificio legis, quod etiam carnale sacrificium non dimisit nobis, sed priuauit nos illo. Iam sunt mille anni completi, quod nobis accidit propter illum iustum in quem peccauimus. Attamen Dei sumus.

Quod Deus reseruit ieiunia, sabbata & sacrificia Iudeorum & Christianorum elegit. Cap. XXI.

V Alde timeo Domine mi, ab illo verbo, quod Deus fortis & gloriosus dixit per os Malachie ca. i. vbi sic tangit de sacrificio gentium, ab ortu solis vsque ad occasum, gentes offerunt sacrificium nomini meo mundum. Vbi aduerto quod sacrificium nostrum non fuit acceptum, nisi in vno loco solo, scilicet in domo sancta præcisè. Ex quo autem loco sacrificij priuauit nos Deus, scilicet terra promissionis, & vbi que dispersit nos terrarum, iam sunt mille anni. Vnde venit super nos, & completum est quod Deus dixit de nobis per similitudinem loquens per os Esaie vbi ait: Completa est vindemia & non est de cætero collectio. Et illud Malachie: Non est mihi voluntas in vobis, & sacrificium non accipiam à vobis. Et illud Esaie cap. i. Sabbata vestra, & festiuitates, & sacrificium vestrum non recipiam, quia omnes vos estis in ira mea. Et illud Esaie completum est super nos: Quid mihi multitudo victimarum vestrarum, quid multiplicastis mihi sacrificium de arietibus & carnibus hircorum, ego autem contempsi sanguinem vitulorum, & arietibus carnes & hircorum. Cum præsentaueritis ea coram me, & quis recipiet ea à vobis? non deturbetis lapides meos sanctos. Frustrà non offeretis vltra sacrificium, quoniam incensum vestrum, & sabbata vestra, & solennitates vestras non recipiam à vobis, quia odiuit illa anima mea. Si eleuatis manus vestras ad me, auert tam vultum meum, à vobis. Et si multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam manus vestrae plene sunt sanguine. Et omne sacrificium vestrum sicut caduet fortitudo. Et egressus arij portæ exterioris, & ille qui mihi iugulauerit taurum, sicut qui decollauerit hominem, & illi qui obtulerit in sacrificio hircum, sicut qui obtulit carnem, & qui obtulit vinum sicut qui offert sanguinem porci. Sed abominatio de sacrificiis apud Deum nihil aliud significat, nisi mutationem sacrificij nostri carnalis & grossi in sacrificium istius iusti Domini spirituale & subtile. Qui instituit offerre panem loco carniū & aquam mundam, loco pinguedinis carniū. Et vinum purum, loco sanguinis. Et homo offertur spiritualiter & acceptabiliter Deo, non sicut animalia decollata per nos quæ per Prophetam comparantur cadaueri putrido. Et quare non credimus, Domine, hæc quæ locutus est nobis Deus per Prophetam istum. Et quid describit tam euidenter de sacrificiis nostris. Dixit etiam Deus per Hieremiam cap. 7. Inuitate proximos vestros ad sacrificia, & comedite cum eis carnes sacrificiorum vestrorum quia in die qua eduxit patres vestros de Ægypto, non præcepi eis, nec verbum feci de sacrificiis, sed dixi: Audi te vocem meam & ero vobis Deus, & vos mihi populus, si ambulaueritis in omnibus quæ præcipio vobis, bene erit vobis. Et non audierunt, nec posue-

Matth. 1.

Esaie. 32

Mal. 1.

Esa. 1.

Ibid.

Ibid.

Ibidem.

Esa. 66.

Sacrificiū Christianorum.

Hiere. 7.

runt aurem suram ad dictum meum, & tu, Domine mi, es qui hoc nosti. Attamen Dei sumus in omnibus quæ euenerint nobis.

Probat abiectionem Synagoge, & electionem Ecclesie per verbum Domini ad Rebeccam. Cap. XXI.

T Imeo, Domine mi, quod de synagoga & Ecclesia intelligatur illud verbum quod dicitur 25. cap. primi libri legis, cum dicit Dominus Deus Rebecce vxori Isaac duæ Gentes sunt in vtero tuo, & duo populi venient de vtero tuo, & gens gentem superabit, & maior seruiet minori. Domine mi, sola Rebecca fuit mater Iudeorum & Gentilium. Populus maior & primogenitus fuit Synagoga, quæ magno fuit honore & scientia dei, & dotata. Populus secundus genitus & minor apud deum, fuerunt Gentes in infidelitate manentes, & in ignorantia sua. Si tamen domine mi, deus occidit Israel, prout describit Esaia, & tunc tota subuersa est Synagoga, quæ fuerat maior, & seruiuit gentibus, quæ fuerat minor, vt completeretur verbum quod deus dixit Rebecce: Gens gentem superabit. Etiam de Ecclesia dixit deus per os dauid Psal. 44. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, distinctis coloribus adornata. Exponitur, domine mi, quod Ecclesia Gentilium quæ vocatur regina diuersitate linguarum omnium, quæ seruiunt ei est adornata quasi colorum distinctione. Nam omnes lingue in Ecclesia concordant in vera expositione legis Pfalterij & libri omnium Prophetarum, Synagoga verò non habuit nisi vnam linguam, & ornatum suum quasi vno colore scilicet Hebræa.

Probat hoc idem per verba Malachie Proph. Cap. XXI.

T Ime etiam, domine mi, de verbis inductis superius frequenter per Malachiam Prophetam, dixit deus Synagoge: Non est mihi voluntas in sacrificiis vestris: quia ab ortu solis vsque ad occasum magnū est nomen meum inter gentes, quæ offerunt nomini meo sacrificium mundum. Sicut de natura sua munda sunt, aqua vinum, & farina pura, de quibus factum est sacrificium & non indiget mundatione & lotionem. Sed Synagoga indiget lauare carnes sacrificiorum, & purgare ventres animalium, quæ in sacrificio sacrificabantur, & lauare locum de sanguine & pinguedine sacrificiorum, aliter esset horror tractare & videre. In sacrificio autem panis & vini & aquæ non apparet aliquid indecens aut turpe. Æstimo domine mi, quod de isto sacrificio dixit deus per Salomonem Prouerb. 17. Melior est buccella panis cum charitate quam vitulus faginatus cum inimicitia. Buccella amoris, domine mi, pura est mansuetudo super mansuetudinem, & remissio mutua offensarum, & vitulus odij faginatus est, oculus pro oculo, & occulta interfectio inimicorum. Ergo, domine mi, sacrificium Synagoge est vitulus pinguis cum inimicitia & sacrificium Ecclesie buccella est panis, cum charitate, de qua dicit deus, Melior est buccella panis & c. Pulchre etiã describit deus Ecclesiam assumilando ceruis per os Salomonis Prouer. 5. vbi ait: Cerua deo charissima in æmulo suo, cuius vbera inebriant te in omni tempore & amor illius delectet te in æternum, Et Ecclesia est deo dilecta cerua in æmulo suo vno, de quo & qua scribitur cerua charissima deo in æmulo suo non habent parem in nobilitate & gratia. Tunc addit, domine mi, & dicit: Inebriant te vbera eius omni tempore, delectant te in amore eius iugiter. quo significatur sacrificium

Gen. 25. Primus liber legis.

Psal. 44.

Malach. 1.

Prouer. 17.

Ecclesie omni tempore duraturum in æternum. Similiter autem Deus illam matri lactanti filios, & in hoc quod dixit: Inebriabo te, denotat materiam sacramenti spiritualiter quantum ad vinum, & per vbera, denotat in reliquis partibus sacramenti esse delectabile nutrimentum & sufficiens sacramentum quo sacrificio iam fruitur & delectatur Ecclesia. Iam mille anni sūt, à quo tempore priuauit Synagoga sacrificio. Æmulus autem ille in quo Ecclesia est tã grata Deo, est Christus Dominus & vbera eius dat vinum perpetuum, de quo peruenit gaudium sempiternum, & non dicit quod dabit carnes & pinguedinem vel sanguinem quæ faciunt sacrificium laboriosum. Fuit autem Synagoga sicut mulier quæ habuit alium virum supple Deum, & perdidit illum & domum sanctam. Et ista Ecclesia fuit cerua in deserto sine marito, sed Deus vicem illius supplet. Vnde ipse fortis & gloriosus dicit per Esaia Prophetam cap. 54. Puellæ sequestrata meliores sunt quam illæ quæ habent virum. Itē ille Propheta cap. 43. Ego faciam, dicit Dominus Deus, vineam & flumina ad porum populo meo electo, & tu Iacob non obedias, & tu Israel non audies. Sicut nos, domine mi, sumus extra obedientiam, nec habemus aures nec oculos, quapropter hæc captiuitas nostra iam vsque ad complementum mille annorum peruenit. Timeo domine mi, de lege nostra quæ furoris iram habet in proptu, & dicit oculo pro oculo, & c. Sed cerua illa æmulum habens vnicum, dixit in Evangelio suo glorioso, Matth. 5. Qui te percussit in vnam maxillam statue illi alteram. Loquitur Dauid in Psal. 30. Quam magna, & quã multa dulcedo tua Domine, quam abscondisti timentibus te, & compleuisti eam sperantibus in te. Et est clarum, domine mi, quod populus Synagoge timuerunt pœnas legis, scilicet oculo pro oculo, quia erat in promptu executio. Sed populus Ecclesie sperans est in dulcedine Dei, qui percussit in faciem non repercutiunt. Quapropter parauit illis Deus, scilicet Gentibus magnam multitudinem dulcedinis suæ, quam abscondit à Iudeis. Attamen, & c.

Quod cantus Christianorum est Deo acceptus. Cap. XXIII.

P Aueo, Domine mi, quod dictum est de Apostolis illud Esaie: Manifestabunt sanctum Iacob, & Evangelizabunt Deum Israel, & accipient ignorantem scientiam, & musici scient leges. Apertè videmus domine mi, quod iam sunt illi anni quod ignorant musici, & docent legem nostram, & qui sunt ignorantem nisi gentiles, & qui sunt musici cantantes Pfalterium nostrum, & Prophetas in Ecclesiis suis nisi Christiani? De quibus muscis, siue cantoribus dicit Deus per os Dauid in Psal. 97. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Et quid est canticum illud nouum, Domine mi, nisi Testamentum nouum, & antiquum, nisi lex antiqua? Et de istis etiam muscis dicit Deus per Dauid Prophetam Psal. 134. Cantate domino omnis terra, Pfalterium dicite nomini eius, Et in eodem: Cantabunt tibi & Pfalterium nomini tuo vniuersæ familie Gentium. Et notanter dicit, vniuersæ familie gentium, & non Israel singulariter. De istis etiam muscis dicit Deus per os Dauid Psal. 88. Beatus populus qui scit cantilenam, in lumine vultus tui ambulabunt. Ne illis etiam domine mi, scribitur in Psal. 88. Cantabunt tibi gētes in domo dei mei canticum. In loco isto ponit cantilenam antonometricè. Etiam sunt mille

Psal. 54.

Ibid. 43.

Matth. 24.

Matth. 5.

Psal. 30.

anni quod nos Iudei non cantauimus in domo sancta. De istis cantoribus dicit dauid: Cantabunt canticum in domo dei in æternum. De nobis dicit in Psal. 136. Quomodo cantabunt canticum dei in terra aliena. Et qualiter potest esse, domine mi, quod speramus terram habere & nomen? cum deus dixit per Amos Prophetam cap. 5. Cecidit Israel, & non resurget, virgo Israel prostrata est, & non eleuabitur. Idem Propheta cap. 9. & veniet tribulatio & non saluabitur qui effugerit ex eis, & si absconderint se in monte Carmeli, inde præcipitabit eos manus mea, etiam si descenderint in profundum maris, illic mittam serpentes, & mordebunt eos, & si abierint in captiuitatem coram inimicis suis: ibi mandabo gladium & occidere eos, & ponam oculum super eos in malum & non in bonum. quod fecit nobis deus. Iam sunt mille anni completi, quod canticum & Pfalterium cantauimus, ex quo sic est. Attamen, & c.

Quod Iudei indebitè reprehendunt cantum Christianorum. Cap. XXV.

D Omine mi, dixit deus de cantu Christianorum per os dauid: Omnes gētes plaudite manibus & cantate deo in voce laudis. Et alibi dicit: iubilate deo omnis terra, seruite domino in læticia, Introite in conspectu eius, dicas totum iubilare. Et Psal. 99. Cantate domino omnis terra, & annuntiate de die in diem. Pauco domine mi, ex quo deus dixit per os Hieremie cap. 9. docere filios vestros & filias vestras, fletum & planctum quoniam mors egressa est per portas vestras, ex quodè dixit de his filiis musicis per os dauid Psal. 148. Reges terræ & omnes populi, principes, & omnes iudices terræ iuuenes & virgines, senes cum iunioribus. laudent nomen domini. Et Psal. 49. In sacrificio canticum honorabit me, ac si aper te diceret, non in sacrificio carniū hircorum, sicut erat sacrificium nostrum. Et de his Esaia Prophetæ: Musici, addiscentes Scripturas, & rotum Pfalterium dauid, sic musicali arte notatum per sonum acutum & grauem. His omnibus consideratis videtur mihi, quod nos erramus in hoc, quod nos de suæ laudis sacrificio iudicamus, quod in Ecclesia dei exhibent cantando, præsertim cum in lege dei hoc inueniamus præcepta & exempla dauid, qui etiam dicit: Laudate eum in cithara & organo, & laudate eum in cimbali magnis laudibus & omnis spiritus laudet dominum Iesum Christum. Exemplum etiã in secundo Regum cap. 6. vbi legitur quod dauid discooperto capite saltans, cum cithara ante arcam domini, quem temeraria vxor sua Michol quæ est redarguere. Cui ipsi ait: O fatua nonne videbit me dominus despectum psallentem: filij autem Israel sonabant buccinam, dum transducebant arcam. Sed quid sumus, domine mi, iridentes solennitates ipsorum musicorum, nisi Michol fatua, & qui sunt isti canentes nisi Christiani saltantes & exultantes deo in humilitate sicut dauid, præsertim cum dicit Deus omnis spiritus laudet Dominum, si dixisset omnis Israelita præcisè, tunc possemus aliis insultare. Hoc autem quod Esaia dixit. Quod Gētes sunt in conspectu eius quasi nihil, est intelligendum de gentibus istis quæ fuerunt antequam haberent noticiam Dei per aduentum iusti, quia tunc fuerunt pagani & idololatræ non de gentibus quæ inuenerunt Dominum, quæ offerunt omni die sacrificium mundum in Oriente & in Occidente, sicut dicit per os Malachie

Psal. 136.

Amos 5.

Amos 9.

Psal. 46.

Psal. 99.

Hier. 9.

Psal. 148.

Psal. 49.

Cantus Christianorum.

Psal. 150.

2. Reg. 6.

Esa. 40.

Mal. 1.

Prophetæ, vt iam superius est allegatum, & certè do- mine mi, nos erramus. Attamen.

Probat apostasiam Iudeorum à Deo. Cap. XXVII.

Paucos, domine, quod apostatauimus à Deo in pri- mo aduentu istius iusti, de quo introduximus au- roritates prædictas, & cui expresse conueniunt om- nia quæ scripta sunt apud nos in libris legis & Pro- phetarum, propter quam apostasiam sicut Deus præ- tendit longitudinem dierum, & captiuitatem istam no- bis intulit, & si expectamus saluatorem alium ab illo iusto, non prodest nobis. Signum est euident, quod pro peccato generali, quod est in nobis omni- bus, quod peccatum cum perseuerat in nobis, perse- uerabit ira super gentem nostram sine spe, & tamen expectamus aliquem alium, quæ expectatio non prodest nobis. Et si uoluerimus dicere quod hac captiuitas non est generalis, & quod in aliqua par- te mundi nos habemus regem & principem, citò po- terimus secundum legem nostram argui de mendacio, & conuinci. Nam si nos Iudæi in aliqua parte mundi regem & principem haberemus, hoc esset de vna sola tribu, scilicet Iuda, sed Deus diffiniuit contra Iudam quod non esset super Iuda rex ex il- la in æternū. Vnde dixit Hieremias Propheta cap. 17.

Hiera. 17. Peccatum Iudæ scriptum est, stilo ferreo in lapide adamantino, insiliens super corda eorum & id quod captum est stilo ferreo in lapide adamantino qualiter deleri expectamus, non delabitur in æternum præsertim cum Deus fortis, & gloriosus locutus est per os Esaiæ Prophete cap. 3. Dominator Dominus aufert à Hierusalem & Iuda iudicem, Prophetam & principem. De nobis etiã dicit Propheta Osee cap. 3. Erunt filij Israel sine principe, & sine lege, sine sacri- ficio sine ephod sine altari sine Teraphim. Nos sciamus Domine mi, quod ab initio mudi fuerunt aliqui ma- gni & sancti coram Deo, & in principio fuerunt longæ vitæ, sicut Methusalem & Enoch, & ceteri, & nullum illorum extendit Deus vltra mille annos & nos inuenimus inter nos quod Messias siue Chri- stus promissus nobis, fuit natus in Babylonia tem- pore captiuitatis illius quæ fuit septuaginta anno- rum, sed hoc tempus nostrum habet in ætate 1000. & 50. annos, quam fabulam & non prophetiam nul- la ratione possumus defendere, & tamen dicimus & asserimus in Synagogis nostris, vbi nullus commif- cetur nobis extraneus. Sed audias doctrinam Chri- stianorum publicam super Psal. 86. Fundatam ad Syon dicit homo, & homo natus est in ea, & ipse qui est, fundauit eam. In verbis istis nominat Ma- riam dominam nomine ciuitatis, & dicit quod ho- mo natus est in ea, & non dicit, talis Israëlitæ vel ta- lis, vt intelligas quod filius Mariæ non fuit vnquam in lumbis alicuius hominis. Et in secundo libro Re- gum cap. 7. hoc manifestè declarat, cum Deus dicit ad Dauid: Quando compleueris dies tuos, & dor- mieris cum patribus tuis, suscitabo progeniem tuã post te, quæ egredietur de utero tuo, & ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium: Sed nunquam fuisset possibile domine mi, quod aliquis egredere- tur de utero patris sui, sed hoc expresse ponit ad de- monstrandum, quod Christus non foret concipien- das in muliere per semen decimum delumbis viui, si- cut ceteri homines, tam à Dauid quàm ab aliis des- cendendo. Dicit etiam Deus per os Dauid in Psal- mo 109. Ex utero ante luciferum genui te, ac si Deus fortis & gloriosus diceret de Christo suo, quod de

Esai. 3. Esai. 3. Thersaph. Gen. 5. Extranei extra sina gogas. Psal. 86. 2. Reg. 7. Psal. 109

voluntate sua, quod est spiritus sanctus genuit cum, & non de semine ducendo, cum ponit ex utero, quia Christus natus ex utero sine virili semine præter cur- sum solitum naturæ, & hæc est vera doctrina Chri- stianorum quæ non intrat in capitibus nostris, propter hoc euenit nobis illud quod euenit nobis. Descendit etiam per eandem modum Christum nos- citurum Dauid Propheta cum dicit in Psal. 131. In- travit Dominus Dauid veritatem, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam: Attamen Dei sumus, concludendo inducit aliqua dicta Sacramentorum de Iesu & Maria matre eius. Cap. XXVII.

Certe domine mi, licet nobis non opponant Christiani dicta Sarracenorū præcipue quæ tra- duntur in Alcorano & in expositionibus eius, scien- tes quod nos non recipere illas, sicut nec ipsi reci- piunt, tamen ad fatigationem nostram esset & ad fortificationem credentium, si nobis opponerentur illa quæ dicuntur à Sarracenis de Iesu & de beata Maria matre eius. Omnes enim Sarraceni dicunt quod ipse fuit ille Messias quem prædixerunt ven- turum, & preponant illum Mahometo eorum deo quantum ad genealogiã. Fatentur enim quod paren- tes Mahometi fuerunt idololatæ & prauis, ex semine Agar ancillæ. Et dicunt quod Messias fuit filius Isaac & Prophetarum & iustorum, & recta linea vsque ad beatam Mariam virginem matrem eius. De Ma- ria verò dicitur sic in Alcorano de familia Adamar, dixit Angelus Gabriel ad Mariam: O Maria, Deus te elegit & docuit gratiam, & præelegit super om- nes mulieres omnium sæculorum, & posuit te quasi nouum medium, diuidens inter homines terrenos & Angelos Dei in paradiso deliciarum. Dicunt etiã omnes Sarraceni quod Christus siue Messias habuit à Deo potestatem faciendi miracula, sanandi om- nem languorem & infirmitatem, & eiiciendi damo- nia, & suscitandi mortuos, & sciuit omnia secreta cordium, & credunt omnia miracula Iesu fecisse, quæ Euangelium commemorat. Et hoc expresse tes- tificatur Alcoranus vbi dicitur in capite prædicto, quod Messias sciuit & scit omnia, & etiam secreta cordium. Vnde verba Mahometi fuerunt talia: Sci- uit Eise, id est Iesus omnem librum & omnem sapientiam, & etiam totam legem Mosi. Et quid ho- mines comedebant & bibebant in domibus suis, et quid reponabant in thesauris suis. Dicunt etiam de Christo siue Messia, quod dum fuit in hoc mundo, cõtempnit diuitias, & abiecit carnales delectationes nec habuit concubinas, quæ sunt occasio peccati, & causa inobedientiæ. Item inducitur in Alcorano il- lud verbum Euangelicum: Vulpes foueas habent, et volucres cœli nidos. Et hæc omnia licet sint sine au- toritate à parte dicentium, sunt tamen conformes his quæ Prophetæ dixerunt de Messia in primo ad- uentu suo, vt patet in prædictis. Dicunt etiam in Al- corano quod Eise, id est Iesus Christus est verbum Dei, & hoc scilicet est verbum Dei, est Iesu Christi apud Sarracenos quasi nomen proprium, ita quod nullus alius homo vocatur hoc nomine, nisi Iesus quem vocant Arabice Eise. Dicuntur etiam in Alco- rano sic: Dixit Deus ad Eise: Ego sum sufficientia tua, ego leuabo te vsque ad me, & purificabo te ab in fidelibus. Considera ergo domine, quod gens Iu- daeorum propter captiuitatem quàm passi sunt iam mille annis, sunt enim paucissimi Iudæi cõparatio- ne aliarum nationum. Nam Sarraceni multiplicati sunt,

psal. 131.

Sarraceno vnum fides

Luc. 9.

Eise.

sunt, & crescunt quotidie. Fides autem Christi im- pleuit totum mundum, nos vero vbique dispersi su- mus à Deo nostro, & vbique sumus paucissimi, si- cut Ruben cui dixit pater: Non crescas, &c. Nos au- tem non crescimus, & illi crescunt quibus inimici super omnes gentes, & nil proficimus, testimonium multorum stat semper contra nos, scilicet Christia- norum & Sarracenorum, Alcoranus & Euangelium Christi, quibus nolumus credere, quamuis meo iu- ditio Alcoranus nihil valet cum manifestè conti- neant contra, sicut ipse nosti, et compositores eius, apparet euidenter quod vtunque ignorauerint Te- stamentum, sed quid dicemus de Euangelio Chri- stianorum, supposito quod Christus siue Messias iã

venerit, nihil enim continet contra Prophetas & Ie- gem nostram, sed est manifestatio omnium Prophe- tarum, & promissionis impletio, quæ in lege conti- nentur sumendo spiritualiter, prout continet do- ctrina Christianorum. Nihilominus, domine mi, si per his dubiis ad te recurro, maximè super primis nostris quæ habui à Prophetis, quia de Alcorani te- stimonio scio quod quali nihil reputabis, tu maxi- mè qui Arabicum scis. Perfectè enim nosti, quia ip- se Mahometus qui dixit se Prophetam, nec ventu- ra prædixit, et qui dixit se nuncium Dei, contra Deum eius scripturam docuit vt corruptus homo penitus & ignorans.

Explicit Epistola R. Samuel missa ad R. Is. sub anno. d. 1000. Translata de Arabico in Latinum per F. Alphonsum Boni- hominis, ordinis prædicatorum, sub Anno Domini. 1339.

EX D. HIERONIMI SCRIPTOR. ECCLE- SIASTIC. CATALOGO.

Soebadius Agenni Galliarum Episcopus, edidit contra Arrianos Librum: Dicuntur & eius esse opuscula: que necdum legi. Vnius vsque hodie decrepita senectute.

PHOEBADI EPISCOPI LIBER CONTRA ARRIANOS.



Illam zabolica subtilitatis fraudè viderem, quæ omnium ferè sensibus occupatis, & hæresim persuadet vt si- dem rectam, & fidem rectam damnat vt hæresim, nullum omnino super his quæ nuper ad nos scripta venerunt, sermonem haberem, fratres charissimi. Sufficiebat enim conscien- tiæ parua tenere quod credit: astimãti fore rectius tueri propria, quàm extranea & aliena discutere. Sed quia (vt diximus) aut hæresis suscipienda est, vt ca- tholici dicamur, aut verè catholici non futuri, si hæ- resim non repudiamus, ad hanc tractatus conditio- nem necessitate descendimus, quam zabolicum vi- rus sub modestia religiose venerationis occultum, in medium proferte nos conuenit: vt & malū quod sub opinione verborum simplicium latet deprehen- datur, & mendacio detecto veritas interclusa respi- ret. Destruenda sunt enim aliena, vt nostris creda- tur: nostris autem, nisi ea fuerint destructa, vt solis credi debeat, non nisi credendum video. Igitur ante hæresim zabolica fraude cæcaram præferre in con- scientiam publicam possum, tamen dum de ipsa mi- hi sermo est, dans fidei meæ pignus, catholicum me probabo, probatum quidem (vt spero) Deum pri- mum, dein conscientiam meam: sed & his probandum quos aut metus aut sæculi ambitio non vicerit. In- pientes igitur ab ipso capite perfidia, non fidei, ac deinceps per totum corpus decurrentes, probabi- mus multa per fraudè communis professionis, quæ scilicet nec recipere possumus: nonnulla verò sine vlla pudoris similitudine esse cõgesta. Nam & vnus Deus non sine fraude proponitur, nec duo simpli- citer negantur: nomen verò Substantiæ idcirco pen- tus iuratur, vt scindatur à Patre Filius: denique na- tiuitas eius referatur ignota, quæ si, vt est ex Patre, ita credatur, ipsa sui confessione satis nota est. Ma- ior Pater Filio dicitur, non tamen ea differentia qua Filio Pater maior est, sed omnibus diuinæ gloriæ

bonis maior: quibus si minor est Filius, nec ipse esse- in Patre, dabitur, quia nihil in semetipsum recipiet æterna eius beatitudo, nisi proprium. Non autem proprium Dei, nisi plenum atque perfectum, nec rursum in eo Pater esse dignabitur, in quo totus esse non possit. Habere initium Pater negatur, hoc i- deo vt Filius non ad autorem, sed ad tempus habere credatur. Puto autem, cui initium sic adscribitur, fini obnoxius non negetur. Subiectus deinde Patri Filius dicitur, non tamè vt Filius Patri, sed vt seruus Domino quum legamus seruum hæredem esse non posse. Denique cum omni creatura subiectus Deo refertur, inuisibilis, immortalis Pater nuntiatur, vt scilicet in contrariis eorum Filius iaceat. Si hæc igitur singula non humana præsumptione, sed autori- tate diuina loqui resellimus, consequens erit in ea parte catholicam fidè stare, quæ talem recipit Deum qualis debet esse qui Deus est. Vnum, inquit, con- stat Deum esse. Videri quidem non possunt calum- niantibus coniecturis argumentari, & sanctitatem fidei simplicis maligna interpretatione torquere. Sed respiciendum ad Vitalium & Valentem, & Potamium, quia sæpenumero iisdem verbis vnici Deum subdola fraude confessi sunt. Nihil simplex in hac fidei professione suscepi, quæ prima fronte ad decipiendos imperitos, credulos, incautos, hære- rica subtilitate blanditur: pari modo quo veneni po- culum mella commendant. Vnum, inquit, constat Deum omnipotentem Patrem. Nemo nostrum ab- negat, quia nemo ignorat, Sed (vt probari ipsorum tractatibus potest) dicimus illos hoc loco non tam vnum Deum professos, quàm vnum Patrem omni- potentem. Nanque & eadem constantia Filium no- lunt & Deum, tamen Filium confitentur. Puto sus- cepisse alterum non negabunt, & idcirco integrum illis est in hac sua perfidia, non fide, vnum Deum Pa- trem, quàm vnum Deum dicant. Quanquam in om- ni professionis suæ corpore sic ipsum Dominum

venenium mellis.

nostrum non negant, vt Deum destruant, hoc est vt tantum nomine Domini dicant, quo nomine etiam nos appellati soliti sumus. Ego, inquit, dixi, Vos dixistis. Quo nomine & Moyses ante donatus est. Faciam te, inquit, Deum Pharaoni. Nec quis ergo putet his verbis perfici catholicam professionem, si & vnum Deum Patrem confitemur, & Deum Filium non negamus. Potest enim & Deus Pater sic vnus Deus dici, vt sit vnus Pater, non Deus vnus. Potest & sic Filius Deus dici, vt Deus non sit. Duos, inquit, deos nec posse nec predicari debere scimus. Hoc nec vnquam ex ore nostro duos deos profertimus. Deus enim si non vnus & verus est, Deus non est. Sed aduertendum est qua istud definitione ponatur, cui perfidia paretur hoc totum, in quod piaculum communia nobiscum verba prorumpant, Statim enim cur duos deos negauerint ponunt. Quia ipse Deus ait, Vado ad Patrem meum & Patrem vestrum, ad Deum meum & ad Deum vestrum: qua definitione male interpretationis in tantum a Patre Filius separatur, & in fra omnipotentem Deum ponitur, vt nobis & natiuitatis conditio, & humanitatis infirmitas societur. De nique subiungunt Deum omnium, vnus est Deus, quo dicto Dominus non Deus absolute denegatur. Deo etenim Patri non filij nomine sed creaturae conditione subiicitur. Et credo hoc loco auroritas apostolica vindicabitur, vt Deus Christus dicatur potius quam sit: quia dixerit et donauit illi Deus nomen quod super omne nomen est. Sed & ipsius Domini negantis esse se Deum verum, qui dicit, Hec est vita aeterna vt cognoscant te solus & verum Deum, & Quid me (inquit) dicis bonum? nemo bonus nisi vnus Deus. Adhuc audies, Cur honor e ab vno & solo Deo non queritis? Et, De die autem & hora nemo scit nisi Pater solus. O duces caeci! o saeculi ambitio ne decepti non distinguentes Dominicae potentiae duplicem statum, in sua vnumqueque proprietate distantem, & quicquid de homine eius dictum est, Deo applicatis, vt ipse deus hominis imbecillitate societur. Et idcirco duplicem hunc statum, non conuinctum, sed confusum vultis videri, vt etiam vnus vestrum, id est Epistola Potami, qua ad Orientem & Occidentem transmissa est, qua adferit carne & Spiritu Christi coagularis per sanguinem Mariae & in vnum corpus redactis, passibilem Deum factum. Hoc ideo ne quis illum ex eo crederet quem impassibilem satis constat. Fecistis igitur de Spiritu Dei & carne hominis nescio quid tertium: quia nec vere etiam deus est, si verbum esse desinit (caro enim factus est) neque vere homo quia non propria caro, fuit enim verbum, ac sic ex vtroque iam neutrum est, ille, inquam, ille qui contra hoc venenum vtramque substantiam suam adfectus proprietate distinxit. Nam & Spiritus in illo res suas regit, id est, virtutes & opera & signa: & caro passionibus suis functa est. Cibum desiderauit quem temptaretur a zabulo, sitiuit ad puteum Samariae, quam Prophetam vox sit: Deus aeternus neque sitiet neque esuriat. Quid adhuc de hominis affectu si enit? Lazarum & Hierusalem, postremo anxius fuit ad mortem. Sed quod expressit affectu, nunquid non testatus est verbis? Ait enim Nicodemo, Quod de carne natum est caro est, & quod de Spiritu, Spiritus, & Caro inquit infirma, spiritus promptus est. Non ergo sit Spiritus caro, nec caro spiritus, quod isti volunt egregij doctores, vt factum sit scilicet dominus & deus noster ex hac substantiarum permixtione passibilis. Ideo autem

passibilem volunt dici, ne & impassibile credatur. Sed quid necesse est altiora scrutari, & virus internum per argumenta procedunt communi exponere & publicare iudicio, qui lucifuga serpens per anfractus euoluens serie sua tortuoseque procedens, qualis, quantumque sit aliquando prodiderit, & venenum prius solito solitus adspargere libertate, victoris totum pariter effuderit? Ab episcopis procedit edictum, Nemo vna substantiam dicat: hoc est, Nemo in Ecclesia predicet Patris & filij vna esse virtute. Quid egistis, o beatae memoriae viri, qui ex omnibus orbis partibus Nicaeam congregati, & sacris voluminibus pertractatis, perfectam fidei catholicae regulam circum inspecto sermone fecistis, dantes bene credentibus communis fidei dexteram, errantibus vero formam credendi? En labor vester, en anxia sollicitudo quod recidit, qua orientis mali semina, quantum in vobis tunc fuit, professione catholica nec auistis? Vetatur in Ecclesia predicari quod solum sanxistis ob haereticos de tegetas debere in Ecclesia predicari. Tollitur quod probastis, & quod danastis inducitur: quia mendacium adhibui, nisi destructa veritate non poterat. Destructioni quidem illa non subiacet, & vt est, semper incorrupta durabit, sed manus sibi sacrilegas inferentes, tanquam violatam puniuit. Nemo vna substantiam dicat. Quod piaculum, quod facinus in hoc verbo: qua ex parte catholicae fide pulsatur: vt rumne sono vocabuli, an interpretatione rei ipsius: Nihil fallor, interpretatio caret culpa. Substantia enim dicitur id quod semper ex se esse est: hoc est, quod propria intra se virtute subsistit, quae vis vni & soli deo competit. Vnitatum vero & familiare diuinis voluminibus hoc nomen nec ipsos puto ignorare qui negant, nauit enim ex persona Christi, Infixus sum in limo profundum, & non est substantia. Et rursum, substantia mea in inferioribus terra. Et substantia mea ante te est semper. Et substantia mea tanquam nihilum ante te. Et, Scrutetur scelerator substantiam eius. Sed & Salomonis sententia, substantiam, inquit, tuam & dulcedinem tuam, Et Hieremias. Si stetit in substantia mea. Et in Prouerbiis, Substantia diuitis, ciuitas munita. Et in eodem, domum & substantiam diuidunt patres filijs. Sed & Tobias. Si fuerit, inquit, tibi copiosa substantia. Et idem, filij ex substantia tua fac eleemosinam. Sed & Iohannes, Qui habuerit substantiam mundi. Et in Euangelio, Ecce, inquit, dimidium do ex substantia mea. Ideo haec in vnum exemplum conuictimus, ne sermo ille caperet indoctos, quod testari sunt, idcirco substantiam non predicandam, quia diuinis Scripturis nusquam inuenitur. Ergo si neque ipsum vocabulum substantiae sacris litteris nouum est, neque interpretatio eius habet crimem, superest vt dispiciamus qua ex causa repudietur hoc nomen. Despicientes autem, inuenimus illos non nomen, sed nominis repudiare virtutem. Quod si relucebit, erit apud nos intuitus nominis status, erit & illorum sensus in vitio, qui dum nouellas profanae intelligentiae vias quaerunt, a recto Euangeliorum limite recesserunt. Prius tamen quam adstruo quod sponendi, occurrendum est illis quae contrarium proponuntur. Aiunt enim inueniri quidem in diuinis voluminibus nomen substantiae, sed non statim pertinens ad eandem speciem quae inducatur a nobis. Ibi enim per substantiae vocabulum, aut virtutem aut diuinitatem significari. Et nos ergo vna Patris & filij substantiam vindicantes, quid aliud quam in vtro-

in vtroque partes diuinitas, vnus scilicet diuinitatis predicamus? De quibus diuinitas ait Apostolus, Nos, inquit, fecit Deus diuinitas gloriae suae, quod est Christus. Et vnam vtriusque dicimus esse virtutem, de qua idem Apostolus ait, Christus virtus Dei est. Quae quidem virtus, quia nullius extraneae opis indiget, dicta substantia est, vt supra diximus quicquid illud est sibi debens. Nihil ergo in hoc vocabulo nomen, nihil extraneum dicimus, nihil incongruens diuinitati, etiam in quamuis parte significantiae transferatur. Sed (vt coeperam dicere) omnis ista quae stio nominis, alterius est doloris: nec vocabulum, sed vis vocabuli displicet. Quibus enim accipere aures possint vnam Patris & filij substantiam predicari, hoc est, honorem, dignitatem, claritatem, virtutem maiestatem pari in vtroque veritate communem qui a Patre filium separant, & diuinitas substantiam in sua vnumquemque proprietate degentem, repudiat diuinitatis communionem proponunt: Hic ergo blasphemiam, hic dictum sacrilegus dolor, quo in patre filio recipitur Deus vnus. Mortuus enim autoribus huius veneni, scelera tamen eorum & doctrina non moritur. Illis, inquam autoribus in tantum a patre separantibus filium, vt ore sacrilego protulerint, filium Dei ante saecula quidem creatum & fundatum sed viuere & esse a patre suscepisse: & fuisse antequam nasceretur, & Deum quidem esse, sed non esse verum Deum. Successoribus igitur huius perfidiae, non fidei, per quos malorum serpit haereditas, merito vna substantia displicet, quam tolli velut scandalum & vnitatis diuortium postulant, ignorantibus illos tantum catholicos esse dicendos, qui in huius professionis communionem concordant. Illud autem quis ferre aequanimiter possit vt quem initium habere pro certo adserunt, huius natiuitatem habeant in incertum? Aut vtrumque in oculo habendum est, quia contemporale est: aut vtrumque esse cognitum debet. Alterum enim neque noscitur que ignorari sine altero potest. Habet (inquit) initium filius, sed est eiusdem occulta natiuitas. Non est iniquus, quis prodidit natiuitate: cur tacuit? Immo ipsa natiuitas vnde nota, quae asseritur ignota? Sed hoc loco homines omni spe bona vacui praescribunt Prophetam auctoritate dicentis, Natiuitatem eius quis enarrauit? non intelligentes iam tunc eos prophetali spiritu esse prauios qui datur erant initium Dei Verbo, hoc est Dei Filio. Natiuitatem, inquit, eius quis enarrauit? hoc est dicere, Nemo hominum poterit. Nemo enim potuit praeter ipsum qui sinum Patris edisserens, principaliter nobis secreta natiuitatis suae reuelauit. Nam & legitur ad eandem speciem dictum esse, Quis cognoscit sensum Domini? Sed rursum docemur, Nisi Spiritus qui in ipso est. Natiuitatem eius quis enarrauit? hoc est dicere, Nemo audeat enarrare quod non potest. Cur autem nemo poterit? quia scilicet non solum ex eo & cum eo, sed & in eo est qui caret natiuitate. Genitus enim ab ingenito, his diuinae gloriae bonis natus est quae penes ingenitum erant, & penes eundem ingenitum desinit pater habere quod genuit, eundem in semetipso habendo quod genuit. Huius igitur natiuitas ideo inenarrabilis nuntiatur, quia per ipsa inconceptus est, sed perfectus ex Deo patre filius Deus est, quia secundum Scripturas de filio diximus, ex eo & cum eo, & in eo. Ne quis significationum varietate turbetur, reddenda est ratio dictorum: & ne proposita con-

fundatur, reddenda compendio. Ex eo, autem: Cum eo, ad vniuersum: In eo, ad natiuitatem substantiae respicit. Hoc auditur in omnibus. Tunc diuinae dispositionis mysteria. Satis nostri. Natiuitatem, inquit, eius quis enarrauit? Quis enim possit secundum naturam enarrare natiuitatem quae contra naturam est? Hic enim solus est natus, natiuitatis suae conscius. Hic enim qui cui bona parentur, intelligens per naturam originem, Patri iuratur, ipsa illa conditione qua natus est. Natiuitatem, inquit, eius quis enarrauit? Et subiungunt nulli hanc proditam, quia soli scilicet & patri nota sit. Hoc est dicere subitulum fraude verborum, Genuit quidem filium pater, sed nemo scit vnde. Nam & similiter & Iudei dixerunt, Nos scimus quod Moyse loquutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit. Quemuis enim aliquando nobiscum faciant communionem verborum & nonnulla videantur dicta simpliciter infamia haeretice prauitatis adspargere, tamen quia ferè eorum veniunt aduersus fidem veram, necesse est secundum plura intelligi pauciora, praesertim quam siquid receptum fuerit contra fidem veniens, totius fidei damnatum sit. Nemo scit, inquit, quomodo genitus sit filius, nisi pater solus. Quid ergo sibi vult illa sententia, quia hoc Dominus ignorare nos nolens, Ego, inquit, de patre exiui & de sinu Patris? Proh dolor! Cur sectantes ignorantiae tenebras, ignorare nos noluit: & vtiue noluit, vt autore nobis cognito, status sui questio tolleretur. Non enim erat quarendum quis, quomodo, vel qualis esset, quum vnde esset nosceremus. Sed si hoc loco ipsius Domini sententia id confirmatum esse proponitur, dicentis scilicet, Nemo nouit Patrem nisi filius, nec filium quis nouit nisi pater, audient a nobis, ne fraudem faciant diuinae distinctioni. Sequitur enim, Et cui uoluerit Filius reuelare. Non est enim penitus occultum quod non potest reuelari. Reuelatur enim, si dignus reuelatione quis fuerit. Iam ergo haec notitia secreti causa non tegitur quae reuelatur ex causa & consequens est vt nos indignos cognitionem non iniquus habendus sit Deus qui ignorantiam punit. non autem puniret, si scientiam non dedisset. Dedit enim per Spiritum sanctum. Denique, Spiritus, inquit, veritatis enarrabit vobis omnem veritatem. Quum dicit omnem veritatem, certe nihil excepit. Hic est spiritus notitiae & veritatis, per quem Salomon de Dominica natiuitate, Quid sit, & inquit, sapientia, & quemadmodum facta sit referam, & ab initio natiuitatis inuestigabo eam. Ergo per eundem Spiritum possumus inuenire quod quaerimus. Nam & Apostolus, Reuelauit nobis, inquit, Deus per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam alta Dei. Nemo scit quae sunt in Deo, nisi Spiritus Dei: quem Spiritum, si in nobis habitare idem Apostolus probat, possumus ergo per eundem Spiritum, Dei nos inserere secretis. Et sanctus, Querite, inquit, & inuenietis: petite, & dabitur vobis, pulsate, & aperietur vobis. Et rursum, Pater, quae abscondisti a sapientibus, reuelasti ea paruulis: nobis vtiue, ad quos Dominus, Vobis, inquit, datum est nosse mysterium Dei. Illud vtiue mysterium de quo Apostolus, Quod ante, inquit, non fuit notum filiis hominum, nunc reuelatum est sanctis eius. Reuelatum planè. Ostendit enim eminentes diuinitas gloriae suae, in bonitate super nos Christo, quia ipse est in gloria Dei Patris. Ipse enim vera progenies. In

Paulus Tyri Episc.

Prou. 8.

Isa. 1.

Guil. 11.

Et de his Eusebius iuxta istum modum talia ad Paulinum. Quoniam enim neque duo ingenta audiuimus, neque unum in duo diuisum, neque corporale aliquid quod patitur: didicimus aut credidimus, domine, sed unum quidem ingentium, unum autem quod ab ipso uere, & non ex eius substantia factum, uniuersale natura eius que sit ingenta. Neque participans, uel non ex eius substantia, sed factum omnino, alterum natura & potentia, ad perfectam similitudinem et affectionis et potentie eius qui efficit quod factum est. Cuius principium non solum sermone inenarrabile, sed & excogitatione. Nec hominum solum, sed & eorum qui super homines omnino esse incomprehensibile credidimus. Et haec non legitis nobis substituente, sed a sancta scriptura didicimus. Didicimus conditum cum esse, & fundatum, & factum, substantia & immutabili, & ineffabili natura, & similitudine ea que sit ad faciendum didicimus. Sicut ipse dominus dicit: Deus condidit me principium uiarum suarum, & ante Leonem fundauit me ante omnes colles genuit me. Si autem ex ipso, hoc est, ab ipso erat sicuti pars eius, aut ex effluencia substantia, non conditum iam, neque fundatum esse dictum nec tu ignoras domine: Vere id enim quod ab ingenito existens est, conditum amplius ab altero, uel a seipso, aut fundatum non fuisset, a principio ingenitum quod fuisset. Si autem natum illud dicere, substantia quamdam praestare est, ueluti ex substantia paterna ipsum fuisset, & habere ex ipso identitatem naturae, cognoscimus quod non de ipso solo natum esse dixerit scriptura, sed & indistinctum ipsi in omnibus, naturaliter et in omnibus. dicit: Filios genui et exaltavi, ipsi autem me respicerunt. Et Deum qui te genuit dereliquisti. Et alibi. Quis inquit, est qui peperit glebas roris? Non naturam ex natura exponens, sed naturam inuisibilis que eorum, que generata sunt ex eius uoluntate generationem: nihil est enim de substantia eius: cuncta autem uoluntate eius facta unum quidque uel effectum est. Et ille quidam deus, quem ad similitudinem eius per ipsum λόγος similia futura: quaedam autem iuxta participationem substantia facta, omnia autem per ipsum a deo facta omnia autem ex deo. Quae accipiens & destruens secundum quae adest tibi diuinitus gratia, scribere domino meo Alexandro curra. Credidi enim quia scripseris ipsi, pudorem illi facias. Saluta omnes qui sunt in domino. Saluum te, & pro nobis orantem diuina gratia custodiat, domine.

MARI VICTORINI AFRĪ, VIRI CONSULARIS, aduersus Arium, Liber primus.

caute legendum bene opus.

Arij sententia. Eadem autem est. Eusebij sententia.

Ante omnes Aeonnes substantiat filius.

Similitudo nulla in diuinis

N primo sermone huius operis, & multa & fortiora quadam etiam horum, & amice cadide, & proposita atque tractata sunt abs te, sicut quancumque ut oportuit dissoluta quae tamē idcirco ista ex eorum Epistolis audire uolui mus, ut dū hac omni refutatione, conuincimus, illa quoque ex istorum refutatione vincamus. Et primū definiēde sūt Arii, Eusebij, & tertiū, in quo nobis cōsentiant, in quibus discrepēt, in quibus ipsi sibi uideantur aduersi. Arius ait, quoniam filius non est ingentus. Itē Eusebius, hoc idē quod duo nō sint ingenta. Nō bis quoque ista tertiū est: Arius, filius, inquit, pars ingentis nō est, neque est ex aliquo subiecto, hac duo & Eusebius. Et adiciit: Neque unū in duo diuisum, id est autē, filiū patrē ingentis nō esse. Sed Eusebius: Neque pars, neque affluencia, inquit, est. Hoc nos consimiliter negamus: Nā neque pars patris filius, neque affluencia quae manādo inde minus fecerit unde manarit: Iā uero ex nō subiecto esse ferre nō possumus, non quo nos ex aliquo subiecto esse dicamus, sed quod a patre ut filium. Arius, uoluntate inquit, dei subsistit filius ante tēpora, & Aeonnes. Idem & Eusebius. Nos ante omnes Aeonnes, & ante omnia tēpora sed genitū dicimus, nō factū, nō creatū, non fundatum. Arius dicit, filium factum, scilicet plenū deum, unigenitum, immutabilem, qui antequam crearetur non fuerit, propterea quod non sit ingentus: Hęc eadem Eusebius, adiciēs, quod filius omnia facienti sit similis: Nos cōtra nō enim similes, sed eundē dicimus, quippe ex eadem substantia. Praeterea addit Eusebius, principū filij sciri nec ab homine posse, neque ab aliqua superiore uel potentia uel excogitatione, & audet tamen dicere, figmentū esse filiū, uoluntate & sententia patris subsistere, non ex aliquo existenti. Istud non est principū filij dicere: si enim dicit hoc ex nō existētibz est. nō est patris neque pars, neque affluencia. Nō solū principia nouit, sed & uerū λόγος principiorum. Si autem non, quae audacia est dicere: Hoc deus, hoc Christus est? hoc pater, hoc filius? Nō autē dicimus, patrem uel patrem, filiū uel filium. Et primū ut ille uerficulis quinque quod adserēbat, docuissē se credidit, filium factum esse, nō natum, sic nos filium natum primum

sacra omni lectione docebimus. Deinde idipsum, hoc est, substantialiter filium, permittente dei spiritu, ut possumus adseremus. Atque ex hoc primum, sumatur exordium. Paulus ad Ephesios: Huius rei gratia flexit genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelis & in terra nominatur ut det uobis secundum diuitias gloriae suae uirtute confortari, per spiritum suum in interiore homine habitare Christum per sedem in cordibus uestris, in charitate radicatus & fundatus, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit laetitudo & longitudo, & altitudo & profundum. Scire etiam supereminentem scientiam charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potest super omnia facere abundantius quam petimus aut intelligimus, secundum uirtutē quae operatur in nobis, ipsi gloria in Christo Iesu, & ex illis in omnes generationes saeculorum. Quid ex his apparet: possibile esse cognoscere deum, & Dei filium, & quomodo pater, quo modo filius. Eusebius autem & illud in Euangelio secundum Ioannē. Deū nullus uidit unquam, unigenitus filius qui est in gremio patris, ille exposuit. Possibile igitur dicere de Deo, & idcirco & de filio. Quis enim de patre exposuit: filius. Quis iste: qui in gremio. Non solum igitur processit, sed & in gremio semper est filius, susticiens doctor de Patre. Quid enarrauit: quomodo deus. Et Iudaei ante & Ethnici enarrauerunt, quid ergo enarrauit: patrem deum, se autem filium, & quod ex eadem substantia, & quod a patre exierit. Dicit enim: Neque me nostis, neque patrem meum. Si enim me nosteris, & patrem meum. Hoc nunquam diceret, nosteris, nisi filius, & filius substantialiter, Si me nosteris, nosteris & patrem. Figmentū enim si esset, non ex ipso pater nosceretur, sed potentia dei & diuinitas, ut Paulus dixit: Inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta noscuntur, aeterna quoque eius uirtus ac diuinitas. Et spiritus sanctus exposuit de Christo, sicuti dicit Saluator in Euangelio secundum Ioannem: Spiritus sanctus quem mittet pater in meo nomine ipse uos docebit omnia. Si igitur sic sunt ista, didicimus & patrem & filiū & in sanctis scripturis, & a spiritu quē docto-

Ioh. 1.

Id.

Idcirco o nobis uiam praestat.

Ioh. 1.

Operari.

Ioh. 1.

Filius a patre pro-

doctorem habet fide sanctus uir. Dicamus igitur scripturas, & primum secundum Ioannem: Dicit enim quomodo λόγος & in principio erat, & circa deum erat, & quomodo deus erat λόγος. Nunquid de alio dicit λόγος omnino de filio. Quid ergo λόγος, si ex nullo est subiecto? quomodo λόγος potentiam habet, ut per ipsum creentur omnia, ipse qui sit ex nullo subiecto? Impossibile enim semen esse omnium quae sunt, quod ex nihilo factum est. Deinde si in principio erat, quomodo principium: secundum quod principium est, sine principio est, qui erat in principio, erat semper. Quae igitur audacia: quae blasphemia? Non erat aliquando dicere, toties Ioanne dicente: Erat λόγος in principio, erat ad deum, erat Deus λόγος ipse. Erat hic in principio ad deum. Licet enim erat, praeteriti temporis significationem habeat, frequenter non sine principio, sed hic sine principio accipiendum, quoniam dixit: In principio erat. Quod & uos significatis ante tempora, ante Aeonas dicentes. Omnia dicit, per ipsum facta sunt, & sine illo effectum est nihil. Etenim sine λόγος quid est, quod non ut sit accipiat? Solum enim λόγος, secundum quod λόγος, est & sibi, & aliis ipsum quod est, ipse praestet omnibus quae sunt. Et idcirco aequalis quidem patri. Causa enim principalis & sibi & aliis causa est, potentia, & substantia. Causa existens. Praecausa autem pater. Unde filius distabit hoc, quod mouetur & operatur in manifestationem, propter magnam nobis incognoscibiliter operante patre. Supra enim beatitudinem est pater & idcirco ipsum requiescere. Operari enim etiam, si imperfectionem operetur, in molestia motus ista beatitudo est, secundum quod est operari perfecta. Audi igitur & aliud: Quod est esse, pater est: quod est operari, λόγος: & prius est quod est esse, secundum quod est operari. Habet quidem ipsum quod est esse, intus in se operationem: si enim motus, hoc est, operatione, quae uita, aut qui intellectus est: ergo non est solum esse, sed ipsum quod primum est esse, propter quod est ei quiescere solum ipsum esse, est isto modo & quod est operari, quod est secundum, quoniam non intus, sed cum foris operatur, operari dicitur. Apparent enim operatione, & est, & nominatur operari, & ut generatio sui ipsius & aestimatur & est: sic igitur idipsum quod est operari, & ipsum esse habet, magis autem non habet: ipsum enim operari esse est, simul enim & simplex, & esse & operari, eorum quae supra sunt natura est declarans & fortitudo, secundum quod est requiescere, ipsum esse & substantiam, secundum autem quod est in motu esse, actionem operationem: hoc autem quod est in motu esse, declaratio est eius quod est esse secundum actionem. Et idcirco erat lumen, quod est uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in mundum. λόγος ergo lumen est, quod est uerum, & idcirco quod est factum in ipso uita est, & uita erat lumen hominum, & ipse λόγος lumen uerum in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, qui est filius dei, de quo dicit: Deū nemo uidit unquam, unigenitus filius qui est in gremio patris ipse enarrat de λόγος. Omnia supra dixit & coniunxit de filio, nullum alium filium declarans, quam & λόγος erat igitur filius ad deum, & in principio eorum sunt, & ipse est unigenitus, & ueluti prodicens

quidem a patre, ad patrem erat, propter hoc quod est operari, propter uero quod est esse, in gremio patris existens, enarrat de patre, declaratio patris effectus secundum quod est operari. Quod maximē pudet cum λόγος est ipse filius, ipse lumen, ipse uita. Quod deus est filius, sic dicit Ioannes: Et deus erat λόγος. Et rursum: Nullus ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit. Quod uita est filius, ut: Qui credit in ipsum non pereat. Et rursum: Sed habeat spem uitam aeternam. Quod filius: Unde filium suum unigenitum, tradidit filium dixit, & suum & unigenitum. Quid amplius ad uerum filium: quod ipse uita, ut: Omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam aeternam. Quod ipse filius Christus est: Non enim misit deus filium, ut iudicet mundum, sed ut saluet mundum. Quod lumen, de ipso dicit: Quoniam lumen uenit in mundum. Ioannes non erat uerum lumen, & idcirco dicit: Non sum Christus, sed quod missus sum. Missus est ergo Ioannes: Christus autem filius, qui desuper uenit, supra omnes est. Et rursum: De caelo uenies. Dicitur quidem quod sit missus a deo, ut filium enim misit deus. Sed ista duo, & uenies, & misit, & filium in patre, & patrem in filio esse significat, quoniam Christus uita Samaritani dicit: Tu ab eo peteres, & tibi daret aquam uiuentem. Et rursum: Omnis qui biberit ex aqua ista, iterum sitiet: qui autem biberit ex ista aqua, aqua quam ego dabo ipsi, non sitiet in omni saeculo, sed sciantis in uitam aeternam. Quod Christus saluator: Et scimus quoniam iste est saluator mundi. Quod filius dei est: Pater meus usque nunc operatur. Quis hoc dicit Christus. Quae blasphemia ipsius, patrem dicere qui non sit pater: quae ira Iudaeorum audientium patrem deum, & irascentium in eum, qui dixit, quod filius esset dei, cum non esset filius dei: si enim non fuisset, non diceret, sed dixit, & dei cultor dixit, ueritate igitur dixit, & idcirco incredulitas Iudaeorum puniuit. Post ista omnis responsio ad Iudaeos, & filium Christum, & patrem deum declarat: Quae facit pater, & ego facio, non facit filius a semetipso, nisi uiderit patrem facientem: pater enim amat filium, suscitatur a mortuis, suscitatur & filius. Habet pater uitam in semetipso, habet & filius. Et omnia deinde. Quod λόγος filius, & filius Christus: Et λόγος eius non habebitis in uobis manentem, quoniam quem misit ille, ipsi uos non creditis. Quod filius: Pater meus dat uobis panem de caelo uerū. Quod Christus non ab homine homo: panis enim ex deo est, qui descendit de caelo. Quod uita: Et uitam dans mudo. Et postea dicit: Ego sum panis uita. Quod ex deo: Non uidit patrem aliquis nisi qui est a patre. Quod pater & filius alius in alio: Sicuti misit me uiuens pater. Si uita filius, uiuens pater, filius in patre: sicuti enim quale prius est, deinde qualitas, sic uiuens primus deus, sic uita. Qui enim genuit uitam, uiuens est: uiuit uita a uiuente patre. Non enim ante uita, & sic Deus uiuens, sed deus uiuens prior. Sic uita, & sic uiuens uita. Et idcirco deinde dicit: Et ego uiuo propter patrem. Ergo & pater in ipso. Quod & panis est, & uita: Et qui accipit me, ille uiuet propter me. Hic est panis de caelo descendens: Non sicuti patres uestri manducauerunt, & mortui sunt. Manducans istum panem uiuet in omne saeculum. Nunquid homo ista dicit de semetipso, qui sit solum homo? si enim homo

disse, & semper a- pud cum fuisse, quo modo intelligatur.

Ioh. 3.

Ibid.

Ioh. 1.

Ioh. 4.

Ioh. 3.

Ioh. 5.

Ioh. 6.

Ibid.

Quae, Quae dicitur.

Ibid.

mo ista dicit, blasphematur, & peccantes non audit. Sed enim dicit Christus quod audiat illum deus: Non ergo peccator, neque homo. Et dictum est: Vana spes in hominem. Et dicitur: Nos vero in deum nostrum speramus. Christus ergo deus, non ab alia substantia: vivens pater, & ego vivo propter patrem. Et panis vite sum ego, qui istum manducatur, vivit in seculum. Cuncta ista vnam substantiam significat. Et idcirco dicit Iesus quod desuper est qui dicit ista. Si igitur videritis filium hominis ascendentem, ubi fuit prius? Quod spiritus deus est, dictum est: Spiritus deus est. Et quod filius spiritus est vivificans, quod ista fides sit perfecta in Christum, dicit Petrus: Verbum vite aeternae habes, & nos credidimus in te domine, quoniam tu es Christus filius dei. Quid est verbum vite aeternae? quoniam si quis te audit, vivit in aeternum. Quod a deo: ego scio ipsum, quod ab ipso sum. Quod substantia patris Christus: Ego in patre, & pater in me. Hoc non per dignitatem solum, sed per substantiam. Si enim per dignitatem solum, quomodo ipse dicit: Pater meus maior me est: & pater mittat, mittatur filius? Rursus autem datur filio a patre dignitas. Secundum hoc igitur pater in filio. Nunquid & filius dat dignitatem patri, non habenti substantiam? Igitur & pater in filio, & filius in patre. Sed ista. Et iterum quod ipse Christus, qui filius patris, & ipse est spiritus sanctus: Iesus stabat, & clamabat: Si quis est qui sitit, veniat & bibat, qui credit in me, quemadmodum dixit scriptura, flumina ex ventre ipsius manent aquae viventes. Est istud quidem dictum de illo qui accipit spiritum, qui accipiens spiritum efficitur venter, effundens flumina aquae viventes. Dat autem hunc spiritum Christus, dat & aquam viventem, ut ipse dicit, & scriptura de spiritu dixit istud. Venter igitur qui accipit spiritum, & ipse spiritus venter, a quo manant flumina aquae viventes: sicut scriptura dicit: Hoc autem dixit de spiritu quem futuri erant accipere credentes in ipsum. Nondum enim spiritus erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Sed rursus iterum flumina spiritus, venter autem ex quo flumina Iesus, Iesus enim est spiritus. Iam ergo Iesus venter de quo flumina spiritus. Sicut enim a gremio patris, & in gremio filii, sic a ventre filii spiritus. *duobus* ergo tres, & idcirco in omnibus unus deus. Quod non sit ex mundo: Ego sum lumen mundi, propter ipsum enim vivit mundus, ac vivit, quam diu obedierit ei. Quod omnes tres spiritus, iam dixit: Deus spiritus est. Et dicentibus quibusdam: Vbi est pater tuus: dixit: Neque me noveris, neque patrem meum: Si me sciretis, scire posses & patrem meum. Spiritus autem sanctus spiritus manifestus, ista autem omnia & pater, & ex patre, *duobus* ergo. Non enim spiritus ut alij illi enim a deo non ex deo, *duobus* igitur ista tria. Quod filius verus. Ego enim ex deo exiui, ut ex gremio patris, & advenio in mundum. Quod antequam in carne esset, erat Christus: Abraham pater vester letabatur ut videret diem meum, & vidit & gavisus est. Et rursus: Ante Abraham ego sum. Quod non homo: Cum sum in mundo, lumen sum mundi. Quis autem dedit caeco visum? homo: impossibile, & ego, quod filius dei. Tu credis in filium dei? Respondit ille: Quis est domine ut credam in eum? Dixit ipsi Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. Quod ex eadem substantia & po-

tentia: Ego & pater unum sumus. Et rursus: Pater in me, & ego in ipso. Unde dictum in Paulo: Qui in forma dei existens, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem deo. Ista igitur significant & vnam esse substantiam, & vnam potentiam: Quomodo enim ego & pater unum sumus? & quomodo pater in me, & ego in patre, si non a patre substantiam habuisset & potentiam genitus? de toto totus? & quomodo non rapinam arbitratus est, aequalem esse patri? Non enim dixit, non arbitratus est aequalem esse, sed non arbitratus esse rapinam. Vult ego inferior esse, non volens rapinam arbitrari aequalem esse. In istis enim arbitrari est, aut non arbitrari rapinam esse aequalem, quae sunt aequalia. Sed putavimus aequalem secundum potentiam dictum esse. Primum non est illud Arii dogma, quod maior est pater dignitate, potentia, claritate, divinitate, actione: aequalia enim dixit: & si secundum istud aequalia, impossibile secundum istud aequalia esse, si non & substantia eadem, dei enim eadem ipsa est & potentia, & substantia, & divinitas, & actio: Omnia enim unum, & unum simplex. Huc accedit, si ab alia substantia erat filius, & si maxime ex nihilo, quae illa substantia recipere valens istas divinitates & potentias: aequalitas aequali connectitur, & simile simili. Aequalis igitur filius & pater, & propterea & filius in patre, & pater in filio, & ambo unum. Sed ista nunc. At vero illa Ioannis videamus. Ipse Saluator dicit: Ego sum resurrectio: quoniam ipse vita. Quis autem iste? Martha dicit: Quoniam tu es Christus filius dei, qui in mundum venisti. Quod non sic filius quemadmodum nos: Nos enim adoptione filij, ille natura. Etiam quadam adoptione filius & Christus, sed secundum carnem: Ego hodie genui te. Si enim istud, solum hominem filium habet: Sed ante Adam ego sum deus, quod natura filius erat primum declaravit. Non igitur Phorinianum dogma verum. Deinde nos non gentes solum, sed & qui dispersi sunt filij. Dei igitur filius Christus, filij & nos, sed nos per adoptionem, nos per Iesum Christum, vos ut filij dispersi, num & Christus sic filius? Natura igitur Iesus filius, nos adoptione filij. Quod natura filius, & ipse dicit sepe: Pater gratias tibi ago quod me audisti. Et: Pater salva me ex ista hora. Et rursus: Ego ex ore patris processi. Ista non, ut nos dicimus, secundum patrem deum dicta sunt: Non enim mendax deus, nec impius, filium se dicens, & patrem deum qui omnino non esset: sed propter corpus passionem induxit, ut implerentur omnia in mysterio. Quod & antequam in corpore fuit Christus. Et glorificavit, & rursus glorifico: In mysterio enim in carne humiliavit semetipsum. Ergo ante istud, & post istud glorificatus est Iesus. Quod propter mysterium & timens inducitur, & postulans aliqua: non propter me venit haec vox, sed propter vos. Eadem similiter ista facio, non propter me sed propter vos. Quod filius hominis ipse Christus lumen in mundo filius dei est: Nos audivimus a lege, quoniam Christus manet in aeternum, & quomodo dicit tu, quod filium hominis oportet altificari? Quis est filius hominis? Dixit ipsi Iesus: Adhuc paupercululum tempus lumen in vobis est. Et deinde. Quam diu lumen habetis, credetis, in lumen, ut filij luminis efficiamini. Quod *duobus* deo: Ego sum via, & veritas, & vita. Nullus venit ad patrem, si non per me. Si cognovistis me, & patrem meum cognoscetis.

Venter effundens flumina aquae viventes.

Ioan. 8.

Ioan. 16.

Ioan. 8.

Ioan. 4.

scetis. Et: A modo cognoscitis ipsum, & vidistis ipsum. Et rursus ad Philippum: Qui vidit me, vidit & patrem. Non credis quod ego in patre, & pater in me est? Et rursus ista & talia, in quibus manifestum est, quod & pater est iuxta quod est, & filius est iuxta quod est, & idcirco duo sunt. Sed quoniam & pater in filio, & filius in patre, *duobus*. Non oportet igitur dicere duae personae, vna substantia, sed duo, pater & filius, ex vna substantia: dante patre a sua substantia filio substantiam in hoc in quo genuit filium, & ex *duobus* ambo. Quod ipse facit & faciet omnia, quoniam ego a patre: Et quod resurgitur in nomine meo, hoc faciam ut glorificetur pater in me. Quod paracletus & Christus: Si me dilexeritis, & mandata mea custodieritis. Et: Ego rogabo patrem, & alium paracletem dabit vobis, ut vobiscum sit in aeternum, Quis autem est alius paracletus? Spiritus veritatis, quem mundus videre non potest: Quod eum non videt, alium autem paracletem, id est, Christum viderunt, quod in carne, non crediderunt in ipsum. Quod potentia Christi sit paracletus: Vos autem cognoscitis ipsum, quoniam apud vos manet: Ergo dedit ipsum ipsis Christus, dixit enim manet in vobis, & in vobis est. Ex his quid apparet: Si deus spiritus, & Iesus spiritus, & sanctus spiritus, spiritus, ex vna substantia tria, *duobus* ergo tria. Quod a Christo spiritus sanctus, sicuti Christus a deo, & idcirco unum tria: Non vos relinquam orphanos, veniam ad vos. Et rursus dicit: Illa die cognoscetis, quoniam ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis: Secundum spiritum ista. Quod a filio paracletus: Paracletus autem sanctus spiritus, quem pater mittet in nomine meo, ille vos docebit omnia quae ego dixero. Manifestum ex his, quod in Christo deus, & in sancto spiritu Christus, primum paracletus Christus, paracletus sanctus spiritus. Deinde misit Christum deus, quae locutus est Christus, ipsa loquitur sanctus spiritus: Sed Christus locutus est in parabolis, & fecit signa: ergo in occulto omnia, quod ipse in carne erat, sicut ipse intus, sic & verum intus in parabolis & signis: Spiritus autem sanctus docet omnia: Etenim spiritus sanctus loquitur spiritui hominum, ipsum quod est loquitur, & quod est loquitur in nulla figura: Et ideo ipse docebit vos. Et quae loquitur: Quaecumque dixerit, dixit Christus. Dixero de futuro est. De quo futuro? Non eo quod nunc, sed eo quod post ascendere ad patrem. Et si iste paracletus veniens a deo in nomine Christi, illa docet quae dicit Iesus: ipse ergo Iesus, an ipse alter Iesus? an ipse altero paracleto: hoc est, spiritu sancto inest Iesus, sicut in ipso deus? Ista hac serie tribus dicentibus, & unum sunt tria, & *duobus*: quippe dicente Christo: Eo & venio ad vos, a deo alius dabitur vobis paracletus, qui quaecumque habet, a me habet, & quaecumque habet pater, tradidit mihi omnia. Etenim omne mysterium hoc est, pater in operas operatio, filius operas operatio, in id quod est regenerare: sanctus autem spiritus operans operatio in id quod est regenerare. Sed ista quidem & in aliis dicta. Quod *duobus*, hoc est Iesus vel Christus, aequalis est patri, & inferior: Eo ad patrem, quoniam pater maior est me. Item dixit Paulus: Non rapinam arbitratus est aequalia esse deo. Et id quod dictum est: Ego & pater unum sumus. Et quod operatio & pater, & filius: & quod non diceret, me maior est pater, nisi fuisset aequalis, accedat

eriam, si totus ex toto, & lumen ex lumine, & si omnia quae habet pater dedit filio: omnia autem sunt & substantia, & potestas, & dignitas, & aequalis patri sed maior pater: quod ipse dedit ipsi omnia, & causa est ipsi filio ut sit, ut isto modo sit. Adhuc autem maior, quod actio in actio: beator enim quod sine molestia, & impassibilis, & fons omnium quae sunt, requiescens, a se perfecta, & nullius egens: filius autem ut esset, accepit, & in id quod est agere, ab actione procedens, in perfectionem veniens, motu efficitur plenitudo. Sed quoniam in ipso, & in ipsum, & per ipsum gignuntur omnia, semper plenitudo, & semper receptaculum est, qua ratione & impassibilis & passibilis. Ergo & aequalis & inaequalis: Maior igitur pater. Quod paracletus a deo, & a Christo: Cum venerit, paracletus, quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis, qui a patre adveniet. Quod duplex potentia *duobus* ad deum: vna in manifesto, Christus in carne: alia in occulto, spiritus sanctus. In praesentia ergo cum erat *duobus*, hoc est Christus, non poterat venire *duobus* in occulto, hoc est *duobus* in spiritu sanctus: Etenim si non discedo, paracletus non veniet ad vos. Duo ergo & isti, ex alio alius, ex filio spiritus sanctus: sicuti ex deo filius, & conationaliter & spiritus sanctus ex patre. Quod omnia tria vnum, pater non silens silentium, sed vox in silentio, filius iam vox, paracletus vox vocis: Cum venerit spiritus veritatis, praebit vobis in veritate omni: non autem verum dicit a semet: Christus enim veritas: sed quaecumque audiet, loquetur, & ventura dicit vobis: Ille me honorabit, quoniam ex meo accipiet, & nuntiabit vobis. Deinde adiungit: Omnia quae habet pater, mea sunt. Dicit ergo: ex meo accipiet, quod vna motio, hoc est actio agens Christus est, & spiritus sanctus: & primum est vivere, & ab ipso quod est vivere, intelligere: Vivere quidem Christus, intelligere spiritus: Ergo spiritus a Christo accipit, ipse Christus a patre: & idcirco & spiritus a patre. Omnia igitur vnum, sed a patre. Quod Christus & a patre processit, hoc est, quod deus ipsum misit, hoc est a deo processit, dicit enim: quoniam ego a deo processi: processi a patre: Cognoscendum quod & dixit: & exiui. Sed quod a deo praeposuit a deo processit: quod significat, quod deus ipsum misit. Credite igitur hoc primum, quoniam ego a deo exiui. Quod autem a deo, & ut quis: Ab illo deo qui pater meus est: Exiui igitur a patre, & veni in mundum. Huius orationis naturalis ordo iste est: Processi a patre, exiui a deo, veni in mundum. Sed effectus est locutionis ordo ab hominibus: quoniam vos dilexistis me & credidistis, quod a deo exiui. Hoc enim primum in fidem. Deinde autem processit de patre, exponens a superioribus cuius erat dixit, unde & ipsi dicit: Credimus quod a patre exiit. Quid autem supra dimisit deum & patrem? non dicit enim, non sum solus: quoniam pater mecum est, & non est intelligere quod pater passus est: neque enim ipse, sed homo eius. Quod in resurrectionem carnis venit? Glorifica filium, ut filius glorificet te: sicut ei dedisti potestatem vniuersae carnis, ut omne quod dedisti ipsi, det ipsi vitam aeternam. Ergo non solum homo Christus, sed deus in homine. Credere quod hoc sit vitam habere, credere in dominum in deum & in filium eius: Est autem aeterna vita, ut cognoscatur te vnum & verum deum, quem praemisisti Iesum Christum. Quod fuit ante mundum: Et nunc habere.

lōyos aequalis est patri, inferior patri.

Pater quomodo maior sit filio.

Omnia vnum a patre.

Ioan. 16.

Ioan. 17.

est vitam aeternam.

siue potestates: omnia per ipsum, & in ipso constituta sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt, ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus à mortuis, ut fieret in omnibus ipse primarius: quoniam in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per ipsum reconciliare, & reconuere omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius siue ea quae in terris, siue ea quae in caelis. Totum mysterium in ista expositione dictum est, quod *ὁμοούσιος*, dicitur ex isto qui est imago inuisibilis Dei, quod filius primogenitus, quod non creatus ante omnem creaturam dixit: si enim & ipse creatus esset, non diceret, ante omnem creaturam: & propriè dixit primogenitus, quod est de filio. Iungamus ergo sensum: primogenitus ante omnem creaturam. Ergo hic genitus ut filius, illa creatura ut quae creata sit: non autem quod & alium postea genuit, sed quod ante omnem creaturam primogenitus. Est autem omnis creatura & eorum quae in caelis, & eorum quae in terris, visibilium & inuisibilium. Sine creatura ergo filius, natura igitur & generatione filius. Quod Christus *λόγος* est, & quod *λόγος* omniū quae sunt, ad id ut sint causa, & idcirco dictum est, quod in ipso condita sunt omnia & per ipsum condita: *λόγος* enim & causa est ad id quod est esse iis quae sunt, & est receptaculum eorum quae in ipso sunt. Quod autem omnia in ipso, ipsum receptaculum complectitur omnibus quae sunt, & ipsum est, & plenitudo: & idcirco omnia per ipsum, & omnia in ipsum, & omnia in ipso. Si igitur ex nihilo erat filius, quomodo ista? Sine fide igitur & impossibile sic ista talia esse. Et rursus, si non *ὁμοούσιος*, quomodo & pater plenitudo & filius? simul enim omnia plenitudo, an & *ὁμοούσιος* plenitudo velut anima, & alia quae creata sunt? Omnino impossibile. Etenim *ὁμοούσιος*, sicuti dictum, in alteritate est: alter enim similis substantia non potest dici, nisi in ipsa non sit, illius autem potentiae si altera substantia est, & ab ipsa quod est illis esse habent omnia quae sunt, impossibile est vnum esse omne: nunc vero Deo patre & filio *λόγος*, *ὁμοούσιος* existēte, quoniam per *λόγος* omnia in vna uocantur, & sunt à Deo omnia, & Deus omnia in omnibus, sine passione patre existēte, sicut idem monstratum est. Quod autem Iesus *λόγος*, qui & omniū quae sunt spiritus est uiuificans, & fons vitae aeternae, secundum mysterium ueniens in carnem, & in morte peccatorum uicit mortem, & in aeternam vitam mortua suscitauit. Quod autem Deus potentia est ipsius fontana aeternae vitae, & propterea filius est *λόγος*, fons vitae aeternae existēs potentia patria, primogenitus à mortuis, & idcirco omnia in ipsum conuersa unum sicut, hoc est spiritualia: ergo *ὁμοούσιος* Dei filius, quod aeternae vitae fons est, sicuti pater potentia ipsius, & quod per ipsum filium unum sicut omnia, quoniam per ipsum omnia. Quod Iesus, hoc est *λόγος*, & semet est, & velut elementum omniū quae sunt, maximè autē iam in *ἐνέσφα* & manifestatione eorum quae sunt, quod in eo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporalis, hoc est, in operatione substantialiter. In patre enim potencialiter omnia inhabitant. Et idcirco Iesus *λόγος* imago est patris Dei, hoc ipsum quod est potentia est, iam hoc quod est actionem esse: omne enim quod in actione exit, & imago est eius quod est potencialiter, & eius quod est potencialiter, filius est quod in actione est, ex iis filius &

Coloſ. 2.

Rom. 11.

Coloſ. 2.

pater *ὁμοούσιος*. Quod ex Iesu omnia, & ideo ex Deo omnia, omnia dico quae unque sunt, & non tenens caput Christi, ex quo omne corpus per actus & coniunctiones subministratum & productum, creuit in incrementum Dei: vnum enim omnia, etiam si differentia sunt, quae sunt: Non enim corpus totius uniuersū uelut aceruus est, qui aceruus tactu inter se solo granorum corpus efficitur, sed maximè quo alternatis in se inuicem partibus, ut catena continens corpus est: catena enim Deus, Iesus, spiritus, uox, anima, Angeli, & deinde corporalia omnia subministrata: Igitur plenitudo, quippe producta est. Si igitur omnia unum, quippe in substantia, multo magis Deus & filius, non solum in substantiā, sed consubstantiatum: Insubstantiata enim sunt omnia in Iesu hoc est. *ἐν τῷ λόγῳ*, sicuti dictum est: Oia in illo sunt condita: *ὁμοούσιος* autē ista non sunt: Nō enim quasi *οὐσία* est illud primū esse quod est deus, neque autem ut substantia imago, quod est filius, sed simul solum istorum, quod est esse diuinitatis ad causam est esse iis quae sunt, sola igitur *ὁμοούσιος* Deus *λόγος*. Ad Timotheū prima: Etenim confiterer magnum quoddam est pietatis mysteriū, quod manifestatum est in carne, iustificatum in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est in gentibus, creditum in mundo, receptum in gloria. Hoc non est de prima generatione, sed de secunda: hoc enim est magnum mysterium, quod Deus exinaniuit semetipsum cum esset in Dei forma, deinde quod passus est, primū in carne se esse, & humanae generationis fatum habere, & in crucem tolli. Non autem fieret ista mirabilia, si fuissent ille aut ex homine solum, aut ex nihilo, aut ex Deo secundum facturam: Quid enim exinaniuit, si non erat antequam esset in carne? Et quid erat, quod dixit aequalia Deo? Aequalis autem quomodo, qui ex nihilo factura esset? Idcirco ergo magnum mysterium, quod manifestatum est in carne. Fuit ergo antequam esset in carne, sed manifestatum dixit in carne: Intelligibiliter enim erat, & intellectuāliter, sensibiliter autem, & incarnaliter tunc manifestatus est. Potentia enim *τῷ λόγῳ* iuxta suam substantiam uita est, semper substantia, secundum quod uita est, & uiuificat, & reuiuificat, & non permittit esse in morte quae cunque uiuificat. In prima igitur motione omnia in vitam adduxit, & ista est *διέξοδος τοῦ λόγου*, quod quoniam à patre exiens, iis qui in caelis sunt, & angelis, aut thronis, uel gloriis, & huiusmodi quae sunt dedit suam propriam vitam potentia patria: *λόγος* enim omnium est, per quem facta sunt omnia. Et rursus, quod non esset uiuificare, nisi esset materia ad potentiam uiuificandi, effecta est materia mortua natura, quae uiuifaceta suas malitias emisit uiuificatione diuina, & corrupit hominem, sed *λόγος*, uita perfecta compleuit mysterium, & apparuit in materia, hoc est in carne, & in tenebris. Quomodo enim erat possibile apparere quod fuisset, nisi in carne, hoc est in sensu appareret: Omnia ergo effectus *λόγος*, & in omnibus, & genuit omnia, saluauit, & regnauit, uita aeterna existens in spiritu: Ergo iustificatus est, apparuit angelis, ueniens ergo praedicatus est gentibus. Fuit igitur antequam ueniret. Creditus est in mundo, sic enim & Esaias faretur prophetans: Laborauit Aegyptus, & mercimonia Aethiopiae & Sabaim: Viri altissimi in te ambulabunt, & tibi erunt serui, & retro te sequentur ligati manibus, &

In carne

speciem

sunt omnia

na cohaerentia.

I. Tim. 3.

Examine

quid sit.

descriptio

Christi

omnia ad

uitam

adduxit.

Esai. 45.

cis, & te uenerabuntur, & te precabuntur, quod in te Deus est, & non est Deus extra te: tu es enim Deus, & non sciebamus, Deus Israël. Praedictus ergo in mundo, receptus in gloria omnis diuinitas & ab initio, & initio & postea, & semper ab aeternis, & in secula seculorum: Amen. Vide autem & istud ad *ὁμοούσιον* quomodo spiritus dicit Esaias: In te Deus, & non est Deus extra te: Quod filio dicit domino nostro, manifestum in te Deus, hoc est quod dictum est: pater in me. Aliud autem: & non est Deus extra te. In isto uerbo omnes haereses praedicant, Ad istud quid dicunt omnes Iudaei? & qui dicunt hominem esse Iesum? & qui dicunt ex nihilo? & fuit quando non fuerat enim Deus, & semper vnus Deus: Si enim Iesus *λόγος*, & *λόγος* semper ad Deum, & *λόγος* vnus Deus, & non est alius, *ὁμοούσιος* ergo Deus. Et *λόγος* rursus si Deus est quod est esse, huius autem Dei, & eius quod est esse, uirtus & sapientia Iesus, hoc est *λόγος*, vnus Deus, & non est alter. Vnitas ergo *λόγος* & Deus, & ipsum quod est esse, & *λόγος* esse, idē simul in eo quod est esse subsistēs, & idcirco *ὁμοούσιος*. Quod autem *λόγος* est, hoc est uita & uox esse: Ista enim sunt uirtus & sapientia Dei quod est. Saluator Iesus progressio est, & generatio & in substantiam filietas processio, & in actionem effulgentia, & refulgentia. Hoc autem non fuit quando non fuit, sed semper fuit, semper ergo pater, semper filius: Et pater tantum pater, & filius tantum filius, ad patrem autem, quoniam id quod est esse, quod est Deus & pater, causa est *τῷ λόγῳ* ad id quod est ei esse, nec reuersam autem: & est proprium eius, quod primum est esse, quiescere. *τῷ λόγῳ* autem proprium mouere & agere, & non localiter moueri, neque in locum translatione, sed motione, quae anima est, meliore & diuiniore, quae propria motione & uita dat, & intelligentias parit, subsistens in se ipsa, & non discissa à propria potentia in operationem. Sed ista. Et rursus: Sunt enim & alia in sacra scriptura, quod Deus Iesus, quod ante Aeonem, quod filius, & natura filius, & in carne filius, & maximè in carne filius uocatus, quod tūc saluauit omnia *ὄντα*, & tunc uicit inimicitias diuinitatis, & omnem mortem, & quod ipse passus sit qui secundum motionem: pater autem non secundum cessationem. Si ista sic sunt, hoc deest solum, quomodo intelligendum *ὁμοούσιον*, aut *ὁμοούσιον* esse filium patris: Hoc enim dogma nunc expergefatum est, & quidem olim rumoribus iactatum, quod nō oportet dici *ὁμοούσιον*, sed magis *ὁμοιοούσιον*: nūc inuentum hoc dogma. Audent autem & hoc dicere, quod olim, nō dico quando olim: sufficit enim quod mihi non ab Acone, neque à praesentia Iesus, sed olim datum sit ante annos centum, concedo, & plures. Vbi latuit? ubi dormiit ante x. annos? cum in Nicea ciuitate fide confirmata per c. c. plures Episcopos, Arionitas excludentes, in qua Synodo istorum uirorum ecclesiae totius orbis lumina fuerunt. Vetus igitur dogma quod fugerat: si non fuit, & conuictum est, & nunc caepit: Si fuit, aut cōtentione siluit, aut cognitionis & ueritatis sententia fugatum est: forte & tunc tu patrone dogmatis non solum in uita, sed Episcopus fuisti: tacuisti & tu, & socij, & discipuli, & conditores, & toto tempore postea, uis que quo Imperator romae fuit praesens audisti multa contraria, cōiuiua existens istorum hominū quos

nunc anathematizas: iratus uel quod sine te fidem scripserūt. An coactus à magistris legatus uenisti in defensionem prodicionis? Sed quid differt, siue triginta, siue septuaginta, siue amplius, & siue saepius eadem fides in destructionem aliarum *ἀρέσεων* effecta est: una cum sit, & ab uno incipiens, & operata usque nunc. Tu autem scribis ista & dicis, quae SAMOSATEVS PAULVS, & MARCELLVS, & PHOTINVS, & nunc VALENS, & VRSACIVS, & alij istiusmodi in haeresi irreligiosi inuēti destructi sunt: Nunquid *ὁμοούσιον* dicentes? Non quomodo autem blasphemātes? SAMOSATEVS sicuti Arius: ex nihilo, & quod fuit quando nō fuit, & quod factura filius, & omnino omnimodis dissimilis patri. Quid MARCELLVS & PHOTINVS? Tantum hominem ex homine Iesum, & esse triadem extra Iesum. Et nūc VALENS, & VRSACIVS reliquiae Arij. Propria ergo blasphemia, propter quam eiccti sunt. Tum autem idcirco uicisti eos, quod *ὁμοούσιον* dicis, non enim dixerūt, *ὁμοιοούσιον*: & sic uicisti. Videamus ergo etiam & hoc quod dicis, & quomodo dicis, sic sapienter & Africi, & Orientales omnes: quare igitur scribis ad illos, ut eiciant à sancta ecclesia *ὁμοούσιον*? Dicunt ergo istud: Non oportuit ad eos scribi: si oportuit scribi, oportuit & persuadere illis, non solum iustione, sed rationibus, & sacris scripturis: debeas enim non solum *ὁμοούσιον* destruere, sed & *ὁμοιοούσιον* adstruere. Nunc autem supra infra in *ὁμοιοούσιος* peruerfionem nihil aliud dicis, quā quod istud dicentes necesse sit confiteri substantiam praexistere, & sic explosum patrem & filium esse. Primum non est necesse, Deus enim & substantia, & substantiae causa est, & omnibus quae sunt praexistit, & uniuersae existentialitati, & uniuersae essentialitati. Ab ipso enim omnia, & ea quae sunt, & nomina. Ex isto igitur Deo, substantiae principium qui est, & ideo qui sit substantia *ὁμοούσιος* filius in ipso & cum ipso. Quippe forma eius qui sit & imago & character, sine quibus Deus non intelligitur nec intelligentiam ascendit: non tamen quod non sit, quod est simplex Deus: & non quod ista quasi aliud, quod in ipso sunt aut ut accidentia, sed istud ipsum Deū esse, & sic esse *ὁμοούσιον* est quod est esse, & pater quod est esse. Quod autē sic esse filius est, deus enim quod est esse, sic autem esse *λόγος*, & hoc significat semper quod dicit: Ego & pater vnum sumus. Et: Pater in me, & ego in patre. Et: Si quis me uidit & patrem, *ὁμοούσιος* enim. Quid ergo dicit, dicens: praexistit substantia, *ὁμοούσιον* est? Quid uero si *ὁμοιοούσιον* est, non necesse est sic intelligere quod praexistit substantia, à qua duo ista substantia familia facta sunt? & secundum tuam rationē, & tu in idipsum incurris, quod metuis in *ὁμοιοούσιος*. Antibi soli licet intelligere *ὁμοιοούσιον*, patre dante substantiam filio, nobis autem non est ista excogitatio *ὁμοιοούσιον* esse, patre causa existēte ad hoc ut sit filius, substantiam deū esse & tu faceris, *ὁμοιοούσιον* esse, enim dicis & patrem & filium. Quis cui similis: secundum dignitatem, & dignitatem nominū filius patri? sed tamen & pater filio: sic enim sunt omnia ad aliquid, si istud est similitudo, & dicimus *ὁμοιοούσιον*, similem esse dicimus filij patri, & quomodo accipiemus Esaias dictū: dicit enim: Ante me non fuit alius Deus, & post me nō erit similis. Quid ergo *λόγος*: ante Deum, an post Deum, an cum Deo? si ante Deum, non ingenuus Deus, nec pater Deus,

Pauli Samosatensis haeresis.

Valens, & Priscianus reliquiae Arij.

Esai. 43.

nec principium principiorum: si autem post Deum
 οὐκ ὁμοιος, sed similis alius Deus. Sed si istud nefas
 dicis, non solum potentia, dignitate, deitate, sed &
 substantia: quid est esse substantia simile? Ex ipsa ista
 substantia, secundum quod ista ipsa substantia est,
 idem est, non simile: simile enim qualitate efficitur,
 quae similitudo colore, habitu, affectione, virtute,
 forma similitudo est. Iesus autem, hoc est λόγος,
 imago est Dei: non similitudo. Imago Dei dicitur,
 non enim Deus imago, sed Deus imagine & sub-
 stantia Deus, non ut duo, vna enim substantia, & v-
 na imago, vnde vnus Deus, & vnus λόγος, & vnus
 pater, vnus filius, & ista vnum: vnum enim & istud
 vnum, non duo: & ideo simul, & substantia ipsum
 quod est alterum vnum, & ideo istud non alterum
 vnum, sed magis & solum vnum. Sed ista. Et rur-
 sus, quid dicimus esse substantiam, sicuti sapientes
 & antiqui definirunt? quod subiectum, quod
 est aliquid, quod est in alio non esse. Et dant dif-
 ferentiam existentiae & substantiae, existentiam
 quidem & existentialitatem praesistentem substi-
 tantiam sine accidentibus, puris & solis ipsis quae
 sunt in eo quod est solum esse quod subsistat, sub-
 stantiam autem subiectum cum iis omnibus quae
 sunt accidentia, in ipsa separabiliter existentia, in
 vsu autem accipientia & existentiam, & substanti-
 am, vbi cuique eodem modo esse aliquid significat
 res vtiur istis nominibus. Sit igitur sic, siue in
 aeternis siue in mundanis: licet enim dici siue exi-
 stentiam, siue substantiam, siue quod est esse ve-
 re substantiam: ibi motio est, & non simpliciter
 motio, sed prima motio, quae genus sit, & ipsa
 status, & idcirco ipsa substantia. Sed ista & lon-
 gioris & alterius quaestio. Nunc autem fate-
 mur, quod sit ibi substantia, quae habet secundum
 proprium significatum hoc, aliquid esse, aduer-
 sus autem eos qui dicunt nomen substantiae non
 esse positum in sanctis scripturis. Nomen quidem
 substantiae forte non est, denominata à substantia
 ἐπιούσιος sunt, vnde enim deductum ἐπιούσιον quàm à sub-
 stantia? Da panem nobis ἐπιούσιον, hodiernum.
 Quoniam Iesus vita est, & corpus ipsius vita est,
 corpus autem panis, sicuti dictum est: Da nobis
 panem de caelo. Significat ἐπιούσιον, ex ipsa, aut in
 ipsa substantia, hoc est vitae panem. Si rursus &
 Paulus in ad Titum Epistola: populum πειρασμόν,
 circa substantiam, hoc est circa vitam consisten-
 tem populum, sicuti & in oblatione dicitur: munda
 tibi populum circum vitalem aemulatore bono-
 norum operum circa tuam substantiam venien-
 tem. Videtur mihi idē significari in Hieremia Pro-
 pheta, vbi dicit: Quia qui stetit in substantia do-
 mini, & vidit verbum eius: qui praebuit autem &
 audiuit. Et post modicum dicit: & si steterint in
 substantia mea, sed in substantia substantia scribunt,
 nō in substantia: Sed si quis intellectum certē in-
 telligit, nihil aliud inuenit, nisi istud: Si quis in eo
 quod Dei est esse steterit, hoc est in substantia, quod
 in ipsa ὁμοούσιος filius, statim λόγον eius videt, debe-
 rit enim quod vterius nō est, interius aliquid sta-
 re facere. ὅτι ἡ οὐσία in substantia substantia Dei, hoc
 est in substantia, & statim comprehendimus &
 Deum, & λόγον, ὁμοούσιον enim, & simul ambo vnū.
 Sed videris. Supponamus dicere substantiam Dei id
 illud quod est esse, & τὸ ὄν ἡ οὐσία ἢ ἡ οὐσία, esse Deū,
 & pietas, & cōfessio: quae igitur substantia dei? Si sub-

similitu-
do quali-
tate effi-
citur.

substantia
quid sit.

Item
substantia
nō est
quod
ἐπιούσιος
sunt.

Tit. 2.

Oratio in
Missis.

Declara-
tur Hie-
remia lo-
cus.

stantia dicitur in mundanis, ut animal ut homo, neces-
 se est dicere in aeternis substantiam esse Deū, sed vides
 ipsum Deum iuxta quod esse, quod dicimus, aut lu-
 men, aut spiritum, aut ipsum esse, aut potentiam e-
 ius quod est esse, aut intelligentiam vniuersalem, aut
 potentiam vniuersalem intelligentiam, aut vniuersalem
 vitam vel actionem, aut aliorum istiusmodi in quo sit,
 fontem esse omnium eorum quae verē sunt, aut quae
 sunt: Sed dicunt scripturae lumen esse Deum, spiri-
 tum esse: haec autem substantiam significant, non
 enim accidens, cui enim primo quod est esse acci-
 dit, si istud accidens: Sed nulli: impossibile enim vl-
 tra esse aliquid supra quod est esse. Ergo substantia,
 iuxta quod est esse lumen, & spiritus, quod est sim-
 plex & incopositum, quae ibi & idem lumen & spi-
 ritus: est autem lumini & spiritui imago, non à ne-
 cessitate naturae, sed voluntate magnitudinis patris:
 ipse enim se ipsum circumterminauit. Et idcirco di-
 citur, tu te ipsum intelligis, sed & filio intelligibilis,
 filius ergo in patre imago, & forma, & λόγος, &
 voluntas patris, iuxta quod voluntas patris, alteri
 iuxta quod voluntas patris filius: Omnis enim vo-
 luntas progenies est, iuxta quod vniuersalis volun-
 tas, vniuersalis, semel enim totius plenitudinis λό-
 γος profiliit à potentia Dei, ista potentia λόγος ex-
 istens genuit λόγον, hoc est, in manifestationem &
 operationem adduxit. Sic igitur voluntate patris,
 voluntas apparuit ipse λόγος filius, est igitur Dei
 voluntas λόγος, cum ipso qui semper est, & ad ip-
 sum ipsa voluntas filietas est: Pater ergo, cuius est
 voluntas, filius autē voluntas est, & voluntas ipse est λό-
 γος: λόγος ergo filius: Non enim λόγος locutio quae dā-
 tur est, sed potentia ad creandum aliquid, confabulans λόγος
 iis quibus futurum est esse secundum ὁμολογησὶς vir-
 tutem vnicuique propriam substantiam, & ipse λό-
 γος forma, quae cognoscētia est Dei: per λόγον enim
 solum cognoscētia efficitur. Propter quod dictū
 est λόγος esse ad Deum, & est λόγος verbum, lumen
 à lumine, aut spiritus à spiritu, & substantia à substā-
 tia, nō prima & secunda secundum tempus, sed se-
 cundum quod causa est alij, ut sit potentia: semper
 simul, non enim abscissa est essulgentia luminis, sed
 semper in lumine est, & ipse lumen existens ope-
 ratur omnia, λόγος existens à se mouens, & quae sem-
 per mouetur copiam habens: illud patris omnipo-
 tentem esse. Quae igitur hic similitudo, quae consi-
 lio ut efficiatur & generetur, ut dicis, ad genera-
 tionem filij? A se mouens pater, à sese generans fi-
 lius, sed potētia patris sese generans filius: voluntas
 enim filius, vnde enim si ipsa voluntas non est à sese
 generans, nec voluntas est, sed quoniam Dei est vo-
 luntas, eequidem ipsa quae sit generans generatur in
 Deo: Et ideo Deus pater, voluntas filius, vnum v-
 trunque, magis autem & vnum, & solum vnum nō
 cōiunctione, sed simplicitate: progressa quidem vo-
 luntate in potentiam actuosam, non abscedente ta-
 men à substantia propria & eadem motione: Ista e-
 nim tria ibi vnum sunt, substantia, motio, voluntas.
 Substantia pater, iuxta id ipsum motio & voluntas:
 rursus filius motio & voluntas, & iuxta id ipsum &
 substantia, & hoc est ὁμοούσιον. Habeamus exempli gra-
 tia istud quod ego nunc dico: sic enim nūc oportet
 dicere, quoniam multi in anima corpus esse dicūt, sed
 nūc secundū dicendi vsum anima sit in corpore. A-
 nima in humano corpore est, in eo quod anima est,
 substantia est, sicuti vel hyle, vel corp^s. Iste em̄ in mū-
 danis

Lumen esse
Deum.

Voluntas
patrie
filius
est.

quod dā-
tur est.

E

danis duae substantiae. Et sicuti hyle formam habet,
 hoc est speciem, ut est corpus, aut aliud aliquid, vñ
 quidem ἁλικώς est in molem concretum: Necessē
 est enim aliquid quandam quantitatem esse, quan-
 tumcunque igitur est quod est hylīcū. Sic enim quā-
 titate definitur hyle, ut subsistat, & substantia fiat,
 iam aliquid existens. Isto modo & anima, substan-
 tia incorporalis quae sit, definitionem & imaginem
 habet: vitalem potentiam & intelligentialem, bi-
 potēs enim, & gemini luminis: etenim & viuificat,
 vitam dans animalibus, & habet coinquinatum ἔν-
 νοῦν, & ὁμοούσιον, & idcirco ὁμοούσια omnia simul
 enim substantia & motus id ipsum cum sit, secundū
 subiectum anima, iuxta quod viuūt & viuificat: &
 iuxta quod intelligit, & intelligentia est vna mo-
 tione, ut vna ipsa cum sit, quae species est ipsius de-
 finitur enim motione, & existit vnum ὄν, duplici po-
 tentia in vno motu existente: vitae & intelligentiae,
 impassionaliter quidem ista, in actione duo, in vna
 motione, id est quod generatur, & filius vniuersalis
 animae ipse vita, ipse vsq; existens, & prima potentia
 cum eo quod ei esse, vita est, quo enim est, hoc est
 quod est vita: illud enim esse itū ipsi quod substan-
 tia est, & vita est, & supra vitam est, non enim aliud
 viuificat, neque semetipsum: non enim ab alio quasi
 aliud accipit, hoc enim ipsius quod est esse, ipsi est
 moueri, & motionem esse, & quod est motio, hoc
 vita est, & quod vita est, hoc est intelligentia. Ista e-
 nim substantia dico, motiones, vitam, intelligen-
 tiam, nullam dicens sensibilibus motionum, nec in
 locū transitum: duo ergo haec, vita, & intelligentia
 ὁμοούσια sunt ei quod est esse, & anima. Quae
 duo vna est motio, quae quidē prima potentia vitae
 est, forma enim eo quod est esse, vita est. Definit e-
 nim infinitū esse, quod est prima potētia motionis,
 secūda autē potētia ipsa motio, quoniam quod defini-
 tur, & intelligentia cōprehenditur à vita, innata in-
 telligētia substantiaque sit, iuxta quod est intelli-
 gentia & subsistens, & per semetipsam deducta à
 substantia vitae. Vñ haec duo, & vnum iuxta motū
 filius est, vniuersalis anima, nihil passionis patientis
 iuxta quod animae est: hoc autē est vel mater, vel pa-
 ter vniuersi filij, motione in duplicem potentiam
 procedente, quae sola patitur: motio enim passio, &
 motione passio, in motione enim motio & status:
 statum autem esse in motione passio est, & in mo-
 tione esse à statu est passio, ergo & motio: motione
 igitur omnis passio. Haec autem duplex, secundum
 vitam & intelligentiam, secundum vitam quidem
 passio, quod adhuc indiget alterius quod vult vi-
 uescere, & ideo iuxta quod ei est particeps, & alias
 patitur passiones vsque in mortem. Secundum
 autem intelligentiam, quoniam & ista indigens est
 eius quod intelligibile est, ut intelligentia subsi-
 stat, magis passiones & infirmitates incurrit, & vo-
 luitur insensibilibus, & per phantasia in falsam
 substantiam circūducitur. Ista igitur existentibus,
 ista patientibus, manet anima iuxta substantiam,
 custodiens in semine motionis potentiam vi-
 tae & intelligentiae, quae semper manente vita & in-
 telligentia accenditur, magis autem erigit, si in fon-
 tanam vitam, hoc est, in Christum, & fontanam in-
 telligentiam, hoc est, in sanctū spiritum resurgit refu-
 scitata anima. Sed ista sicut in similitudine. De Deo
 enim, & de λόγῳ, hoc est, filio Iesu Christo, & spiri-
 tu sancto diuiniore intelligentia ventres, suscipiamus

hyle

anima
quae acci-
ditur

substantia
hyle

anima
quae acci-
ditur

fontana
vita christi
sua est

istorū ὁμοούσιον vnitatem. Primum inquirendum, si
 idem est Deus, & Deo esse, an aliud aliquid. Si idem,
 iam & esse est, & agere: Si autē aliud Deo esse, aliud
 Deū esse, praesistentiale est Deo esse, quippe in po-
 tentia existens ad id quod est esse, quod verē magis
 id est quod est esse: potentia enim omnia praesistēs
 & principium, & ante est quā verē ὄν. Sed
 istud beate, in quiete esse aestimant omnino omni-
 modis: in motu solum quod causa sit omnibus in
 qualicunque motione existentibus. Et dicunt istud
 praesistentia concipi, quae ipsa per semet nihil est,
 sed cōceptione quod praesistit suscipitur. Sed scri-
 ptura, & omnis intelligentia istum Deum & esse
 dicit, & ante ipsum nihil esse, qui & id est quod est
 esse, & id quod operari. Istum Deum confitemur
 & colimus, principium omnium quae sunt: actio-
 ne enim sunt, quae sunt: ante enim actionem non-
 dum sunt, actuosam enim Deū accipimus, sicut in
 principio fecit Deus caelum & terram, & fecit an-
 gelos, hominem, & omnia in caelis, & in terra. Iste
 igitur verus Deus, & solus Deus, quia & potentia
 & actio est Deus, sed in aeterna: ut Christus & po-
 tentia & actio, sed iam foris & aperta. Pater igitur
 Deus prima actio, & prima existētia & substan-
 tia, & principale ὄν, actio est à se sua seque qui ge-
 neret sine principio, semper existens à se, existens
 infinitus, omnimodis perfectus, omnipotens im-
 mutabilis, semper sic, & eodem modo existens, sub-
 stantialis in semetipso, λόγος existens ad id ut sunt
 omnia, non ut aliud aliquid, aut ut alterum, sed si-
 mul simplicitate coexistens, & vnitone vnum est:
 hoc enim quod λόγος est, id ipsum est quod est esse,
 & ipso quod est esse, λόγος est: ipse enim λόγος Deus
 est, vnum ergo & ὁμοούσιον, non enim sine actione
 Deus, sed intus operatur deus, sicuti dicitur. Substan-
 tia autem Dei imago est, actio, filiusque est, per quā
 intelligitur, & quod sit declaratur: Qui me vidit,
 vidit patrem. Et ipsa substantia existens, habens esse,
 & à se Quoniam autem causa ipsi est id in quo est,
 imago ipsa filius est eius, in quo est ineffabili gene-
 ratione, & maxime ingenerabili generatione, aut
 magis semper generante generatione: quod & A-
 T H A N D E R dixit. Et dicitur semper pater, sem-
 per filius simul existens. Ergo & semper cōsubstā-
 tialis coexistens, vnum existens, in patre filius est, cū
 autem operatur, procedit: cum procedit, in filio est
 pater. Quomodo autem istud dicemus. Deus & λό-
 γος vnum est & vnitum, & idcirco ὁμοούσιον, sed
 quod Deus, iuxta quod Deus est, eius quod & esse
 potentia est, & omnium quae sunt, ad id quod est esse,
 causa est λόγος iuxta quod λόγος est, paterna est po-
 tentia, ad subsistere facere ipsum quod est esse:
 principale ipsum quod est esse, & principium, &
 perfectio: Ab eo enim quod est esse vniuersale, &
 supra vniuersale omne vniuersale esse, & iuxta ge-
 nera, & iuxta species esse, & indiuidua, quod est esse
 illis habet. Si igitur λόγος habet esse, est enim λόγος
 id ipsum quod est esse ipsi & λόγος, ergo ex illo quod
 est supra vniuersale esse, esse est, sed vniuersale quod
 est esse λόγος est: deus autē id quod est supra vniuersale
 esse filius autem quod est vniuersale esse: pater
 ergo supra vniuersale quod est esse, ὁμοούσιον ergo
 in eo quod est esse, ad id quod est esse, & q; supravniuersale
 ad vniuersale: hoc autē & progressio est, ab eo
 enim quod est supra vniuersale, vniuersale egreditur, &
 magis certē intelligēti & egreditur, & manet nō em̄

Deus a-
ctuosus.

Deus pri-
ma exi-
stētia est.

Iob. 1. 4.
Vilius a-
ctio patris

λόγος
paterna
potentia
est.

Deus immutabilis.

Ioh. 1. λόγος

Coloss. 1.

λόγος imago Dei ab aeterno.

Ibid.

Ioh. 1.

λόγος esse imaginem Dei.

dereliquit vniuersale. Ergo & subsistit per semetipsum quod est vniuersale, & intus est in eo quod est supra vniuersale, connexum ergo est, & inseparatum est, & istud luminis refulgentia dicitur, omnia luminis habens, sed non accipiens, neque enata, sed connaturalis, *ὁμοούσιος* semper existēs. Non igitur motu locali, neque immutatione: immutabilis enim pater, & immutabilis filius, & semper pater, semper filius, etiam si filius credatur in patre imago existens, & eius quod esse forma, sicut dictum est, sicut iuxta progressum refulgentia luminis filius est. Iis sic existentibus, & magis vnum existentibus, refulgentia enim splendor luminis, & ipsa in se lumē habet ad patrem, & in lumine est, & foris: ergo & in patre filius, & quod adnexum est, splendor luminis, magis ad lumen esse splendor dicitur, non in lumine, etiam si a lumine respiciatur in lumine est, & hoc significat: In proprio erat λόγος, & λόγος erat ad Deū, *ὁμοούσιος* ergo & filius & pater, & semper ista, & ex aeterno, & in aeternū. Dicimus & alia. λόγος est ad Deum, in cōfessio est. Quid est λόγος? per quem omnia, & in quo omnia, & in quem omnia, istum esse & Iesum in cōfessio est. Quod λόγος, est filius Dei, filius autem Iesus, de quo dicit Paulus. Qui nos eruit de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij claritatis suae. Quis igitur iste filius ipse inquit, in quo habemus redemptionem, per sanguinem ipsius remissionem peccatorum nostrorum. Iste quis est? qui natus est ex Maria. Quid deinde istud solum? nunquid maxime quod in eo, qui ex Maria erat? Erat & ante quā ex Maria. Quid autem inducit, qui est imago Dei? nunquid hoc solum, de Maria? non imago enim Dei ex aeterno imago. Si igitur in filio habemus spem, & ipse per sanguinem suum redemit nos: ipse autem imago est Dei, imago ergo filius est Dei. An ego dico istud? Non solus, sed & Paulus, quomodo enim dicit? Primogenitus omnis creaturae. Quis primogenitus? filius. Quis filius? filius qui ex Maria. Quis filius ex Maria? primogenitus totius creaturae. Quis totius creaturae primogenitus? qui imago Dei est. Necessesse est enim primogenitū esse ante omnem creaturam imaginem Dei. Quis autem est imago? λόγος: Qui λόγος? qui erat in principio: Sine enim imagine Deus quomodo? Et quis λόγος qui ad Deum erat, & per quem effecta sunt omnia, & sine quo effectum est nihil? Quomodo imago λόγος est? & λόγος filius? & ipse qui de Maria? magis autem qui in eo qui de Maria. Ex iis manifestum, si filius Dei redemit nos per sanguinem suum, qui de Maria filius est, & ipse imago est Dei, Dei est filius: si enim totius creaturae primogenitus, necessariū filius, nūquid alius? Absit vnigenitus enim Dei est filius. Necessesse est ergo eundem ipsum esse filium, & imaginem, & eum qui de Maria. Quomodo enim imago Dei filius, si non primogenitus totius creaturae? Et quomodo imago Dei, qui filius de Maria post omnia facta natus est? Manifestum ergo, quod ipse primogenitus. Quid vero quod natum est de Maria? non creatura est, sed si filius Dei, imago dei ante omnem creaturam natus est, ipse est in eo, qui de Maria natus est. Manifestum igitur quod ipse vnigenitus. Post istud perspicendum, quomodo idem ipse & imago, & filius λόγος est: in cōfessio est quod imago filius est. Dixit enim Paulus: filius Dei imago est Dei. Dico ipsum esse λόγον, de quo dictum est:

In principio erat λόγος. Dicit enim Paulus quomodo modo filius primogenitus totius creaturae, quod in ipso creata sunt omnia, quae in caelis, & quae in terra, quae visibilia, & quae inuisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates. Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt. Vides quae dixerit de filio, quod ideo primogenitus, quia omnia creata sunt in ipso, & per ipsum, & in ipso. Tria ergo dicit, ex quibus quod dictum est, omnia per ipsum, cui datum est semper, quod in confessione est τὸ λόγος. Si igitur Paulus filio dedit: per ipsum, ipsum autem quod est per ipsum, dedit Ioannes τὸν λόγον, primus Apostolus & Euangelistes, ante omnes consonant dicta. Quid erit dubitandum, ut non sit filius λόγος? Quid vero alia duo quae dedit filio, cuius magis propria? necessariū τὸν λόγος: potentia enim eius omnium quae sunt existentia est. Sed si & istud, in ipso sunt omnia, ut dictum est, quod in ipso creata sunt omnia, & ideo in ipso omnia, quoniam efficientur omnia spiritalia, quod & Paulus significat, in cōsummatione mundi: Nam cum omnia illi subiecta fuerint, tunc ipse subiicietur ei, qui subiicit ei omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Quid istud, & quomodo, posterius. Nunc quomodo spiritalia: Verum igitur quod de Maria filius est Dei, & ipse imago, & ipse λόγος, & ipse ante secula & omnem creaturam, & quod omnis creatura per ipsum creata est, & in ipso, ex ipso, & consequenter, quae dicta sunt. Quis ergo sine sensu, quis sacrilegus Arius? quis sine Deo non videt quis Iesus? & vnde filius vnigenitus (Esse autem & Deum, λόγος ὁμοούσιος, hoc est & patrem, & filium, ex istis manifestum, quae dedit filio Paulus, eadem dedit & patri, tria ista cum dignitate paterna in vno, ut appareret & diuinitas vna, & substantia, & potentia paterna. Ad Colossenses istud dixit de filio. Ad Romanos autem de patre eadem: Quis enim cognouit mentem domini? aut quis consiliarius fuit eius? aut quis prius dedit, & reddetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia. Vides quemadmodum eadem, & sic eadem dedit & patri, & filio, in ὁμοούσιος primum tria & tria, deinde eadem & patri, & filio: hoc autem per quem omnia & patri & filio datum est: quoniam filius λόγος, qui est omnium quae sunt potentia actiua, in ea quae sunt, & quod in filio pater est, in ipso & pater actiua potentia existit: simul enim & filius, & in patre, & pater in filio: vna ergo potentia, hoc est, vna substantia existit, ibi enim potentia, substantia: non enim aliud potentia, aliud substantia. Idem ergo ipsum est & patri & filio: Hoc autem ex quo omnia, patri dedit, à patre enim omnia, & ipse filius: hoc igitur patri ut proprium, filio autem istud ut proprium, in quo omnia, quod λόγος, & locus est: factorum enim & operum per semetipsum ipse est receptaculum: Ibi autem existentibus omnibus quae sunt efficitur plenitudo: etenim & Iesus pater est omnium operum, eorum quae per semetipsum. Vnum ergo pater & filius. Sed quod non extrinsecus ingrediuntur opera: vnde enim: nihil enim extra, in seipso ergo omnia creauit, in ipso ergo omnia, ipse ergo & receptaculū & habitator. Et quoniam in filio pater, & pater habitator, proprium igitur filio in quo oīa, reliquū ergo hoc, & in ipso hoc dico esse commune

Eadem est Dei potentia, quae substantia.

1. Cor. 8.

Coloss. 1.

1. Cor. 15.

Ibid. 10.

1. Tim. 2.

cōmune, in cōsummatione enim vni omnia, & ideo Paulus ad Corinthios dicit: Vnus Deus pater ex quo omnia, & nos in ipso, & vnus est dominus Iesus, per quem omnia, & nos per ipsum. Aut quomodo alij in ipso: quoniam & in aliis locis sic positum est de patre, ex quo omnia, per quem omnia, in ipso omnia. De filio autem, in quo omnia, per quem omnia, in quem omnia: aequalia igitur omnia & filio & patri dedit Paulus recte. Quod ὁμοούσιος pater & filius, & idcirco dictum est, Tunc ipse subijcietur ei, qui subiicit ipsi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus, vide virtutem dicentis: concludit enim ὁμοούσιος, filius subiicit patri omnia virtute sua, ut videtur, sed ut est paterna: dicit enim subiicienti ei omnia. Cui subiicietur? Deo. Quis subiicitur filius? filius, cui subiicit omnia Deus. Actio igitur & pater & filius. Substantia igitur vbi? In qua actio ipsa, magisque sit actio, quae est substantia, ὁμοούσιος, ergo dicit Paulus, & hoc cum tradiderit regnum Deo & patri. Ipse igitur nunc regnat, & secundum propriam actionem Christus subiicit omnia, & inimicitias, & ipsam mortem exterminat, ipse igitur subiicit, sicut dicit Paulus cum euacuauerit omnem principatum omnem potentiam. Sic dicit quod filius propria virtute facit ista. Adicit & istud: Oportet enim illum regnare, Deus quidem rex omnium, sed quoniam, ὁμοούσιος, & filius, & magis λόγος, hoc est, potentia, & sapientia Dei, necesse est regnare primum sapientiam, per quam subiiciuntur omnia, λόγος enim & subsistunt, & subiiciuntur omnia: quoniam & dicitur, & dictum est, quod λόγος hoc est filius, subiicit omnia, & idcirco adiecit Paulus: Quousque ponat inimicos omnes eius sub pedibus ipsius. Quis? Cuius? manifeste, quia filius patris. Sed quoniam in filio pater, idcirco pater filio subiicit omnia, & ideo maxime filius inimicos habet, non pater, & quoniam ambo, id est, bona ambiguitas intellectus, & idcirco ὁμοούσιος, postremus inimicus euacuabitur, mors: si enim Iesus vita est, & aeterna vita, euacuabitur à vitā mors: omnia igitur Iesus, id est, filius subiicit patri. Sed quoniam ὁμοούσιος, patri & ipsa substantia, & ipsa potentia, secundum quod primum est esse patrem, & quod esse primum est, secundum autem operari, vitare, intelligere, quoniam duobus causa est quod primum, necesse est dicere patrem subiicere filio. Dicit ergo, cum tradiderit regnum Deo & patri, necessariū filius, & cum euacuauerit omnem principatum & potentiam, necessariū filius. Dicit rursus: Cum autem omnia subiecta sunt, manifestū quod extra ipsum qui subiicit ipsi omnia non parua intelligentia. Sed nunc dimittamus. Quid vult nos intelligere, quod Deus causa qui sit, & praepotens, & praeprius potentia, ipse fecit omnia: cum filius facit: & si pater in filio, & filius in patre, ipse in filio facit: quae filius facit, & quae pater facit, filius facit, indifferenter igitur aut patri, aut filio dantur omnia. sive operationes, sive requies: in altero enim ad alterutrum, & nihil alterum, quod in vno alterum. Et adcirco vnum solum, & nihil alterum, sed subsistentia propria & pater & filius est, ab vna ex patre substantia. Filius autem, hoc est, λόγος, actiua potentia est, & quae faciat, & quae viuificet, & sit intelligentialis: omnia igitur iusta & generat, & facit secundum vitam, & regenerat secundum intelligentiam veritatis & Dei, quam dat Iesus omnibus, λόγος, cum sit, omnium & intellectuum, & vniuersa-

liter omnium quae sunt. Si igitur iste generat, & iste regenerat omnia, iste subiicit omnia, non solum homines, sed & ut dicit Paulus, omnem principatum, & omnem potentiam, nunquid ista ut homo, an ut λόγος. Etenim ipsum subiicere non temporis solum eius, ex quo de Maria filius, sed & ante, & postea. Si enim diluuium factum est, si Sodoma & Gomorra incensa, si haec & talia multa facta sunt, si in praesentia prima triumphat inimicos in semetipso, si in secunda praesentia nouissimus inimicus euacuabitur, mors filius λόγος, facit ista, sed potentia paterna. Facit igitur omnia spiritus spiritalia, tunc & ipse subiicietur Deo, subiicienti ei omnia: euacuatis enim omnibus, requiescit actiua potentia, & erit in ipso Deo secundum quod est esse, & secundum quod est quiescere, in aliis autem omnibus spiritaliter, secundum suam & potentiam, & substantiam. Et hoc est ut sit Deus omnia in omnibus: non enim omnia in vno quoque, sed omnia in omnibus: Manebunt igitur omnia, sed Deo existente in omnibus, & ideo omnia erit Deus, quod omnia erunt Deo plena. Dicitur enim & alia: Non enim erubescit Euangelium Dei, Virtutem & potentiam Paulus dicit Christum Iesum, hoc enim Euangelium dicit & de isto, Christus ergo Dei & sapientia & virtus. Quid deinde sapientia & virtus Dei? non ipse Deus? Non enim ut in corporibus, aut in corporalibus, aliud est oculus, aliud visio. Aut in igne, aliud ignis, aliud lumen eius: eger enim oculus & ignis alterius alicuius, & oculus alterius luminis, ut sit ex ipso, & in ipso, visio & ignis acris, ut sit ex ipso lumen. Sed sicuti visionis potentia in se habet visionem tunc foris existentem, cum operatur potentia visionis, & generatur à potentia visionis visio, vnigenita ea ipsa: nihil enim aliud ab ea gignitur, & ad potentiam visionis visio est, non intus solum, sed & intus in potentia, & in actione magis foris, & ideo ad potentiam, quippe visio cum sit, ὁμοούσιος ergo visionis potentia visio, & vnum totum. Et potentia quidem quiescit, visio autem in motu est: & per visionem omnia visibilia sunt, & passiones circa visionem sunt, visionis potentia impassibili existente, & sine passione visionem generante. Sic igitur & virtus & sapientia Dei ipse Deus, & est totum quod simplex, & quod vni & vnus & eiusdem substantiae, & simul ex aeterno, & semper, & à patre, qui sui generator est existens. Sapientia igitur & virtus operationis, hac enim virtutem nunc significat: coniunxit enim sapientiam & virtutem. Ergo horum potentia est Deus, & ideo pater, quod ab ipso ista: gignit enim ista in actionem & impassibiliter, quod ὁμοούσιος sunt potentia & actio & Deus, & Dei virtus, & sapientia: quae cum actiua sunt, iuxta ea quae foris sunt curam habentia, ad Deum sunt, semper sapientiam dantia, semper viuificantia, non Deum, sed à Deo factam per semetipsam omnem creaturam, & si qua passio, in actione passio est. Isto modo sive λόγος est Iesus, sive lumen, sive refulgentia, sive forma, sive imago, sive virtus & sapientia, sive character, sive vita, ὁμοούσιος, apparebit λόγος, & Deus pater & filius spiritus & Christus. Ad huc inducamus eadem ipsa. Vitam dicentes Christum, quomodo ὁμοούσιος est Deo: dicit Ioannes: Quod factum est, in ipso vita erat: Et iterum: Sicuti enim pater habet vitam in semetipso, sic & filio dedit vitam habere in semetipso: Quid tam simul? Quid tam idem? Habet pater in se vitam: habet & filius in se-

Gen. 19.

1. Cor. 15.

Deum omnia in omni.

Ibid. 10.

1. Tim. 2.

Nomina Christi.

Ioh. 1. Ioh. 5.

met vitam. Quid est habere vitam in se ipso? Ipsum sibi vitam esse, non ab alio accipere vitam, sed à seipso & aliis dare. Dicit aliquis, similis substantiæ esse, nõ tamen *ὁμοίωτον* esse. Illud iam dictum, quoniam simile substantia non dicitur, neque enim est iuxta quod substantia est, magis autem si eiusdem substantiæ est, idem substantia dicitur, non simile: simile enim iuxta qualitates, ut ignis substantia est, & aer, secundum substantiam idem, *ἄλλῃ* enim ambo, qualitatibus autem simile, aut dissimile, notione virtutum, & aliis simile, sic & terra, & aqua gravitate & densitate, aut aliis talibus, in quibus & istud accidit, quæcumque sint similia, eadem esse dissimilia, alia & alia qualitate. Simile enim non idem, neque idem vnum, sed idem geminum: vnum & ista non substantia, sed numero vnum. Nos nunc de substantia perquirimus, quæ in Deo, aut in filio, aut ipsa est aut eadem: aut modo quodam & ipsa & eadem. Quomodo ergo ipsa est aduentante filio, & tanta faciente & in celo & in terra, & intrante in carnem? Quomodo Iesus filius, quod significat patrem, quomodo & tres sunt substantiæ, Deus, *λόγος*, spiritus sanctus, nõ enim oportet dicere, nec fas est dicere, vnam esse substantiam, tres esse personas. Si enim ista ipsa substantia & egit omnia, & passa est, Patri passiani ergo & nos, abisti. Quid igitur eadem est? Non ipsa, sed si istud, aut præexistente substantia duo, aut ab eadem scissione, aut amissione partis eiusdem ipsa facta est eadem neque scissione neque diminutione filius natus est, sed perfectus pater, & semper perfectus, & semper pater: perfectus filius, & semper perfectus, & ex æterno & in æternum filius. Quomodo igitur eadem, in duobus enim quæ eadem? sed pater & filius vnum, & qui pater, pater: & qui filius, filius. Et non idem pater & filius, nec idem filius pater eius cuius filius est. Non ergo vnum sunt, neque ipsa, neque eadem est substantia. Relinquitur ergo modo quodam esse & ipsam & eandem: Non enim fas est dicere alterius esse substantiæ patrem & filium: quoniam quod sit ipsa dicemus, siue Deum & *λόγον* dicemus, siue Deum & Dei virtutem & sapientiam. Siue quod est esse & vitam, siue quod est esse & intelligere, aut intelligentiam, siue esse & vitam & intelligere, siue patrem & filium, siue lumen & effulgentiam, siue Deum & characterem, siue Deum & formam & imaginem, siue substantiam & speciem, sicut tibi, non ut hic, siue substantiam & motionem, siue potentiam & actionem siue silentium & effectum ipsam substantiam esse consistendum. Deum enim quod est esse dicentes, filium vitam, quomodo separamus vitam ab eo quod est esse: siue in patre, siue in filio? Et enim pater in se ipso habet vitam, & filius, excepto quod filius à patre accepit quod habet. Pater ergo & filius à se orti, à se potentes ad vitam, sic mihi intellige habere dicere? quomodo Euangelium, & pater enim habet in se vitam. Habere ergo nõ quasi aliud aliud, sed ipsum est, sed in intellectu. Ita diximus: Si igitur pater in semetipso habet vitam, vita est, & substantia eius vita est, & sic filius. Dicit enim: Ego sum vita hoc enim significat in semetipso habere vitam, Ego sum vita, pater ergo vita est, & filius vita. Omnis vita iuxta quod vita est motus est, viuificans quibus posse est viuificari. Et idcirco definitio animæ & vitæ ista est: quod à se mouetur esse. Et ut substantia eius istud dicitur, multo magis ergo ista in Deo & *λόγος*. Quid ergo dicemus: vita pater & substantia

Similia omnia ali- qua ratio- nione esse dissimilia possunt.

Patri passiani.

Nomina christi.

Joh. 14.

Anima & vita definitio.

est, & se mouens substantia, & nihil aliud se mouens motio nisi vita ipsa igitur, & substantia, & vita? Sed quoniam in motu intelligentia quasi aliud ad intelligitur, & non perfecte aliud. Ipsum autem viuere ad aliud veluti mixtione in vtroque alterius, iuxta quod vita est, & motus est, vnum est. Rursus iuxta quod motus est, & vita est, id ipsum aliud vnum, & idcirco eadem substantia: Sed siue ipsa, siue eadem, *ὁμοίωτον* necessarium & simul est: quoniam duo simul sunt, etenim sine altero nunquam fuit alterum. Vnum ergo & vnum sunt ista. Hoc igitur quod est esse vitam, & per semet esse motionem, pater est: Hoc autem quod est motum esse, & per semet esse vitam, filius est. Causa enim motionis vita, pater ergo & magis principalis vita, motionem requiescentem habens in abscondito, & intus se mouentem: Filius autem in manifesto motio, & ideo filius, quoniam ab eo quod est intus processit. Magis autem motio existens, quod in manifesto. Isto modo & vita filius à patre vita, qui sic accipit vitam esse à principali principio. Natum vniuersale ab vniuersali, tota & tota, & idcirco dicitur: Viuens pater misit me, & ego viuo propter ipsum. Si igitur generans in vita, & filius secundum motionem filium secundum autem motum vitam esse vitam filio dante patre in motionem, generationem & simul vitam, ipse autem in semetipso *ὁμοίωτον*, ergo pater & filius & vnum est semper, & ex æterno natus est, & alter in altero, & inseparabilis separatio & in patre filius, & in filio pater, & maxime filius actio, quoniam filius cum actione vita: pater autem secundum id quod est esse, vita & secundum quod est vitam esse, actio. Manet igitur pater, & impassibilis manet. Operatur filius, & in manifestationem ducit. Et Deus intus operatur, existente actione iuxta potentiam. Et in patre, & in filio iuxta actionem actio est. Ista huiusmodi oportet reuocare ad illa omnia quæ præposuimus, siue Deus est *λόγος*, siue lumen & effulgentia, siue silentium & effectum, siue alia in quibus vnum & simul & *ὁμοίωτον* apparet, & ingenita generatio. Vbi igitur habet locum quod simile est *ὁμοίωτον* dicere? qua causa dicitur? Semper & mysterium totum hoc est: Vnus Deus & pater & filius & spiritus sanctus vnus Deus. Simile ergo quomodo vnus Deus? At *ὁμοίωτον* necessarium vnus Deus. Si enim velut non simul, necessarium duo, si autem simile illud alterum, necessarium alteram *ὁμοίωτον*, ergo necessarium alterius substantiæ: Isti Ariani, isti Lucianisti, isti Eusebiani, isti Illyriciani, sed abiicientes aliqua, auferentes aliqua, & mutant, omnes diuersæ opinionis hæretici. Huc accedit, si *ὁμοίωτον* pater & filius, quomodo dicit Saluator: Ego sum veritas: Si id quod dictum est verum est, filius cum sit veritas: minor pater, similis qui sit veritati, non veritas. Quanta blasphemia ista? Si autem veritas Deus, veritas filius, sicut ipse filius dicit, & vere dicit, *ὁμοίωτον* Deus est filius, non ergo duplex, sed vna semper veritas, & valde foris, & deorsum valde, quod est simile veritati, quod forte in mundo existat similitudo veritatis, vbi & error, & corruptio, & omnis passio. Ipsum ergo veritatem esse substantia est, non enim aliud substantia, aliud veritas: quod enim simplex, hoc veritas, simplex Deus, simplex filius, veritas Deus, veritas filius, & Deus & filius vna veritas: Veritas enim in semetipsa veritas: si Item si similis veritati est filius, id est quod simile est ducit

Joh. 8.

Joh. 14. pater & filius hæretici quid.

Totum ex toto.

Joh. 6.

ὁμοίωτον & scripturis alienum.

Luciani Euseb. Illyriciani

Patri passiani de dicti sim.

Joh. 14.

Affectuum nomina in christo.

Peritiam esse christi frumquid sit.

ducit quæ ducit: si autem veritas, in veritatem ducit. Sed enim ad Deum ducit, & Deus veritas in veritatem ducit ergo. Sed impossibile, cum ipse veritas non sit, in veritatem ducere: Veritas ergo & pater, & filius, sicuti & dicitur: Quem mittit ad me patris, iste ad me veniet. Ex istis omnibus non solum concluditur, sed manifesta efficitur confessio, extra mutationem esse motum in Deo: Non enim localis neque cum passione generatio, aut corruptione, aut augmento, vel diminutione, neque aliqua immutatio ne, est enim mouere ibi, & moueri ipsum quod est esse simul & ipsum, & simplex, & intellectus, vnum in vno, sicut in potentia, & actione. Semper quidem, *ὁμοίωτον* in eo quod est esse, secundum autem agere ab eo quod est esse, filius, & pater. Sed sicuti dictum est, & in filio pater, & in patre filius: num timor ex isto nascitur, esse nos ista dicentes quasi Patripassianos: Multum differt serpentinum dogma à veritate illi enim Deum solum esse dicunt, quem nos patrem dicimus, ipsum solum existentem & effectorem omnium, & venisse noui solum in mundum, sed & in carnem, & alia omnia, quæ nos filium fecisse dicimus. Si enim dicimus patrem, patrem: & filium, filium: vnum & dicentes, & ideo *ὁμοίωτον*, id quod vnum, non solum vnum dicentes, sed vnum & vnum. Aliud autem impassibile, vnum aliud passum, quomodo ergo Patripassiani sumus: Deus enim nec procedit à semetipso neque in manifesto actio est, neque velut in motione: quod intus motio veluti non est motio. *λόγος*, autem qui sit in motionis potentia, magis motio & actio est, fertur potentia sua in effectiorem eorum quæ sunt: quo enim *λόγος*, hoc causa est eorum quæ sunt: quo autem causa, hoc nõ in se manet semper, qui sit in eo quod est *λόγος*. Et secundum hoc est iste inuertibilis & immutabilis, sed in iis quæ sunt iuxta genera eorum, quæ sunt alius & alius, ipso quo vniuersalis *λόγος* est, in patre manens idem ipse. Passiones igitur vbi? neque in patre, neque in filio, sed iuxta quæ sunt genere suo non recipientia virtutem totam *τὸ λόγον*, quodlibet vniuersalis: vno quoque existente, & illo distribuente suum proprium, ut Angelorum, potentiarum, thronorum, dominationum, potestatum, animarum, & sensibilibus, & ipsius carnis. Passio igitur in istis, & iuxta hæc non *τὸ λόγον*, hoc est filij. Secundum carnem ergo Saluator passus est, secundum spiritum aurem quod erat, sine passione. Vnde differt nostrum dogma à Patripassianis. Non enim filium esse passum est, sicuti dictum, nec facere aliquid nec loqui: Diuina enim potentia sine passione sunt omnia, & ista magis sua, & substantialis, & diuina motio est, non passio. Deinde de isto non fuerunt Patripassiani, sed de cruce: Quod pater crucifixus est dicentes sacrilegi: Impassibili passionem implicantes, & non intelligentes, necessarium aliquid impassibile esse, si est aliud quod patiatur. Nos tamen impassibilem & filium dicimus, iuxta quod *λόγος*, est. Iuxta quod autem caro factus est, passibilem. At verò miseratio, & ira, & gaudium, & tristitia, & alia huiusmodi ibi non sunt passiones, sed natura, & substantia. Si igitur spiritus beneuolentia, ipse per se optimus, quibusdam in vitam, quibusdam in mortem est, non sua natura mutatus, sed patientium materia & voluntate signaturam itamutabile diuinitas pro accipiendis aut ut oportet, aut aliter adfici dicitur, vel pati: quoniam à nostris sensibus quæ diuina sunt æstimamus. In sensibus enim iuxta quod animal est animal, hoc est anima vtens corpore, vel corpus animatum, iuxta sensum pari dicitur: vere autem neque per semetipsum anima sunt passiones, multo magis spiritus *λόγος* & Dei. Impassibilis enim diuina natura est. Discedant ergo Patripassiani, quoniam nos & patrem dicimus & filium, ipsum solum passibilem iuxta motum in hyle, Discedant Ariani, quoniam nos naturæ filium dicimus, ante omnem creaturam genitum. Discedant & *ἀποθύοντες* dicentes Christum esse, quod à Deo factus sit, qui Deus vnus est. Nos enim filium dicimus naturam, & à patre ipsum esse, & in patre. Discedant Marcelli & Photini discipuli, ipsum enim verbum dicimus in carne fuisse, non aliud verbum esse, & aliud hominem, in quo Christum dicunt esse, sed ipsum *λόγον* carnem induisse. Illi enim dicunt esse & Deum, & *λόγον*, & spiritum. Quartum autem filium, id est hominem, qui ex Maria, quem assumpsit *λόγος*, & ut ministrum rexit: cui homini dicunt, & sedem paratam esse. Exciderunt ergo à trinitate. Si autem manet trinitas sola ipse homo & *λόγος*, quem *λόγος*, nos supra filium demonstrauimus. Non autem hoc significat: & *λόγος* caro factus est, corruptus *λόγος*, in carnem conuersus est, sed *λόγος*, per quem effecta sunt omnia, & omnia effectus, & caro factus est, ut in carne cum esset, totum hominem sua passione & morte iuxta passiones corporis mercaretur. Si enim non erat ipse homo de Maria, quare exinavit semetipsum? Et quid est formam ferui accipiens? & quid rursus est, & *λόγος* caro factus est? Discedunt & Basilii, & *ὁμοίωτοι*. Non enim *ὁμοίωτον* dicimus, & veritate, & iuxta Synodum in Nicæapoli. Sic enim & pater, & filius vnum ambo, & semper, & simul ambo, quoniam *ὁμοίωτον*. Quod autem *ὁμοίωτον* dicunt & si consistit filium à patre habere substantiam, sed aliud quidam dicunt, dicentes neque generatione filium, neque faciendo esse à Deo sed compulsi istorum duorum, & generationis & faciendi, veluti lapidis & ferri, atque inde emitti flammam. Ita dicentes occulti Ariani sunt. Primum nõ generatione dicentes, Dei filium esse, sed factura, quod dogma est Arii, factura enim est, quod à compulsi exiit, & ex nihilo est. Non enim à ferro aut à pice flamma, quod maxime Arius infans sapit. Et si collisio facta est, fuit quando non fuit: & si compulsi faciendi & generatione factus est filius, præexistit factio & generatio antequam fuisset filius. Posteriora autem ista. Quomodo ergo compulsi? Et hoc Arii deinde: quomodo ista collisio? & quorum & in quo? Nunquid voluntati in Deo cõkursio? Nunquid passionum aut differentiarum, maxime contrariarum motionum. Et si istud passus est pater, qui est sine passione, & non ex sua substantia apparuit ei filius: collisione enim duarum aut voluntatum, aut passionum, nec voluntas facta est, nec passio, multo magis nec substantia à substantia paterna, sed externa quædam substantia, quæ ex nihilo existeret de *λόγος* ad patrem. Suspicari ista impia blasphemia: Diximus de *ὁμοίωτον*, & sufficenter diximus: hoc enim nobis propositum. Quomodo autem si *ὁμοίωτον*, filius, & semper cum patre est, & procedit, & descendit, & ascendit, & mittitur, & facit quæ voluntatis sunt patris, & quomodo imago cum sit Dei, in dextera sedeat Dei, & quid sit dextera, & quid sedere, & quid est per quem facta sunt omnia, & quomodo omnia, & quid est quod nihil factum est sine ipso, & quomodo

bilibius enim iuxta quod animal est animal, hoc est anima vtens corpore, vel corpus animatum, iuxta sensum pari dicitur: vere autem neque per semetipsum anima sunt passiones, multo magis spiritus *λόγος* & Dei. Impassibilis enim diuina natura est. Discedant ergo Patripassiani, quoniam nos & patrem dicimus & filium, ipsum solum passibilem iuxta motum in hyle, Discedant Ariani, quoniam nos naturæ filium dicimus, ante omnem creaturam genitum. Discedant & *ἀποθύοντες* dicentes Christum esse, quod à Deo factus sit, qui Deus vnus est. Nos enim filium dicimus naturam, & à patre ipsum esse, & in patre. Discedant Marcelli & Photini discipuli, ipsum enim verbum dicimus in carne fuisse, non aliud verbum esse, & aliud hominem, in quo Christum dicunt esse, sed ipsum *λόγον* carnem induisse. Illi enim dicunt esse & Deum, & *λόγον*, & spiritum. Quartum autem filium, id est hominem, qui ex Maria, quem assumpsit *λόγος*, & ut ministrum rexit: cui homini dicunt, & sedem paratam esse. Exciderunt ergo à trinitate. Si autem manet trinitas sola ipse homo & *λόγος*, quem *λόγος*, nos supra filium demonstrauimus. Non autem hoc significat: & *λόγος* caro factus est, corruptus *λόγος*, in carnem conuersus est, sed *λόγος*, per quem effecta sunt omnia, & omnia effectus, & caro factus est, ut in carne cum esset, totum hominem sua passione & morte iuxta passiones corporis mercaretur. Si enim non erat ipse homo de Maria, quare exinavit semetipsum? Et quid est formam ferui accipiens? & quid rursus est, & *λόγος* caro factus est? Discedunt & Basilii, & *ὁμοίωτοι*. Non enim *ὁμοίωτον* dicimus, & veritate, & iuxta Synodum in Nicæapoli. Sic enim & pater, & filius vnum ambo, & semper, & simul ambo, quoniam *ὁμοίωτον*. Quod autem *ὁμοίωτον* dicunt & si consistit filium à patre habere substantiam, sed aliud quidam dicunt, dicentes neque generatione filium, neque faciendo esse à Deo sed compulsi istorum duorum, & generationis & faciendi, veluti lapidis & ferri, atque inde emitti flammam. Ita dicentes occulti Ariani sunt. Primum nõ generatione dicentes, Dei filium esse, sed factura, quod dogma est Arii, factura enim est, quod à compulsi exiit, & ex nihilo est. Non enim à ferro aut à pice flamma, quod maxime Arius infans sapit. Et si collisio facta est, fuit quando non fuit: & si compulsi faciendi & generatione factus est filius, præexistit factio & generatio antequam fuisset filius. Posteriora autem ista. Quomodo ergo compulsi? Et hoc Arii deinde: quomodo ista collisio? & quorum & in quo? Nunquid voluntati in Deo cõkursio? Nunquid passionum aut differentiarum, maxime contrariarum motionum. Et si istud passus est pater, qui est sine passione, & non ex sua substantia apparuit ei filius: collisione enim duarum aut voluntatum, aut passionum, nec voluntas facta est, nec passio, multo magis nec substantia à substantia paterna, sed externa quædam substantia, quæ ex nihilo existeret de *λόγος* ad patrem. Suspicari ista impia blasphemia: Diximus de *ὁμοίωτον*, & sufficenter diximus: hoc enim nobis propositum. Quomodo autem si *ὁμοίωτον*, filius, & semper cum patre est, & procedit, & descendit, & ascendit, & mittitur, & facit quæ voluntatis sunt patris, & quomodo imago cum sit Dei, in dextera sedeat Dei, & quid sit dextera, & quid sedere, & quid est per quem facta sunt omnia, & quomodo omnia, & quid est quod nihil factum est sine ipso, & quomodo

Marcell. Photin.

Quartum hos Photin.

Philip. 2.

Basilius.

Arii commentum de christi naturitate.

Christi corp qua le nunc fit

1. Cor. 2.

Victorini confessio de trinitate.

Fidetur hic nobis fuisse facti quod est esse aquam, sic Christus ille est fluuius, de quo propheta dicit: Qui irrigat, et infundit rotam, paulo post terram, sed Christus totus omne irrigat, et visibilia videtur ipse substantia arigar: In quo autem vita, est Christus: in quo rigat spiritus sanctus: in quo potentia est vitalitatis, pater & Deus, totum autem vnus Deus. Confitemur ergo & spiritum sanctum ex Deo patre omnino habentem; τὸ λόγος, hoc est, Iesu Christo tradente illi omnia, quae Christus habet à patre. Et isto iusmodi modo simul confitemur esse haec tria, ex isto quod vnum, & vnum Deum, & ὁμοῦσα ista, & semper simul & patrem, & filium, & spiritum sanctum ineffabili potentia, et inloquibili generatione filii Dei Iesum Christum, λόγος, qui sit, & Deum, & imaginem, & formam, & characterem, & refulgentiam, sic esse patris, & virtutem, & sapientiam Dei, per quae apte patet, & declaratur Deus in potentia omnium,

do & ipse voluntatem habet, & quae facit, voluntate patris facit, & quomodo perfectus, & à perfecto patre ut imperfectus & corpus accepit, & nunc corpus fert, & si sanctum spiritale, & simile eorum hominum, qui post sancti erunt, & quomodo semperque qui moueatur, & à se genitus potentia quidem patris, ista enim omnia ὁμοῦσι definitiunt. Si quis dignus sit intelligere, & in isto libro inueniet si dem sic esse, & permittente Deo, & Iesu Christo domino nostro, & spiritu sancto dicimus, ne quis blasphemiter intelligens meum dogma dixerit, omnia enim à sancta scriptura & dicuntur, & sunt, Dicemus maxime illud, è quo gignitur multae haereses, quod euangelia, & apostolus, & omnis verus scriptura de Deo quidem dicit omnia, & de Iesu Christo hoc est de λόγος, incarnato, hic enim mysterium salutis nostrae egit, hic nos liberos fecit, redemit, in istum credimus secundum crucem, & iuxta resurrectionem à mortuis Saluatorem nostrum idcirco Paulus dicit: Non enim iudicauit quicquam scire in vobis, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Confitemur igitur Deum patrem omnipotentem, confitemur filium unigenitum Iesum Christum, Deum de Deo, lumen verum de vero lumine, formam Dei, qui habet substantiam de Dei substantia, naturam, generationem filiam simul cum patre consubstantiatam, quod graeci ὁμοῦσι appellat, & primogenitum ante constitutionem mundi, & ante in substantiam veniendi & generationis, & reuiuendi, primogenitum à mortuis λόγος, qui sit omnium vniuersalis λόγος, autem ad Deum, λόγος in postremis temporibus incarnatum, & cruce vincentem mortem, & omne peccatum Saluatorem nostrum, iudicem omnium, semper cum patre consubstantialem & ὁμοῦσι potentiam actiuam, à patria potentia & generantem, & facientem omnia, & substantiam existendi omnium, & generationem, & reuiuiscantiam: quoniam vita est aeterna, & Dei virtus, & sapientia, ipsum inuerfibile, mutabilem iuxta quod λόγος est, & quod semper λόγος est: iuxta autem quod est creare omnia, & maxime iuxta in hyle actionem impassibiliter patientem. Ut fons aquarum immutabilis, impassibilis, extra omnem motionem, cum fluit, & in flumen aduenit, iuxta alueum & genera & qualitates terrae creditur pati, semper seruans potentiam aquae suae, & sicuti flumen irrigat terram, nulla diminutionem sentiens, ad hoc di libri est quod est esse aquam, sic Christus ille est fluuius, de quo propheta dicit: Qui irrigat, et infundit rotam, paulo post terram, sed Christus totus omne irrigat, & visibilia videtur ipse substantia arigar: In quo autem vita, est Christus: in quo rigat spiritus sanctus: in quo potentia est vitalitatis, pater & Deus, totum autem vnus Deus. Confitemur ergo & spiritum sanctum ex Deo patre omnino habentem; τὸ λόγος, hoc est, Iesu Christo tradente illi omnia, quae Christus habet à patre. Et isto iusmodi modo simul confitemur esse haec tria, ex isto quod vnum, & vnum Deum, & ὁμοῦσα ista, & semper simul & patrem, & filium, & spiritum sanctum ineffabili potentia, et inloquibili generatione filii Dei Iesum Christum, λόγος, qui sit, & Deum, & imaginem, & formam, & characterem, & refulgentiam, sic esse patris, & virtutem, & sapientiam Dei, per quae apte patet, & declaratur Deus in potentia omnium,

& existens, & manens, & agens omnia secundum actionem filii, id est, τὸ λόγος, Iesu Christi, quem incarnatum, & crucifixum, & resurgentem à mortuis & ascendentem in caelos, & sedentem ad dexteram patris, et iudicem futurum venire et viuendum, et mortuorum patrem omnis creaturae et saluatorem, et voce, et toto corde confitemur semper, Ἀμήν, Gratia & pax à Deo patre, & filio eius Iesu Christo domino nostro, sic ista confitemur in omnia secula seculorum, Spiritus, λόγος, ὁμοῦσι, sapientia, substantia, utrum idem omnia, an altera à se inuicem? Et si idem, communionem quadam, an vniuersitatem? Si communionem quadam, quid primum, quid ex alio, & quae communionem? si vniuersitatem & ista, & quae differentia, & quae communio? si à se inuicem altera omnimodo, altera in alia ut subiectum, alia ut accidens: an iuxta aliam alteram? Si igitur omnimodis altera, & ἑτερόνυμα, & alterius substantiae. Sed nihil omnimodis alterius substantiae, eorum enim qui sunt ὁμοῦσι genus, & magis genus in eo quod esse. Sed quoniam esse dupliciter, & ipsum τὸ ὁμοῦσι dupliciter, est enim verè esse, est & solū esse. Si igitur τὸ ὁμοῦσι verè ὁμοῦσι, & solū ὁμοῦσι ad omnia ὁμοῦσι & solū ὁμοῦσι, ad solū ὁμοῦσι siue σὺν ὁμοῦσι siue, ὁμοῦσι dicuntur, non omnimodis altera sunt: participatione igitur cuiusdam communionis omnia quae sunt, ad altera sunt. Etenim quod τὸ ὁμοῦσι est, hoc quod non ὁμοῦσι est opponitur, quasi contrarium secundum priuationem nulla participatione ad se inuicem, ergo nec alterū. Si igitur quae sunt, etiam differentia sunt & altera quadam tamen communionem eadem sunt, & secundum istum modum & eadem & altera sunt, & istud duobus modis siue altera in identitate, siue eadem in alteritate, sed si eadem in alteritate, magis in alteritatem vergunt: Si autem altera in identitate, maxime identitas apparet. Quid igitur istis cōcinat hinc perspicendum. De Deo & λόγος, hoc est, de patre & filio Dei permittit sufficenter dictum, quoniam vnum quae duo. Dictum & de λόγος, hoc est de filio & spiritu sancto, quod in vno: Si igitur quae duo, vnum, & in vno duo, illud vnum in quo sunt duo quoniam cum illo est, & ex aeterno cum ipso semper, quae simul sibi inuicem eadem, duo vnum sunt, necesse est igitur ista idē esse. Quomodo istud sit, audi, ut dico, Ante omnia quae verè sunt vnum fuit, siue vnalitas, siue ipsum vnum, antequam sit ei esse vnum. Illud enim vnum oportet dicere & intelligere, quod nullam imaginationem alteritatis habet, vnum solum, vnum simplex, vnum per concessionem, vnum ante omnem existentiam, ante omnem existentiam, & maxime ante omnia inferiora, ante ipsum ὁμοῦσι, hoc enim vnum ante ὁμοῦσι. Ante omnem igitur essentiam substantiam, substantiam, & adhuc omnia quae potentiora vnum, sine existentia, sine substantia, sine intelligentia. Supra enim haec, immensum, inuisibile, indiscernibile vniuersaliter, & his quae in ipso, & his quae post ipsum, etiam quae ex ipso. Soli autem sibi & discernibile, & definitum ipsa sua existentia, non actum, ut nō quiddam alterum sit ab ipso consistentia & cognoscencia sui, impartite vndique, sine figura, sine qualitate, neque in qualitate: sine qualitate quale, sine colore, sine specie, sine forma, omnibus formis carens. Neque quod sit ipsa forma, qua formantur omnia, & vniuersalium & partium omnium quae sunt. Prima causa omnium principiorum, praecipuum omnium

brī sum- mam à di- ligenti ali- quo lectu- re perscri- bē. Nos tamen vi- ligio que dā ven- sifsimis emplaris mouerit ne quidno uaremus, quod tam- men vi- debatur nobis & excusate & recte factum. Quaedam eadē sum et altera.

De patre.

Omni d- teri.

E

Vnum id est filium & in omne genus motus festinans: Quippe vita quae sit infinita, & ipsa in viuificatione veluti foris apparuit. Necessario igitur vita nata est, vita autem filius vita motio, à vitali praexistencia vita, existentia in

omnium intelligentiarum, praesentia omnia potentiarum, fortitudo ipsa motione celebrior, ipso statu stabilior. Motione enim inloquibili status est, statu autem ineffabili superlatiua motio est. Continuatio omni denfior, distantia vniuersa altior, diffinitio vniuerso corpore, & maior omni magnitudine, omni incorporali purior, omni intelligētia & corpore penetrabilior, omnium potentissimus, potentia potentiarum, omnigenere, omni potentia, omni specie maius, totum verò ὁμοῦσι, totum verò quae sunt omnia ipsum existens omni toto maius, corporali & incorporali, omni parte magis pars inenarrabili potentia, pura, existens praesentibus, quae verè sunt. Hic est Deus, hic pater, praesentia praesentia praesentia & praesentia, beatitudinem suam & immobilis motione semetipsum custodiens, & propter istud non indigens aliorum, perfectus super perfectos, tripotens in vnalitate, spiritus perfectus & supra spiritum. Non enim spirat, sed tantum spiritus est in eo, quod est ei, esse, spiritus spirans in semetipsum, ut sit spiritus, quoniam est spiritus inseparabilis à semetipso, ipse sibi & locus, & habitator in semetipso manens, solus in solo, vbiq; existens, & nusquam simplicitate, vnus qui sit, tres potentias conueniens existentiam omnem, vnū omne, & beatitudinem. Sed ista omnia & vnū, & simplex vnū, & maxime in potentia eius quod est esse, hoc est, existentia potentia, vita & beatitudinis quo enim est & existit potentia, quae sit existentia, fac potentia est vita & beatitudinis ipsa per semetipsum, & ideo & λόγος sui ipsius, & viuere, & agēs habens secundum ipsam suam existentiam existentem existentiam, indiscernibilis spiritus conuinitio, diuinitas, substantialitas, beatitudo, intelligentialitas, vitalitas, optimitas, & vniuersaliter omnimodis omnia, pure ingentium τὸ ὁμοῦσι, vnalitas conuinitio nulla conuinitio. Isto igitur vno existente, vnū proinde exiit vnū, in substantia vnū, in motu vnū, & motus enim existentia, quoniam & existentia motus. Istud igitur vnū existentia vnū, sed non ut pater inexistentialiter vnū, qui est secundum potentiam existentia vnū: Habet enim secundum operationem esse, & secundum veritatem non habet, sed est: quoniam potentia, coactio actiua sit omnia, est sine molestia, & verè omnimodis non egens quae sit ad hoc ut sit omnia potentia: Etenim qua potens nata actio egret, agens ipsa vnalitas. Igitur ista secundum istud quod esse dicimus, vnū vnū vita est, quae sit motio infinita, effectrix aliorum, vel eorum quae verè sunt, vel eorum quae sunt, existens λόγος, ad id quod est esse quae sunt, omnia à se semet mouens semper in motu, in semetipso habens motum, magis autē ipsa motus est: sic enim in ipso esse vitam esse. Ille filius est λόγος, quid est ad Deū, iste per quē facta sunt omnia, iste filius & filietas tota paternitatis totius semper qui sit & filius, & ex aeterno: filius autem & semet mota motione, potentia enim progrediente, & veluti immobili praesentia, & non mota iuxta quod potentia fuit. Ista motio nusquam requiescit & à semetipso exurgens, & in omne genus motus festinans: Quippe vita quae sit infinita, & ipsa in viuificatione veluti foris apparuit. Necessario igitur vita nata est, vita autem filius vita motio, à vitali praesentia vita, existentia in

constitutione, & apparentia omnium totorum, quae iuxta potentiam pater est, ut ab eorum quae verè sunt intelligentia praesentia appareret. Ista igitur existentia totius existentia est vita, & iuxta quod vita motus quasi foemineam fortita est potentiam, hoc quod concupiuit viuificare. Sed quoniam sicut demonstratum, ista motio vna cum sit, & vita est sapientia, tota conuersa in sapientiam, & magis in existentiam patriam, magis autem retro mota motionis in patriam potentiam, & ab ipso viuificata vita recurrens in patrem vir effecta, descensio enim vita, ascensio sapientia. Spiritus autem & ista, spiritus igitur vtraque: in vno duo, & sicut existente vita prima existentia, necessitas fuit in virginali potentiam subintrare, & masculari virginis partu vnum generari filium Dei. In prima enim motione, primam dico in apparentiam venientem, veluti descendit à potentia patris, & in cupiditate in ista viuificandum, intus quidem existens vita, motione autem foris existens in semetipsum recurrit: Rursus in semetipso conuersa venit in suam patriam existentiam, virtute effecta & perfecta in omnipotentem virtutem effectus est perfectus spiritus, nutu in superiora conuerso, hoc est intro. Sic secundum typum operuit ordinē esse, & cum est in corpore spiritus, hoc est, filio Christo, & quasi diminutionem pati, & à virgine nasci, & ipsa veluti diminutione sua patria virtute, hoc est, existentia diuinitate & prima resurgere & renouari, & reuerti in patrem, hoc est, in existentiam & potentiam patriam. Quomodo istud est, ad huc audeo dicere, ut nostra incidentia plurima expositione manifesta sit. Ponamus intelligentiam, secundum istum modum Deus potentia est istarum trium potentiarum existentia, vita, beatitudinis, hoc est, eius quod est esse, quod viuere, quod intelligere. Quod autem in vno quoque istorum tria, manifestū & quod est esse primum, & secundum quod est esse secundum ipsum viuere & intelligere, sine vlla vniotione, sed simpliciter simplicitas. & istud manifestū sicuti demonstratum, istud & tale quod est esse Deū esse manifestū, sicuti demonstratum, potentia potens praestandi quod esse omnibus, non ab eo quod esse ut partem dans & paternam & effectricem potentiam vnicuique quod esse ei proprium consistens: hoc autem per ministrantem λόγος, hoc est, per vitam quae omnibus praestat viuere, & tunc subicit, aliquid accipies quod esse secundum quod est vitam accipere. Si igitur esse Dei, non ab eo quod sibi esse omnibus praestat, sed ministrante hoc quod est vitam esse ipsum autem vitam esse in eo est quod est Dei, esse vnū & idem est quiescenti, quod est esse patri, cum eo quod est esse vita secundum identitatem motus est ex sua potentia à patria potentia dependens. Et quoniam omnis potentia naturalis est voluntas, voluit vitam mouere semetipsum, in ista iuxta substantiam motionem impassibiliter, erecte in id quod est: Naturalis enim voluntas, non passio. Secundum hoc igitur quod est esse Dei, in quo potentia existentia est, substantialitas patriam, secundum potentiam, secundum istud esse ipsum & vita est. Si ergo mouit vita semetipsum, motio autem voluntas, patria ergo motio, & patria voluntas, quoniam patria potentia vita. Sed si secundum quod est esse vita, motio est, propria ergo motio vitae est. Sed quoniam motio aliunde ad aliud fertur, veluti ab eo quod est intus foras, quod vita & potentia est, & natura,

Alterius personae dicit esse proprietatis

De pot- tione

Vnum id est filium & in omne genus motus festinans: Quippe vita quae sit infinita, & ipsa in viuificatione veluti foris apparuit. Necessario igitur vita nata est, vita autem filius vita motio, à vitali praesentia vita, existentia in

& voluntas: & maximè istud existentia ipsius ideo effulgentia dicitur esse vel progressio, aut eluati spiritus manifestatio, operatrix in viuificando id quod omne totum est essentitatis. Intus igitur existentis vita: iuxta quod est motionem esse ipsam vitam, proles eius quod est patrem esse vita est: secundum quod motio est. Sed quoniam motio iuxta quod motio est, nullam elationem habens, ab eo quod est intus progressa foras est, sicuti sensus ab eo qui vultus est, potentiam fontanam & vniuersalem accipiens, iuxta motionem & intus & foris est: motio enim vultus est, sic & vita iuxta quod motio est, filius est factus manifesta motio à motione patria, quæ in occulto est, quæ secundum primam potentiam existentia est. Rursus vita secundum quod motio est, procedens à patria motione, & intus & foris est, sed enim vita motio est: vita igitur & intus & foris est: viuit igitur Deus, viuit ipsa vita, ergo & Deus, & vita vnum: Igitur ista duo & in vnoquoque, & alterum & idem: in filio igitur pater, & in patre filius. Exclamat igitur veritas, quod *ὁμοῦσα* ista secundum identitatem coiuncta alteritate. Rursus si pater vita, & filius vita, quoniam filius vita cum sit secundum quod motus est, & intus & foris est, viuit Deus, viuit filius, & foris viuit omnia vbique filio existentem: Et quoniam in filio pater, vbique & pater. Rursus item quoniam in filio pater: cum videritis filium, & intellexeritis, videbitis & intellegitis patrem.

Rob. I 4. Si quis me videt, videt & patrem. Propter hoc enim dictum est, Quoniam filius forma est patris: non autem nunc forma esse foris extra substantiam intelligitur. neque vt in nobis adiacet substantiæ facies, sed substantia quædam subsistens, in qua apparet & demonstratur quod occultatum & velatum est in alio. Deus autem vt velatum quiddam est: nemo enim videt Deum: forma igitur filius, in quo videtur Deus. Si enim existentia Deus, potentia, substantia motus, & vita, in occulto Deus velut sine forma. Ergo si manifesta vita, & manifesta iuxta motus potentiam, vita iuxta motum in occulto, in apparentia, in existente motione intelligitur, pronuntiatur, videtur esse, id est, vita, filius, cum sit impossibile id quod est esse comprehendere: in occulto enim illud est: vita autem iuxta quod vita est iam & illud est esse: in vita igitur apparet quod est esse, igitur vita eius quod est esse. Sed enim pater Deus quod est esse, filius autem vita, filius ergo vita patris Dei forma est, in qua speculatur potentia patria. Credendum igitur in filium Dei, vt vita in nobis fiat, quæ est & vera, & æterna vita: Si enim habebimus fidem in Christum Nazarethum, incarnatum de Maria, in filium Dei fidem habebimus, qui fuit & effectus est spiritus incarnatus. Quomodo istud? Audiuit dico. Sed oportet prius videre, quomodo alia cui attribuatur, patri an filio? Dico autem spiritum, λόγος, vultus, sanctum spiritum sapientiam, substantiam primam pater & filius idem, filius autem & sanctus spiritus idem: existentia igitur & vita idem, ergo existentia & beatitudo idem: rursus esse & vita idem, & vita & intelligere idem. Dictum de istis est in libro qui ante istum, & in aliis, quoniam in vno tria, & idcirco eadem tria: *σῶνιμα ἄρα τὰ τρία*, secundum nomen quo obtinet vnum quidque istorum potentiam suam. Etenim quod est esse, & vita & intelligentia est, sic & aliud ad alia, eadem igitur

Rob. I 4.

Filius forma patris est.

In vita. id est christi apparet esse, id est, pater.

tur & *σῶνιμα*, eadem congenerata igitur & consubstantialia ista. Sed quasi apparet alteritas quædam in istis, & maximè, & idcirco eadem non ipsa, quædam enim sua potentia in occulto & manifesta alia & sunt, & intelliguntur: existentia autem in eadem potentia simul potentia & consubstantialia sunt, & in istis solis inest vnum esse eadem, aliis vero ab istis in identitate altera esse & eadem. Nunc autem perspiciendum quid significant alia nomina in primis posita. Dico autem spiritus, λόγος, vultus, sanctus spiritus, sapientia, substantia. Spiritus substantiæ nomen est vel existentia, quod quidem esse significat, & in eo quod quid est & appellatur & intelligitur. Si voles nosse quid est Deus, spiritus eius quod sit esse significat: ergo Deus & spiritus quod est esse significat. Rursus quid est vita? Quod spiritus. Spiritus ergo & vita quod est esse significat: sic & spiritus sanctus quod est esse secundum istud ipsum nomen significat, cum differentia duorum primorum uno nomine nominatorum. Quæ differentia substantialis cum sit, quod est esse significat. Ex his iam apparet, quoniam substantia vnoquoque existente quod est esse significat. In istis igitur tribus spiritus substantia, *ὁμοῦσα* ergo: Quoniam spiritus non diuiso spiritu: quippe vnus cum sit in tribus, sed natura, potentia, & actionis vna cum sit existentia patria, & ipsi quod est esse habent tria sese generantia substituta sunt omnipotentia: neque igitur prexistit existentia: pater enim suæ ipsius substantiæ generator, & aliorum secundum verticem fontana est existentia: neque scissa est ipsa existentia: & existentia, & potentia in eo quod est esse, in vnoquoque istorum trium iuxta maiestatem omnem & omnipotentiam, & omnibus modis perfectionem, quæ semet generat ipsam se substituentem, à sese mouentem, se semper mouentem, consubstantialem, simul potentem ipsum hoc quod sit esse, & ipsum quod est esse patre dante. Dicit Saluator: Omnia quæ habet pater mea sunt, & idcirco dixi: ex meo accipiet: Non enim loquetur à semetipso, sed quæcumque audit, loquetur. Sanctus igitur spiritus si loquitur, à filio loquitur, ipse autem à patre. Vox igitur, & λόγος, & verbum, isti tres, propter quod vnum tres: Sed pater quidem in silentio loquitur, filius in manifesto, & in locutione: sanctus spiritus non in manifesto loquitur, sed quæ loquitur spiritualiter loquitur. Ista igitur tria vera lumina, magis autem vnum lumen, verum vnus λόγος, vna vox, vnum verbum, hoc est, vna potentia actiua, consonat, antequam faciet esse quiddam. Animæ autem quod alia substantia sit, manifestum: Facta enim à tripotenti spiritu, neque purè vox, neque verbum sed, sicut *ἡχώ* audit vt loquatur, imago magis vocis quam vox. Et hoc est Ioannis vox exclamantis in deserto: Dirigite viam domini: Anima enim in deserto, hoc est in mundo exclamat, quoniam scit dominum Deum & vult mundari, vt domino fruatur Deo, & ista dicit testimonium de Deo, & præmissa est in mundum ad testimonium testimonij: testimonium enim Dei Iesus Christus, filius ergo Dei, filius Iohannes domini. Etenim Iohannes non erat lumen, sed venit vt testimonium diceret de lumine, verbum igitur, & vox filius est, ipse vita, ipse λόγος, ipse motus, ipse vultus, ipse sapientia, ipse existentia, & substantia prima, ipse actio potentialis, ipse *ὄν*, primum vero *ὄν* ex quo omnia *ὄντα*, & per patrem

Spiritus à filio accipit, filius à patre. Ioh. 16.

Anima substituta. Desertum promouetur. Ioh. 1.

Matth. 3.

quem, & in quo, qui est medius in angulo trinitatis, patrem declarat præexistentem, & complet sanctum spiritum in perfectione: vt enim dixit Paulus beatus: Euangelium virtus est Dei & sapientia, virtutem filium adsignificans, quod omnia per ipsum, verbo enim virtutis sunt omnia, & sancti spiritus sapientia perfecta sunt omnia. Si igitur Deus ista, simul ista tria: Quoniam autem vnum duo, omnia simul existit in conuentione simul existere vita in patre, in qua est sanctus & spiritus secundum existentiam: quoniam tria vnum erant, & semper sunt. Si igitur æterna vita filius elucelcentia est prææterna vita, ipse autem vita cognoscentia perfecta & æterna vita: Tunc enim perfecta, cum cognouerit & quæ, & cuius sit, quoniam & semetipsa & iussione patris: Tunc enim in semet existens, non sit infinita, saluans & saluata à semetipsa, necesse est intelligere & dicere: quod potentia Dei in ipsa est, hoc est pater in filio, ipsa autem per semetipsam infinita fuit. Et hoc significat: & λόγος caro factus est: Infinito enim motu in inferiora vita descendit, & viuificat corruptionem, cuius causa vniuersalis λόγος & potentia vitæ caro factus est, vt dixit Angelus: Spiritus sanctus adueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Natus est igitur Iesus Christus secundum carnem de Maria, & ex sancto spiritu, virtute altissimi. Omnia igitur Christus Dominus noster, caro, sanctus spiritus, altissimi virtus, λόγος. Ipse compleuit mysterium, vt omnis vita cum carne adimpleta lumine æterno recurrat ab omni corruptione in cælos. Neque igitur solum caro, neque solum sanctus spiritus, neque solum spiritus, nec λόγος solum, sed simul omnia dominus noster Iesus. Sanctus ergo spiritus omnis beatitudo in prima ingenta generatione, quæ sola generatio est & dicitur, ipse pater, ipse filius fuit: spiritum enim motu à semetipso, hoc est vitæ perfectæ in motione existentis, volentis videre semetipsam, hoc est potentiam suam, patrem scilicet, facta est ipsa manifestatio sui, quæ generatio est & dicitur, & iuxta hoc foris existens: Omnis enim cognoscentia, secundum quod cognoscentia est, foris est ab illo quod cupit cognoscere. Foris autem dico, sicut in inspectione, secundum quod est videre semetipsam: quod est scire vel videre potentiam illam præexistente & patriam. In isto igitur sine intellectu temporis tempore, ab eo quod erat esse veluti egrediens in inspiciendum ipsum quod erat: quoniam ibi omnis motus substantia est, alteritas nata, cito in identitatem renenit: Non enim secundum dorsum effulgentia, sed sicuti lumina, aut vultus se intuentes visione in se inuicem, id ipsum vnum eodem modo & perfectum substitit. Lumina autem vndique vt vultus se aspicientes sunt, & dorsum non habent, & mystice dicitur Deus, secundum dorsum videtur: nulla igitur diminutione totum semper vnum mansit, maxime potentificata conuentione potentia patria. Sanctus igitur spiritus motus primus intus, quæ sit ex cogitatio patria, hoc est, sui ipsius cognoscentia: Præcognoscentiam enim cognoscentia præcedit, iuxta istum ergo cognoscentiam modum naturalem foris effectam intelligentiam natus est filius, vita factus: Non quod non fuerit vita, sed quoniam foris vita magis vita, in motu enim vita. Hic est λόγος qui vocatur Iesus Christus, per quem effecta sunt omnia, semen omnium ad id vt sint, quippe vita qua sine

Rob. I.

Ioh. I.

Ioh. I.

Generatio spiritus est.

Christum nomen factum quid sit.

impossibile est esse aliquid in iis quæ sunt, & in iis quæ non sunt, quæ consecutiones sunt. Quoniam autem diximus vnam motionem & eandem, & λόγος & sanctum spiritum, λόγος in eo quod vita est: sanctum spiritum quod est esse cognoscentiam, & intelligentiam esse: Quoniamque diximus id ipsum esse vitam & cognoscentiam: & quoniam diximus, motam in prima motione intelligentiam: iste enim ordo naturalis & diuinus potentia cum sit, necesse, fuit intelligentiam ad semetipsam cognoscentiam moueri. Natus est filius, λόγος qui sit, hoc est vita virtute patria generante intelligentia, hoc est quod esse omnium quæ sunt, veluti æternum fontem. Non fallitur ergo, si quis subintellexerit sanctum spiritum matrem esse Iesum, & supra & deorsum, supra quidem vt dictum, deorsum autem isto modo: Necesse fuit liberationis gratia omne diuinum, hoc est seminarium spiritum omnium vniuersaliter existentium, & id quod est esse primum hoc est vniuersalem λόγος, ab inferiore hyle & corruptione omni incarnari, in mortificationem omnis corruptionis & peccati: tenebræ enim & ignorantia animæ direptæ ab hylis potentiis eguerunt lumine æterno in auxilium vt λόγος animæ, & λόγος, carnis mysterio mortis detruam corruptione in reuiuiscantiam & animas, & carnes per sanctum spiritum administratorem ad diuinam & viuificantes intelligentias erigerent cognoscentia fide amore. Respondit Angelus Marie & dixit illi: Spiritus sanctus adueniet in te, & virtus altissimi inumbrabit tibi. Hæc duo in motu, quæ sunt λόγος & sanctus spiritus, ad id vt grauida esset Maria, vt edificaretur caro à carne, Dei templum & domicilium aduenerunt: Sanctus quidem spiritus potentia in motu, generationis enim principium motus: virtus autem altissimi ipse λόγος est: virtus enim & sapientia Dei λόγος Iesus. Sed de λόγος hoc est de filio, obumbrabit tibi dixit. Perfectum enim, diuinum, & splendide vt est clarum non capit humana natura. Et hoc significat: & λόγος caro factus est. Magis autem obumbrationem significat, quod dictum est: Exinuit semetipsum. Habemus ergo secundum ordinem præmissi Dei & patrem, & filium *ὁμοῦσων*, & *ὁμοῦσα* secundum identitatem in substantia. Vna enim substantia spiritus, is ipsum esse est. Ipsum esse autem & vita & intelligere est. Ista tria, in singulis quibusque, & ideo vna diuinitas, & vnus, quod omne vnus Deus, quia vnum pater, filius, sanctus spiritus: secundum potentiam & actionem solum apparente alteritate: quod Deus in potentia, & in occulto motu mouet & imperat omnia, vt in silentio: λόγος autem filius, qui est spiritus sanctus, & voce confabulatur ad generanda omnia secundum vitam, & secundum intelligentiam substituentia, ad id quod esse omnibus. Ex his apparet, λόγος ipse, & spiritus sanctus vultus & sapientia: id ipsum etenim & Paulus dixit diuine. Quis cognouit vultus domini? Et rursus de ipso: Virtus & sapientia Dei. Solomon etiam sapientiam de ipso dicit, & multa nomina in filium reuocantur. Et ipsum & substantiam dicit Paulus ad Hebræos: imago substantiæ eius. Et item consubstantialiam populum dixit. Et Hieremias: quia qui steterit in substantia mea, & vidit verbum meum, in scripturis. Et rursus: Si steterint in substantia mea, & aueris. dissent verba mea. Et Euangelium secundum Mattheum: Panem nostrum consubstantiam-

Generatio spiritus matrem Christum.

Luc. 1.

Diuinitas capit nōs humanam.

Phil. 2.

Rom. 11. I. Cor. I.

Heb. 1. substantiam nomine

in scripturis.

Luc. 15.

lem da nobis hodie. In parabola Lucas: dixit iunior de filiis patris: Da mihi congruam patrem substantiam. Et rursus ibi dissipauit substantiam suam: Quod enim inde descendit, potentiam suas non tenuit. Ista animæ sunt, sed dixi istud aduersum negates uoluntas nomen positum esse in sacris scripturis. Accedit autem: quod animam, hoc est hominem Deus fecit ad imaginem & similitudinem suam. Quid uero ista significent, audi ut dico: Sumus uos, & sapientia perfecta, hoc est λόγος vniuersalis, idem ipsum enim in æterno motu, circularis motus erat à σημεῖο primo, & in summo vertice circularis existens iuxta ipsum σημεῖον, cyclica causa inseparabiliter conuersa, ut à patre, & in patrem, cum patre exiens, incedens, simul existens, & in patre erat filius, & in filio pater. Prima substantia, & in substantia iam substantia, spiritalis substantia secundum uos, generatrix, & effectrix substantia, præ principium vniuersæ intelligibilis, & intellectualis, & animæ, & hylicæ, & vniuersæ substantiæ in hyle. Si igitur prima motio, vita, inquam, & intelligentia: ista enim illud perfectum unum & solū. Nō solū circularis motio ista, sed spherica, & magis spherica, & vere omnimodis perfecta spherica: Si enim esse & viuere & intelligere, & si vita ipsum esse est & intelligentia, & summitates, & medium est in vno quoque, sic & intelligentia: unū igitur istorum tria sunt in se circulariter & participantia inuicem sibi. Magis autem simul existentia sine aliquo interuallo, spherica est & prima, & perfecta, & ipsa sola spherica: ut uerba alia iuxta similitudinem sphericam magis. Ex ista ratione necessarium & σημεῖον potentia est, & γράμμη & ῥαμμὴν operans σημεῖον est: & à semetipso exiēs & exiēs nō seper, in mansione, & in motu simul semper simul, κινῶσθαι semet circularis vndique spheram esse Deo ubique existente. Quippe cū sit σημεῖον, à quo, & in quod omnis motio conuersione reducitur hic est Deus λόγος totus, uos totus, totus sapientia, omnipotēs substantia, substantia quæ ueremur, quæ colimus, solo spiritu uidentes, ipsius nutu & uoluntate in ipsum erecti gratia crucis miserante nos domino nostro Iesu Christo: ἀμὴν. Erecta motione cyclica recta dico, quod à σημεῖο in σημεῖον, hoc est à patre in patre in apparentia istius motionis & diuinitatis vniuersæ, & τοῦ λόγου, & filij existit iustione Dei imago iuxta imaginē & similitudinem Dei, imago imaginis, hoc est filij: imago enim patris filius, ut demonstratum est: hoc autē est quoniam filius uita est, imago igitur uitæ anima effecta est. Anima autē cū suo uos, ab eo qui uos est, potentia uitæ intellectua lis est, non uos est, ad uos quidem respiciens quasi uos est: uisio enim ibi uisio est, uergens autem deorsum, & a uersa à uos, & se & suum uos trahit deorsum. Intelligens tantum effecta, nō iā ut intelligibile, sed si sic perseuerauerat, eorum quæ super cælū sunt mater est, lumen non uerum lumen, & quidē cum suo proprio uos lumen. Si uero in inferiora respicit, cum sit petulans, potentia uiuificandi sit, viuere quæ facit & mundum, & ea quæ in mūdo usque ad lapidem lapidum more, ipsa etiam cū uos facta, Etenim cum quidem λόγος, sit anima, non λόγος: cum que in medium spiritum, & intelligibiliū, & ἵς ἄλης proprio uos ad utraq; conuersa, aut diuina sit, aut incorporatur: ad intelligentiam etenim suæ licentiæ est, & priuatione veri luminis propter scintillam tenuem proprii τοῦ uos rursus uocatur, quoniam quidem solū est tenebrata autem deorsum ducitur. Etenim

summitates ἵς ἄλης puriores animandi vim habentes causa, sunt lumini uelut in sua descenderet. Quæ enim dictum est: & ista discernis, dicit aliquis, si talis est anima. Quomodo dictum est: Faciamus hominem iuxta imaginem & similitudinem nostram? Inspiciendū prius quid est homo, deinde quid imago, & quid differt imago à similitudine, & quomodo homo iuxta imaginem & similitudinem, non imago ac similitudo effectus sit: & quid est, ad nostram? Dualiter enim homo, quod est in cōsuetudine, ex corpore & anima intelligitur. Quidā putant ex corpore & anima triplici: Quia autē ex corpore & anima tres potentias habent: Quidā rursus dicunt ex corpore & uos partili, & anima & spiritu, quo consistit fluens corpus. Adhuc quidā de corpore quadripartenti quatuor elementorum, & anima duplici, & duplici τοῦ uos. Mea intelligentia hæc: Corpus enim, sicut demonstratum: accipit enim puluerem Deus, & plasmauit: Adam hoc est, fabricata iā terra summitates terræ & florem habemus principia corporis. Geminum etiam uos, geminā animam declarat Euan gelium καὶ ἀμὴν θάλασσαν & δύναν: sic enim dicit sicut erit & præsentia filij hominis: Tunc duo erunt in agro, unus accipietur, & uos relinquetur: duæ molentes in pristrino, una accipietur, & una relinquetur. Lucas autem adiecit de corpore duo, Ipsa nocte erunt duo in vno lectulo, unus accipietur & alter relinquetur. Alia autem similiter, Ergo quia in agro, λόγος duo sunt, uel uos & λόγος, cœlestis, & alius hylicus, Et molentes duæ animæ, cœlestis & hylica. accipiuntur igitur cœlestis uos uel λόγος: cœlestis anima, hylicus autem λόγος, & anima relinquetur. Quomodo istud, audi. Homo ex anima & corpore consistendus. Ex corpore, quod à terra cōpositum habet ergo animam terra hylicam, & factus est Adam, iuxta corpus animal, sicuti est animal de aqua & terra. Alia animalia in animam uiuam, sed Adam non sic insufflauit enim Deus in faciem eius ibi omnem potentiam sensibilem, cui adest uos in discretionem sensu. Alia igitur anima diuiniō cum suo uos: sensibili enim potentia hylicus uos est insitus, & consubstantialis hylicæ. Si igitur istud est, λόγος, cœlestis, hoc est uos, uel spiritus diuinus est in anima diuina. Ipsa autem diuina anima in hylito spiritu, hylicus autem spiritus in hylica anima, hylica autem anima in carnali corpore, quod oportet purgari cum tribus omnibus, ut accipiat lumen æternum, & æternam uitā: hoc autem perficit fides in Christo. Dicamus igitur quomodo talis anima iuxta imaginē Dei, & iuxta si similitudinem effecta sit, & si sola anima homo, ut dicit Paulus, alius terrenus, alius animalis, alius spiritalis, & ista omnia in vno homine, sed maxime hominē interiorē frequenter dicit. sic enim est anima: colligit enim uos, & diuinam animam, & dicit cœlestē hominem, reliquum autem terrenum hominem. Si istud est, anima nostra iuxta imaginem est Dei, & domini Iesu Christi: Si enim Christus uita, & λόγος est, imago est Dei, in qua imagine perspicitur pater. De hoc est quod est esse in uita. hoc est enim imago ut dictum est, & si est Christus uita, quod est autem viuere, hoc est λόγος: ipsa autem uita, hoc est quod est esse, hoc autem quod esse, pater est: Et si rursus ipsa uita hoc est quod intelligere: id autem est sanctus spiritus, & tria ista sunt omnia & in vno quoque tria, & unum tria & omnino ὁμοῦσα. Si igitur anima, secundum quod anima est, & animæ esse est,

Homini
cōstituitur
ex quibus
Gen. 1.
Imago
militia
Non
ma
plez.
Mat. 24.
Declaratur
lumen
Euan
de duobus
molentib.
Luc. 17.
Purgatio
animæ
I. Cor. 15.

esse est, & viuere & intelligere est: tria ergo superioris triados anima est, ut imago imaginis: Est enim iuxta quod anima est in eo quod est esse, & vitam dans & intelligentiā, ante intelligere simul habens, ὁμοῦσα in vno, & sunt singula ut sua substantia, nō scissione, non diuisione, non effusione, nec protensione, neque partu præcisa, sed sempiterna tria: aliud existens in alio existente, & ista substantialiter, iuxta imaginem ergo. Et sicut pater esse est, filiū autem duo, sed in motu & in actu, sic anima in eo quod anima, ut potentia patris: uiuificatio autem & intelligentiā in motu: ista ergo esse anima iuxta imaginem patris & filij: sic autē esse iuxta similitudinem, ὁμοῦσα ergo etiam ipsa in sua ualitate, & simili substantia: in triplici potentia, ipsa generans, ergo ipsa se mouens, & semper in motu in mundo motionum, fons & principium, sicuti pater & filius ipsius animæ motionis & creator, & præcausa, & præprincipium. Adhuc dico in occulto mysterium magnum, sicuti diuiniō trinitatis ualis, secundum quod per se effulgenter fecit animam in mundo intellectibili in substantiam & propriam substantiam, quam proprie dicimus substantiam, sic animæ trinitas ualis secunda explicauit imaginationem in sensibili mundo, ipsa animalis per que sursum sit mūdanas animas gignens, & istud ergo iuxta imaginem & similitudinem. Videamus ergo si & iuxta carnem, quidam & iuxta carnem dicunt præ diuinatione, quoniam futurum erat ut Iesus indueret carnem. Ego autem dico forte si & in isto quod λόγος, & carnis est λόγος, & deus & corporalis, & super omne corpus dicitur: potentia enim uniuersorum & omnium Deus, non frustra secundum imaginem corporis. Si enim futurum est nostrum corpus & carnem resurgere, & induere incorruptionem, & fieri spiritalis caro, sicuti & Saluator noster iuxta omnia & fuit, & resurrexit, & ascendit, & futurum est ut ueniat: & si post resurrectionē immutabitur, accipietur spiritale indumentum, nihil impedit iuxta imaginem carnis superioris τοῦ λόγου hominem factum esse. At istud enim testimonium dicit propheta, dicens: Et fecit Deus hominē iuxta imaginem Dei. Si fecit Deus secundum imaginem, pater iuxta filij imaginem: Si autem istud dicit fecit ipsum masculum & feminam, & prædictum est, fecit hominem iuxta imaginem Dei, manifestum quoniam & iuxta corpus & carnem ualde mystice, τὸ λόγον, & mare & semina, existente: quoniam ipse sibi et filius erat, in primo & secundo partu spiritaliter & carnaliter. Gratia Deo patri, & filio eius domino nostro Iesu Christo, ex æterno in omnia secula seculorum Amen.

MARII VICTORINI AFR I,
VIRI CONSULARIS, ADVERSUS ARIVM, Liber Secundus.

DEum omnipotentem omnes fatemur Christum Iesum, nos nunc, mox tamē fatebimur omnes, quibus fides in Christum filium. De utroque, quod sint ambo, & singuli: quippe ut pater deus, filius Iesus Christus, tota nobis religio est, & spes tota & in isto fides. Sed cum fatemur singulos duos unū tamen deum dicimus, & ambos unum deum, quod & pater sit in filio, & filius in patre. Alij unum deum dicunt, patrem solum, filiū uero hominem, sed hos nunc omittamus: Etenim Iesum filium cum dicim⁹ & antequā de Maria nasceretur, fuisse filium confite

mur: Nā si in principio fuit λόγος & λόγος fuit ad deū & deus fuit, ipse λόγος, & hoc fuit in principio, qui cum postea λόγος, caro factus est, idem est λόγος esse & Iesum: Si enim in principio erat λόγος, in principio erat filius, qui postea in carne Iesus, propter mysterium, quod mandato patris impleuit. Fatendum est igitur à principio fuisse filium: De patris substantia, an extra dicimus: Sed istud querendum. Nū deū nō fatemur esse? Fatemur. Qui igitur esse istud ἀνοῦσιον dicimus, an ἐνοῦσιον? id est sine substantia, an substantiā? ἀνοῦσιον inquit. Accipio, sed quæro ἀνοῦσιον quomodo, qui substantia nō sit omnino: an qui supra substantiā sit, id est ὑπερενοῦσιον? Sine substantiā quis dicat, deum qui esse fateatur? esse enim illi substantia sua, non illa nobis nota, sed ipse quod est ipsū esse, ipse est non ex substantia, sed ipsa substantia, patres omnium, à se sibi esse tribuens, prima substantia, vniuersalis substantia, ante substantiā substantia. Per id igitur quod ὑπερενοῦσιος est, ἀνοῦσιος à quibusdā dicitur, non quo sit sine substantiā, quippe cum sic ueremur ergo deum, & esse dicamus, id est ἐνοῦσιον, qui constituit omnia: cælum & terram, mundum, spiritus, angelos, animas, animalia, & hominem ad imaginem, & similitudinem imaginis eorum. Quid igitur cum sit ἐνοῦσιος? Deus pater utique dicitur, sic fatemur, & pater vnigeniti, omnium fides ista. Nū igitur fallit intelligentiam uerbum, ambiguo suo? Geni enim uos, & de hominibus dixit deus, si igitur si gnificat geniū & creatū, ut creaturam, & naturaliter de mea substantia geniū. Quid magis vnigenito? quid ei qui filius est? quid ei qui vnus & solus: quid ei in quod pater est? quid ei qui in patre est? quid ei qui λόγος est? qui in principio erat, & erat apud deum, & deus est, & per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil? Quid aurem hoc significat, quod Christus vnigenitus? Si enim deus omnium pater est secundum creaturam, quomodo huius vnigeniti pater, si non alio modo & ex substantia, non ex nihilo? Erat autem non alia substantia ante omnia quāam patris: de patris ergo substantia Christus. Age: nunc esse & Christum fatemur. Queramus eodem modo hoc, esse ἐνοῦσιον est an, ἀνοῦσιον? Iam supra dictum ἀνοῦσιον esse non posse, cuius est esse. Quid igitur istud esse, unde est ὑπερενοῦσιος, an ἐκ τοῦ ἐνοῦσιου, id est, ab eo quod est esse, an ab eo quod est non esse? Deus, ut inquit, esse est: Christus item esse, sed cœpit tamē. Verum hoc est. Sed istud esse quod cœpit, ab eo cœpit quod fuit alio quo modo fuisse, ut omnia diuina, & à diuinis orta, potentia semper sunt ac fuerunt: processus autē eorum actus est, & ex motu manifestatio, & quidem natalis: Quid enim dei nascitur, cum deus sit ingenuitus? an illud credibile est, aut fas est dicere, ex nihilo uel natum esse Christū, quæ dicimus dei filiū? qui est dominus maiestatis: & cetera quæ supra diximus & in aliis libris. Hoc uero postremo hæresis dicit, cui similis & illa est, uel à Maria dicit cœpisse Christū, uel quæ nō ipsū λόγον induisse carnē, sed adsumpisse hominem, ut eū ipse λόγος regeret, atque hoc Marcellus: quod superius autem, Photinus. Excludamus igitur omnes qui hæc atque huiusmodi de Christo sentiunt, loquamur cum his, qui Christum dei filium dicunt, & filium natum, quippe cum fatentur vnigenitum, gentium utique, non factum. uerum pro Parum istud est, adiciunt, de patre filium, de deo deum, de uero lumine lumen uerum, utique & cōse

Filiū qui
dam
tum
hominem
dicit
Ioh. 1.
De
ἀνοῦσι
στος
ἐνοῦσιος
Ioh. 1.
I. Cor. 15.

De substantia Christi contra uersa.

Deus 43

Isid. 70

Quaestiones.

Contra ne gantes sub stantiam in deo.

Deum om nia esse.

Circa sum mi potentia inest esse, quod potest esse. Certe de' ma rerum diuinau' le omnia est, virtute scilicet & modo quodam, vnde verba nos dicitur a Paulo: Vt sit deus omnia in omnibus, ergo destituit. & v' est, & existens, & substantia, quae omnia cum sit: I. cor. 15 Dei est substantia.

quantia de spiritu, spiritu, & in patre filiu, & in filio patrem, haec cum fateantur consilio nullo, ratione timoris potius qua veritatis. Alij substantia hic nominanda negant, alij nominant, sed simile volunt, non candē dicere. Quib' illud primū perspicendū est, quod propheta Esaias dixit: Nullus fuit ante me deus, & post me nullus erit similis de'. Si filius Christus, vtiq; post deū Christus nullus autē similis post deū, Christus ergo non similis deo. Aut si non post deū, certe cū deo, nam ante deū nullo modo, ergo omoioio. Et Dauid sic: null' similis tibi. Deinde quod multis docuimus, substantia in eo quod substantia est, maxime si sit eiusdē generis, & haec in duob' pluribus sit, haec eadē non similis dicitur esse substantia, vt anima substantia est, sunt licet multae animae, in eo quod animae sunt, vna est illis eadēq; substantia. Non quo praecesserit illa substantia & praextiterit, sed simul semper extiterit, ita & in ceteris. Quanto magis in deo: cum ipse sit origo substantiae, cum quo diuino quodam ortu filius a patre accepta substantia, semper cū eo, & in eo, vt alter atque idē eiusdē substantia, nulla vel illius diminutione, vel hui' acceptione con substantiali cōpletua vnalitate deus atque virtus eius semper qui fuerit, & semper extiterit, hoc est deus & logos deus & forma eius, pater & filius, deus & Iesus Christus, deus & virtus & sapientia. omoioio, ergo hoc sic dictū, omoioio vt omoioio, cum in eadē sunt specie simul existentes omoioio eiusdē temporis & aetatis. Hic verū omoioio signifi car con substantiale, simul substantiam, sine composito vel discretionē, sed simul semper quod sit rerū virtutibus actionibusque discreta. Hic oriūtur quae stiones: Prima quod in sacris scripturis substantiae mentia facta non sit, & magis omoioio nō sit lectū. Alia, quod si hoc ita est, cōpassus est filio pater: Tertia, quod si hoc ita sit, neq; pater maior, neq; minor filius neque alius mittens, alius missus. Et haec & huiuscemodi talia. Primū igitur illud de substantia videamus, non est in deo substantia, neque in Christo: An nō est lectū? si non est vt supra diximus: quia omnino non est, sic accipimus, an quia omnino supra substantiam est, deum non esse nobis nefas dicere: Verum substantia est enim quod deus est, quod spiritus quod lumen est. Cur enim addimus & verum lumen? Etenim in diuinis, & in deo sic accipimus substantia, vt in hylieis corpora, & in corporalibus animum. Haec enim est ibi substantia, esse supra substantiam, deum esse omnes fatentur, cum sit potentia substantiae, & ideo supra substantiam atque ex hoc substantia: etenim omnipotens est, & quorū origo vel causa est, ipse ille omnia est, virtute scilicet & modo quodam, vnde verba nos dicitur a Paulo: Vt sit deus omnia in omnibus, ergo quia patens omnium est, potentia igitur omnia est. Non dubitandū ergo dicere substantiam dei: quia cum nos circa prima vel summa proprie verba deficiunt, non incongrue deum apud nos quod conuenire possit intelligentiae aptamus, vt hic quod est deo esse, substantia iure dicamus. Eodem modo accipiamus Christum & esse substantiam, & de patre esse substantiam, quippe cum sit & ipse lumen de lumine, de deo, spiritus logos per quem facta sunt omnia: Et cum sit ita, vt vique ad mysterium corporale substantia sua venire voluerit, de quo dicitur ab Apostolo. Et non secundum Christum: quia in in

lo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter quod est omoioio, Deus enim potētia, & logos actio in vtroque vtrumque: nam & potentia quod potest esse est, & quod est, potest esse. Ipsa igitur potentia actio est, & ipsa actio potentia. Actio est ergo & pater, agit & filius, agit & pater: ideo pater, quia potentia gignit actionem: & ideo filius actio, quia actio ex potentia: ergo & pater in filio, & filius in patre, sed vtrūque in singulis, & idcirco vnum. Duo autem, quia quo magis est, id alterum apparer: magis autē pater potētia, & actio filii, & idcirco quia magis actio, magis autem actio, quia foris actio. Hoc si ita est, & substantia pater & filius, & vna substantia, & de patre substantia, & simul substantia, & semper, & ex aeterno simul pater & filius, eadē simulque substantia, hoc est, omoioio, an non est lectum in scripturis diuinis: Primum qui hoc negat, rem fateatur, sed scripturae quaerit auctoritatem. Quomodo autem non iniquum est, ideo rem non admittere, quia maiores omiserint, aliquo fortasse casu, vel causa, cū ratione vincaris? Verum quid lectum negat substantiam? an de deo & Christo substantiam? an omoioio ipsum? De deo & Christo substantia lecta est: De deo lecta in Propheta Hieremia: Qui stetit in substantia domini, & vidit verbum eius, qui praebuit aurem, & audiuit, item paulo post: Et si stetit in substantia, & audiuit verba mea. Item lecta substantia apud Prophetiam Dauid: Et substantia mea in inferioribus terrae. Lectū apud Paulum ad Hebraeos de Christo: qui est character substantiae eius. Sunt & alia exempla, verū haec sufficere arbitror. At enim apud Graecos posita est omoioio, nō omoioio. Videamus quid in terdit. Omoioio nominant Graeci tam ea quae sunt in aeternis, quā ea quae in mundo atque terrenis: in aeternis igitur deus est omnipotens, causa omnium, & fons & origo omnium quae sunt, id est τὸν ὄντων πάντων. Qui igitur damus deo? hoc quod est esse, an omnibus damus esse, do, non damus? Equidē ratio sic se habet vt primum esse sit deus: Verū quia potest accipi esse non aperte quid sit illud esse, si iā cōprehensibile erit, dicitur, id est forma quaedā in notitiam venies, quod tale esse iā dicitur, & v' dicitur, omnis v' dicitur habet quod est esse, quod autem est esse, non cōtinuo v' dicitur, neque dicitur, nisi potentialiter, nō in manifesto vt dicitur. Est enim dicitur figura quadā formatum illud quod est esse, quod tamen purum tunc purum intelligitur, cum intelligitur iā formatum: forma enim intellectum ingenerat, manifeste pronuntiat aliud esse formā, aliud quod formatum est. Quod autem formatum est, hoc est esse: forma verū est, quae intelligi facit illud quod est esse. Hoc ergo quod est esse, deo damus, formā autē Christo, quia per filiu cognoscitur pater, id est, per formam, quod est esse, & hic dicitur est. Qui me vidit, vidit, & patre. Est ergo & deus v' dicitur, & Christus v' dicitur: v' dicitur enim cū forma quod est esse, & quia semper simul sunt. & forma esse est, & ipsum esse forma vnde pater in filio, & filius in patre: est em esse & in patre, quod est potentia, quod prius est ab eo quod est forma. Est itē rursus & in filio esse, sed istud, quod est esse proprium a patre habet, vt sit illi formā esse alter ergo in altero, & ambo vnum. Ergo dicitur deus, v' filii, id est enim τὸ ὄν esse cum forma: omne enim quod est dicitur esse, est cum forma, hoc & existētia dicitur, & substantia & substantia, quod em dicitur, & existit & subsistit, & subiectū est. Hoc autē est quod est esse

Coloss. 2.

Pater & filius quae re duo.

NOTA.

Substantia verbum reperiri in scripturis.

Psal. 138.

Hebr. 1.

Deus omoioio.

Deus omoioio.

Job. 14.

Forma patris Christi.

Job. 14.

Luc. 15.

Declaratur parabolam Euangelicam.

Luc. 15.

Rom. 11.

est esse, sine cōnexo v' illo, quod simplex est, quod vnum, manifestior igitur substantia, & existētia est & substantia dicitur. Si ergo dicitur de deo substantia, magis de deo dicitur substantia, & magis ista, quoniam subiectū significat, & principale quod conuenit deo: Non sic autē subiectū sicut in mundo substantia, sed quod honoratus & antiquus & secundum fontem vniuersitatis: Verū quod est esse, quod praestat deus his quae sunt, vt vnum quodque sit omoioio, ergo esse formā habens, & primū solum verum: quoniam quod est illud esse, purū est, hoc magis substantia est. Quoniam autem rursus & forma est esse, & ipsa substantia est, sed hoc omoioio dicitur: iam enim formatum esse substantia est, forma autē est deus, quod deus est, & pater, sic & filii, & quod logos & filius. Substantia ergo proprie dicitur de ambobus, quod est substantia: quoniam quod est esse principale, cum forma substantia dicitur. Haec autem & substantia dicitur, & ideo dicitur esse, de vna substantia tres substantiae esse, vt ipsum quod est esse subsistat tripliciter, ipse deus, & Christus id est, logos & spiritus sanctus. Ergo omoioio iure deo datur, iure logos, id est, patri & filio. Id autē Latini substantiam dicunt, quia diximus & substantiam dici posse, scilicet id quod esse est, magis formatum esse. Quae cum ita sint, lecta est omoioio, haec autem est omoioio, sicut probauimus. Nunc videamus vtrum ibi vbi legimus, aliud significat: omoioio, quā omoioio. Multi enim aestimant copias atque fortunas significati hoc verbo, omoioio scilicet, sed sic dixit: Si stetit in omoioio domini, vidissent verbum eius. Quod hic intelligim' omoioio domini, nisi id quod est deus: Est autem Deus spiritus, lumen, potentia, omnipotens, & huiusmodi talia: Hic qui stat & intelligit nō autē erar qui intelligit, stat ergo: intelligens autem deum intelligit & videt, logos Dei filiu, manifestū ergo hac de esse omoioio, quia intellecta & v' verbū intelligitur, simul enim sit, & hoc est omoioio. Hoc & iterū dicit: Quia si stetit in mea omoioio, & verbū meū audissent. Supra videre, hic audire posuit, vtrūq; hoc est quo intelligere. Is em rem intelligit, qui in rei substantia stat, id est, in primo fonte rei, vt omnia quae sunt eius intelligat. Quid deinde dicitur alibi vel in Dauid, vel in Euangelio posita est & lecta omoioio nunquit aliud quā uam omoioio intelligitur: omoioio mea, inquit, Dauid: de deo vtiq; omoioio: mea in inferioribus terrae. Dicit em occultū se, nemo credat quia vtiq; sū, & omne quod sū & substantia mea, & in inferioribus terrae: Vbiq; est em deus, vel spiritus dei, quae dei substantia est. Volo nūc & illud videre in Euangelio per parabolā & exemplum positū, dixit enim: Pater familias quidā duobus filiis omoioio suā diuisit vtiq; fortunas & patrimoniu intelligimus. Sed si hoc referri ad Deū oportet, erit v' dicitur & hic potentia omnis, & virtus. Haec consumit vnus filius qui a deo recedit: etenim qui peregrinatur a deo, nec spiritum dei habet, nec lumen, nec Christum, hic apud se consumit substantia Dei. Haec est enim dei omoioio vt diximus, siue nunc hic diuitias dicamus, vel patrimonium, nihil differt: sic em dicitur est ab Apostolo Paulo: O altitudo diuitiarū sapientiae & scientiae dei. Si igitur diuitiae dei sapientia & scientia sunt: & si sapientia & scientia ipsa virtus dei est, virtus autem Dei Christus est, Christi autē logos est, logos, verū filius, filius autē in patre ipse est, ipse ergo dicitur patris, ipse omoioio.

5aoris est. Iā igitur nihil in terest, vtrum omoioio diuitias intelligamus an, omoioio, dummodo id significetur, quo ipse deus est. Ergo lectū est de deo vel omoioio vel omoioio, hoc autē & de Christo intelligitur. Dicitur est: Ego in patre, & pater in me. Quod quidē ideo bis dictum, quia in patre esse potuit filius, non tamē & in filio pater, sed vt plenitudo atque idē vnum in singulis esset. Si autē eadē omoioio, omoioio, ergo. Eadē, autem, nam Christus deus de deo, & lumen de lumine, ergo omoioio. Id autem si ex aeterno & semper necessariū simul, ergo verē omoioio. At enim hoc ipsum omoioio lectū est. Omnia enim quae dicimus lecta sunt, vobis dico, quia iam fatemini de deo, vel quod lumen sit, vel quod spiritus. Dicitis ergo de deo deū, de inuisibili spiritu spiritū, & verum lumen de vero lumine, quae sunt omoioio dei. Verū cum dicitis Christum, deū de deo, lumen de lumine, & talia: vbi sic legistis? an vobis licet sic dicere, vnde magis omoioio, probatur, nobis dicere omoioio non licebit? Verū si ideo dicitis lumē de lumine, quia & deus lumen dicitur, & Christus lumē & itē & pater deus, & Christus deus dicitur, id quidem manifestū, verū de deo non lectum, nec lumē de lumine, at licuit sumere: Licet ergo de lectis nō lecta componere. Omoioio lectum negatis, sed si alii qua similia, vel similiter denominata lecta sunt, in re pari & istud denominatū accipere debemus. Dei omoioio lumen est, hoc lumen vita est, & ista vita est in intelligentia, hoc esse deum, hoc esse Christum satis declaratū est. Viuit pater, & ego viuo, pater habet in se vitam, & filio dedit habere apud se vitam, quae habet pater, ea mihi dedit omnia. His & aliis saepe probamus, eadē in patre esse, & in filio, & quod semper, & ex aeterno: Et ideo omoioio appellatum est. Sed vnde hoc verbum, audi Euangelium, audi Paulum Apostolum, audi orationē oblationis, quoniam vita est deus, & aeterna vita. Nos Christiani, id est, qui in Christum credimus, docemur in Euangelio, quomodo deum patrem rogare debeamus, in qua oratione cum multa petimus, cum petimus panem, qui panis vita est, sic enim dicitur est: Hic enim est panis, qui de caelo descendit, Hanc vitam & Christi & Dei, id est, aeternam quod nomine ipse dicitur: omoioio, ex eadem omoioio panē, id est de vita dei, cōsubstantialē vitā. Vnde em filij dei erimus, nisi participatione vitae aeternae: quā nobis Christus a patre adferens dedit. Hoc ergo est, logos huius omoioio, id est, vitā ex eadē substantia: etenim si quod accipimus, corp' Christi est, ipse autē Christus vita est, quem omoioio, diuitiae em in Christo corporaliter habitant, Graeci igitur Euangelii habet omoioio, quod denominatū est a substantia, & vti que dei substantia, hoc Latini vel nō intelligentes, & vel non valentes exprimere, nō potuerūt dicere, & tantūmodo quotidianū posuerūt, non omoioio. Est ergo & nomē lectū, & in deo substantia, & dici potest graece, quod etiā Latine non exprimitur, dicitur tamen graece quia intelligitur. Ergo nos qui Christū credimus, quia ab eo vitam aeternam speram', quia ipse vita est, cum ipsum sequimur, & cum eo, & circa ipsum eo, & circa vitā aeternam sumus, & appellamur logos omoioio. Hinc sanctus Apostolus ad Titum Epistola sic dixit graecē: ἵνα λυβώσονται ἡμῶς πριεστανεὶ ἀπὸ πλάσσης ἀνομίας καὶ καταρτίσῃ ἐαυτῶ λαὸν περιεργισίον ζήλων καὶ ἔργων. Latinus cum non intelligeret: περιουσίον ὄχλον, περιουσίον τὸν περιόντον.

Diuitias eius filius.

Job. 14.

Lumen de lumine.

Ex scripturis in sacris literis non scripta componimus.

Christiani oratio oblationis.

Job. 6.

Matth. 6.

Corpus Christi.

Latini non potuerunt assequi omoioio.

Latini non potuerunt assequi omoioio.

Oratio oblationis

Hec ex Arii per sona dicit

Mat. 27. 1. Cor. 16


Basilius

Nova h. resis noua vocabula formare cogit.

id est, circa vitā, quā Christus & habet & dat, posuit populū abundantē. Quid meriti est vt saluetur populus quo abundat? Hoc autem rursus magna causa & veluti necessitas, quo περιούσιος. Hinc oratio oblationis intellectu eodem precatur deum: οὐδὸν περιούσιον λαόν, ἐρησῆτην καλόν, ἕρπεν. Ergo lecta sunt omnia denominata ab οὐσίας, hinc itaque cōpositū ομοούσιον de deo & Christo, quod & ab ratione non est alienum: habet enim οὐσίον, quam habent superiora nomina, & eodem modo denominatum est, & hoc nomen omnes excludit Hæreticos, necessarid ergo positum a maioribus. Dicendum ergo & semper tractandum est. At enim quia non intelligitur, & scandalū facit, tollendum & de fide & tractatu, aut certe Latine ponēdum. Non intelligitur, dicitur. Ergo nec Latine potest dici. Non intelligitur, quare vos timetis istud: qui enim obpugnant, timēt tā: si timetis, Hæretici estis, hoc exclusio subintrare cupitis. Nū si οὐσίαν in deo negatis, ομοούσιον ideo tolli vltis, quia οὐσίαν faceret? Ergo intelligitis & timetis. Si autem & Basilius ομοούσιον dicit, & hoc quoque nomen aduersum vobis est, & ideo & hoc repudiatis, quia semel οὐσίαν negatis in deo. Si autem ideo repudiatis, quia intelligitis, & ipse Basilius intelligit qui ομοούσιον dicit vult, de quo post loquemur: Non est, ομοούσιον nomen quod nō intelligitur. Latine, inquit, dicatur. Quia difficile dicitur, ideo expetitis & si dicatur, sequimini. Magnum miraculum, verbū vos Hæreticos facit, vel potius sonus verbi, quod Græce dicitur. Deinde si Latine dixerō, quia ecclesia habet Græcos, & quia omnis scriptura vel veteris Testamenti, vel noui, & græce & Latine scripta est, si nō ponimus græce, interrogati à Græcis, quid respōdebimus? Necessarid dicendū est ομοούσιον, ergo ponendum. Quid autē? In scripturis non multa sunt nomina, vel græca, vel hebraica, aut interpretata, aut non interpretata? vt Ηλέι, ἡλε, λαμὰ σαβα-χθάνι. Item Golgotha, & Emmanuel. Item: quis nō amat dominū nostrū Christū filiū ἀγαθὸς μακαρὸς θεῖ. Sexcenta alia aut interpretata, & posita: tamē: aut non interpretata, & sola posita, aut anathema, quod non exprimitur, nec latine nec Græce, & tamē positiū est, & quotidie vsupatur, sicut & alleluia, & Amē quæ in omni lingua incommutabiliter dicuntur. Licet igitur ponere eodē modo εἰμοσιον. Certē verbū cū tollēdū est: aut quia obscurū est tollitur, aut quia cōtrariū, aut quia min⁹ vel plus exprimit, aut quia superuacū est. Hoc nō obscurū est, nā & nos diximus quod significet & vos quia intelligitis, timetis: & Basil⁹, quia intelligit, mutat. Cōtrariū autē nō est, nā cū de substantiā iā omnes fateamur: substantia estem⁹ de⁹ spiritus, lumē, quæ de deo patre & Christo dicuntur hoc verbū ομοούσιον, cū de substantiā dicatur, non potest esse cōtrariū. Sed min⁹ aut amplius exprimitur. Corrigenđū potius quā auferendū: iā verō superuacua cū quomō? quia iā dictū vbi dictū. An quia nō vtile quod excludit Hæreticos maxime Arianos? Quod maiorib. positū vt mur⁹ & propugnaculū? Sed nuper est positū. Quia nuper erupit venenata cohors Hæreticorum, quo tamē conditū iuxta veterē fidē nām & ante tractatum, & multi orbis Episcopi treccētis quindē in ciuitate Necearq. per totū orbē decretā fidē mittētes, Episcoporiū milia in eadē habuerunt, vel illius temporis, vel sequentium annorum. Probatum aut ab Imperatore, Imperatoris nostri patre.

Sed latine hoc nos dici volumus: Nec hoc vobis ne gabitur: vos que substantiam negatis in deo, quaque a Basilio vincamini, & tu Basili qui substantiā con- fiteris, vtique vestris vocibus ομοούσιον cōfitemini. Nēpe dicitis deū, & eundē dicitis lumen, eundē spi- ritū. Quid dicitis, substantiam dicit deī: Nā quæ dicit patrem vel omnipotentem vel bonū, vel infini- tū, & talia, nō substantiam, sed qualitatē dicit. Item filium dicitis λόγον, lumen, spiritum, & ista substan- tiam significant. Rursus cum dicitis, deū de deo, ve- rū lumen de vero lumine, argumentū timoris Basili tollitis, ne sit superior substantia, ex qua duo sunt. Si enim de deo deus, & lumē de lumine, vtique pa- tris substantia, substantia filij est: quia ipse deus pa- ter, ipse substantia est, de qua substantia filius λόγος, lumen, spiritus, etenim cum dicitur filius, iῆ Salua- tor, iῆ Iesus Christus, secūdū qualitatē, non secun- dū substantiā dicitur. Sic reliqua vel patri dantur, vel filio, ergo substantiam fateamini. Vos autē certe Basilio credite qui eadē de deo, & de Christo dicit, lumē deū, spiritū, λόγον, & substantiā cōfiteretur. At em̄ in istis ομοούσιον non est ita est, si non in ομοούσιον eadē substantiā intelligas. Sin autē cū cōponitur verbum idē in duob⁹ vel plurib. significatur, ὁμοίως, quo de eadē sit specie: & ὁμοίως, quo eadē etate, & quod ὁμοίως, eodē nomine, & cōcordia ὁμοίως, eodem corde eadē εννοεα, ergo cōsubstantiale quod sit eadē substantia est: Sin autē ὁμοούσιον intelligitur, erit ὁμοούσιον, Latine simul cōsubstantiale, non ab aliquo alio, sed deī potentia ex æterno. Etenim si in principio erat λόγος, & λόγος erat ad deū, quoniā principiū ante nihil habet: si enim habuerit, definit esse principiū. Ex æterno deus, & ex æterno λόγος, Simul ergo ambo, & sēper simul, nec aliquādo alter sine altero, nec filius ex eo quod nō est aliquādo. Hic ergo exclusus Ari⁹, qui protulit ἐνωτέον ἢ ἴσεντία eius fuit & illa ἐξ οὐδὲν ὄντων esse filij, id est de nihilo: Sig. ὁμοούσιον simul esse, & substantiam. Aduersus vtique; sacrilegiū verbū huius potētia repugnat, quo ὁμοούσιον dicitur sine em̄ ita est, vt ὁμοούσιον, sit eiusdem substantiæ, vt ὁμοούσιον, sicuti supra docuimus, excluditur quod di- ctū est, esse Christū ex nihilo: si em̄ deus & λόγος, eadē substantia sunt, deus & λόγος, non solū non ex nihilo, sed ne ex simili quidē substantia. Si verō ὁμοούσιον ex eo quid est, simul esse substantia intelligitur, hoc est simul substantiarū, simul deus & λόγος & ex æter- no sēper simul pater & filio. Ex hoc excluditur quod dictū est: fuit quādo nō fuit. Hoc si ita est, hoc vno, id est, ὁμοούσιον omne venenū Ariani dogmatis in- tenecatur. O docti Episcopi, ὁ ἴσεντι, ὁ fidē spiritu cōfirmantes, ὁ verbū de vere, verbū deī, quod de⁹ & λόγος, ostēditur, simul ex æterno, & sēper eadem que substantia. Dicitur igitur Latine est ὁμοούσιον: vnde necessarid etiā Græce ponēdū atq; tractādū. Sed adiciam⁹ etiā nūc aliquid, quo per cōfessionē vestrā & per lectionē deificā Latine expressū ὁμοούσιον ad- p- betur. Lectio diuina dicit. Pater in filio, & filij⁹ in pa- tre. Et ne parū sit, ad fidē ipse dominus noster Iesus Christus dicit: Ego in patre & pater in me. Quid er- go? Hæc nomina insūt sibi inuicē: an virtutes an sub- stantia, an sapientiæ & potestates? Pater quo pater est, in filio esse non potest: Itē filius, in patre esse nō potest, sed quō virtutis substantiæ sibi est, hoc est in al- tero. Inde alterū in altero, vnū redditur etiā substā- tibus singulis, vnū tamē, quia idē in vtroq; intelligitur & nomi-

MARII VICTORINI AFRICI, VIRI CONSULARIS, ADVERSUS ARIUM, Liber Tertius.



ΑΤΟΣ vel vōs diuinus vt sede vtitur, atque vt corpore anima cœlesti, ea vero sensuali vōs, vel λόγος in sensuali anima, vt ipse sensuali in corpore est, & ideo in qualicumque corpore. Omne autem quod ex diuini est, ad sua non quasi pars eorum est, sed vt imago, vt id in aliis & adsertum est, & probatum: quippe cum in ipsis diuini λόγος deī imago sit, sic igitur cœtera, ergo omnium diuinorum. Vt enim deī λόγος imago est, ita & τοῦ λόγου anima quæq; hoc genus imo v- ibi, cœtera imagines sunt: At in natura sensuali non ro imago imagines, sed magis simulachra, ac simulamenta di- τοῦ λό- cenda: Ita enim rerum progressio est, vt effulgentia s- luminis imago sit luminis, vnde substantia eadē est in summis & æternis, quia imago luminis lumē est: vt enim de spiritu non nisi spiritus: & de vero, verū, & de deo, deus: sic & de substantiā, substantia: spiri- tus enim, & verus, & deus substantia est. Omne autē quod est vnicuique suum esse, substantia est. Sed hoc esse quod dicimus, aliud intelligi debet in eo quod est esse: aliud vero in eo quod est ita esse, vt vnum sit substantiæ, aliud qualitatis. Sed ista sic in sensibi- libus & in mundo. At in diuinis & æternis ista duo vnum: omne enim quod ibi simplex, & hoc deus, quod lumen, quod optimum, quod existētia, quod vita, quod intelligentia, ac de hoc & in aliis dixi- mus. Omnia ergo ibi substantialiter simplicia, in- connexa, vnum numero, vnum, nec numero vnum, sed ante numerum vnum, id est, ante vnum quod est in numero, hoc est planē simplex, solum sine phantasia, quod alterum. Vnde quod inde nascitur, imago, non scissio, nec effusio, sed effusio: nec pro- tensio, sed apparentia, nec geminatio potentia: quā potentia actio: vbi enim actio, aut vnde? nisi in potentia atque ex potentia? Et quando aut vbi potentia? nisi cum actione & in actione? Non ergo alterum in altero, nec aliquando simile, quia idem semper: Et quia effulgentia declaratur lumen, vel actio, declaratur potentia: idcirco, qui me vidit, vidit patrem. Et quia potentiam ipsam solum nemo videt, Deum nemo vidit vnquam. Et quoniam po- tentia cessans vita est, & cessans intelligentia, hæc autem vita & intelligentia actio est, si quis deum vi- derit, moriatur necesse est: quia deī vita & intelli- gentia in semetipsa est nō in actū: omnis autē actus foris est, hoc vero est nostrum viuere, quod foris est viuere: ergo est mors deū videre, nemo, inquit, vn- quā deum vidit & vixit: simili enim simile videtur. Omittenda igitur vita foris, omittenda intelligentia, si deū videre volumus, & hoc nobis mors est. Quo- niam autem hæc vita & intelligentia λόγος est, qui Christus est, per Christū & nos omnia, per ipsum est ergo λόγος, & vita, & intelligentia. Quare quia ista omnia & adiectio est: nos ergo si sumus in Christo domino, per Christū videmus, id est vitam veram, hoc est, per imaginem veram. Et quia verani, ergo eiusdem substantiæ, quia & in actione poten- tia est, ibi ergo deū videmus, & hinc illud: Qui me vidit, vidit deum. Quod verō de potētia actio, ideo de patre filius, ac de spiritu λόγος: & quia de spiritu spiritus, ideo de deo deus: ergo de substantia eadem substantia, vt supra docuimus. Potentia deus est, id

& nominatur. Ergo & pater in filio, & filius in pa- tre. Sed isto modo. Hoc si ita est, videmus cœtera. Dicitis, & rectē dicitis, Iesum Christum dominum nostrum, deū de deo, & lumen de lumine. Vicinum est, & consequens est, similiter dicere & istud. Di- camus ergo, verēque dicamus in deo, lumen in lu- mine. Quod quidem ideo non & reuerſum dicitur, quia vnum verbum est in duobus. Nam pater & fi- lius duo sunt vocabula: & idcirco veri inuicē pos- sunt, vt & pater in filio dicatur, & filius in patre. At verū cum vnum nomen in duobus dicitur, deus in deo, eodem modo dicitur & cum de altero dicitur, eadem ratio & cum dicitur lumen in lumine. Ne- cessitate igitur nominis vnus, semel quidem dicitur, sed propter duo patrem & filium bis & intelli- gitur & auditur. Dicamus igitur Iesum deī filium, deum de deo, lumen de lumine. Dicamus & illud, deum in deo, lumen in lumine: Si enim, vt fateamur omnes, & filius in patre est, & pater in filio, est autem pater & deus, & lumen, ita tamen vt de patre filius hic sit, vnde necessarid & verē est dicere: & deus in deo, & lumen in lumine. An durum istud est? sed necessarid fatendum est & sic esse, & sic se habere. Quid si etiam lectum est, & ex duobus istis vnum aperitissimē sic positum, vt à me non inueni- tum, sed sacra lectione sit iam probatū? Hymnidu- cus David in libro psalmorum, qui clavis mysterio- rum omnium dicitur, sic deo psallit: Quoniā apud te est fons vitæ, in lumine tuo videmus lumen: Deo dictum æstimamus, an Christo? an vtique? Quia cuiuscunq; rectē: In patre enim filius, & in filio pa- ter. Sed si patri deo, hoc erit illud: Si in substantia mea steriles, & verbum meum audisset. Si autem filio, hoc erit illud: Qui me vidit, vidit & patrem: Ergo in lumine tuo videbimus lumen. Est igitur lu- men in lumine, ergo & deus in deo. Neque enim dubitandum est quando & hoc sequatur, cum illud quod eodem modo est est, & re sit & lectione probatum. Quod si ita est, colligamus omnia, iam ὁμοούσιον apparebit & Græce intellectum, & Latine pronuntiatum. Credimus in deū patrem omnipoten- tem, & in filium eius vnigenitum. Verum fiat: Satis est iam de hoc. Esaias sic ait: Laborauit Ægyptus, & mercimonia Æthiopum & Sabaim. Viri altissimi in re ambulabunt, & tibi erunt serui, & retro sequen- tur ligati manibus, te venerabuntur, & te precabun- tur quōd in te deus est, & nō est deus extra te. Iesum Christum dominum nostrum, deum de deo, lumen de lumine: deum in deo, lumen in lumine: consub- stantialem simul substantialem, sic reliqua ad sym- bolum quæ iunguntur, & ad fidem explicitum est, & absolutum ὁμοούσιον plenū est, & de eadem sub- stantia, & in eadem substantia, & semper simul, si placet Latine sic habeatur. Si autem vnum verbum Græcum, quod magna expressione, magnaque bre- uitate vtunque concludit, placet, manere de deo & domino nostro per seuerere, ὁμοούσιον vero magis ac magis teneatur, scribatur, dicatur, tractetur, in ecclesiis omnibus prædicetur. Hæc enim fides apud Niceam, hæc fides Apostolorum, hæc fides catho- lica: Hinc Ariani, hinc Hæretici vincuntur vniuer- si. Pax cum his qui ita sentiunt, à deo patre, & à Iesu Christo domino no- stro, Amen.

Quomodo in filio sit & nomi-

λόγος ima go deī, a- nimo ve- ro imago τοῦ λό- γου.

Joh 1.4. Joh 1. Deū quæ- re nemo vidisse vnquam dicatur.

Videre deum no- bis mors est.

Joh 14.

est, quod primum existētia vniuersale est esse, quod secum, id est, in se vitam & intelligentiam habet, magis autem ipsum quod est esse, hoc est, quod vita atque intelligentia motu interiore & in se conuerso: est ergo motus in deo, & ex hoc & actio, vnde dictum: Amen amen dico vobis, non potest filius à semetipso facere aliquid, si nō viderit patrem facientem: quæ enim ille facit, eadem & filius facit. Similiter ergo & pater & facit & agit, sed intus: vnde cum nullo eger extrinsecus, semper plenum, semper totum, semper beatum est. Verum quoniam vita atque intelligentia motus sunt, omnis autem vita viuificat, omne verò quod viuificatur foris est: itēque intelligentia quod intelligit foris est, & id quod intelligit intus, tracta & vita & intelligentia, vel effulgentē vel inluminante intelligit. Vnde de deo atque ex eadem substantia est & substantia & vita, & intelligentia, itēque motus cum intus in se est, idem est quod substantia: qui cum inde spectat, & vt foras emineat, id est, vt operetur atque agat, hic partus est, hic natalis. Et quia motus vnus est, vnigenitus filius, motus autem vnus siue illa vita, siue intelligentia: etenim vitam motum esse necesse est. Viuefacit enim omnis vita, vnde motus est vita, qui siue in se existens, atque in se conuersus substantia ipse sibi est, siue foras spectat, vnde magis dicitur motus: nā intus motus cessatio est, vel mota cessatio, cessansque motus: debet enim deus vtriusque, cessationis dico & motus, & parens esse, & ipsa substantia, quod societas, & quadam forma, ad vtrumque foras est, est simplex ipse & vnus, semperque vnus ac solus, & vt supra diximus, totus. Qui cū in cessante motu accipitur atque intelligitur, hoc est deus, atque ipse pater est, semper atque ex æterno pater: quia semper motus ex substantia, & in substantia, vel potius ipsa substantia: qui cum foras spectat, hoc est autem foras spectare, motum vel motionem esse, quod ipsum hoc illud est se videre, se intelligere, ac nosse velle: cum autem se videt, geminus existit & intelligitur, vidēs, & quod videtur: ipse qui videt, ipsum quod videtur, quia se videt, hoc est igitur foras spectans, foris genitus vel existens, vt quid sit intelligat. Ergo si foris est: & si genitus, filius: & si filius, vnigenitus, quia solus, qui est omnis actus, atque omnis & vniuersalis, & vnus est motus, idem autem motusque substantia, ergo & pater, & filius vna eademque substantia: consubstantialia igitur, id est *ὁμοούσιον*. Omnia ergo filius, vt omnia pater. Sed quia potēcialiter prior est substantia, quam actus ac motus. Prius autem ad vim dixi & ad causam, quia motui causa substantia: omnis enim motus in substantia, ergo necessariò generator est pater, & itē necessariò omnia que pater habet, habet & filius: Omnia, inquit, quæ habet pater, mihi dedit. Et item pater vt ipse habet ex se vitam, ita dedit filio ex se habere vitam: ergo vt pater, ita filius vita est, & ex se vita: Ipsa est enim vita, quæ sibi & aliis est vis viuendi, non aliudē vita. Igitur motus, & principalis motus, & vnus motus, & à se motus, & vnigenitus motus, hic est *λόγος*: etenim vita est, per quam viuunt omnia. Et quia vita est, ipse est per quem facta sunt omnia, & in quem facta sunt omnia: quia purgata omnia in vitam æternam redeunt. Et omnia in ipso facta sunt, quia quæ facta sunt, in ipso vita sunt: nihil enim quod sit, cui sit esse suum, ex quo ipse vita sit esse quod sit. Ergo in Chri-

Iob. 5.

Deus cessationis & motus causa.

Foras spectare quid sit.

Substantia motu est prior.

Iob. 1.

sto facta sunt omnia, quia Christus *λόγος* est: Vita autem nec cepit, quia à se sibi semper est, vnde nūquam desinit, & infinita semper est, & per omnia, & in omnibus vsque à diuinis & à supra cœlestibus ad usque cœlestia, cœlestique omnes, æthera, æra, humida atque terrena, omniaque quæ oriuntur è terra, omniaque cætera. Ergo & corpus carōque nostra habet aliquid vitale, omnisque materia animata est, vt mundus existeret, vnde eruperunt iussu dei animalia. In carne ergo inest vita, id est *λόγος*, vita autem inest Christus: quare *λόγος* caro factus est. Iob. 1. Vnde non mirū quod mysterio sumpsit carnem, vt & carni, & homini subueniret, sed cū carnem sumpsit, vniuersalem *λόγος* carnis sumpsit: nam idcirco omnis carnis potestates in carne triumphauit, & idcirco omni subuenit carni, vt dictum est in *Esaiā*: *Esai. 52.* Videbit te omnis caro salutare dei. Et in libro *Psal.* *Psal. 64.* Ad te omnis caro veniet. Item & vniuersalem *λόγος* animæ: nam & animam habuisse manifestum, cum idem Saluator dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et item in *Psalmo*: Non derelinques animam meam in inferno. Quod autem sumpsit vniuersalem *λόγος* animæ, his manifestum in *Ezechiele*: Omnes animæ sunt meæ, vt anima patris, sic & anima filij. Item vniuersalis animæ *λόγος*, *λόγος* & ex hoc ostenditur, quod & irascitur, cum maledicit & arbori fici, & dicit: Sodomis & Gomorris in illa die commodius erit quàm vobis. Sic etiam multis locis: Item & cupit, cum dicit: Pater si fieri potest, transferatur à me hic calix. Ibi etiam ratiocinatur: sed fiat potius voluntas tua. Hæc & alia multa sunt, quibus ostenditur animæ *λόγος* vniuersalis: adsumptus ergo homo totus, & adsumptus, & liberatus est: in isto enim omnia vniuersalia fuerunt, vniuersalis caro, anima vniuersalis, & in crucē sublata atque purgata sunt per salutarem deum *λόγος*, vniuersalium omnium vniuersalis, per ipsum enim omnia facta sunt, qui est Iesus Christus deus & Saluator, & dominus noster. Amen.

Δ Ο Γ Ο Σ igitur quæ sunt, quæque esse possunt, quæque esse potuerunt, veluti semen ac potentia existens, sapientia ac virtus omnium substantiarum de deo ad actiones omnes deus potentia patris actiueque, quo filius ipse cum patre vnus deus est. Etenim cum sint ista existentia viuētes, intelligentesque, animaduertamus hæc tria, esse, viuere, intelligere, ita tria esse, vt vnus semper sint, atque in eo quod est esse. Sed in eo quod est esse dico, quod ibi est esse: in hoc igitur esse, hoc est viuere, hoc intelligere omnia substantialiter, vt vnus substantia: viuēst. re enim ipsum id est quod esse, neque enim ita in deo, vt in nobis aliud est quod viuere, aliud vita quæ efficit viuere. Etenim si ponamus accipiamusque ipsum vitam esse, atque existere, quodque ei potentia sit id ipsum sit ei esse, clarum fiet vnus atque idem nos accipere debere esse & viuere, hæc ratio est, vsque eadē intelligentia est vtiq; illi. Hoc ipsum ergo intelligere, hoc est quod est ei esse idque esse, quod est intelligere: ipsum hoc intelligere intelligentia est: esse ergo, esse & vitæ & intelligentia est, id est quod vita & intelligentia, vnus igitur quod vita, & idem esse quod est intelligere. Quod si hæc in singulis atque in binis vnus, sequitur vt ipsum viuere hoc sit, quod intelligere: nam si esse hoc est viuere, atque esse id quod intelligere, sit vnus viuere atque intelligere, cum sit illis vnus quod est esse. Huc accedit

dit quod ipsum esse nihil est aliud quàm viuere: quod enim non viuere, ipsum esse ei deperit, vt quādiu quidque sit, hoc sit ei suum viuere, vnde commoritur esse cum vita. Sed nos cum de æternis loquimur, aliud viuere accipimus, hoc est ipsum scire quod viuas, scire porro hoc est quod intelligere: Ergo scire intelligere est, & scire quod viuas hoc est viuere, id ergo erit intelligere quod viuere. Quod si ita est, vt vnus sit viuere & intelligere, & cum vnus sit esse quod est viuere atque intelligere, substantia vnus, substantia tria sunt ista: cum enim vim ac significantiam suam habeant, atque vt dicuntur & sint, necessariò & sunt tria, & tamen vnus, cum omne quod singulum est vnus, tria sint, idque Græcis ita dicitur: *ἐκ μίας οὐσίας τρεῖς ἕναι τὰς ὑποστάσεις*. Hoc cum ita sit, esse vt fundamentum est reliquis: viuere enim & intelligere vt secunda & posteriora, vt natura quadam in eo quod est esse, velut inesse videantur, vel ex eo quod esse quodammodo vt extiterint, atque in eo quod est suum esse, illud primū ac fontanum esse seruauerint: vnquam enim esse sine viuere atque intelligere: neque viuere atque intelligere sine eo quod est esse iam probatum est. Huius rei ad intelligentiam hoc sit exemplum: Ponamus visum vel visionem per se vi sua atque natura potentialiter existentem, hoc est esse, potentiam habentem vigere ad videndum, quod erit ius videre: & item potentiam habentem videndo visa queque discernere, quod est cōtra intelligere: hæc si potentia sunt, nihil aliud quàm esse dicitur, & manent, & vt quæta sunt, atque in se conuersa tantum vt sint operantur solum visio, vel visus existentia, & idcirco solum esse numerāda: At cum eadem visio operatione videndi vt cooperit, quasi progressionē sui visio, quasi inquam: non enim progreditur, nec à se exit, sed intentione ac vigore propriæ potestatis, quod est ei viuere, omnia quæ sunt ei obuia, vel quibus incurrēdo obuia conspexerit, officio cum viuendi fungitur, vita ipsius visionis est, quæ motu operante viuere indicat visionem, tantum in eo quod videt puro videndi sensu non discriminante, nec diiudicante quod videt. Quod quidem nos accipimus æstimatione, vt opinemur videre solum sine intelligentia: cum autem videre, quod est viuere visioni, videre nō sit, nisi capiat comprehendatque quod viderit, simul esse est & iudicare quod videtur: ergo in eo quod est videre, inest diiudicare: nec enim si viderit, quomodo cumque viderit non diiudicauit illud ipsum, vel quod viderit. Ergo vt dicimus in eo quod est videre, est diiudicare: in eo autem quod est esse visionē, inest videre: inconnexa igitur ac magis simplicia in eo quod sunt, non aliud quàm vnus, visio, videre, discernere, quo pacto & in eo quod est discernere inest videre, & in eo quod est videre, inest esse visionem, atque vt verè dicam, non inest, sed eo quod est visio, eo est videre atque discernere, ita in singulis omnia, vel vnus quidque omnia vnus. Extolle te igitur atque erige spiritus meus, & virtute, qua à deo mihi es inspiratus, agnosce deum, intelligere difficile, nō tamen desperatum: nam ideo nosse se voluit, ideo mundum opera sua diuina cōstituit, vt eum per ista omnia cerneremus. *λόγος* cerē, qui eius filius, qui imago, qui forma est, à se ad patrem intelligendi transitum dedit: deum igitur in qua natura, in quo genere, in qua vi, in qua potentia ponimus? intelligimus? æstimamus?

viuere & intelligere & esse

visio non est sine intelligentia

Dei opera sua non esse

vel qua phantasia intelligentiæ adtingimus? atque in eum prouehimur: Et cum intelligibilem esse dicimus, cerē in sufflatione dei anima nobis atque ex eo pars in nobis est, quæ in nobis est maxima: adtingimus igitur cum eo, quo inde sumus atque pendemus. Cerē post Saluatoris aduētum, cum in Saluatore ipsum deum vidimus, cum ab eo docti atque instructi sumus, cum ab eo sanctum spiritum intelligentiæ magistrum accepimus, quid aliud tantus intelligentiæ magister dabit, nisi deum nosse? deum cognoscere? deum fateri? Et maiores nostri quæstionem quid esset, aut quis esset deus, & his ab eo qui in eius gremio semper est, responsum est ita: Me videtis, & patrem meum quæritis, olim vobiscum sum, qui me vidit vidit patrem, ego in patre, & pater in me. Ergo quid dicimus? Deum nempe spiritum, & spiritum vitæ: Dictum enim est, vita pater est, & item Christus spiritus est. Et ipse rursus de se dixit: Ego sum vita. Et: Vt pater habet ex se vitam, ita & filio dedit habere ex se vitam. Eodem modo spiritus sanctus spiritus est, vtiq; & ipse vita: Nam omnia Christus accepit à patre, & omnia, inquit, ei dedi. Et item: Quæ habet, mea sunt. Ergo habet vitam, & vitam à se esse. Quare istud: Quia vbi vita est, ibi est, à se esse vitam: & si istud ita est, ibi est intelligere se vitam esse, & quid esse sit viuere, & quid esse quod vita est: coniuncta igitur omnia, & vnus omnia, & vna substantia, & verè *ὁμοούσιον*, vel simul, quod est *ὁμῶν*, vel eademque substantia. Pater igitur esse est, hoc enim cæteris principū, & primum ad phantasiā secundorum: hic deus, is cum duobus cæteris deus, hic vnus deus, quia quod est viuere & intelligere, hoc ipsum est quod est esse, & duobus istis quod viuere atque intelligere, ab eo prouenit quod est esse. Nemo igitur separet spiritum sanctum, & prophana blasphemia esse nescio quid suspicetur, quia & ipse de patre est, quia ipse est & filius, qui de patre est: namque post id quod est esse, id est existentia, vel substantia, vel si altius metum quodam propter nora nomina conscendas, dicatque vel existentialitatem, vel substantialitatem, id est, *ὑπαρκῆ τῆτα, οὐσιότητα, ὄντῆτα*, omnibus his esse quod dico manens in se, suo à se motu viuificas potentia sua, qua cuncta viuificantur, & potentificatur, plena, absoluta, super omnes perfectiones omnimodis est diuina perfectio. Hic est deus supra vobis, supra veritatem, omnipotens potentia, & idcirco non forma, vobis autem, & veritas, forma, sed non vt inherens alteri inseparabilis forma, sed vt inseparabiliter adnexa ad declarationem potentie dei patris eadem substantia vel imago vel forma. Illud igitur primum quod esse diximus, quod deus est, & silentium dictum, & quies atque cessatio. Quod si ita est, potentie progressio, quæ non quidem progressio, sed apparentia est, & si progressio, non dimittens vnde progreditur, sed cum connectione progressio, magis autem apparentia: nō enim fuit aliquid extra quod progressio fieret: Vbiq; enim deus, & omnia deus: ergo potentie progressio actus exiit, is actus, si silentium deus est, verbunt dicitur: si cessatio, motus: si essentia, vita. Quod vt docuimus, in eo quod est esse & viuere, in eo quod est silentium est tacens verbum, & in eo quod est quies vel cessatio inest vel occultus motus, vel occulta actio. Necessariò itaque ex hac cessatione natus motus, & nata actio est, vel à silentio verbum,

Genes. 2.

Diuina intelligentia eius parte que diuina ipsa est.

Iob. 14.

Iob. 14.

Iob. 5.

ὁμῶν

Mortis genera vitam esse. Ioh. 14. In nomine Christi petere. quid sit. Patrem in filio glorificari quomodo intelligatur.

Alium paraclatum in Iohanne quis sit.

Ioh. 3.

Ioh. 14.

Ioh. 1.

quæ genera mortis sunt vita esse verum vita est: Viuit, inquit, Deus. Ergo vitam esse Deus est. Et ego, inquit, uiuo. Quicumque ad Christum venit, ad vitam venit, & sic per vitam ad Deum: ergo iuncti sunt Deus & λόγος. Et hinc illud est: Qui me cognouit, cognouit & patrem. Et: Qui me uidit, uidit & patrem. Hinc & illud: Non credis, quod ego in patre, & pater in me. Hinc & illud mystice: Et si quid aliquando petieritis in nomine meo, istud faciam. Quid est petere in Christi nomine? animam æternam fieri, lucem Dei videre, ad ipsum videndum venire, æternam vitam habere, non diuitias, non filios, non honores, nihilque mundanum, sed spirituale omne, atque omne, quo vniti Deo Christo iungamur: hoc enim est, ut glorificetur in filio, id est, in vita æterna, quam petentibus dabo. Subiungitur deinde plenissime de spiritu sancto, quid sit, unde sit, quod ipse sit: Si enim, inquit, me amatis, mandata mea custodite. Et ego rogabo patrem meum, & alium paraclatum dabit vobis, ut vobiscum sit omne tēpus. Quid est paraclatus, qui adferat adstruatque apud patrem homines omnes fideles atque credentes? Quis est iste? vnus ne solus spiritus sanctus? an Idem & Christus? Etenim ipse dixit: Alium paraclatum dabit vobis Deus. Dum dixit alium, se dixit alium: dum dixit paraclatum, operam similem declarauit, & eandem quodammodo actionem. Ergo & spiritus paraclatus: & spiritus sanctus, alius paraclatus, & ipse à patre mittitur. Iesus ergo spiritus sanctus: motus enim spiritus, unde & spiritus motus, eo quod spiritus: spirat enim vbi vult. Et ipse nunc dicit, spiritus veritatis, & ita ei nomen est spiritus sanctus, spiritus etiam Christus, spiritus & Deus, omnes ergo spiritus. Verum Deus substantia- liter spiritus: inest enim in eo quod est substantia & motus: vel potius substantia ipsa, qui est motus, sed in se manens, ut saepe iam diximus, & retinendi causa saepe repetemus. At verò Iesus & spiritus sanctus motio, verè mota motio, unde foris operans, sed Iesus spiritus apertus: quippe & in carne: spiritus autè sanctus occultus, Iesus quippe qui intelligentias infundat, non iam qui signa faciat, aut per parabolas loquatur, ipsum se esse, ipse sic docet: Non vos dimittam orphanos, veniam ad vos. Ipse autem in spiritu sancto esse occultum, sic docet: Mundus me iam non videbit, vos autem videbitis me, quoniam iam viuo ego & vos viuuetis. Hoc etiam sancto spiritui datum, ut penes vos sit in æternum spiritus veritatis. Et de se dixit: Ego sum veritas. Deinde adiecit: Quem mundus non potest videre. Et de se dixit: Iam me mundus non videbit. Deinde adiecit: Quoniam ipsum non videt, neque cognoscit ipsum. Sed & Christum nemo cognouit: In sua venit, & mundus eum non cognouit. Adiecit: Vos cognoscetis ipsum, quoniam manet in vobis, & in vobis est. Et ipse de se ita: Vos videbitis me. Et quoniam Christus vita est, de se adiunxit. Quoniam ego viuo, & vos viuuetis. Et quia spiritus sanctus intelligentia est, utroque autem mundus ipse caret, ideo adiecit: Quoniam iam apud vos manet, & in vobis est. Unde autem aut est in illis, aut iam manet spiritus sanctus, si adhuc postea venturus est, & non iam per Christum apud illos esse cœpit? Ergo iuncti atque ex vno sunt, qui motus est, id apertius in sequentibus, declaratur, ait enim: Hæc vobis dixi apud vos manens, paraclatus autè spiritus sanctus, quem mittet pater in nomi-

ne meo, vos docebit omnia quaecumque dico. Ego, inquit, in vobis maneo. Data est enim vita, nec ab illis iam Christus abscedit: sunt igitur & spiritali motu, quod est Christum in illis manere: ipsi autem animæ, in quibus spiritus manet, nec aliquando discedit dictum tamen: Nunc ibo ad patrem. Quid istud sit, facile intelligi potest, si accipiatur ex mysterio dictum, & corporali mysterio: nam spiritaliter cum & ipse in patre sit, & pater in ipso, quo? aut quare ibit? Ex eodem mysterio est, quod ad Christum spiritus solubæ similis venit, & quod nunc spiritus mittetur à patre, & mittetur ad patrem, Christo eunte & petente ut mittatur: à morte enim vita reuocata, & vita non ipsa vita, quia λόγος est: hæc enim mortè nescit, magis hæc ipsa interficit mortè, sed vita quæ in hominibus resurrexit à morte. Quam vtique induit simul cum corpore, & eam ab inferno resumit. Propter hanc igitur sanctificandam, eundem fuit ad patrem, sed corporaliter atque animaliter, id est, in id quod in se pater fuerat penetrandū parentialiter atque existentialiter: hoc igitur modo iuit ad patrem. Denique nec absentia tēpus edictum, sed cōtradictum, quod nocte quæ sabbatum sequitur, apparuerit Maria, tangi noluerit priusquam iret ad patrem, nuntiavit Maria discipulis, eadem nocte ad ipsos venit ostendens manus & latus, vtique tangi iam non prohibens. Post Thomas palpauit, tetigit, ipso quidem hortante, quia ille desperabat, quod significat sanctificationem iam fuisse. Quam ergo breue hoc tempus est, sed propter mysterium dictum: ibo ad patrem: nam cum ipse in patre, & in ipso pater sit, quo ibit? Eodem ergo mysterio: quem vobis mittit pater: quia pater mittit, cum Christus mittit, denique sic ait: Mittit pater in nomine meo, id est pro me, aut in nomine meo: quoniam spiritus Christus, & ipse spiritus sanctus: aut in nomine meo, quia spiritus sanctus ipse de Christo testimonium ferret, sic enim dictum: Ille testimonium dicit de me, quis ille: quem vobis ego mitto à patre: iuncti ergo omnes, ego mitto, à patre mitto, spiritum veritatis mitto, medius ergo λόγος, id est, Iesus ipse mittit: Motus enim principalis vniuersalisque qui vitalis ac vita est: mittit intelligentiæ motum, qui sicuti docuit, ex vita atque ipsa vita est: scire enim quid sis, hoc est viuere, hoc est esse. Hoc autè esse quid est, quàm ex Dei substantia esse, quod est spiritum esse? unde nos spirituales efficiamur, accepto spiritu à Christo, & hinc æterna vita: Spiritus ergo appellata est ista trinitas, Nam dictum: Deus spiritus est. Item dictum à Paulo ad Corinthios secunda: Dominus autem spiritus est, vbi autè spiritus domini, ibi libertas. Vtique ista de Christo, ipse verò spiritus sanctus, & certe dictus, quod sancti sanctos, id est sanctos facit, & certe ipse est spiritus dei: dictus est enim prudentia, sapientia, omniumque rerū scientia, ita enim de eo subiugit: Ille conuincet mundū de peccato, & iniustitia, & de iudicio: De peccato, inquit, quoniam in me nō credunt, vel quod vita sit Christus, vel quod Dei filius, & à Deo missus, & qui peccata dimittat. De iniustitia autè, quoniam ad patrem pergo: tot enim in mysterio passionis, quia fidem mandatorū seruauit & implcuit: quippe cū dixerit, cū aliud vellet: Fiat voluntas tua. Itaque quia monitos derelinquens, iam non ita vidēdus relinquebat, iniustitia fuit, iis actis omnibus ire ad patrem, nec ire ad patrem tantum, sed cū illo iam esse: Nam ideo dicitur: Sedet ad dexterā patris.

crucis mysterium triumphum qui de omnibus potestatis.

Ioh. 16.

Gen. 15.

Ioh. 17.

Act. 1.

Spiritus veritatis accipere.

Act. 1.

Paulus solus post abscissum Christi, Christum vidit.

Ioh. 1.

Act. 2.

De iudicio: quoniam princeps huius mundi indicatus est: mysterio enim crucis omnes aduersa Christo ab eodem Christo triumphata sunt potestates. Hæc, inquit, docebit spiritus sanctus. Quid eligitur? De salute mysterium paraclatus cōplet, & non completa Christus abscedit? An quia ipse eū mittit? vel quia spiritus habet omnia Christi: Habet omnia, per Christum celebratur. Et tamen videamus quid acturus est. Spiritus scientiam datur gestorum, & insinuationem scientiæ, quasi vinum testimonij, ac magis iudicij habiturus, vel ad pœnitentiam, vel ad panam, de peccato, inquit, quod in me non crediderunt. Ergo ut sciat mundus iam pœnam suam. De iniustitia autè, quod ad patrem vado. Et hoc potest esse de peccato quod iniuste fecerunt, qui cum in crucem susulerunt: quia se filium Dei dicebat: Et nunc pergit ad patrem, quod item erit omnium, si in Deum credant, & faciant Dei iussu, ut & ipsi ad patrem pergant: iustificantur enim, nam Abraham credidit, & reputatum est ei ad iustitiam. Deinde de iudicio inquit, quod princeps mundi iudicatus sit. Hæc, ut cernitur, non ad salutem, quæ iam à Christo completa est, sed pertinent ad scientiam rerum gestarū: Est enim pater loquens silentiū, Christus vox, paraclatus vox vocis. Ergo spiritus sanctus in isto actu alter paraclatus, in salutis mysterio cooperatur vt Christus, in spiritu verò sanctificationis quod Deus. Si igitur & hoc modo Christus quod spiritus, sed Deus in mysterio æternæ vitæ Christus, in sanctificatione spiritus sanctus: Sanctificat autem Deus, vt dictum: Sanctificat eos in veritate, patri filius dicit, ergo sanctificat pater: Item Christus sanctificat, vt dictum: Et pro iis sanctifico meipsum, vt sint ipsi sanctificati in veritate. Item sanctificat spiritus sanctus, nam & baptizare ad sanctificationem pertinet: dictum ergo in Actis Apostolorum: Ioannes baptizauit aqua, vos autem spiritu sancto tingemini. Quod superfudit se illis ad scientiam: nā iam sanctificati fuerant baptismo inuocato deo Christo, spiritui sancto etenim sic dictū est: Sanctifica eos in veritate. Et veritas Christus est: paraclatus etiā spiritus est veritatis: ergo omnis qui baptizatur, & credere se dicit, & fidem accipit, spiritum accipit veritatis, id est, spiritum sanctum, sitque sanctior a spiritu sancto, & ideo dictum in Actis Apostolorum: Sed accipietis virtutem adueniente in vos spiritu sancto. Non ad sanctificationem, sed scientiam, & ad ea quæ promisit in Euangelio Christus de spiritu sancto, id est de paraclato. Primum vt testimonium de Christo dicat, sic enim ait: Accipietis virtutem adueniente in vos spiritu sancto, & eritis mihi testes in Hierusalem. Sed & Lucas dicit: Nondum quidem missus spiritus. Iam tamen testimonium dicit. Paulus tamē in omnibus Epistolis suis quid aliud agit, nisi de Christo testimonium dicit? & post abscissum Christi solus Christum vidit, & soli apparuit. Spiritus ergo per Christum, & Christus per spiritum sanctum adfuit. Item dicit testimonium Iohannes & Petrus: Quod audiui, quod vidimus, quod palpauimus. Et in actis Apostolorum & ipse, & Lucas qui scripsit de iis, de David ita dicit: Propheta cum esset, & scies quia iururādo iurasset illi Deus: ex fructu ventris eius sedere super thronū illius, prouidēs locutus est de resurrectione Christi: quia neque relictus est in inferno, Tom. 5.

neque caro eius vidit corruptionē: Hunc ergo Iesum resuscitauit Deus, cuius nos omnes testes sumus. Quando ista dicit? Cum iam factus esset de celo sonus, & tanquam vi magna spiritus ferretur, quæ repleuit totā domum, & repleti sunt spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis. Deinde dicunt Apostoli, de peccato mundi, quod non credidit Christo, in Actis ita: Sicut vos scitis, hunc decreto consilio & prescientia Dei traditum per manus sceleratas, & suffixistis eum cruci, & occidistis quem Deus resuscitauit. Item in Actis Apostolorum referente Petro, David non ascendisse in cœlum, sed dixisse ita: Dicit dominus domino meo, sedere ad dexteram. Hoc etiam Paulus dixit: Qui resurrexit, qui est in dextera Dei. Ergo docuerūt quod post resurrectionem ad patrem iuit: Idem mox adiecit: Qui & interpellat patrem. Ergo si & Christus interpellat, paraclatus etiam ipse. Item in Actis, quod ad patrem ierit, testimonium est: Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis ipsorum, cumque intuerentur inuenientem illum in cœlum, & reliquæ. Dicta sunt iam tria de testimonio in Christum, de peccato, de iniustitia, nunc de iudicio. Sic per spiritum sanctum locutus Paulus ad Romanos: Deus autem pacis conteret Satanā sub pedibus vestris velociter. Item ipse ad Ephesios: Qui ascendisset in altitudinem, captiuam duxit captiuitatem. Item in Apocalypsi ipse dixit: Et habeo clauem mortis & inferi. Item ibi: Et factū est prælium in cœlo, Michaël & angeli eius bellare aduersus draconem. Et totus locus demonstrat diabolum iudicatū. Cum igitur ad probatum sit, tres istas potentias, & communi, & proprio actu, & substantia eadem, vnitatem deitatemque cōficere, non sine ratione rationum in duo ista reuocatur, in filium ac patrem: etenim cū quali geminus ipse pater sit, existētia & actio, id est, substantia & motus, sed intus motus, & αὐτὸς ὁμοῦς motus, & hoc quo substantia est motus, necessariō & filius, cum sit motus, & αὐτὸς ὁμοῦς motus, eadem substantia est: eadem enim hæc inter se sine coniunctione vnum sunt, & sine geminatione simplex, suo vt proprio existendi verum, vi autem potentiaque: quia nunquam sine altero alterum, vnum atque idem tantum actu, sed qui foris est, in passionem incidentem alio autè interiore semper manente atque æterno, quippe originali & substantiali, & ideo semper patre, qua ratiocinatione & semper filio. Paulus in omnibus Epistolis: Gratia vobis & pax, à Deo patre nostro, & domino nostro Iesu Christo. Item: Non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & per Deum patrem. Item in Euangelio: Ego & pater vnum sumus: Ego in patre, & pater in me. Nos quoque patrem & filium religiosè semper vsurpamus, & rectè secundum rationem supradictā: etenim motus, vt supra docuimus, filius atque ipse motus vita & scientia, vel sapientia. Certè Paulus plenissime expressit quod intelligi volumus: Gratias ago, inquit, deo meo semper pro vobis in Christo Iesu, quod omnes locupletati estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia. Verbum Christū diximus, id est vitam, scientiā spiritum sanctū, ergo vnum: in Christo enim, ait, locupletati estis, quod cū ita sit, si Deus & Christus vnū, cum Christus & spiritus vnū, iure tria vnum, vi & substantia: prima tamen duo vnū diuersè, hoc vt sit pater, actualis existentia, id est, substantialitas, filius vero actus existētia: duo au-

Act. 2. Peccatum mundi est non credere Deo. Ibidem. Rom. 8. Act. 1. De iudicio Dei. Rom. 16. Ephes. 4. Apoc. 1. Apoc. 12. Ioh. 10. Act. 10. Act. 1. Ioh. 16. Act. 1. Ioh. 1. I. Cor. 1. Ioh. 10.

rem reliqua ita duo, vt Christus & spiritus sanctus in vno duo sint, id est in motu, atque ita duo, vt vnum duo: prima autem duo, vt duo vnum, sic cum in vno duo, & cum duo vnum, trinitas existit vnu. Nam quid ego de spiritu sancto, de quo tractatum est, pluribus multa commemorem? ex ipso concipitur Christus in carne, ipse est in Christo qui in carne, ipse datur Apostolis à Christo qui in carne est, vt baptizet in Deo, & in Christo, & spiritu sancto: ipse quem Christus in carne promittit esse venturum, quadam agendi distantia, idem ipse & Christus, & spiritus sanctus, & quia spiritus, idcirco & Deus: quia Christus quod spiritus, ideo Deus: vnde pater, & filius, & spiritus, non solū vnū, sed & vnus Deus.

MARII VICTORINI AFRICI, VIRI CONSULARIS, AVERSUS ARIUM, Liber quartus.

IVIIT ac vita vnumne, an idem, an alterum? Vnum. Et cur duo nomina idem, & quomodo? cū sit aliud in actu esse, aliud ipsam actionem esse, ergo alterum: Sed quomodo alterum? cum in eo quod viuunt, vita sit, & in eo quod vita est, viuat necesse est: non enim caret vita quod viuunt, aut cum sit vita non viuunt, alterum igitur in altero, & ex hoc in quolibet altero duo: & si vt duo, non vt purè duo, quippe cum alterum in altero, & id in vtroque, idem ergo. Sed idem in duobus est, & à se alter, is ergo & idem est, & alterum in quolibet horum aliquo. At si idem est, & ad se vtrumque idem est, vtrumque idem & vnum est: quodlibet enim altero existente quod alterum est, neutrum vt geminum, ergo si vtrumque hoc ipso quod est, & alterum est, erit apud se vtrumque vnum: at cum vtrumque apud se vnum est, in altero idem vnum est: at cum idem vnum est, verè vnū est vtrumque: nullo enim vtrumque distat, nec existendi virtute, nec tempore, fortasse causa, & hoc altero prius est. Hoc quod facilius iudicetur, sic ista melius retractabimus: Viuere ac vita ita sunt, vt & hoc quod est viuere, vita sit, & hoc quod est vita, sit viuere: non vt duplicatum alterum in altero sit, neque alterum cum altero est: hæc enim est copulatio: num & ex hoc etiam si inseparabiliter iunctū sit, vnitum est non vnum: nunc vero cum ipso eodem opere vitam esse sit viuere, & eodem modo viuere vitam esse sit. De iis enim loquimur duobus, de viuere, & vita, non de eo quod ad effectum vitam habet & viuere. Quanquam & ipsum tertium, & in eo quod vitam habet, & vt alterum ex altero, sed vt vnum vtrumque. Ex quo apparet, quid ipsa per se existentia in suis rebus valeant, cum substantia vna atque eadem manere, esse suum nulla sui inno- uatione custodiant: nanque vitæ esse suum est moueri: ipsum autem moueri, hoc est viuere: Esse igitur & viuere est, & esse vitam: vna ergo eademque substantia, nanque vnicique in eo quod sit suum esse, substantia est: Etenim in supernis æternisque, id est, in intellectualibus atque intellectualibus, nihil accedens, nihil qualitas, nihil geminum, vel cum altero sed omnia viuentes sunt, intelligentesque substantia, puræ, simplices vnusmodi, hoc ipso quo sunt & viuunt & intelligunt, conuersumque quo intelligunt, hoc ipso etiam sunt. Viuit igitur ac vi-

ta vna substantia est, sed quoniam intellectus ita se pandit, atque ita sermo processit, vt & in eo quod est viuere, vita sit, & in eo quod vita sit, ideo sit vita, qua viuunt. Querendum & intenta ratione querendum, vtrum naturalis ista complexio, & bigemina existentia modo pura simplicitas vnane sit, an duæ. Si nihil interest, viuere & vita sit, & vitam esse, vi inest & viuere, iure ac merito vnam istorum, non geminam copulam ad existentiam sui esse dicemus. Sin autem primum, aliud est viuere, aliud vitam esse. Et item si distantia est, vt nunc vita causa sit ad viuendum, nunc ipsum viuere causa sit, vt vita sit, duo sunt ista, sed gemina inter se, atque apud se simpliciter vnita: potentia enim loquere suo atque diuino refert ista geminari, vt eiusdem naturæ ac potentie, alterum cuius sit id, à quo hoc alterum. Atqui est nonnulla distantia, parua illa sit licet, vnde non est frustra geminatio. Etenim non idem actio & agere, nec potentia & operatio, nec vt verius dicam, idem causa est, quod effectum: illa enim origo, hic parvus est. Vnde cum duo ista, viuunt ac vita, sit actio atque agere: quanquam in se simulque sint, tamen & alia vt atque natura existimanda sunt, vt alterum alterius causa sit, alterum existat effectum. Sed vt mihi intelligentia est, ac probata sententia cum in principali naturalique primæ diuinitatis exordio, primum sit quod est viuere, secundum vero quod vita, ita enim ratio docebit, & ipsa veritas approbabit, sit vt viuere causa sit, vita, effectusque viuendi vita sit, quod tamen ipsum viuere & vita sit: simul enim ista, & simul semper, quod cognoscitur, erant. Aliud vita ad secunda tertiaque, vel deinceps que viuunt ordinata causa atque principium, ita scilicet vt idē sit simulque vita quod viuere, sed hoc viuere, secundum de vita, cū vita est: Illud primum ac principale viuere, simul & vita causa est vitæ, & fons, & origo viuentium. Scio hoc obscurum videri posse, non tam rerum, quam eorundem repetitionem sermonum, quod duo ista tali copulatione necesse sunt, vt cum sit viuere, vita sit: & cū sit vita, sit viuere, vnde cōstitutio quolibet vno, frustra alterius videbitur facta geminatio. Audi lector, audi quod miraberis lector, ista tam dura, tam tortuosa, tã clausa tractatu de Deo & de diuinis, simplici disputatione pandemus. Deum certè fatemur omnes, Deum omnipotentem, Deū supra omnia, Deum ante omnia, Deū à quo omnia: Hunc cū fatemur, etiam esse sine dubio cōfitemur: Esse huic quid credimus? quid putamus? Spiritus inquit, Deus est, lumen, & verū lumen Deus est. Quid hoc esse creditur, quod spiritus dicitur: nempe spiritū intelligere cogimur quādam existentem, viuentem, intelligentemque substantiā: in supernis quidem, & circa Deum maximè quasi humilem & alienū, & in posterioribus nomē non credunt cōuenire substantiam. Sed cur à nobis fugiatur hoc verbum: cum esset, cuique hoc ei sit esse substantia. Et in Hieremia Deus loquens ita dicit: Quod si in mea substantia staretis, videretis verbum meū. Sic etiam ibi nō multo post, & aliis in locis multis. Est igitur spiritus substantia, id est esse eius: colligamus igitur τὸ πνεῦμα dictum: Spiritus deus est, & adorātes eū in spiritu & veritate adorare oportet. Deus inquit, spiritus est, hoc est Dei, quod est esse: ergo substantia dei spiritus est, eadem substantia, hoc est quod viuens: nō vt aliud sit substantia, aliud viuens, sed ipsum

ipsum viuens vt sit ipsa substantia. Si enim dictum est ab eodem: Spiritus est qui viuificat: vtique is qui viuificat, qui viuunt, & vitæ potentia est: ergo viuunt spiritus, viuunt Deus: Porro autem quia viuunt, vt supra diximus, & vita est, spiritus ergo & vita est, vt idē Iohānes ait: Spiritus vita est: Ergo deus cū est spiritus, & viuunt & vita est. Paulus etiam ad Romanos: Nulla ergo damnatio iis qui sunt in Christo Iesu, & non iuxta corpus ambulānt: lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Spiritus vitæ, inquit: tria enim ista spiritus sunt, Deus, Iesus, spiritus sanctus. Ac de Deo probatū putō & spiritum esse, spiritum autem & viuere, & viuere facere, & vitam esse substantialiter, vt ista intellectualia sint, & simplex, & vna substantia, vt hoc sit spiritū esse, quod viuere, & vitam esse. Sed nō istud quod nostrū est viuere, quod animalium, quod elementorum, quod creatorum ex elementis, quod mūdū, quod omnium in mundo, quod angelorum, demōnum, vel etiam eorum quos in mundo de mundo Deos nominant: non, inquam, illud viuere in Deo est. Hoc Deus est, quod est viuere anime, aut viuificatiueque, aut illius vniuersalis atque fontanæ, non vt ibi angelorum, nō vt ibi thronorum, gloriarū vel cæterorum in æternis existentū, vel in intellectualibus, vel intellectualibus, sed illud viuere, vnde hæc pro suo existenti genere vitam recipiunt & viuunt, illo quodāmodo progredientem, & ista prout capere possint potentiam viuētis vigoris adstante, à se sibi, per se, in se solo simplex, purū, sine existendi principio, à quo fufum magis, vel progressum, vel natum principium est, per quod crearetur viuere cæterorum: Etenim viuere vitam parit, nam vt naturalis prior actor, quāam actio: Agens enim actionē genuit, & quasi ex ipsa vocabulū & rem cū ipse tribuerit, ipse suscepit. Hoc cū rectum, etiā ratione admodum verū est: certe Deus, cui ad omnipotentiam principalemque summam hanc nomen cōuenit Deus: Deus, inquam, primum, si in Dei operibus dicendū aliquid primum: sed intelligentia humani ingenij vt se exerat, & res capiat, rebus vel simul existentibus, vel simul fufis, & ortus, & diuersos ortus, & quasi ex ipsa vocabulū & rem inquam, primo vniuersalium existentias substantiasque progenuit, has Plato ideas vocat, cunctarum in existentibus specierum species principales, quod genus in exemplo est, οὐρανός, ζωόντων, νόησις: Et item οὐρανός & τερρότης, atque hoc genus cætera: genera igitur generum profunduntur, adeo & omnium potentiarum potentia vniuersaliter principales: Ergo οὐρανός, id est existentialitas, vel essentitas: siue ζωόντων, id est vitalitas, id est, prima vniuersalis vitæ potentia, hoc est, prima vita fonsque omnium viuendi, Item νόησις, intelligendi vis, virtus, potētia, vel substantia vel natura: hæc tria accipienda vt singula, sed ita, vt qua suo plurimo sunt, hoc nominentur, & esse dicantur: nā nihil horū est, quod non tria sit: esse enim, hoc esse si viuat, hoc est in vita sit: Ipsum vero viuere, non est viuere quod viuat intelligentiam nō habere, quasi mixta igitur, & vt res est, triplici simplicitate simplicia. Quicquid enim hoc ipso quo est, & alterū est, non aliquando dicendum geminum, sed semper vnum. Verum de iis pluribus alibi. Deus igitur quod est viuere, quod summū, primum, fontanum, principalemque principale, tria ista genuit, id est suo viuendi opere, vt existeret procrea-

uit: ista igitur opere prouenerūt, & hæc proles, ista generatio est, vt ab agente actus, ab eo quod est essentitas vel essentia, à viuente vitalitas vel vita, ab intelligente νόησις, intelligentiarum vniuersalium vniuersalis intelligentia nasceretur. Prius est igitur viuere quāam vita: quanquam in eo quod est viuere vita sit, sed viuere vt parens vitæ est, vita & proles, & quod gignitur, quippe à viuente generata. Deus igitur est viuere illud primum, viuere à semetipso, viuere ante omnī viuere, & ante ipsius vitæ viuere: agens enim & semper agens, & nullo principio agens, non ab actione agens est, ne actio vel phantasia principij sit ad agentem, sed vt actio agentis opere, vel progenita sit, vel extiterit, vel effusa sit. Hoc vtique agere in eo ponimus, quod est viuere: Deus ergo viuere est, & principale viuere: vita autē vt genitū. Viuere ergo pater est, vita filius: nanque quod in eo factum est, vita est, & ipse filius dicit: Ego sum via, ego veritas, ego vita. Hæc vita est, quæ orta est ab eo quod pater viuunt, & hoc illud est: Ego enim de Deo exiui. Item ipse de se ita dicit. Qui sitit, veniat ad me, & bibat, qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hinc & illud est, quod Samaritanæ respondit: Si scires donū dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu magis petisses eū, & dedisset tibi aquam viuā. Itē postea: Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterū. Samaritana aqua, mūdāna est anima: Qui autē biberit de aqua, quam ego dederō ei, non sitiet in sempiternū, sed aqua quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternā. Iis atque huiusmodi innumerabilibus exemplis satis clarum sit, Christū Dei filium vitam esse, & æternā vitam: quippe qui & ipse vt pater spiritus sit. De spiritu enim quod nascitur, spiritus est: spiritus vero spirat, & à se spirat: spirare autem viuere est. Porro quod à se spirat, à se viuunt: quod à se viuunt, ex æterno & in æternum viuunt: Nunquam enim se deserit, quod sibi causa est, vt hoc ipsum sit quod existit: Cum igitur pater sit quod est viuere, vt supra docuim⁹: viuere autem sit vitæ esse, itēque cū vita id sit quod gignitur ab eo quod est viuere, necessariū id est vita quod viuere: viuunt enim & vita hoc ipso quia vita est, atque ex se vita est: ex se em̄ ei est viuere: verū tamen ex illo primo, quod est principaliter viuere, quod est pater, vbi & vnde existit vita. cui inest & viuere & ex se viuere, quod esse filiū Iesum Christum probamus, intelligimus, & fatemur. Ista omnia quæ à me dicta sunt, quemadmodum in Euangelio τὸ πνεῦμα significata atque asserta per ipsa Saluatoris verba videamus: Misit me viuus pater, & ego viuus propter patrem. Ac ne qui istum in carne Christum dixisse istud crederet, subiunxit statim: Hic est panis qui de cælo descendit. Deinde vitam esse, & æternā vitam sic testatur, sic docet: Nisi acceperitis corpus hominis, sicut panē vitæ, & biberitis sanguinem eius, nō habebitis vitā in vobis: qui autē edet carnem eius, & biberit eius sanguinē habet vitam æternā. Omne ergo quod Christus est, vita æterna est, vel spiritus, vel anima, vel caro: horum enim omnī ipse λόγος est, & λόγος autem principalis vita est: ergo etiā ea quæ induit, vita sunt, vnde ista & in nobis vitam æternam merebūt per spiritū, quē Christus nobis dat, facta & ista spiritualia. Ac ne qui crederet de Christo carnali Christū ista dicere, & nō de toto se, qui est spirit⁹, anima, caro, quid ait: Quid si videritis filiū ho-



Ioh. 6.

Rom. 5.

Spiritus vita non talis, quælibet est reatum creaturam.

Actio. Agere.

Viuere causa vita.

Quædam intelliguntur, dicitur accipiuntur, vt ipsa sunt.

Ideæ Platoni.

Substantia nomē quiddam significum.

Ioh. 14.

Vita dei.

Ioh. 14. Ioh. 16. Ioh. 7. Ioh. 4.

Samaritana aqua mundana animam significat. Spiritum Ioh. 3.

Ioh. 6.

Declaratur locus Ioh. cap. 6. de corpore & anime, vel caro: horum enim omnī ipse λόγος est, sanguine Christi.

ascendentem? Quis est filius hominis: Spiritus, anima, caro: Hæc enim habuit cum ascendit, & cum quibus ascendit. Quid ergo est quod adicit? ut spiritus intelligatur: ubi primum fuit, hoc est spiritus, atque vita, quod pater, quod Deus, unde hæc *ὁμοῦσιν* id est, consubstantialia sunt, nullo tempore extra se existentia, principaliter principalia, una eademque substantia, vi pari, eadem potetia, maiestate, virtute nullum altero prius, nisi quod causa est alterum alterius, & idcirco alterum: Sed idem alterum verum, quia idem vnus Deus: quia vero alterum, idcirco primum & secundum: & quia causa alterum alterius, idcirco pater, quod causa est, id vero quod ab altero, filius: in substantia verò nulla distantia, nulla temporis discretio, nulla significatio, vnus motus, vna voluntas, & aliquando phantasia alterius voluntatis, sed semper eadem. Hæc ita esse facta primum lectione doceamus, deinde ut ordo poscit, ut rerum necessitas flagitat, & perspiciamus in iis in quibus est vna eademque substantia, cur alter mittentis, alter missi potestatem gerant: imperantis alter, alter ministri: alter motu agendi à passionibus libero, alter per infinitos actus in creandis seculis infinitus, & iis quæ sunt in sæculis, subiecit vsque ad mortem innumeras passiones. Viuit quod primum est, viuit ex se, viuit æternum, & hoc Deus est. Quod ipsum viuit, ut docui, existentia, vel substantia vim habet, & naturam vitam, & intelligentia, imo ipse in eo quod est ei esse, hoc est illud quod dicimus vivere, & hoc quod intelligere, & hoc Deus est: ergo quod est Deo esse, existentia causa & pater est: Et quoniam in ipso suo esse vita ei est, & in eo etiam nosse qui sit, & vitam vniuersalem, & intelligentia fons est. De tribus enim istis quæ simplici existentia in Deo sunt, vel quæ Deus sunt, magis esse Deus est: quod ex se habet vitam, & vitam esse, vel intelligere, & intelligentiam esse, ut supra docuimus, & in pluribus. Ut iam reliqua duo, vitam dico & intelligentiam accipiamus, ut genita ab eo quod est esse, suum esse habentia ab eo quod est primum esse motum, pro priore existendi vim ac nomen vitam intelligentiamque sortita: Omnia enim in tribus terna sunt quodam modo tuus ordine nominata: non quo nō in singulis tribus terna sunt, sed quod motu id operantur quod esse dicuntur: esse enim primus motus est, qui cessans dicitur motus, idem intus motus: cū enim se ut existat operatur, rectè & intus motus, & cessans motus est nominatus: Hunc nos motum esse dicimus, quod est viuit ac viuere: iam vero cum ex eo quod est viuit ac viuere confecta quodam modo & genita in habitus speciem ipsius quod est viuit ac viuere forma formata sit, hæc vita, hæc filius nominatur: Ut enim forma qualibet, vel ibi posita ubi est, vel alibi ducit nos ad cognoscendum cum cuius est, sic vita facit nos nosse quid sit viuere: Actus enim est viuere, & in actu momentis omnibus cursus, & ideo dicitur: Deum nemo vidit vnquam. Quis enim videat viuere, quod Deus est, sine vita quæ lineamentis agendis in quadam specie coit & existit, ut sit forma viuientis? Ergo eius quod est viuere, forma est vita, per quæ, vel in qua quod est, viuit, ac viuere videtur, accipitur & agnoscitur, quod à patre significat dictum Saluatoris: Qui me vidit, vidit & patrem. Filius enim Dei, forma Dei est, id est, vita, quæ est forma viuētis, *Philipp. 2.* Dicit enim à Paulo ad Philippenses: Qui cū in for-

Consonantia eorum que videtur de filio dici atque patre.

Vita & intelligentia.

Forma in cogitatione ducit.

Ioan. 14. Philip. 2.

ma Dei constitutus esset, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis Deo. Item ad Colossenses: Qui est imago inuisibilis Dei. Ergo Iesus Christus & imago, & forma Dei. Diximus autem quod in forma videretur, id cuius forma, & eodem pacto. & imagine videtur is, cuius imago est, maxime si is, cuius imago est inuisibilis, sicut hic dictum: Imago Dei inuisibilis. Eodem modo dictum in Euangelio *ἵσα ἰσῶν*: Deum nemo vnquam vidit, nisi vnigenitus filius, qui de sinu eius exiuit. Et item sic Moysi dictum: Faciem meam non videbis, quis enim faciem meam vidit, id est, dorsum, cateraque, præter faciem. Quot hic mysteria: quot genera questionum: quot signa ad declarandum & Deum, & Iesum Christum, & substantiam esse: & vnum ambo esse substantiam? & simul vtrunque vnam esse substantiam? & à patre filio esse substantiam? Quæ cuncta, atque huiusmodi alia, nullo modo explicari, intelligi, atque adprobriari possunt, nisi superior tractatus manifestis perceptionibus illuceat. Sit igitur nobis fixa sententia, quod Deus spiritus sit, & spiritus de quo & filius spiritus, & spiritus, spiritus sanctus: De spiritu enim quod nascitur, spiritus est, spiritus autem viuificat. Quid viuificat, utique ipsum viuit: & quod viuit, quia spiritus est, à se viuit: & quod à se viuit, hoc ipsum est quod viuit: & quia quod à se viuit, cum ipsum sit, quod est viuit, nec aliud habet quod viuere dicatur: non enim viuificatum est, sed viuit ipsum, viuit vel viuere existens: & qui viuit, ac viuere agere est, in eo quod à se viuit vnquam cæpit: non enim expectauit alterum, ut nunquam se deseruit, aut desereret, ex æterno igitur atque in æternum viuit principalis & vniuersalis substantia viuendi, non vt substantia sit, & sic viuens, sed ipsam quod est viuens, hoc ipsum substantia est: quæ enim cū ipsum viuens, ac viuit, & viuere esse, & quodammodo esse intelligatur, non suum sibi esse quod sit substantia est, hoc & lectione omni sacra, & rerum ipsarum vocibus spiritus nominatur. Spirat autem spiritus, & à se spirat, & Deus spiritus est: spirat verò hoc est, quod viuit: Viuit ergo à se & semper spiritus, qui Deus est: viuit inquam, atque in actu viuendi, & ipso opere vitam cum viuit, operatur: Nata ergo est viuere Deo vita, & Deo ex æterno, atque in æternum viuente, vita æterna generata est, & quia viuit, ipsum substantia est: & quod est ab eo quod viuit, & vita ipsa substantia est, per eadem æqualis ac simul, quia ipsum viuit vita est, atque ipsa vita viuendo existit vt vita sit: Spiritus ergo est viuere, & vita spiritus est: cōplectitur se vtrunque, & in vtroque est, & alterum non vt geminum, & adiectum, sed simplicitate ex se atque in se existentis, quasi alterius substantia duplicatū, nunquam à se discretū, quia in singulis geminum. Etenim viuere cū vita est, & vita rursus cum eo est quod est viuere: Viuere autem, docuimus, deus est, vita Christus: & quia viuere vt generator est vita: actu enim, quod est viuere, vt quædam prolis vita generatur, sit viuere pater, filius vita, ista ipsa quidē, quia alterum ab altero, idcirco duo. Vnde enim duo, nisi alterum ab altero? & semper quod ab altero est, filius est, illud autē vnde alterum, pater. Sed nūc non ita alterum, vt discretū atque diuersum, sed tantum alterum ab altero, vt cōficiens atque confectū, & generatū atque generatū, coniunctione substantia vtrunque vni, cū & viuere vita sit, & vita ipsa viuere: hinc pater & filius vnus Deus:

Coloss. 1. Ibid. 1. Joh. 1. Exod. 33. Joh. 3. Joh. 6. Spiritus.

Deus: Et quia conuersio naturalis existentia, nō nisi vna est: vt enim in eo quod est viuere inest vita, & item in eo quod est vita, inest viuere, vna sola & conuersio est. Vnde cum in eo quod vita est, inest & viuere, idcirco vnigenitus filius consubstantialis patri, vnus & ipse filius, vt pater vnus. Vnde vna eademque substantia, & simul ac semper: Hoc est enim *ἰσοουσιον, ὁμοουσιον ἕχων*, simul substantiam habens, parēmq; existendi vim atque virtutem, eandēque substantia naturā, nullo tempore præeunte: quod nos cōsubstantialia dicimus, causatiuo priore quod est viuere, ad id quod vita est, vt illud generans ac pater, hoc genitum ac filius, & sit & esse dicatur. Ergo quia insunt sibi, & licet pater cum sit, filius nō sit: rursusque cum filius, qui est eius cuius est filius, pater non sit, tamen vi rerum, & substantia paritate: cum viuere vita sit, & vna sit viuere, merito diuina Saluatoris voce pronūciatum est: Et ego in patre, & pater in me. Hinc & illud est: Ego & pater vnus sumus: Etenim cum rerū vi & natura ipsa ducit nihil sint omnia si non viuant, & motu vitali vacua, nec molem hylicum aut existentia vel imaginem, vel speciem habere credantur: Fluendi enim ac refluentis natura incondite subsistendi, nō recipit vis lubrica, inconstans, nec formā recipit, vt aliquid esse dicatur. Vnde carens eo quod est aliquid esse, etiam esse suum tenet, vt rectè nullo modo esse dicatur. At nūc comprehensa & tota, atque in partibus circumstans, & formata, atque hoc corporata, & ad aliquid esse specie aliqua capta & esse creditur: quia motu vitali, & ab infinito certis lineamentis septa, in sensus certissimos promouetur. Ergo hylica quæ sunt, vt esse videantur, facit vis potentiaque vitalis, quæ defluens à *λόγῳ* illo qui vita est, quem dicimus filium, per archangelos, angelos, thronos, glorias, cateraque quæ supra mundum sunt, primo in corpora, atque *ἀυλας*, naturali sua substantia munda atque puriora cum currit ac labitur, lacem suam maiorem sui communionem patitur, mox in animam fontemque animæ gradatim veniens. Quia anima imago *τοῦ λόγου* est, quasi quadam cogitatione maiore defluendi accipit cursum. Et quia in animada anima properat, sit ei in animanda eius petulantior appetitus. Hinc in hyle munda, & mundanis elementis, & postremo carnalibus vinculis implicata, corruptioni, atque ipsi morti sese miscens, viuendi idolum materia fecibus præstat. Viunt ergo cuncta terrena, humida, ærea, ignea, ætherea, cœlestia, non *λόγῳ* illo priore, nec vitam integro lumine, sed propter copulationem hylicam suauitate luce vitali, viuunt supra cœlestia, & magis viuunt, quæ ab hyle, & à corporeis nexibus recesserunt, vt puriores animæ, & throni & gloriæ: Item Angeli atque ipsi spiritus, alij vt in alio, id est in sua substantia vitam habentes: alij ipsa vita sunt: Iesus autem Christus, & sanctus spiritus: nam & de hoc mox docebitur: simul cū Deo, sed à Deo tamen vita sunt, sed vniuersalis vita viuunt, & à se viuunt, & non in altero habentes quod viuunt, sed vt hoc ipsum illis esse sit viuere & vitam esse, & scientiam esse patre tradente, hoc est, principaliter existēte eo quod est viuere. Ergo hæc omnia enumerata viuunt, & nihil sit vel in æternis, vel in mūdānis aut hylieis, quod nō pro natura sua viuat: vti que confitendū est, esse vim quandā vel potentia, qua cuncta viuēfiant, & quasi viuendi fonte in vitales spiritus erigatur, vt ex hoc & viuāt, & quia viuūt

Que ad corporeis nequibus sunt immundis vitiis viuunt.

esse sortita sunt. Quis est iste, unde in æterna, atque in mortalia vitalis spiritus spirat, quo vigent cūcta, quo subsistūt, quo actus proprios sumunt, quo & generata sunt, & generatura proueniunt? Deus, sine dubio Deus, & quod menti nostræ venerationi est, viuēdi pater, numēnque viuēdi. Hunc vel potentia vitam, vt in aliis diximus, vel vitam summam principemque, & generaliter generalem, atque omnium viuētium originem, causam, caput, fontemque dicemus: Principiū existentium substantiarum patre, qui ob eo quod ipse est esse, esse ceteris præstat, secundum vim ac naturā percipientium viuendi potetiam, substantiaque moderatus. Quid ipse, aut in quo? Quippe viuus verūque: Viuus, vt nos de se loqui simus: Viuit, & ex æterno, & in æternū viuūt: ex se habēs istud ipsum, quod ei substantia est: Viuit, nō enim ei accedere actus aut debuit aut potuit, ne aliquādo à se minus, sed semper perfectus, plenus ac totus, in eo quod est ei esse, inest etiā sic esse, cateraque post Deū sunt, & potentia sunt, & actiones potetia, quæ vi sua iam esse creduntur, vt omnia & esse, & habere videantur, quæ maturis processionis actibus existentia in suo opere hic habere prouenit: Actiones autem dicuntur, cum existentis processibus gignūt, ac foras promunt quod esse possunt: Vt semen iam potentia est, & culmus, & folij, vel mas aut femina venerea cupiditatis effusio: sed hæc in mūdo atque sub luna: supra verò in æthere, atque cælo actiones sunt, atque actionibus viuunt, sed genita etiam quod futurum fuerant facta: ex ortu enim suo in operationes proprias, suauitate dimissa, suos actus naturæ continentis contagione discuntur. Quod si hæc quæ in mundo sunt, actus sunt, quanto magis illa, quæ in æternis, ac supra cœlestia sunt, actus sunt & actiones sunt, quæ mundana ista genuerunt? Item & anima & angeli ex animis, & supra animas: Nam & anima *ἐν λόγῳ*, id est, suo & à se sibi orto motu ferrur, *ἐν λόγῳ* dicitur, vnde & *ἐκ αὐτῆς*, ergo semper in motu est, quod est semper agere, & esse ipsum *ἐν λόγῳ*, vt sit ei substantia ille motus. Dicitur enim: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Habet ergo *ἐν λόγῳ* motum *κίνησιν*, id est, motum à se ortum, vt Deo est, vt Christo: Sed quia non est ille prior spiritus, idcirco alia substantia, & facta, non à se existēs, sed facta vt à se haberet motum: quippe anima aliud, aliud vitam: vita enim viuendi habitus est, & quasi quædam forma, vel status viuendo progenitus, in se continens ipsum viuere, atque id esse quod vita est, vtrunque sit vna substantia: non enim verè alterum in altero, sed vnum simplici suo geminum, & idcirco in se, quia ex se, & ideo ex se, quia aliquid operatur in septima simplicitate: quies enim nihil gignit, motus vero & agendi operatio format sibi ex se quod sit, vel potius quoniam modo sit: nanque esse, viuere est, vitam autē esse, motus quidam est, id est, forma viuētis, confecta ipso illo cui forma est: illud autem quod est conficiens, id est viuere: quia nunquam cœpit: à se enim quod viuit, nō incipit, quia semper viuūt, vnde nec vi ta incipit: cū enim conficiens sine exordio, & id quod cōfiscitur caret exordio. Simul ergo vt vtrūque & consubstantialia. Viuere autem deus est, vita Christus: Et in eo quod est viuere, vita est, & in eo quod est vita, viuere. Hoc quidē modo alterum in altero, quia confectum & cōficiens alterum in altero: Vt enim cōficiēs in cōfecto, ita cōfectū in

Deus, ex quo omnia.

Supra cœlestia.

Anima & propria.

Gen. 1.

conficiente, maxime si semper ista, ergo & pater in filio, & filius in patre: etenim conficiens & confectum conficiens, & confectum conficiente confectum: ergo vna substantia non vna duobus, & in vna duo, sed quia in qua deus, in eadem filius, id est eiusmodi, ut enim vivit deus, ita vivit & filius, in quali substantia pater, in tali filius. Sed si vivit inquit, pater, vivit & filius, & idcirco eadem talique substantia ambo: Substantia autem istius vivit, cum utrumque sit, vivit utrumque, sine ortu est utrumque sempiternum. Sed hoc excluditur Evangelistae sacris verbis, loquens te ipso filio domino nostro Iesu Christo: Vivit pater. Hic fons sine ortu est. At ubi aliunde principium? Et ego, inquit, vivo propter patrem. Si ergo propter patrem a patre accepit: & si accepit, genitus ab ingenito: & si vivit, existentia certa est, visque substantiae, in utroque cum isto uniusmodi vivit, eadem patri & filio, sed filio a patre substantia est. Quod enim de spiritu nascitur, spiritus est: ergo de tali patris substantia, talis filij substantia. Atque ut ostendatur magis a patre data & substantia, & eadem vnaque substantia, dictum quod vivit, ac vita substantia est: ergo eadem deo, & a deo Christo filio substantia. Hoc dicente Evangelista: Ut enim deus habet ex se vitam, ita & filio dedit ex se habere vitam: *ὁμοούσιος* ergo Christus cum deo, id est consubstantialis, quod est eiusdem substantiae, id est primae, principalis, vniuersalis, vnde omnia quae sunt, & vivunt vitam habentia *ἐκ τῆς οὐσίας*, id est, in laram, non a se genitam, neque quo sit ipsorum vivere, quod est Dei & filij. Tantum quippe omnibus est ceteris ex vita, quantum largitur Christus. In deo vivere ut principale conficiens est vitam, vno atque eodem existentiae fonte, nullo priore vel tempore vel potestate, dumtaxat circa substantiam. Vnde siue hoc accipiamus esse *ὁμοούσιον*, quod eadem sit substantia, nulla dubitatio est, eandem esse, quia & qui vivit iam vita est, quod est deus: & qui vita est, vivit, quod est Christus: & vtrisque a se vita est, sicuti dictum est: Ut habet ex se vitam pater, ita & filio dedit ex se habere vitam. Si autem hoc accipimus *ὁμοούσιον* esse, quod est *ὁμοούσιον ἐν αὐτῷ*, simul eandem esse substantiam, facilius id & manifestius adprobatur quo patrem dixi esse vel filium. Vivere enim & vita simul sunt, & semper simul ut & in eo quod est vivere, vita sit: & rursus id sit vita, quod vivere. Etenim capiamus exemplum: quantum quod dico res ipsa est potius, non exemplum. Deum nihil aliud esse diximus quam vivere, sed illud principale, illud vnde omne vivere omnium, ceterorum actio ipsa in agendo existens, atque in huiusmodi motu esse suum habens, quod est vel existentiam, vel substantiam suam habens: quantum ne habes quidem, sed existens ipsum, quod sit principaliter & vniuersaliter vivere. Id autem quod conficitur ex isto actu, & quasi forma eius est, vita est. Ut enim *αὐτὸν* conficitur praesenti semper rerum omnium actu, ita vivendo & ipso vivendi semper praesenti opere vita conficitur. Et ut ita fingamus, vitalitas hoc est, ut vitae forma ad potentiam suam substantiamque generatur. Sed & nostrum vivere constat ex praesenti semper tempore. Non enim vivimus praeteritum, aut vivimus futurum, sed semper praesenti utimur. Hoc enim solum tempus est, quod ipsum solum, quia solum tempus est, imago esse dicitur *τοῦ αἰῶνος*, id est, aeternitatis. Quomodo enim *αἰῶν* semper praesentia habet omnia, & haec semper. Nos quoque quia per praesens tem-

Ioan. 6.

Ioh. 3.

Ioan. 5.

Prius & posterius vni sunt indivisi. *ὁμοούσιον* nomen quid significare possit.

Deus quid sit.

pus habemus omnia quae habere possumus, idcirco hoc tempus nostrum *τοῦ αἰῶνος* imago est, quia nostrum praesens non iisdem, neque idem semper est praesens: conficitur ergo vivendo vita, ac simul existendo formatur: ac formatio apparentia est, apparentia vero ab occultis ortus est, & ab occultis ortus & natalis est, & eius natalis qui & antequam sic oriretur extiterit: hinc & in vivendo vita; antequam vita, & posterior tamen vita, quia vivendo vita, & semper atque ex aeterno vita: quia in eo quod est, vivit, & ex aeterno vivit, est vita. Cum igitur vivat deus, sit vita Christus, quia vita oritur existens ab eo quod est vivit, necessarium vivit pater, est vita filius, ita ut supra docuimus, ut & in eo quod est vivit, vita sit: & in vita insit & vivere. Ergo filius *ὁμοούσιος* patri, ut supra docuimus cum exemplis. Nunc illud sequitur quid sit cum his sanctus spiritus explicatus. De deo ista & dicta sunt, & probata: deum esse quod est esse, spiritum esse quod est vivere. Item lumen esse quod est intelligentiam esse, & scientiam. Etenim lumen nihil occultum, nihil obscurum esse permittit, aperit, illustrat, illuminat. Est igitur deus hoc ipsum quod deus, est esse, est esse primum, & principale omnibus quae sunt, pro modo percipientium esse, praesens, ut ante docuimus, hoc id est, vivere, hoc intelligere, id est, hoc quod est esse, hoc est spiritus, hoc lumen. Ista enim in vno ac simplici imo vnum ac simplex. Hoc sunt quod est esse, hoc vel existentiam, vel substantiam iure dicimus. Verum cum principale istorum sic illud quod est esse, duo autem alia vivere & intelligere motus esse intelligantur, cum omnis motus a quiete nascatur. Quies autem est id quod est esse, ab eo vero quod esse nascitur motio, ex in actio: motio autem primi illius quod est esse, vivere & intelligere. Vtriusque enim motus est, & vnus motus, duas virtutes praestans officio *νεογένετο*, vna eademque substantia. Nam substantia vere eadem motus est, non enim in iis aliud est esse, aliud motu. Sic item non aliud est vivere, aliud intelligere, quantum ad substantiam pertinet. Etenim vivens est intelligere, & intelligentis vivere, per actus se verente vno motu: ita tamen, ut manente opera actusque vivendi intelligentiae actus ageretur: vnde cum Christus vita sit, spiritus autem sanctus scientia & intelligentia, omnia tamen spiritus sanctus quae habet a Christo accepit, Christus a patre, id est ab eo quod est esse extiterit vita, & vivere extiterit scientia & intelligere: nec mirum, cum illud esse primum ita sit, ut cum esse sit, sit & moveri. Quamquam dicatur quies, movetur autem intrinsece motu vnde vivit sibi, & intelligit semetipsum. Ergo a motu interno, extra & quod est foris natus est motus, ab eo quod est intrinsece esse, & foris esse, & ab eo quod est intrinsece vivere, foris vivere, ab eo quod est intrinsece intelligere, foris intelligere, movetur se vita & intelligentia: Sicut enim motus eodem modo existente simul, eo quod est esse, ut & intrinsece & foris, ista trinitas intrinsece, cum deus vnus & solus foris, cum Iesus Christus vnus & foris, cum ambo deus vnus, atque ex iis cum deus *ὁμοούσιος* Christo, necessarium & Christus *ὁμοούσιος* spiritui sancto, ac per hoc & per Christum deo: ipse etenim de deo egressus est. Si enim omnis motus qui foris est, a dei motu, qui intrinsece est, ergo & iste a deo: Etenim scientia, & intelligentia, existentia est, virtusque ac potentia cognoscitiva, idque hoc ipsum motus est, hoc ipso quod motus substantia, necessarium igitur in Christo,

Illuminatio

Intelligentia

Christus vita est emanatione divina

ephe. 3.

Genes di-

Ioh. 18.

Ioh. 17.

Mat. 28.

Rom. 1.

Ecl. 1.

sto, vel Christus est, & ab ipso habet omnia, quia a vita, quod Christus est, sublitit intelligentia, & ideo alter. Hoc enim dicitur: & a me habet omnia. Habet autem, & a me. duo sunt: ergo alter & alter: Sed quia motus & ipse spiritus sanctus, motus & Christus, & quia vita vera Christus est, & credentibus in se dat vitam veram, hoc est aeternam, & adest apud deum credentibus in se, quod dei sit filius, idque per fidem: idcirco per Christum reconciliamur deo. propter vero hominum obrutam sui & dei memoriam, opus est spiritus sanctus, si accesserit scientia, & intelligere quae sit latitudo dei, quae longitudo, quae profunditas, & altitudo, & confirmata fuerit charitas, & fides in Christum per spiritum sanctum, quia scientia est, fiet salus: plene namque ipse dicit testimonium de Christo, & docet omnia, & est interior Christi virtus, scientiam tribuens, & ad salutem proficiens, vnde alterparacletus. Etenim mortuus per peccata hominibus vita prius danda fuerat, ut erigeretur in deum per fidem, quod erat iam vivere ex dei vita, quam attulit Christus in carne, ut carni etiam subueniret. Quare confirmatis hominibus per fidem in Christum filium dei, etiam scientia danda videatur, & de Christo, & perinde de deo: Item de mundo, ut eum argueret: Quae cum intellexissent, facilius ad dei lucem hominis sui divinumque intelligentiam liberarentur terrenorum mundanorumque contemptu, & desiderio quod excitat scientia divinum. Venit ergo posterior, id est fides posterior operari: recedente enim Christo, qui per miracula, & per praecepta seminauerat fidem, quod ipse dei filius esset, & vitam in se credentibus daret. completa sunt spiritu omnia, & fides cognitione in Christum adulta succreuit, ipso Christo semper praesente, sic enim dixit: Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audierit loquetur, & futura annuntiabit vobis, ille me honorificabit, quoniam de meo accipiet. Ergo de vita intelligentia, & ipsa vita de vivendo, id est, de patre filius, de filio spiritus sanctus, sic enim subiunxit: Omnia quaecumque habet pater mea sunt, propterea dixi, mea sunt, quia quae pater habet filij sunt, esse, vivere, intelligere: haec eadem habet spiritus: omnia ergo *ὁμοούσιος*: Idem tamen ut ostenderet suam praesentiam semper *καὶ ἐὰν ἄλλοθεν* sic loquitur, Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij & spiritus sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis, & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Ex hoc ostenditur quodammodo idem Iesus, idem spiritus sanctus, actu scilicet agendi diversus, quod ille docet intelligentiam, iste dat vitam, Etenim idem ipse & vnus motus & primus motus est, quo contingit, ut qui vivit, & vere vivat, & intelligat, & vere intelligat, qui vere intelligit, vere vivat, atque ut idem manifestetur Iesus, & spiritus sanctus, attendamus istum, nempe spiritus sanctus doctrina est, intelligentia, ipsaque sapientia, & Christo & deo sapientia datur, atque hoc Christo nomine nuncupatur, quod est Evangelium, Christum esse dei filium, quod Evangelium definitur dei virtus atque sapientia, ut Paulus ad Romanos. Item Solomon Omnis sapientia a deo est, & cum eo fuit semper ante aeternum. Ecce *ὁμοούσιον* apparet, cum sapientia & de deo datur, & a deo datur, vtrique Christo & spiritui sancto. Et cum dictum est, quod cum deo sem-

per fuerit, quod *ὁμοούσιον* est apparet cum sapientia & de deo datur vtrique Christo & spiritui sancto, Et cum dictum est, quod cum deo semper fuerit, quod *ὁμοούσιον* est ostenditur simul cum patre. Deinde cum dictum, ante aeternum, non ergo cum in carne tunc Christus. Item prior omnium creata est sapientia, si primogenitus Christus, sapientia Christus. Deinde, quod sequitur, spiritus sanctus: & intellectus prudentiae ab aeterno: si spiritus sanctus prudentia est, & intellectus, si scientia, & doctrina, Christus est sine dubio, quia ipse est ab aeterno, id est, ex aeterno, & primogenitus, & quod est amplius, vniogenitus. Haec & alia in multis tractata libris a me *ὁμοούσιον* probant non solum deum & Christum, sed etiam spiritum sanctum, Demus igitur vel accipiamus deum id esse, quod est primum & principale vivere, quod est verum & principale esse: non enim est quod non vivit. hoc ipsum vivere operatione ipsa conficere, & generare vitam, aperit fecimus. In eo vero quod vita est, scientia & intelligentia inest: vivit ergo deus & vivendo vita est deus, & cum vita est, intelligentia est. Sed haec tria ut vnum ac simplex, & in eo ut principale sit, id est, hoc sit quod esse magis existentia principalis est deus vivens, necessarium & semetipsum intelligens. Hinc enim omnia intelligens, quia semetipsum intelligit. Omnium existentiarum causa est, & ideo omnia: ergo vita & intelligentia in id accepta quod est esse intrinsece semper operantur, quod est vivere, Vivere autem deo, hoc est quod est esse. Esse igitur cuncta, vnus & omnipotens deus est. Quid igitur si intrinsece operatur, vel se potius operatur vita & intelligentia? Quomodo ista veluti foris apparere poterunt? & quid est foris aut intrinsece *ὁμοούσιον*? Quaesierunt philosophi & docti ad legem viri, quid sint & ubi sint, Quid sint, substantia eorum vel existentiam ut explicemus: ubi sint, vtrum inde an extra, & in omnibus reliquis, an in utroque & ubique. Haec quidem nos in aliis libris exequenter pleneque tradidimus. Verum nunc ista summam breviterque dicemus: Ante *ὁμοούσιον*, & ante *λόγον* vis & potentia existendi illa est, quae significatur hoc verbo quod est esse, graece quod est *τὸ εἶναι*. Hoc ipsum esse duobus accipiendum modis: vnum, ut vniuersale sit, & principaliter: principale: vnde in ceteris esse sit, alioque esse est ceteris quod est, omnium post vel generum vel specierum, atque huiusmodi ceterorum. Verum esse primum ita in participatum est, ut nec vnum dici possit, nec solum, sed per praedicationem ante vnum, & ante solum, ultra simplicitatem, praedistentiam sit, potius quam existentiam, vniuersalium omnium vniuersale, infinitum, interminatum, sed aliis omnibus, non sibi: Et idcirco sine forma intellectu quodam auditur. Et praedistentia potius quam intelligentia accipitur, cognoscitur, creditur. Hoc illud est quod diximus vivere vel vivit, illud infinitum, illud quod supra vniuersalium omnium vivere est ipsum esse, ipsum vivere, non aut aliquid esse, aut aliquid vivere, vnde nec *ὁμοούσιον*. Certum enim etiam quid dam est *ὁμοούσιον*, intelligibile, cognoscibile. Ergo si non, *ὁμοούσιον*, nec *λόγος*, *λόγος* enim & definitus est, & definitus: siue enim est ratio, siue existentia ipsius potentia, siue res ille quas intelligentia accipit, ut vniuersalium sit ei esse: cognoscat quod non cognoscit, nisi animauerat & capiat quae sint illa, quae praesentant vnicuique substantiam, & hic *λόγος*, rerum, per quae creata sunt omnia, vniuersalis potentia, continens

Ecl. 1.

Deus quid sit.

Quaestio nec quid est.

Esse primum quid sit.

λόγος.

vniuersaliter omnium res, prestans ad existentiam vnicuique sua & propria. Ergo quia sua vnicuique & propria praestat, definit, & determinat, etiam illud *δν* facit. Imponendo enim infinito terminum rebus ad existentiam sui vnicuique format rem & intelligentiam infinitate sublata subiicit. Est ergo in eo quod rerum est potentia ad parietas efficiendasque existentias *λόγος*, ex eo autem quod definit, atque concludit vnum quodque formam tribuens, *δν*, est iam existens, cum fuerit eius quod esse certa forma. Hoc cum ita sit, videamus an nullus primi, quod est esse, sit *λόγος*. Si dicimus infinitum, si dicimus immensum, indiscrētum, res quibus esse consistit, non capimus, non tenemus, ergo *λόγος* eius nullus est. Sed quoniam fieri non potest, ut sit quoquo modo & sine *λόγος*, suo sit hoc ipsum existens quod est, infinitus est sine dubio ei *λόγος* suus est, sed latitans, & occultus, ut sit in eo quod est esse ipsum *λόγος* esse, vel potius ipsum *λόγος* nihil aliud est, quā ipsum esse, hoc autem est quod dixi vere primum, illud & vniuersaliter vniuersale viuere, quamquam ut docuimus, sit ipsum viuere, & vita, & intelligentia definita: nam potentia *τὸν λόγος*, etenim definitum quiddam atque formarum est: intelligentia vero & definiens, tamen quia ista intus sunt, & in se conuersa sunt, omnia *ἀνθρώπων*, & *ἀνεκέρητα*, in cognita & indiscrēta sunt: ita & deus quod est esse, id est viuere, in cognitis & indiscrētis est, & eius forma, id est, vita intelligentia incognita & indiscrēta est, sunt enim ista nihil aliud quā esse quod est viuere. Quod cum infinitum, & forma eius infinita est, ibi manēs, & nihil aliud quā esse existens: Cum autem foris esse coeperit, tunc forma apparens imago dei est, deum per semet ostendens, & est *λόγος*, non iam in deo *τὸν θεὸν λόγος*, in qua vita & intelligentia, iam *δν*: quia certa cognitio & existentia, quae intellectione & cognitione capitur, sed quemadmodum foris extiterunt ista, & vtrum ipsa forma, quae intus est emissa foras est, an seipsum eiecit? sed cum illa intus forma indiscrēta & infinita sit, quomodo & in ea quae foris est, illa cognoscitur, an alia est haec? sed si alia, non ergo ab illa nata vel emissionem, vel sua motionem: & si ita ut alia non pars, nec eadem nec omnino *δμοίσιος*, & deinde vnde haec apparuit. De altero ergo duo principia, an de nihilo: nihilū nō est sub deo *τὸν δν*, Deinde si dei potentia vel voluntate extitit, non est nihilum dei potentia vel voluntas: Etenim si omnipotens deus, omnipotentia eius & causa omnibus, & ipsa existentia est. Num ergo quod reliquum est dicere audemus, a se orta haec forma est: & quomodo cum esset in patre, in scio patre, an iubente? si iubente non ergo a se: an inscientem? est ergo aliquid quod non potentia dei fuit, aut est quod sine illo fuit, cum de *λόγος*: qui eius dicitur forma, ita dictum sit. Per quem facta sunt omnia, & sine quod factum est nihil. Quid istud est? tantarum confusio num quae separatio? quae si nō veritas vel vita est veritatis. Ad sit spiritus sanctus, quid inspiratum nobis sit, modo auditor attendat, pura exponentis simplicitate pandemus. Interea vnum moneo, sine tempore haec accipi conuenire, ex aeterno semper, nullo temporis principio, sed ut sit vnum vtrumque principium & generator & genitum. Primum in rebus aeternis, diuinis maximēque primis manentia quies, & in eo quo sunt existentia, nulla sui per motum mutatione generantur. Primus deus, deinde *λόγος*,

1oh. 1.

Generatio nis diuinae explanatio.

vel *νοῦς*, vel quicquid alter est, vel uterque, ut spiritus, ut viuere, vel vita, ut intelligentia, vel cognoscencia: anima vero sola mota generationes habet. Haec omnia sic docemus: *τὸν θεὸν λόγος* est deus, id est tres potentias habens, esse, viuere, intelligere: ita ut in singulis tria sint, sitque ipse vnum quod libet tria nomen, quae se praestat accipiens, ut supra docui, & multis: nihil emesse dicendū, nisi quod intelligit: Triplexigitur in singulis singularitas, & vnalitas in trinitate ista vero tria progressu suo exponemus. Omnium quae sunt, quaeque esse possunt, aut esse poterunt, existentiam, vitam, intelligentiamque, pro rerum ac substantiarum captu, & participationes praestant sortita sunt: Est enim in omnibus, esse suum, viuere suum, intelligere suum, suumque sentire, ut sint ista vmbra vel imago trium omnium superiorum: ergo deus cum sit, ut ab omnibus dicitur, vnum, & solum vnum: Nonnulli autem dixerunt deum esse vnum omnia, & nec vnum: omnium enim principium, vnde non omnia, sed illo modo omnia. Istud autem hac de causa, & primum quidem deum, esse vnum & solum. Illa tria, quia non copulatione consistunt, sed existendo quod sunt ipso, & quod alterum credimus sunt, necessarium vnum, nec villo modo alterū. Sed de hoc saepe dictum. Quod vero dictum vnum omnis, & nec vnum, omnium enim principium, satis aperte dilucidēque declarat, patrem rerum omnium & principium deum: qui cum vnum non est, magis omnia est: quia & omnium causa est atque principium, & in omnibus omnia. Quae cum ita sunt crit deus omnia, existens omnium, omnium, & omni intelligens. Et quoniam diximus, confici ab actu poterit: sic enim se prima habent, ut cum sint omnia a diuina energia, id est actus, & operationes, necessarium est, ut a deo principio omnium potentiarum, vniuersaliter vniuersalium fons & origo nascatur: Iste nanque rerum progressus est, ut cum omnia a deo, potentia & actus a deo, qui supra potentias & actus accipitur, orta haec esse credantur. Verum cum a nobis dictum sit deum actum quendam esse, quod est viuere, sed hoc viuere quod supra omne est viuere, & ex aeterno, atque in aeternum, viuere simul intellectu acceptis, & eo quod est esse, & eo quod intelligere, sed sic simul, ut ne phantasia quidem copulationis sit: necessarium autem viuendi actu, uti docui, confiteretur atque existit forma quam vniuersalem potentiam nominamus, per singula illa formata, quam ex omni existentia, ex omnium viuenti omnium, ex omnium viuenti omnium, & omni intelligenti. Haec singula potentiae ut nota & determinata: Sed cum in vno omnia, vel vnum omnia, aut cum vnum omnia, vel nec vnum nec omnia, sit in infinitum, sit incognitum, indiscernibile, incognoscibile: Et quod vere dicitur *ἀορίστα*, id est, infinitas, & indeterminate. Etenim cum omnium esse sit, & omnium viuere, & omnium intelligere, & id vnum, & sine phantasia alterius vnum: vnde nec vnum, quia omnium principium: vnde & ipsius vnus. Ex hoc cogimur iam necessarium & illa de deo dicere, ut eius incomprehensibile sit & esse & viuere, & intelligere, nec solum ut incomprehensibile eius sit esse, viuere, & intelligere, ut nec esse quidem ista videantur, quod ille supra omnia sit. quare & *ἀνύπερθε μιν*. *τοῦ*, & *ἀνύπερθε*, & *ἀνωθεν* sine existentia, sine substantia, sine intelligentia, sine vita dicitur: Non quidem per *σέσησιν*, id est, non per priuationem, sed per

Dens omnium

Primum

lis potes

Dei cogno

sed per supralationem: omnia enim quae voces nominant post ipsum sunt: Vnde nec *δν*, sed magis *πρὸ* *δν*. Eodem modo praexistencia, prauidencia, praecognoscencia horum quae conficiuntur: Ipse autem praexistens, prauidens, praecognoscens, sed haec omnia apparentibus se cunctis & intellecta sunt, & nominata. Postquam enim apparuit cognoscencia, & intellecta & appellata est praecognoscencia, eodem modo & praexistencia, & prauidencia. Erant quidem haec, sed nondum animaduerta, nondum nominata. Vnde & incognoscibile omne quod deus est. Sed quoniam tunc cognoscibile & habetur & dicitur, cum est cognoscencia: relatiua sunt enim, & se inuicem tenent, & pariunt, aut inuicem interimunt, non dum cognoscibile illud non fuit, quia non fuit cognoscencia: Non quo nō fuit illud: quod cognoscibile sibi fecit cognoscencia, sed quia erat quidem quod cognoscibile esse posset, non quo cognoscibile esset: quod tunc sit & accipitur, cum ad intelligitur, quod & intelligentia esse possit. Hoc modo igitur & in deo & esse poterat, & erat ex hoc cognoscibile, quia & esse poterat, ex hoc erat cognoscencia. Quid ergo ex his? Quoniam si haec postea nata sunt, fuerunt in deo & si fuerunt, quia deus vnum, & ista vnum, & id quod deus, & ista vnum quia deus. Ista idem ergo cognoscibile & cognoscencia, sed ita ut cognoscibile quod sit, hoc sit cognoscencia. Etenim cum virtus horum trium vna sit: esse enim nihil aliud est quā viuere, atque ipsum viuere intelligere, cum sit & intellectum esse, tota vis singulorum in eo est quod est cognoscere, vel esse cognoscenciam. Sed esse cognoscencia non potest, nisi sit cognoscibile: In his autem primis vbi quod est esse id est quod viuere, & quod intelligere, esse cognoscibile non potest, nisi ipsa cognoscencia nō dum appatens, sed se intrus tenens, manensque quies, cessans, atque in se versa sibi se cognoscibile praebens: cum enim ipsa cognoscencia lateat, atque apud se sit, forissecus in se intrans, sed naturaliter versa in eo, in quo ei esse est manens, eius forma est, ut cognoscibile esse possit excita cognoscencia, velut egressa. se circumspectans cognoscenciam se fecerit, cognoscendo se sit cognoscibile suum facta. Hoc igitur, si fas est dicere, hoc inquam, modo illud primū, vnum, illud solum, illud deus, vel spiritus, vel spiras vel lumen, vel luminans, vel existens, vel omni existens, vel existentia, vel omni existentia, vel viuens, vel omni viuens, vel vita, vel viuencia, vel omnium, vel intelligens atque cognoscens, vel omni intelligens, omniscognoscens, vel omni intelligencia, omniscognoscencia, omnipotēs, omnimodis perfectus, interminatus, immensus, sed ceteris, sibi terminatus & mensus, super omnia, & idcirco nullum de omnibus, ac magis ex quo omnia, ergo vnum & solum vnum: principium enim omnium. Vnde non vnum omnia manens in se, neque in se, ne duo auditor accipias, sed ipsum manens vel mansio, quies, quietus, quiescens magis, quia a quiescente quies, ut supra docuimus. Vnde dicitur est & sedere quasi in centro *τὸν πρὸς τὸν δν*, id est, omnium quae sunt, vnde vniuersali oculo, id est, lumine substantiae suae, quae vel esse est, vel viuere, vel intelligere, in eas *τὸν δν*, non versabili aspectu videri, quia & quies est, a centro simul in omnia vnus est visus. Haec deus, sed quomodo deus pater, & quis filius, aut quomodo filius, & postea quomodo Iesus filius omnium

Primum

videtur

Deum se

deum in

centro om

niūm.

esse principium, ante omnia esse, est omnium esse, principium, non tam quietum esse est, quam ipsam quietem esse. Omnia enim quae genita factaue sunt, ex motu genita factaue sunt. Motus autem ipse, quo motus est, antequam moueatur quies est, contrarius enim ortus contrariorum sunt, ita ut contrario ortu contrarius vnde hoc ortū est percat nō esse ut ex vita mors, & ex morte vita. Item ex eo quod est esse, & ex eo quod non esse, esset. Et item ex quiete motus, & ex motu quies. Sed aduertamus acrius, atque audaci intelligentia rerum vim, altitudinemque videamus, ut proposita ista sunt, si diligens circuminspector aduertat, reperiet esse existentiam quandam & in hiis, quorum phantasia quadam est interire: nanque cum vita sit cui adesse esse, ex qua mors nascitur, est etiam morti esse, si ex morte nascitur vita. Itemque si ex eo quod est esse, efficitur non esse, necessario erit etiam ipsum non esse, si ex eo nascitur quod est esse: itemque si cessatio est, motus esse cessationem necesse est, si motus nascitur: Quid igitur? nonne ortu contrariorum contraria, aut mori, aut non esse creduntur? Videtur ita, sed contra est: nam vtraque manent, nec intereunt ab aeterna substantiali sua qualitate. Quomodo istud sit, dicam, ad sit deus, fiet facilius explicatio. Esse in aeternis hoc est esse, quod viuere, quod intelligere. Sapius haec & diximus, & probauimus. Id autem esse ita est, ut sint ibi viuentes, intelligentesque substantia, has accipiamus pro modo existentium res tres, praestare, & participatione sui cuncta rotinere, & innoetis, & in noetis vigere, sola esse simplicia, diuina, aeterna: In mundanis vero & hylis inesse quidem, sed carnalibus variis, ac mortalibus substineri: Hic ergo mors si est corporum mors est, & si plenior adhibeatur intentio, nec corporum id est, in eo quod hyle sunt sed horum corporum, in ea specie, quae nunc est, effecta quodam interitu dissolutio: sola igitur corporis species dissoluta cum in elementa dispergitur, manent ac sunt vnde victura reparantur. Etenim cui in mundo & hyle sit, quae elementis certis semper existit, & cum imagines illorum trium, hic quoque, id est, in mundo se praebent, quid mors agit illa cum & in suis imaginibus aeterna sunt? Imagines dico potentias per omnia a lineis animae delucentes. Cum igitur aeterna sint ista, aeterna & in hyle elementa, mors si sola composita soluit, nihil funditus interit. Vnde recte dicitur, quod ex vita mors efficitur quod ex vigore viuendi compositi cuiuslibet corporis fiat vsque ad certa resolutio, & rursum in aliam compositionem iisdem cunctis fiat ex morte reparatio. Hoc modo & esse in mundo accipiendum, hoc modo hic & quies, & motus: at in diuinis, quia nulla sunt corpora, mors nulla, sed & vita alio modo, quippe illa principalis & vera, & idcirco ibi progressio non natalis, aut si placet, natalis magis apparentia & manifestatio. Item illa alio modo esse, & viuere, id autem esse & intelligere, quae ista vnum intelligentiam. Sed quia illa tria vnum quomodo sunt docui, vni quodlibet tria sit, sic & ista tria vni sunt, sed in deo haec tria esse sunt, in filio viuere, in spiritu sancto intelligere, ergo esse, viuere, intelligere, in deo esse sunt: existentia autem, vita intelligentia, forma sunt: actu enim interiore & occulto eius quod est esse, viuere, intelligere: Intus enim ita sunt & oc-

contrariorum ortus contrarij.

Imagines.

Vita aeternorum. a-
uia quam
nostra.

culta, magisque supra esse, & supra viuere, & supra intelligere deus est. Vnde & *ἀνουσίος*, vel *ἀνουσος* ἄλογος: & item *ἄζων* & *ἄνοος* dicitur, præintelligentia quadam inuentus, & magis per formam suam cognitus, sed inhaerentem & consubstantiali sibi. Et hoc est, quod in patre est filius, quod cum ita sit, est idē filius quod pater, vnde & filius deus, quia hoc est forma, quia id quod est is cuius forma. Et enim cū se, viuere, intelligere deus sit, forma autem sit existentia, vita, intelligentia. Ista me dicere sic accipias velim, vt supra ista sit deus. Quod si ita est, sit idem forma quod substantia: Eodem enim modo tenent & sunt ista habentia vel existentia esse, viuere intelligere, ita cum duo *λόγοι* sint, vnus per quem vnus quidque sit: alius per quē quo modo sit: tamen quia eadem vi vabet, quomodo & quidque sit, necessarium sit vnus *λόγος*, idem valente forma quod substantia. Ergo si idem valet, & idem est forma, istius tamen substantiæ quod ipsa substantia, substantialis enim forma est, idē erit filius quod pater, aut neque pater neque filius ante egressum foras, sed vnus ipsum solum. Hoc cum ita sit, cum sit ei intelligere, & intelligentia, sit idem intelligentia quod vita & quod est esse: cum autem magis agēdi virtus sit intelligere, quā esse, quā viuere, & cum hoc esse sit intelligere quod sit, & cū hoc sit viuere, intelligere quod viuatur, necessarium sit intelligere vel intelligentia deus est cum intelligit deo seipsum intelligit, cum autem seipsum intelligit, non vt alter alterum, sit vt intelligentia ipsa se intelligat. Quod cum est, se esse efficit, atque in existentiam prouenit, sit que sibi quod est esse, atque eodem modo intelligendo existit & suum viuere, quibus cunctis à se natis, vel magis à se existentibus, ingenitus deus est, existens ex ingentis, quæ vnus cum sint vnus & simplex vnus deus est, & hæc est vt intus intelligentia, quæ sine aliquo motu se intelligit, quippe quæ cum intelligit, existit & cum existit, intelligit. Et hoc est deus, & vtique hoc ex æterno atque in æternum. Verum quoniam imaginem dei filium dicimus dei, genita est enim forma, vt ab eo quod est esse, viuere, intelligere, gigneretur existentia, vita, intelligentia. Quædam enim in his forma est, per quam vt per imaginem intelligitur quid sit esse, viuere, & intelligere, necessarium per formam intelligitur deus, nam ipsum nemo vidit vnquam. Ergo forma dei cum accipitur in deo deus est: cum autem intelligit se deus, per formam se intelligit, sed & ipsa forma intelligat necesse est: Et enim intelligens, ac viuens existentia, cum nihil aliud intelligat, quā quod ista deus sunt. Et hæc se pe iam docui. Cum autem ipsa intelligentia intelligit quod sit intelligentia, necessarium enim sequitur, vt & se intelligat intelligentia, vel uti existens à se metipso se intellexit, fecitque se extra: quod foris est intelligendo, se, id est, motu suo. Vnde est hæc foris intelligentia, & hic est filius, hic est *λόγος* natus filius, quia alius à deo, de deo tamē, id est, de eo quod est existens, & viuens intelligentia, quæ deus est, atque intus intelligendo se intelligentia foras se protulit, atque extitit patri, in quo & ipsa fuit, atque est semper imago existens per intelligentiam internam quæ esse est atque existere, ac propterea imago imaginis genita. Duæ igitur intelligentiæ, vna intus existens, quod est illi esse: alia existens, quod est illi intelligendo esse. Hæc foris hæc filius: Quoniam vero intelligendo se intelligentia deum intellexit, vtique

Forma eadem quæ substantia

Ioh. 1.

Deus se per formam intelligit.

Duæ intelligentiæ Dei.

intelligentiam internam, illa autem deus est, intellexit & verum esse, & verum viuere, & verum intelligere, intelligendo extitit & ipsa verum esse, verum viuere, verum intelligere, Et enim qui vnus intelligit, & habet vnus, & est vnus secundum eius apud se intelligentiam, sic ergo filius, id est, intelligentia, intelligendo se genita intelligentia intellexit deum, & omnia illa quæ ingenta deus sunt, & intelligendo *πλήρωμα* querendo, & *πλήρωμα* intelligendo, vnde idem extitit quod pater. Et enim cum *πλήρωμα* pater sit necessarium, *χώρα* suum habet infinitum, licet & sibi finitum, vbi *πλήρωμα* suum tenet & capit, eodemque modo filius recipiendo & querendo: hoc est enim recipere *χώρα* existere, intelligendo autem totum quod pater, *πλήρωμα* extitit genitus, & ipse totus ex toto: & quia intelligentia est intelligens intelligentiam, cum lumen rerum sit intelligentia, existit lumen ex lumine: & quia intelligentia vtraque, verum lumen ex vero lumine. Itaque cum deus sit intus intelligentia, ista intelligendo se intelligentia deus ex deo est, *ὁμοσίον* ergo in omnibus, in eo quod est esse, & viuere, & intelligere: Item in eo quod vterque *χώρα* & *πλήρωμα* est: item in eo quod imago & imago: dictum enim ad imaginem nostram. Et in eo quod lumen & lumen, & in eo quod verum lumen, & verum lumen: & in eo quod spiritus & spiritus: & in eo quod motus & motus, sed pater motus quiescens, id est, interior, & nihil aliud quā motus, non motione motus: filius autem motione motus est, vterque tamen motus: Item vterque actio & opera, vterque vita, & vterque à se habens vitam, voluntas & voluntas, eadem virtus, sapientia, verbum deus, & deus deus, viuus, & deus viuus, ex æterno & ex æterno, inuisibilis & inuisibilis: nam dictum à Matthæo. Nemo nouit filium, nisi pater, neque patrem, nisi filius. Simul ambo: hoc enim significat *ὁμοσίον*, præter eandem *ὁμοσίον*: Hæc cuncta illo pleno intelligit possunt: Omnia quæ habet pater, mihi dedit. Et, Omnia quæ habet pater, & ego habeo. Omnia, inquit: si omnia, *ὁμοσίον* filius patri: Idem ergo, & si idem, par, & si par, recte Paulus de filio dei Iesu Christo dixit: Qui cum esset in dei forma, non rapinam arbitratus est vt esset æqualis deo. Multa hic diuina & magnifica mysteria continentur. Primum quod Christus forma dei est, in quo ostenditur omnia habere quæ deo habet: hoc enim est quæ & imago dicitur, sicuti de ipso dictum: Qui est imago dei. Habet igitur & deus mysteria imaginem suam, & filius imago dei est, etenim si di deum: Faciem dei nemo vnquam vidit. Et dictum: *breuis* Posterganea mea videbis: Est sine dubio facies deo, *breuis* est filio, vel potius est & filius imago dei, vt dictum *bis* est: Qui cum in forma dei fuisset. Vnde iure dictum: *breuis* Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Est ergo filius, & si alter, est: non enim idē pater, idem filius: illis rebus omnibus supra à me positis idem, idem autem, hoc est, eadem habens existentia sua propria. Vnde & idem, & alter, etenim cū hic dictum: cum fuisset in forma dei, vtique aliud accipiendum quod forma est, aliud deus. Sed videris, sit calumniosus locus, vt forma dei sit in ipso deo forma, vt sit vna & indiscreta substantia. Quid sequentia quemadmodum intelligemus? Non est arbitratus rapinam æqualem deo. In sua existentia positi est se cum altero credere, vel dicere æqualem. Quid vero illud est, se exinaniri, & formam serui suscipiens?

Matth. 11

Philipp. 2

Ioh. 6.

Ioh. 5.

Philipp. 2.

Ioh. 10.

Ioh. 14.

Pater de

sons ad

lumo ve-

luis su-

men.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

cipiens? De Christo accepimus, quod mortuus est, an de deo? At hoc nullus dixit vnquam. Deinde cum dicitur de patre, qui filium suum excitauit: à mortuis, nonne factis clarum est, alium esse patrem, alium filium: alium esse suscitantem, alium suscitatum? Ergo forma dei. Aliud forma, aliud deus est, & est quidem deo forma, sed filius dei forma in manifesto, dei vero in occulto: sic enim omnia & existentia, & vita, & cognoscencia dei intus in occulto, filio in manifesto, sic cetera *χώρα*, *πλήρωμα*, imago lumen verum, veritas, spiritus, motus, actio, operatio, vita, & semetipso vita, voluntas, virtus, sapientia, verbum deus, deus viuus, & cetera alia omnia. Sed hæc veluti foras, & in manifesto, illa in se atque circa existentiam, vel ipsam potius quod est existentia: hæc autem in actu agente quod est in manifesto. Postremo hæc omnia filius habet, sed patre dante, quod vchementer expressum in eo, quod cum filius habet à se inquit, sed adiunxit: Pater ei dedit vt haberet à se vitam. Vera igitur imago atque existentia in omnibus eadem, sed patre dante, ergo *ὁμοσίον*, & pater & filius, sed patre dante. De eo enim quod diximus patrem esse, viuere, intelligere, existentia genita est, vt vita, intelligentia: & hæc est dei forma hæc est filius: sed filius cum in patre est, vnus totus intus, deus agens, operans, se vtens, se fruens, fons atque in se plenitudo omnium. Sed quoniam, vt docuimus, intelligentia vi potentia suæ, necessarium in semet se vertit, intellexit semetipsam, hoc quodammodo gemina facta, velur intus & foris filius est, genitus ab existentia patris: nam existentia est intelligentia, quæ & vita est, apparet ergo & existens est deus de deo. Et quoniam in quolibet vno de tribus cuncta sunt, esse, viuere, intelligere cum intelligentia intelligentiam genuerit, genitus est filius, & omnia habet filius quod pater, & habet à patre. Item quoniam hæc omnia sunt per quæ creatur omnia: quæcunque enim sunt, accipiunt suum esse, suum viuere, suum intelligere. Filius cum hæc omnia sit, quippe imago patris, & actu actuoso sit, id est, vt hoc præstet ceteris pro natura existentium est necessarium vniuersis totisque cunctis *λόγος*, id est vis & potentia, per quam, quæ sunt vt sint esse prouenit, per quem Deus fecit & facit omnia, & sine quo nihil sit. Hoc appellat alij motu actiuum, verbum, rationem operantem. Quoniam tamen cum operatur, inest in illo vis patria, in se operatur, vnde multa ita dicuntur, vt cum ipse sit quod faciat, tamen ipse in patrem refert omnia, vt: Pater me mihi sit, Et: Non meam, sed patris facio voluntatem: Et mille talia. Attendamus tamen istum locum, inueniemus quasi ipsum per se facere, vt sua sponte: nõ est arbitratus rapinam se æquale deo. Et item: Se exinanuit, & formam serui sumens, qui habebat dominum. Ista omnia sunt sua voluntate facientis. Sed potest credit ipse facere, cum in ipso pater sit, ex quibus sunt & illa: Ego deo vitam in æternum. Et: Ego sum ianua, ego vita, ego veritas. Item: Sic enim pater suscitauit mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Hæc vera hæc varia, & in omnibus magis vera intelligentia facit & filium in patre esse, & in filio patrem, & tamen vt pater, vt alter sint & vnus, tamē duo sint, quoniam autem alter pater, alter filius: quippe cum pater filij fons, filius vt flumen, quod excurrit ex fonte: in fonte autem vt manens aqua, & quieta est pura immaculata, sine scædè specie, sibi

occulto motu plenitudinem suam suggerens, irem vt flumen motu apertiore per diuersa discurrans, terrarū quas sulcat qualitatibus & adficitur, & quodam modo patitur, sic & filius aqua sua, suaque substantia, quæ patris est, semper purus, immaculatus, impassibilis, regionibus per quas discurrit, locisque vel supracælestibus, vel cælestibus, vel intracælestibus, nunc spumat vt occurrentibus saxis, quæ sunt ex generibus animarum campus quietus excurrit. Recipit igitur passiones, non in eo quod substantia est, sed in actu atque operatione: Nam cum mysterium aduentus sui compleret, tum iam passionem sustinuit, vt se exinaniret, vt personam serui suscipere. Sic & reliqua, in quibus omnibus actus est & operatio. Quoniam & in primo existentia suæ actu sicuti in multis libris docuimus, passio extiterit recessione à patre, vnde tenebræ, id est, hyle consecrata est, non creata. Sed hæc plenius alibi. Nunc quid adfertur, quid probatur: deum patrem, filium deum *ὁμοσίον*, esse, esse tamen & patrem in substantia, & filium in ea quidem substantia, sed sibi existentem actum agente in actu passione extitisse, nunquā separatam à patre, ex æterno & esse, & fuisse, & futurum esse. Actū, quia intra natura agēdi est, & cum patre, vel in patre esse, & extra hoc dici, & intus & foris cum ipse agat, quia de patre ei actus est, patre agente agere dicitur, & tamen omnia patrem per illum agere, hunc esse *λόγος* omnium, & vniuersaliter vniuersalium, & generum, & specialium, & partium *λόγος*. Et quia omnium & incorporalium, ergo & corporalium pro sua vi ad id quod esse possunt, vt sint *λόγος*, vnde & mysterij ordinatione nouissimis sæculis *λόγος*, quia omnium existentium adūbrata per spiritum sanctum Maria virgine incarnatus est ipse ille, quem supra demonstrauimus, filius, eodem modo vt esset in corpore, quo spiritus sanctus in nobis, non totus: nam vt deus vbique est sed vt pars eius: omnium enim diuinorum pars hoc semper est, quod est totum, vt est anima in corporibus, vt virtus ac disciplina in animis, vel sol aut eius lux in oculis, ipsum autem *λόγος*, ipsumque illū quem demonstrauimus filium, fuisse in corpore, omnia Evangelia declarant, Apostolus omnis, omnes Prophetæ. Cum enim prædixerunt futurum Christum, in carne futurum prædixerunt, quippe cum ante in carnem dicant & visum, & apparuisse, vt Abraham, vt Iacob. Et ipse in carne dixerit: Abraham vidit diem meum, & gauisus est. Et Apostolus, in sacro isto, ac mysterijs pleno loco, declarat maxime filium dei ante carnem, & ipsum postea sumpsisse carnem: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei constitutus fuisset. Vtique hoc quando ante carnem fuit, ergo & ante carnem & fuit qualis & quātus. Forma, inquit, dei Quid istud est? forma idē quod pater. Quid est forma? in qua pater cernitur. Qui me videt, videt & patrem. Vtiq; nõ in eo quod videbatur sed in eo quod ipse deo diuina substantia, *λόγος* vita. Hoc igitur fuit ante carnem: namque quid adiungit? Non arbitratus est rapinam vt esset æqualis deo. De se ergo cogitat, & de deo, facit igitur vt non sit æqualis fuit. Quid deinde adiicit? Sed se exinanuit. Quid exinanuit? aut vnde, si non fuit? Adiicit adhuc: Et serui sumpsit formam, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus tanquā homo, humiliavit semetipsum, subditus factus vique ad mortem, mortem autem crucis, Quid hic

Ioh. 8.

Philipp. 2.

Ioh. 14.

Philipp. 2.

non ex omni parte declarat Iesum Christum & filium dei? Nam sic dictum: Deus misit filium suum & misit suam potentiam, ac suam etiam voluntatis arbitrio cuncta facientem, ut se noller æqualem, ut se exinanuaret: ut induat serui formam: fuit ergo qui fuit dei forma, fuit qui se exinanuit: is autem ipse est Iesus, qui sumptit imaginem serui, & inuentus homo est, qui se subdidit vsque ad mortem, ut desingeretur plenius Iesus Christus, vsque ad mortem crucis: Hæc viris fidelibus satis probata sunt, & ante carnem fuisse, & in carne eundem, filium fuisse, illum qui ante secula est genitus illum qui ascendit in cælum, & inde descendit, illum qui nobis de cælo panis est: illi qui in carne dicit: Redde mihi pater honorem meum, quem habui apud te. Vtique supra cælos, & ante carnem, illum: λόγος est, & in principio λόγος, & iuxta deum λόγος, & qui λόγος deus est, & per quem λόγος facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, illum qui illuminat hominem in hunc mundum venientem: illum qui λόγος caro factus est: Audisti in principio λόγος, audisti quod λόγος ipse caro factus est. Audi quod ipse dei filius sit, & de patre genitus, sit illa quam diximus supra generatio. Dicit Euangelista: Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus solus filius, qui est in sinu patris. Melius autem dicemus gremio. Græci ἐν κόλπῳ, id est in gremio. Sed vel hoc verbum, vel illud significat & genitum filium, quod est foris esse, tamen cum patre esse, cum dictum est: Quid est in sinu patris. Omnibus lectionibus ita esse diligens & fidelis quaestor intelligit. Iam vero spiritum sanctum alio quodam modo ipsum esse Iesum Christum occultum, interiorem, cum animis fabulantem, docentem ista, intelligentiasque tribuentem, & à patre per Christum genitum, & in Christo: quippe cum vnigenitus filius Christus sit, multis nos libris exposuimus, & quod exemplis plurimis adprobauimus, satis clarum est. Hoc modo atque hac intelligentia ut pater & deus cum filio, ὁμοούσιον, & filius quod ipse vita est cum eo. Quia autem ipse intelligentia est Christus & spiritus sanctus ὁμοούσιον intelligitur: Vnde iuncto patri filioque accepto, quod sit idem quod spiritus sanctus, eo quidem modo, quo filius idem est quod pater, ita tamen, ut quomodo pater & filius vnus cum sint, sic tamen pater sit etiam filius existentia vnusquisque sua, sed ambo vna eademque substantia, sic Christus & spiritus sanctus cum ambo vnus sint, existit tamen Christus sua, & spiritus sanctus sua existentia, sed ambo vna substantia, ex quo omnes, id est, tota trinitas vna, atque eodem modo iuncto patre cum filio, filioque cum spiritu sancto. Atque ista ratione patre cum spiritu sancto per Christum iuncto, singulis quidem existentibus vnus omnis trinitas sit, atque existet illud ὁμοούσιον, cum sit omnibus vna eademque simul ex aeternitate substantia. Hæc nobis salus est, hæc liberatio, hæc totius hominis plena saluatio, sic patrem omnipotentem deum credere, sic Iesum Christum filium, sic spiritum sanctum. Amen.

MARII VICTORINI AFRI, VIRI CONSULARIS, DE TRINITATE, Hymnus primus.

Tob. 17.

Tob. 1.

Filius in sinu.

cauteloze

Adesto lumen verum pater omnipotens deus. Adesto lumen luminis, mysterium et virtus dei. Adesto sancte spiritus, patris & filij copula. Tu cum quiescis pater es, cum procedis filius. In vnus qui cuncta necis, tu es spiritus sanctus. Vnum primum, vnum à se ortum, vnum ante vnus deus. Præcedis omne quantum, nullis notus terminis. Nihil in te quantum, quia neque quantum ex te est. Nanque ex te natum vnum gignit magis, quam tenet quatuor.

B Hinc immensus pater est, mensus atque immensus filius. Vnum autem & tu pater es, vnum quem genuit filius. Quod multa vel cuncta sunt, hoc vnum est quod genuit filius. Cunctis qui diuos semen est, tu vero virtus seminis. In quo, atque quo gignuntur cuncta, virtus que fundit dei. Rursusque in semen redeunt genia quæque ex se nati. Operatur ergo cuncta Christus, qui omnis est virtus dei. Nanque Christus in quiete motus est, summus deus. Atque ipse motus sapientia est, & virtus dei. Nullo à substantia distans: quia quod motus hoc substantia est, qui que motus, quia in ipso atque ipse est. Ex deo dictus deus, natus autem: quia motus est, Omnis enim motus motus est, vnumque cum sit deus. Ac dei motus, vnus & idem deus existit. Tamen motus ipse esse, ut sibi sit hoc quod ipse motus est. Sed quia dei motus est, habet in se motus deum. Rursusque ipse ipso quia dei motus est, habet in semetipsum deum. In filio igitur pater est, & in patre est ipse filius. Sunt ergo singuli atque in semetipso, cum sint singuli. Hinc duobus vna virtus, hic vna substantia est. Sed patre dante, quæ sibi sit filius substantia est. Esse enim prius est, sic moueri post eum. Non quo tempus illi ad sit, sed in diuinis ordo virtus est. Esse nam præcedit motum, re prius non tempore. Hoc esse dicti in deo memorant substantiam. Hic autem motus ortus est, nam gignit motum substantiam. Substantia que generatio quid aliud quam substantia est? Ergo motus & patris est, filius ergo eadem substantia. Hunc λόγον Græci vocarunt, vnus in patre deum. Causa qui sit ad partum atque ad ortum omnium. Nihil namque absque hoc creatum est, per hunc creata cuncta sunt.

C Hic λόγος si Christus est, & si λόγος vita est genitus, λόγος, à patre est: est enim vnus deus, in quo cum substantia deus sit, deus que sit vita substantia. Genitus autem filius vita est, vna est substantia. λόγος deus, indistinctus ergo semper semper & aliter. Simul missus, mittenti pars, & fons tamen manans semper. Discurrit, spargens vitas, missus ut flumen filius. Hinc substantia vnum ambo, fons deus, flumen filius. Sed quia in diuinis substantia hoc idem quod vita est. Vitaque ipsa est sapientia, ut præcedit esse. Cui inest princeps ac simplex viuere, sic adest.

D Intelligens sapiens que semper cum præcedit viuere. Non quo præcedat quicquam alterum, neque quo sit omnino alterum. Sed quo progressu actum sit ter triplex alterum. Filius, actusque vita est, qua procedunt & creantur omnia. Est idem doctor & magister, idem perfectior spiritus. Seminat scelis animas irrigans scitis sophia. Sophia autem cum sit Christus, idem Christus filius docet, profectus patre patrem & Christum spiritus. Hinc patris cuncta Christus: hinc habet Christi cuncta Christus: sic Christus meus inter parentem & sese alterum.

Spiritus implet parentem, dum esse præstat omnibus. Atque esse cunctis vita est: & hoc est quod in Christo factum est. Quid quia iungit ac saluat omnia, ac docet verum deum Christum sequentes, Christo venatos sanctus iungit spiritus. Ergo Christus omnia, hinc Christus mysterium. Per ipsum cuncta, & in ipso cuncta, atque in ipsum omnia. Cuius altitudo pater est, ipse vero totus. Progressu suo longitudo, & altitudo patris est. Hinc Christus apparet scelis, ad profundum doctum idque arcuum. Et inimitus docendo, Christus occultus sanctus spiritus. Omnes ergo vnum spiritu, omnes vnum lumen. Hinc singulis vera, hinc tribus vna substantia est. Progressu à patre filio, & regressu spiritu, Quia tres existunt singuli, & tres in vno singuli. Hæc est beata trinitas, hæc beata vniitas.

MARII VICTORINI AFRI, VIRI CONSULARIS, DE HOMOVSIO RECIPIENDO.

Perigi in dei.

labellu.

Obiata.

Yon.

stare in substantia.

domini.

quid.

13.

13.

Mror adhuc rationem intelligendi vnâ inter nos non certa mente teneri: Omnes pacis recte intelligimus, nec tamen iungimur. Dicâ ergo omne mysteriū, omnium verba, sententias, intellectus, oratione breui, Ariū vtpossimus excludere. Græci quos Ἐλληνας, vel Paganos vocant, multos deos dicunt. Iudæi vel Hæbræi vnum: Nos, quia posterior veritas & gratia est, aduersum Paganos vnum deum dicimus: Aduersum Iudæos, patrem & filium: ita dicentes duos, patrem & filium, sed vnum tamen deū complexi religiones ambas, aduersum vtranque alterius cōtrario repugnantes. Et Paganum quidem lapsum multum, & elementa & cibos suos deos esse dixerunt. Iudæi errore carnali Christum negant, quem aliter cōfiterentur. Nostrum igitur dogma est adprobandum, quod docuit veritatem, & correxit errorem. Id autem facile cognitum erit, si cognoscatur vis verbi à maioribus positi, quod ὁμοούσιον nominatū est, nec errare quenquam volo, cum tantum de patre & filio ὁμοούσιον dixerō: quia spiritus sanctus & à patre est, & in filio. Hæc autem ratio contra Arianos, & contra Hæreticos maxime præualebit. Esse deum fatemur, ita esse, Christum fatemur sic esse, isto modo dico est deus, est Christus. Quid est autē istud esse: lumen esse, spiritum esse, deum esse, λόγος esse fatemur. Ergo hæc nemo negat: hoc esse Græci οὐσίαν, vel ὑπόστασιν dicunt, nos vno nomine Latine substantiam dicimus. Et οὐσία Græci pauci & raro, ὑπόστασιν omnes. Distat quidem, verum nunc omitamus, Scriptura diuina Græce ὑπόστασιν sæpe dixit Latine substantiam. Et dixit de dei substantia Prophetæ Hieremias: Quod si steriles hinc in substantia domini, verbum meum vidissent. Quid autem est stare in substantia? intelligere dei substantiam, quod verum lumen sit quod spiritus infinitus sit. Hoc cum intellexissent intelligerent λόγον Domini hoc est, verbum Domini vidissent. Et sic & paulo post idem Hieremias loquitur. Dicit David: Et substantia mea in inferioribus terræ. Et de deo, dicit, & substantiam dicit, & quid sit hoc manifestum est. Dicit Apostolus ad Hæbræos: Qui est character substantiæ eius. Character.

acterem enim dixit spiritum substantiæ dei. Sunt alia multa exempla, sed quid interest? lectum est quod sit, & dicatur dei substantia. Est autem substantia dei lumen, spiritus, deus. Item substantia Christi est, λόγος, lumen, Christus: Hinc omnes vere dicimus Character Christum verum lumen de vero lumine, deum de substantia dei: recte ergo dicitur eiusdem esse substantiæ, hoc dei filius est ὁμοούσιον. Fatemini ergo ὁμοούσιον, cum dicitis lumen de lumine, deum de deo, cur repugnatis? propterea quod est Græcum? ὁμο, tale est, ut cui iungitur nunc significet eiusdem rei, nunc simul cum re res est, ut puta species, quod Græce εἶδος dicitur iunguntur ista ὁμο & εἶδος, & significat eiusdem speciei: sic & ὁμοούσιον, eiusdem nominis. Ergo cum iungitur ad οὐσίαν ὁμο, sit ὁμοούσιον, eiusdem οὐσία, id est eiusdem substantiæ. Ex hoc excluditur Arius, qui dixit, ex nihilo Christum. Item diximus ὁμο ὁμοῦ significare & cum iungitur rei, nihil aliud quàm simul esse rem dicere, ut ὁμοκλητικῶς, simul vna aetate, & ὁμοτρόφους, ὁμοτρόφῶν, simul nutritos: ergo ὁμοούσιον, simul substantiale dicemus, vel constantiale. Ecce habemus & Latine nomina, quod si ita est, & ex hoc excluditur Arius, qui dixit, fuit quando non fuit: Etenim si dicimus, semper pater, semper filius, & si in principio erat λόγος, & λόγος apud deum, quoniam principium sine ortu est, & sine tēpore semper fuit, deus semper λόγος semper pater, semper filius. Hoc si ita est, exclusum est, ut dixi, fuit, quando non fuit. Ecce est in vtroque ὁμοούσιον, cōtra Arium positum, vniuersamque Arii hæresim. Hæc si vera sunt, accipite ὁμοούσιον: Nam si non vultis, nouelli Arii nō latebitis, sed ut ex vestris actibus clarum est, dicitis quidē Christum deum de deo, lumen de lumine, verum factum, atque hoc modo natum non de substantia dei, sed de nihilo, idque ab aliis cogitis per argumēta vestra, ut audire possitis magis quam dicatis ipsi & quare argumenta? O deus, & Christe succurre, si de deo natus est Christus, aut diuisus, aut minutus est deus. Hæc atque huiusmodi indigna sæpe profertis quasi corpus sit deus, aut corporeus, aut hyle, hic enim diuisio vel diminutio potest esse. Sed de isto multa iam diximus, quemadmodum in diuinis, in in corporeis, maximeque in anima, in spiritu, in mente & magis in deo aut motus, sit, aut partus omnino dis. Etenim perfecta neque augeri, neque minui possunt, maxime circa substantiam: ἀλόγως enim cum sunt & ἀλόγως de deo dico de spiritu, qualia ipsa sunt, talia emittunt: Nec ibi generatio immutatione generatio, neque vlla passio ibi, vel phantasia aliqua passionis. Interea his rationibus vestris quid cogitis nos fateri de nihilo Christum esse natum? Num minor vestra blasphemia est, cum vos eadem sentiat? Aut cur non est aperta vestra professio: si ita sentitis? Verum contraria vos loqui non videtis: Dicitis enim deum de deo, lumen de lumine. Hoc de nihilo est, cum dicatis vnde? Ergo de deo Christi? non ergo de nihilo, de lumine non de nihilo, de deo enim de ipsius substantia intelligitur. Nam aliud est quod à Deo est: nam omnia à deo, Christus autem de deo: ipse verò Christus λόγος est, vel λόγος Christi? est. Postremo quaerite quid sit λόγος, & inuenietis λόγον de nihilo esse non posse. Sed illi vos fallunt, illi inquam, qui non intelligentes modum generationis, dicunt natiuitatem domini quis enarrare potest? Primum de hominibus dictum videri potest,

perfecta mutatio num sunt experia.

Esai. 13.

Quis? Nemo.

quis? vel, nemo. Spiritus autem sanctus & insinua- re, & narrare potest. Vnde & nos dei patris, & Iesu Christi domini nostri permixtu diximus, & certe no- de speratum hoc, sed cum miraculo dictu est. Deinde sit modus generationis ignotus, nos de substantia loquimur: si pater & filius omoioon. Quomodo autem deus pater, & quomodo logos filius sit, cognitu difficile. Nunc autem hoc non videtur esse quaerendum: prius enim constendum, quod de substantia patris filius, & sic quomodo filius, qui modus est verè difficilis, & à nobis alibi tractatus. Ergo nunc de omoioon & certe vt satisfiat vobis, pacem enim volumus cum omnibus, habemus quomodo exprimat omoioon, primum consubstantiale vel simul consubstantiale: Deinde si dicimus deum de deo, lumen de lumine: Lumen autem pater est, item filius lumen, cum dicamus quia in patre est filius, & in filio pater est, dicamus etiam qui recte dicimus, deus de deo, lumen de lumine, quod verum erit, & plenū omoioon. An dubitatis? Quid si & hoc lectum est? blasphemiam est contradicere. Dauid trigesimo quinto psalmo. Est enim fons vitæ & : In lumine tuo videbimus lumen. Fatemini iam & hoc, & omoioon. Similiter hoc obici potest ei qui dicit similem substantiam, eandem enim nos dicimus & simul substantiam, certe dictum in Esaia. Nemo ante te deus, & nemo post te similis deus. Et Dauid: Quis tibi similis erit deus? Hæc aduersus eos, qui similem substantiam dicunt, sed & multa prætereo quæ plenius vberiusque tractata sunt, contra eos tractatus, quos ipsi emiserunt: Nam de illis non loquendum, qui dissimilem dicunt: nec de illis, qui eos qui ista tractant quæ dicimus Patripassianos putant. Omnes enim isti & alij hæretici facile refutati sunt maiore tractatu. Deus adesto pater, & Deus domine Iesu Christe, vt sit in plebe tua omoioon, per omoioon. Amen.

MARII VICTORINI AFRI, VIRI CONSULARIS, HYMNVS Secundus.

Miserere domine, miserere Christe, miserere domine, quia credidi in te miserere domine, quia misericordia tua cognoui te. Miserere domine, miserere Christe, tu spiritus mei logos es, tu animæ meæ logos es, tu carnis meæ logos es.

Miserere domine, miserere Christe: viuunt Deus & semper viuunt deus, & quia ante ipsum nihil est, à se viuunt deus. Miserere domine, miserere Christe: Viuunt Christus, & quia deus ei generando dedit, vt à semetipso viuat Christus, quia à semetipso viuunt, semper viuunt Christus. Miserere domine, miserere Christe: Quia viuunt deus & semper viuunt deus, hinc æterna vita est: æternæ autem filius dei Christus est.

Miserere domine, miserere Christe: Quod si à semetipso viuunt pater: & patre generante à se viuunt filius, consubstantiale patri est, quod vt semper viuunt filius. Miserere domine, miserere Christe: Animam deus dedisti mihi, anima autem imago vitæ est, quia viuunt anima in æternum, viuunt & anima mea.

Miserere domine, miserere Christe: Si ad similitudinem tuam Deus pater, & ad imaginem filij hominis factus sum, viuam creatus sæculis, quia me cognouit filius.

Miserere domine, miserere Christe: Amari in mundum, quia tu mundu feceras, detentus mundo sum, dum inuidet mundus tuis: nunc odi mundum, quia nunc percepi spiritum.

Miserere domine, miserere Christe: Succurre lapsis domine, succurre peccantibus: quia diuino & sancto iudicio tuo quod peccavi, mysterium est.

Miserere domine, miserere Christe: Cognosco domine mandatum tuum cognosco, reditum in anima scriptum meum, propero si iubes redire, nostri Saluator Deus.

Miserere domine, miserere Christe: diu repugno, diu resisto inimico meo, sed adhuc mihi caro est, in qua victus diabolus, tibi triumphum magnum, nobis fidei murum dedit.

Miserere domine, miserere Christe: Velle mihi adiacet, mundum & terras linquere, sed imbecilla pluma est, velle sine subsidio tuo, da fidei pennas, vt volem sursum deo.

Miserere domine, miserere Christe: Iam portas quæro spiritus, quas pandit spiritus testimoniu de Christo dicens, & quid sit mundus docens.

Miserere domine, miserere Christe: Patre qui genitus semper, qui representas deum, da clauas cæli atque in me vince diabolū, sede lucis vt quiescam, gratia saluatoris tua.

MARII VICTORINI AFRI, VIRI CONSULARIS, HYMNVS TERTIVS.

Deus, dominus, sanctus spiritus, O beata trinitas. Pater filius, paraclētus, O beata trinitas. Præstator, minister, diuisor: O beata trinitas. Spiritus operationū, spiritus ministeriorū, spiritus gratiarū: O beata trinitas. Vnū principium, & alterum cū altero & semper alterum cū altero, O beata trinitas. Deus quia pater substantia, & ipse substantia filius, spiritus que substantia, sed ter ipsa substantia: O beata trinitas. Pater perfectus, perfectus patre perfecto filius, perfectus filio sanctus perfectus spiritus, O beata trinitas. Fons flumen, irrigatio: O beata trinitas. In tribus ter gemini, sed vna actio, O beata trinitas existantia, vita cognitio: O beata trinitas. Caritas, gratia, cōmunicatio: O beata trinitas. Caritas deus est gratia Christus, cōmunicatio sanctus spiritus, O beata trinitas. Si caritas est, gratia est, si caritas & gratia comunicatio est, omnes ergo in singulis, & vnum in tribus, O beata trinitas. Hinc ex Deo Apostolo Paulus, Gratia domini nostri Iesu Christi, & caritas Dei, & comunicatio sancti spiritus vobiscū, O beata trinitas. Ingenit⁹, vnigenit⁹, genito genit⁹, O beata trinitas. Generator, genit⁹, regeneras, O beata trinitas. Verum lumen, verum lumen ex lumine vera illuminatio, O beata trinitas. Seatus, progressus, regressus, O beata trinitas, Inuisibilis inuisibilit⁹, visibilis, inuisibilit⁹, inuisibilis visibilit⁹, O beata trinitas. Omnis potētia, omnis actio, omnis agnitio, o beata trinitas. Impassibilis impassibilit⁹, impassibilis, passibilis impassibilit⁹, o beata trinitas. Semen arbor, fructus, o beata trinitas. Ab vno omnia, per vnū omnia, in vno omnia, o beata trinitas. Vnū simplex vnus, vnū, & solū vnū, & solū & semper vnus. Alter vn⁹, ex vno vnus, idē vnus, & omnia vnus vnitor omnium, virtus vnū, operans vnum, vt fiat omnia, o beata trinitas. Ex æterno ingenite, ex æterno genite,

Deus, dominus, sanctus spiritus, O beata trinitas. Pater filius, paraclētus, O beata trinitas. Præstator, minister, diuisor: O beata trinitas. Spiritus operationū, spiritus ministeriorū, spiritus gratiarū: O beata trinitas. Vnū principium, & alterum cū altero & semper alterum cū altero, O beata trinitas. Deus quia pater substantia, & ipse substantia filius, spiritus que substantia, sed ter ipsa substantia: O beata trinitas. Pater perfectus, perfectus patre perfecto filius, perfectus filio sanctus perfectus spiritus, O beata trinitas. Fons flumen, irrigatio: O beata trinitas. In tribus ter gemini, sed vna actio, O beata trinitas existantia, vita cognitio: O beata trinitas. Caritas, gratia, cōmunicatio: O beata trinitas. Caritas deus est gratia Christus, cōmunicatio sanctus spiritus, O beata trinitas. Si caritas est, gratia est, si caritas & gratia comunicatio est, omnes ergo in singulis, & vnum in tribus, O beata trinitas. Hinc ex Deo Apostolo Paulus, Gratia domini nostri Iesu Christi, & caritas Dei, & comunicatio sancti spiritus vobiscū, O beata trinitas. Ingenit⁹, vnigenit⁹, genito genit⁹, O beata trinitas. Generator, genit⁹, regeneras, O beata trinitas. Verum lumen, verum lumen ex lumine vera illuminatio, O beata trinitas. Seatus, progressus, regressus, O beata trinitas, Inuisibilis inuisibilit⁹, visibilis, inuisibilit⁹, inuisibilis visibilit⁹, O beata trinitas. Omnis potētia, omnis actio, omnis agnitio, o beata trinitas. Impassibilis impassibilit⁹, impassibilis, passibilis impassibilit⁹, o beata trinitas. Semen arbor, fructus, o beata trinitas. Ab vno omnia, per vnū omnia, in vno omnia, o beata trinitas. Vnū simplex vnus, vnū, & solū vnū, & solū & semper vnus. Alter vn⁹, ex vno vnus, idē vnus, & omnia vnus vnitor omnium, virtus vnū, operans vnum, vt fiat omnia, o beata trinitas. Ex æterno ingenite, ex æterno genite,

Ex fuit Antiochus Syria ditissimus olim In cuius regno mater nauque fuisse, Septem, vt fama, refert, de sancta gente credit: Quos cura assiduo generis meminisse iubebat, Et legi seruire data: sic nanque volentes De populo meliore Dei sua iura tenebat. Rex avidus mutare fidem, mutare timorem Voluit, vt populo pariter misceret iniquum Præmia promittit matris, promittit & illis, Et quicquid posset totum perquirere regnum Si demiseret mentes, sensuque priores.

no genite, vt omnia æterna sint genite: O beata trinitas. Tu creati imperas, tu creas, tu creata recreas: O beata trinitas. Tu pater cunctis substantia es, tui filij vita, tu spiritus saluatio: O beata trinitas. Substantia ipsa vita est, vita ipsa quia est, æterna saluatio est, pater ergo, & filius, & spiritus sanctus est: O beata trinitas. Tu esse cunctis præstas, tu filij formam, tu spirit⁹ reformationem: O beata trinitas. Tu Deus infiniti & definiti parte es: O beata trinitas. Tu o fili, quia vita es, infinitus es, quia à mortuis vitam reuocas, definitus es, tu quoque & infiniti & definiti pater es: O beata trinitas. Tu etiam spiritus sancte, quia saluatio es, definitus es, & quia definito quod infinitum est retines, & infiniti & definiti pater es: O beata trinitas. Si ergo ter pater vnitas, omnis autem à te o Deus paternitas, vnum & Deus, & omnis paternitas: O beata trinitas. Tu logos Deus creasti, hinc Deus factus pater, & quia à te creatus est logos, & ipse quia in illo es, factus est logos deus. Hæc duo vnum sancto vnixisti spiritu, simplex ergo & vnum es factus in tribus, spiritus logos, Deus: O beata trinitas. Primum o, secundum o, tertium o, & simplex tria: O beata trinitas. O omne substantia est, o formata substantia est: formata substantia aut sibi tantum, aut alteri, aut sibi aut alteri nota est: O beata trinitas. Substantia Deus est, forma filius, notio spiritus: O beata trinitas. O primum, o verū Deus es, ergo omnis & tota substantia, Deus es: O beata trinitas. O vniversalis autem substantia, cum vniversalis est, forma est substantia igitur cum forma est, & Deus Christus est: O beata trinitas. O tertium sanctus est spiritus, sanctus spiritus totius existentia de monstratio est. Demonstratio autem nunquam nisi nota demonstrat, Nosse autē in diuinis hoc est quod habere est. Cognoscencia enim ipsa eademque substantia est. Habet ergo Deum, habet Christum que demonstrat spiritus sanctus: O beata trinitas. Immensus, infinitus, inuisibilis Deus es, sed aliis immensus, infinitus, aliis & inuisibilis: tibi mensus, tibi finitus, tibi visibilis: Hinc ergo & forma tibi est ergo & logos, idem es, quia logos forma est: & quia forma tibi notitia es, notitia autem spiritus sanctus est: id ergo & Deus, & logos, & spiritus sanctus es: O beata trinitas. Tu fili visibilis, es enim vniversalis & omnium forma: Cum enim viuificas cuncta, sit forma de vita: Forma autem semper in substantia, & forma omnis notitia est: Ergo in substantia deus es, in forma, logos in notitia spiritus sanctus: O beata trinitas. Tu quoque spiritus sanctus notio es: omnis autem notio forme & substantia notio est: Cognosceis igitur Deum, & habes dei formam. Hinc & Deus & filius spiritus sanctus es: O beata trinitas. Esse Deus es, spiritum esse Christus apparere quod sit spiritus paraclētus: O beata trinitas. Hinc Christum misit pater, Christus paraclētum, Christus vt paraclēto Christo vt appareret pater: O beata trinitas. Secreta atque in occulto substantia Deus es, secreto atque in occulto forma Deus es, secreta atque in occulto notio deus est. Hinc pro o istorum o vnitas deus es: O beata trinitas. Publica iam apparensque substantia logos es: & quia publica & apparens, forma autem quia patris forma es, hinc tibi substantia es. Ergo in te pater est, quia pater substantia est. Eadem autem substantia, neque enim alia vlla substantia. Si ergo logos appa-

rens forma est, forma substantiaque ipsa apparens autem forma apparensque substantia notio est, idem tu logos, & Deus, & spiritus sanctus es. O beata trinitas. Omnis notio cognoscencia est, omnis cognoscencia substantia est, cognoscenciaque ipsa forma est: es ergo spiritus sanctus publicata forma, apparensque substantia, sed saluans regeneransque, non manens generansque substantia es. O beata trinitas. Vna igitur Deus, logos spiritusque substantia est, manens in tribus, existensque ter in omnibus tribus. Hoc autem & forma & cognoscencia est, sic triplicatur omnis simplex singularitas. O beata trinitas. Tu Deus incognite, tu incomprehensibilis deus es, sed incogniti atque incomprehensibilis Deus es, quasi quadam forma sine forma est. Hinc pro o cum o diceris magis defectus ac requies. Hinc cessantis cognoscencia forma est noscencia. O beata trinitas. Tu logos forma cum sis, forma patris es, hinc ergo & imago patris es. Et cum forma patris es, est tibi forma & ipsa substantia, & quia forma eadem & substantia est, hinc in te pater est, & tu in patre. Item quia forma es, notio ibi est, ergo & substantia tibi nota, ex hoc notus & pater est. Quippe cum in sinu eius sis ab eo genitus, verum ergo & tu o verum, & tu o vnitas. Omne autem o semper in tribus: O beata trinitas. Tu spiritus sancte connexio es, connexio autem est, quicquid connectit duo, ita vt connectas omnia, primo connectis duo, esque ipsa tertia complexio duorum, atque ipsa complexio nihil distans vno vnam cum facis duo. O beata trinitas. Tres ergo vnum, & ter ergo vnum, ergo ter, ergo ter tres vnum: O beata trinitas. Hinc pater summus mittit logos, missus creat, & ministrat omnia, portans in salutem nobis carnem simul & sanctam crucem, remeans victor ad patrem, saluandis nobis esse misit alterum: O beata trinitas. Semper cum Deo Christus est iuxta substantiam, Etenim vita semper est. At quoniam vita actio autem vt agat incipit, hoc est Christus natus est, ex æterno autem Deus & Christus agit, ex æterno igitur deus Christus natus est. O beata trinitas. In cælos qui ascendit Christus est: de cælis qui descendit idem est. Non ergo ab homine, sed vsque ad hominem Christus est, O beata trinitas. Hic est deus noster, hic est Deus vnus, hic vnus & solus deus, O beata trinitas. Hunc oramus cuncti, & oramus vnum, vnum patrem & filium, sanctumque spiritum, O beata trinitas. Da peccatis veniam, præsta æternam vitam, dona pacem & gloriam, O beata trinitas. Libera nos, salua nos, iustifica nos, O beata trinitas. MARII VICTORINI AFRI, VIRI CONSULARIS, DE MACHABÆIS CRUDITISSIMUM CARMEN.

Ex fuit Antiochus Syria ditissimus olim In cuius regno mater nauque fuisse, Septem, vt fama, refert, de sancta gente credit: Quos cura assiduo generis meminisse iubebat, Et legi seruire data: sic nanque volentes De populo meliore Dei sua iura tenebat. Rex avidus mutare fidem, mutare timorem Voluit, vt populo pariter misceret iniquum Præmia promittit matris, promittit & illis, Et quicquid posset totum perquirere regnum Si demiseret mentes, sensuque priores.

Cogeret & natos alios sibi fingere mores.
 Illa negat, tacitum que premit sub corde dolorem.
 Hanc postquam nulla potuit compellere preda,
 Tentavit primum tormentis vincere seuis.
 Pertulit illa tamen gemitus, & tristia Regis
 Verbera non timuit. Pictum se vidit & ille,
 Hec quid agam, dixit: vincor, quid plura dolendo
 Non tamen effugies, plus est quod plura dolebis,
 In natos scilicet tuos, licet improba perstes,
 Hac certe ratione mecum sanabo dolorem.
 Sustulit illa manus, caelum que inspicit in altum
 Emisit gemitus, & talia verba loquuta est:
 Tu licet & gaudeas iradas, & regna tyranne,
 Non capimur regum domis, nec munera sanctis
 Eripient promissa Dei: spes certior illa est,
 Quae vitam nobis promittit tempore longo:
 Hanc sequor, hanc didici: non lubrica tangere regna,
 Sumere divitias facile est, & perdere vitam.
 Sed licet & flammis post verbera sana mineris,
 Nil mutare potes: primis accepimus annis
 Virtutem cum lege datam: mihi linquere certum est
 Quaequid sane iubes, Natis quod nunc dominaris
 tem. Hoc solum poteris, matrem turbare timore.
 Est mihi namque Deus spes, est mihi certa meorum,
 Per quem iam sperem te nullum vincere posse,
 Caelum sane, celi que parens, te iusta rogamus.
 Rex fuit Antiochus, turbataque corda timebant
 Concrevit & seuos testatus lumine vultus,
 Miraturque diu possit quod femina tantum.
 Miles, ait, pare regi, pare que satellites,
 Vos famuli parcte mihi, date regna furentis
 Examine tormenta malo, scilicet furentem
 Examina me cogit, quod plus est, femina vincit
 Regis iussa sui. Sed non impune locuta est.
 Membratum perat: septem nam per fida natos
 Intra regna tenet, quorum qui primus habetur,
 Hic primus perat: perant sic ordine cuncti,
 Cratibus impositos subiectis vrere flammis
 Cernat ut ipse suos, sic cernat aspera natos
 Poena aut quem maneat, celeres decet esse ministros.
 Interea secunda parens iam crine soluta
 Astitit hortanti similis, iam pectore nudo
 Pbera protendens, natorum alimetus tuorum:
 Non confusa stetit, natumque ut vidit ad ignes
 Inconstante gradu timidum procedere, dixit:
 Tu mea progenies, tu prima, respice matrem,
 Tu nunc certe meus, me iam tu nate memento,
 Te primum peperi, tu nunc imitare parentem,
 Sume meos mores, & regem vince tacendo,
 Tu poteris durare diu: sic tempora vinctes
 Perfida, ne superet sanctos violentia Regis.
 Vrere consilio, Regis ne damna timeat,
 Fortior est isto saxo que potentior ipso:
 Ingredere ut iuuenis, patienter vince dolorem.
 Ille modo ad matrem vultus, modo tollit in altum,
 Dum que tacet, tacitum que rogat quem debet, & orat,
 Non sensit rapidos subiectos cratibus ignes,
 Corpus inane fuit, mater causa dolore est,
 Et dixit: Vici, vincam si sapius orem,
 Duxet natorum virtus inco gnita Regi,
 Sed iam nota Deo, populi qui pectora novit.
 Finerat primi partus secunda dolorem,
 Sed remanente metu pro pluribus anxia mater,
 Dissimulaque tamen, ne Regem gaudia tangant:
 Rex stupet Antiochus, nec credit posse sequentes

Diuitius
 commuta
 mus in-
 mortalita
 tem.

A Poena tale genus simile pervincere natos,
 Capta iubet peragi, mater non terribis mansit,
 Sed tamen ut vidit pallentem asistere natum,
 Hac secum voluens, aliqua iam parte levata:
 Ecce secunda mihi partus producitur aetas,
 Quam similis fratri formoso pectore, dura
 Si sequeris primi partus vestigia nostri
 Esse meus poteris, & sic reparare saluitem,
 Quam iam frater habet, matris praecepta secutus,
 Pone metus, Regis que minus contemne furentis,
 Regna quaeque parvula habentia tempora dantur,
 Non poterit post ista tibi Rex iste nocere.
 Temporis ecce leuis accessus cogitur ignis
 Virtutis locus est, languentem pone timorem,
B Sume mores nostri generis si sensus inhaeret,
 Hic qui sceptrum tenet, regno qui seui in isto
 Tempus inane cogit, regnum vitamque creavit,
 Damnumque nocens aeterno sentiet ignis,
 Tu securus eris, turba comitante piorum,
 Accipe nate meos vultus, & respice caelum,
 Authoremque Deum per quem tibi vita paratur
 Hac melior, fratris que tui vestigia calca.
 Non quod Rex iubet, sed quod deus imperat audi.
 Sicut erat monitus matrem caelumque videret,
 Constitit, atque hilari vultu contemneret Regem
 Caepit, & ut ridens ardentis irruit ignis,
 Collapsus queiacens anima superante quieuit.
C Mater ut hoc vidit rigido sic ore locuta est:
 Felix parte aliqua, cum iam vis nec potes omnes
 Sane tyranne meos irruendo vincere natos.
 Te grauior nunc poena manet, crudelis, in igne
 Quam patiere breui: Deus hic namque omnia cernit.
 Iam duo securi contempto Rege manebant,
 Spes melior iam matris erat, iam tertius instat
 Ecce locus poena, si poena est vincere Regem,
 Et seruire Deo, ius est non poena furentis.
 Tertius atrahitur iuuenis iubente tyranno,
 Qui nondum sanatus erat furor intus & ira
 Se iubat pariter, quod fortia pectora fratrum
 Viderat impavidi Regis superasse furorem.
D Constitit ante iuuenis florentibus annis
 Egregius forma, dignus qui regna teneret
 Dignior Antiocho, & sic meliora secutus
 Regna volente Deo. Mater cui talia fatur:
 Accipe nate tuae securus dicta parentis,
 Accipe, ne segnis reddas virtutis honorem.
 Sum tibi iam fratres pietatis sede marentes,
 Iam locus est melior quam regna labentia Regis,
 Quorum si proprios attingis pectore sensus
 Pictor apud populos Regem superasse fereris,
 Sicut sama tuos iam misit in omnia fratres:
 Hunc accede precor, sunt haec, sunt apta dolenti
 Contempisse nefas, & iura relinquere Regis
E Indomiti, quem nulla manet post ista voluptas.
 At iuuenis tacito mittebat murmure vocem
 Oranti similis, palmas tendebat in altum,
 Subnixoque genu matris pingebat in ore
 Qua licet aspectum corpus, qua turba tenebat,
 Qui simul admonitus oratam conscendit in ignem
 Inrepidus, certa que fide sua membra locavit,
 Sanctaque qua superest anima inuiolata recepit.
 Considerant flamma tepida remanente fauilla
 Illa sum corpus tellus ad aperta recepit.
 At mater dubitans gemitus an gaudia sumat,
 Haestitat, & querulo sic est sermone locuta:

Simile vi
 detur pro
 similitudine
 dixisse.

quid

Quid nunc dire parati iussis parcimus & omnes
 Minerat sed partus custos ne substrat vlla,
 Sed licet ipse velis non sum passura tyranne:
 Omnes nam pariter perant certamine tanto,
 Temporis ipse tui mutes licet horride panam,
 Duraque que sanctis eadem sententia natis
 Sed grauiora parat, si sunt grauiora, minari,
 Quodque meos cernis vultus horrore teneri,
 Gauderes parte quoniam decernis in ista.
 Ardet at ipse magis rapida rex concitus ira,
 Contemni que putat, nec sicut cetera fratrum
 Turba ferat panam, matrem hoc querere sentit
 Dura in exitum quartum adducere natum
 Penè manu voluit lassati naque ministri
 Nec regis furias, nec regem ferre volebant.
 Prohi pudor, erubuit vultus offendere matri
 Natus, & attonitiam mentem confundere nate?
 Hunc postquam stantem summissò lumine vidit,
 Talibus aggreduitur dictis, monuita timentem:
 A primo quartus partus, mihi quartus ab imo,
 Que nunc verba tibi, que possum dicere nate?
 Hoc nisi quod solum durata potentia recum
 Sit simul & virtus, sanctaeque originis auctor.
 Illi debemus regi quoadcunque rogauerim.
 Ille dedit nobis Abraham cum semine sancto,
 Per quem nobilitas, per quem genus omne probatur,
 Quod manet in dominum, sanctus qui nascitur Isaac,
 Tunc cum iam nullum natum sperare senectus
 Sponte sua poterat, sterilis quia Sarra manebat.
 At tamen haec peperit, generique propagine caepit
 Ex insperato remanet tibi Sarra nepotes,
 Esau & patriam deductus Jacob in vnam,
 Quos precibus partus gemino peperisse Rebecca,
 Hinc sumus, hinc orimur, genus hoc tibi, nate petendum.
 Tu tibi pande viam generis, qui arce priorum
 Quorum progines totum dispersa per orbem
 Inuidiam patitur, dominum qua sola potestatem
 Mente caliginet, nec turba accipit inique.
 Quid tibi cum tristis vultus, quid lumina terra
 Fixa tenes caelum potius, celi que parentem
 Conspice, ne dubitas, mater tibi prospera monstrat.
 Quaequid id est, patientes audi, consensu
 Turis nate meae numerumque hortare sequentum.
 Nec decreta parens luctus & gaudia mixta
 Finerat claros monitus, tum luminis orbes
 Ipse leuat, matremque oculis attendere caput,
 Nil iam triste gerens. Habitus, vultus que fatentur
 Se timuisse nihil, nisi tristia vultus matris
 Per partus diuisa suos: sed & ipse citato
 Elapsus manibus cursu conscendit in ignes,
 Mira loquar, non flamma comas non contigit ora,
 Exanime ut corpus flammis superauerat ignis,
 Ore patente tamen tacite que spiritus iret,
 Unde acceptus erat pariter cum sanguine fugit.
 Hoc ipso est causa parens, quod qui modo tristis
 Constiterat vultu, fretus quod pectore tuto
 Paruerit monitus, Regis contemptor & ira.
 Sic exorta tamen, cum Rex dubitaret in illos
 Qui superant gemitus que daret pia turba, ministri
 Regem execrantur, tanto sermone querentes:
 Protrahere, quid dubitas nulli iam parcere debes.
 Nec potes, ut cupias, decretum rumpere nulli:
 Appello regem totum qui temperat orbem,
 Qui mare, qui caelum, celi cui sidera parent:
 Quod nisi producis, timor est, iam segnis instat,
 Iam senis quem poena petat: iam gloria nobis,
 Tom. 5.

Corrup-
 tissima
 sunt que
 superius
 feri om-
 nis, nec
 in summi
 que admi
 tam emen
 ditatis
 diligenti

Macha-
 bœorum
 origo.

Parte in vtraque movet, liceat producere nullis:
 Nam quocumque iuum insisti excedere regnum,
 For sit an hoc mortem credas furiose tyranne,
 Longa magis, vita est, regno que potentior isto
 Quod regis, extrema binus iam parte morans
 Hos quoque si metuis superant etate minores,
 Contemptuque simul vici tua regna superbe.
 Sed perage imperium, nec partus diuide nostros,
 Hos quoque da flammis, & viribus vrere regni.
 Mortalis tamen es, nec in auium regna tenebis.
 Concipit Antiochus furias, seius que tyrannus
 Exhibet, & gemitus intra sua pectora voluit,
 Consonit cum mente color, tristis que exaratos
 Atollit vultus, & talia verba profatur:
B Haec tua libertas, & dira potentia lingue,
 Atque hic quem tumida portas ceruice rigorem
 Senties ira tibi Regis, quid tempora pe sint.
 Si nondum es satiatamalis: & fingere tentas
 Letitiam, luctusque tuos in gaudia vertis,
 Non mutabo necem, gaude, laiare triumphis,
 Dummodo sic vincas, ut sis suprema tuorum.
 Sic furiosa nimis natorum sanere gaudes?
 Hoc quoque do flammis, hoc nec mutare potestas
 Vlla potest decreta, tu laeta vrere superstes
 Natis orba tuis, & ne mea in ista morentur
 Ordo suos peragat cursus. Producite natum,
 Nec vano pereant ignis dubius vrere videre
C Rex post ista reor timor est mihi femina nullus
 Precipua de gente tua produceris iudex
 Quoniam specie mirande puer, cui pectore virtus
 Firma manet, iam que poterat vel vincere Regem.
 Ad quem sic placido mater sermone locuta est:
 Si dare complexus matri tibi nate liceret,
 Confiteor soli post vulnera nate dedissem.
 Sed me dura verat, tristis que potentia Regis,
 Denegat amplexus, dum sit vox libera nobis,
 Et liceat meminisse Dei, legemque tenere
 Non a rege datam, sed quam Deus arbiter orbis
 Tradidit, & mundi rector, Moses que petiam
D Accipit, populoque dedit, cum maxima laus est
 Nosse Deum, merito cui nos tribuamus honorem.
 Tu modo ne dubita monitis parere parentis:
 Si vigor & virtus penitus que in pectore toto
 Mens maneat iam plena deo. Sic fortior aetas
 Quam Regi sperare fuit, sperare iubentem.
 O quanta virtus, quanta est fiducia fortis
 Sed tamen quid dubitas medias evincere flammis?
 Victor eris, mihi crede puer, victor que redibis,
 O sibus & validis miscbit corpora neruis,
 Seruat, isque animus iterum in noua viscera reddit.
 Sed ne forte tamen calidus te terreat ignis,
 Fratrum sume animos, eternumque inuoca numen.
 Iussa facit, tacitis que Deum testatus, & orat
E Murmure quo poterat, puerum non impedit aetas,
 Non iam immere necem, matrisque volentis
 Paruit, & dicto citius superirruit ignes.
 Cesserunt flammae, cessit dolor omnis, & vna
 Corpus & ignis erat, corpus superauerat ignem.
 Spiritus ante tamen placidus superauerat auris.
 Leta dolet tacite mater, presso que dolore
 Letitia, luctusque suos in gaudia vertit,
 Non de prae teritis sed de puerilibus annis
 Qui superant, ne forte nocent, ne forte timorem
 Concipiant animis, regemque accendere malint.
 Quo minor est aetas, maior metus, anxia secum
 Diuidit & citras, & spes, & sic timor vna

229 iij

Luctantur, matris que pia per viscera curant.
 Spes tamen est melior natum ut producere vidit.
 Et procul intrare video quid possit in isto
 Spes conferre mihi, vultus agnoscere nostros
 Debet, hic fratrum numero parere suorum.
 Fortitan, hunc solum puerilia pectora tangens,
 Indigneque feret, quod sic veluti hostia desur.
 Alloquar, & paucis conabor dicere verbis:
 Sit memor ut possis generis, quam tempora huius:
 Si te nobilitas generis, si tangit origo,
 Respice nate tuos, & nos quoque respice nate.
 Noli annos memorare tuos, puer incipe furtim
 Pectore ferre Deum, iradens hoc secula celis
 Quod tua sorte petis: det nunc exempla futuris
 Temporibus, dona te precor quoque amplius hic est.
 Cogita qua fugias, & qua meliora petantur.
 Non te fallaciet inanis fallacia Regis.
 Et crescant ista nunc in contraria Victor.
 Spiritus exiit flammis, sic deinde recessit,
 Quod dederat corpus tellus adaptata recessit.
 Sanctaque que superest anima inuoluta recessit,
 Quamuis lassa parens per tot sua vulnera Regem
 Pertulit, at summo pariter manibus que supinis
 Has habuit voces, & talia verba locuta est:
 Qui tones imperium caeli, terraque, maris que,
 Sydera qui caelis, qui das animalia terris,
 Aequoribus pisces, & talia qui verberas auras
 Ad prima mea cupida fiducia surgit,
 Qui chaos implicitum caeca caligine misces,
 Diuidis in partes, & das noctemque diem que,
 Lunam cum vario sole, & qui tempora seruent,
 Nocte dieque iubet lumen parere per orbem.
 Et post haec hominem cuius de semine mundus
 Completur, mortale genus & lingua liquecit
 Dissona per genes, apor est tamen omnibus vnus,
 Sed qui mutauit meritis hominumque loquelas.
 Longa referre mora est, ceptis insistere certum est:
 Tu mare diuisum virga voluisti tenere,
 Dum pede per sicum populus transcenderet aequor
 Aegypti effugiens mortem, regemque Pharaon
 Qui sibi sanctorum numerum seruire iubebat.
 Quem tua maiestas Moise duce transfudit amne,
 Seruatumque tua totum virtute redemit.
 Terra dabat fructus, quos te cogente ferebat,
 Occupat & totis quaeista lymphis latebris,
 Humor erat nullus, cuncti clamore querentes
 Postebant Moisen dare sitientibus vndas.
 Ad quos ille breui sic est sermone locutus:
 Credite posse Deum quicquid petieritis illum:
 Sed tamen hanc virgam amnemque diffundere saxum,
 Ut veniant fontes rota regione morati,
 Percussit que simul, dicto velocius omnes
 Emisit saxum fontes dulcedine prima.
 Confiteor totus cum sis tibi debitor orbis.
 Tu quicquid possunt genes potes omnia solus.
 Tu mortale genus curas, onerasque, leuasque,
 Te precor attonita mente confirma timenti em:
 Ne desit fratrum numero meus infimus infans,

Ignarusque sui, quem iam procul ecce teneri
 A Conspicio, iurba circumuolante frequentii.
 Hunc propter solum lacrymas, quas commouet aetas,
 Vnus enim superest, de quo mihi maxima cura est,
 Ne tener ignoret qua sis de gente creatus.
 Hunc ego si possim secretis apprehendere solum
 Blandirer, patriumque genus, patriamque docerem.
 Sed quecumque tamen potero solatia mittam:
 Parue puer, teneris que tuis mihi charior annis,
 Charior es regno, vita quoque charior ipsa,
 Tu potes in totum victricem reddere matrem,
 Tu finis partus, finis que future malorum,
 Si te cura mei tangit, si matris odorem
 Mente create tenes, quamuis & charus, & infans,
 Hoc magis aure pia attende parentis.
 Primum discite puer quid sis post ista futurus,
 Si patiens fueris, tunc te mihi charior futurum
 Facta docent, fratrum sanctorum in parte locatæ,
 Et requie securus eris, dum secula curus
 Saeva suos peragunt, finis tempore longo
 Hanc lucem repetens, aeternaque regna videbis
 Non maculata malis, sed eris concordia sanctis,
 Nec mortis locus vllus eris, nec bella citatis
 Exerceantur equis, sed pax aeterna manebit.
 C Matris, crede, tua que cupit esse salutis
 Haec mihi cur tristis vultu sic dicta repellit?
 Quid refugis miserere mei, miserere tuique,
 Si liceat prior ire velim, veras ecce, sed ibo
 Tunc cum victorem videro te nate malorum.
 Quid sperare iubet? solus mea dicta moratur?
 Solus adhuc aequum renouat mihi nate dolorem?
 Annuis, an damnas sed me fratresque, genus que?
 Quod ne forte velis oro te & deprecor, audi:
 His ego te paruum nutriti nate papillis,
 Te precor per has, quas noui sudi meorum,
 Ut remanere velis, remanebis solus &
 Non tibi iam fratres dederint solatia vitæ:
 Defecerunt, vnus, vnus quod superest, matrem
 D Et genus & patriam si talia dicta recusas.
 Hæc quanto melius vitam seruabis,
 Si facias tandem quicquid fecere priores:
 Audenter deponere metus, deponere timorem,
 Concipe mente Deum, vires adibit ille viriles.
 Haec dum mater agit, puer ad praecente parentis
 Respicit, & solum se vidit esse relictum.
 Sustulit ad caelum vultus, palmasque supinas,
 Et sic voce petens aeternum numen adorat,
 Sensu & sic pariter secum nutuque rogabat:
 Vinceret ut regem, & quos vinceret reges,
 Atque ita, non segnis, nec pro puerilibus amnis.
 Proslit intrepidus medios dilapsus in ignes,
 Et vicit quicquid erat, sic ut vitam intret in altum
 Spiritus, & fratrum peteret secreta priorum.
 E Dum puer ista gerit soluerunt gaudia matrem, *causa*
 Iamque ut erat lassata malis, iam voce negata,
 Suspirans, inter que manus collapsa suorum,
 Concidit exanimis, resolutaque membra quierunt.
 Sic ipsa & nati sanctorum in parte recepta est.

De est
 bum que
 le est ab
 stis.

DE IDACIO CLARO HISPANO EX ADDITIONE II. AD TRITHEMIVM.

Idacius insignis hispanus, maximus Catholicae fidei contra arrianos propugnator, aduersus Varimadum arrianum librum scripsit. Accessit quoque difficillimorum quorundam locorum de Trinitate, declaratio.

libellus
 hic perit.

De est
 bum que
 le est ab
 stis.

DVDM, dilectissimi fratres, in Neapoli, vrbe Campaniae constitutus, cuiusdam Varimadi Arianae sectae diaconi, propositionibus a quodam studio ac religioso viro mihi oblati, rustico quidem sermone respondens, in vno corpore simul de unitate trinitatis libellos digessi. Sed quia nunc comperimus, eos nihil velle sibi priuatis verbis opponi, sed magis propositiones suas desiderant testimoniorum virtutibus oppugnari, mediocribus & ingenij tardioribus confulescentes, ita sancto nos spiritu adiuvante, responsonem nostram vniuersis eorum obiectionibus testimonialiter coaptauimus, ut is qui legerit, non nudis, ut solem obicere, verbis, sed legalibus valeat refellere documentis, ut omni ex parte cõuicti, confundantur, & ad nihilum redigantur. Qui super fundamentum Prophetarum, & Apostolorum, dogmata & talia signamenta construere moliantur: quod adificium, quia non auro & argento, neque lapidibus pretiosis, sed ligno seruoque & stipulae comparatur, cum iuxta Apostoli dictum in vltimo die fuerit igne consumptum, necesse est ut in suo patiantur opere detrimentum: quia difficilium possunt huiusmodi a prauis dogmatis cursu auerti, & meliora sectari: quoniam tantum sibi de spiritu auerunt praesumptionis audaciam, ut ad veritatem fidei nunquam omnino perueniant. Possunt enim charitatem fraternitatis adsequi, & fidem cum catholicis tenere perfectam, si de solius Dei potentia, & non de infidelium Regum sibi gloriantur superbia. Is igitur cum a defensoribus catholicae fidei ceperint iure constringi, & nullum sibi subterfugendi locum viderint suffragari, versutias quasdam inanum verborum subita temeritate non desinant callida subtilitate contexere, dicentes: quod ea qua dominus & Saluator noster in Euangelis de sua diuinitate locutus est, diuinarum relicto tramite literarum, quibusdam interpretationibus vniuersa ad carnis substantiam referunt, dum ipsi potius in eo ipso quod dicit: Pater maior me est. *Job. 10.* Et: ipse me misit. Et: Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me misit. Et: Transiit a me calix iste, non sicut *Mat. 26.* ego volo, sed sicut tu. Non in forma serui, in qua homo est, adstruunt eum patri aequari non posse, sed in natura, quia Deus est: inferioris ab eodem iudicant esse substantiam. Quod vti que non dicent, si eundem filium Deum verum, & de deo vero genitum catholicis credidissent. Natura igitur dei nec augetur, singularis in unitate manendo, nec minuitur de se filium generando, & manens iugiter in semetipsa perfecta diuinitas, idemque erit etiam in perpetuum, quod ab initio erat, aequum caelum & terram, & omnia elementa legimus accepisse principium. Nunc itaque omnis superfluis & inconditis verbis, que ab eis in subuersionem fidelium proferuntur, ad ea nunc refellenda pergamus, qua ex illorum infidelitatis industria, in necem innocentium animarum posita esse cognoscimus. Illorum igitur iam dicta ponenda sunt, qua ipsi aduersus unitatem trinitatis audacter ac temere posuerunt, ut testimonis testimonia consequeuer adhibita, perfidorum tandem superbia comprimatur. Potens est autem ineffabilis trinitas, ut illa que ad sui venerationis cultum pertinent testimonia, cultoribus suis non solum veteris, sed etiam de nouo procreet testamento, quibus veritas catholicae fidei comprobetur, & Arianorum falsitas destruat. Te quoque lector admooneo, ut omnia documenta, qua aduersum hanc heresim ex diuinis congesta sunt scripturis, sagaci mente perquiras: illa precipue, qua de patre, & filio, & spiritu sancto, irrefragaria coniunctione in fide huius operis sunt posita, sobrie & vigilanter inspicias, & ex eis proculdubio patris, & filij, & spiritus sancti, vnã eandemque inseparabilem & perpetuam doceris esse substantiam.

IDACII CLARI HISPANI CONTRA VARIMADVM ARIANVM LIBER, ET DIFFICILLIMORVM QVORVMQVE LOCORVM DE TRINITATE, DECLARATIO.



SI dixerint: quæ vitas trinitatis diuinitis lectionibus poterit edoceri, cum neque tres vnus, neque vnus in tribus possit proprie adprobari. Audi itaque, & ex iis testimoniis vnitate trinitatis agnosce, & define Arianorum prauitatem scqui, ut ab eadem possis peccatorum indulgentiam promereri, Esaias Propheta dicente: Vidi dominum sabaoth sedentem super thronum excelsum, & seraphin stabant in circuitu eius, sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabus velabant pedes, & duabus volabant & clamabant alterutrum dicentes: sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus sabaoth. Si trinitas non est, quare tertio sanctus dixerunt? Aut si trinitas non est, quare sub trina repetitione vnus Deum ac Dominum intimarunt? Si trinitas non est, cur in Geneceas dicitur: Dixit, Deus fecit Deus, benedixit Deus? Si vnitas non est, quare tertio deus dixit, & non deos plurali numero commendauit? Si trinitas non est, quare in Exodo dictum est tertio: Domine, domine Deus miserator & misericors? Si vnitas non est, quare dum tertio dominus diceret, postea misericors singulariter dicit, & non miseratores, vt plures ostenderet intimaui? Si trinitas non est, cur Abraham ad illicem Mambre a-

pertercedenti tribus occurrens, vni domine dicit, & non vt viderat tribus salutationis obsequium reddidit? Si trinitas non est, quare cum Moyse, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob tertio dicere- *Exod. 3.* tur, vnitate ostendens hoc mihi nomen est, dixit, & non hæc sunt nomina designauit. Si trinitas non est, quare Dauid tertio dixit: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus? Si vnitas non est, quare cum tertio deum nominasset, benedicat dixit, *Psal. 66.* & non benedicant adiunxit? Si trinitas non est, cur Esaias denuo dixit: Domine deus sabaoth, deus Israel, qui sedes super cherubim? Si vnitas non est, quare qui sedes dixit, & non qui sedetis adstruxit? Si trinitas non est, quare in Regum dicitur: Domine deus omnipotens, deus Israel, sermones tui fideles sunt? Si vnitas non est, quare tui dicitur, & non vestri potius intimatur? Si trinitas non est cur, in Psalmo quinquagesimo octauo canitur: Domine Deus virtutum, deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes? Si vnitas non est, quare intende posuit, & non intendite, vt precatas est intimaui? Si trinitas non est, quare in Apocalypsi tertio sanctus dominus Deus omnipotens, qui est, & qui erat dicitur? Si vnitas non est, quare non qui sunt, & qui erant pluraliter designantur? Si trinitas non est, quare in Deuteronomio dictum est: Dominus Deus tuus misericors est, audiet vocem tuam: Si vnitas non est, qua- *Deut. 4.*

Pfalmo septuagesimo secundo: Quid enim mihi deest in celo, & a te quid volui super terram? Hæc omnia in filio non inferiorem naturam demonstrant, sed æqualitatem deitatis pronunciant: quoniam qui utraque locutus est verum dixit, quia veritas mentiri non potuit.

Si tibi dixerint: Non est voluntas patris filius. **R E S P.** Si Propheticas Apostolicasque scripturas puræ mentis intentione perquires, inuenies sine dubio filium patri & naturam coæternum, & substantia sempiternum, & in voluntate, quæ in utrisque vna est, non discretem, Esaiâ propheta dicente: Salutare autem meum sicut facula ardebit, & videbunt omnes gentes iustitiam tuam, & omnes reges terræ honorem tuum, & vocaberis nomine tuo nouo quod dominus nominabit. Illa, & infra. Tu enim vocaberis voluntas mea. Et Apostolus: Hæc est, ait, voluntas Dei in Christo Iesu. Et iterum. In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et iterum: In ipso enim placuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare. Et vox patris de nube ad discipulos:

Colos. 2. Hic est filius meus dilectissimus, in quo mihi complacuit. Si voluntas Dei patris filius non fuisset, quomodo patri in illo potuit complacere? Aut quemadmodum in eo plenitudo diuinitatis eius potuit habitare, in quo secundum te voluntas Dei patris non probatur adesse?

Math. 3. Si tibi dixerint illud quod dominus in Euangelio dixerit: Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me misit. **RESP.** Huic propositioni non humanis opus est respondere verbis, sed diuinis potius propriam filij voluntatem adstruere documentis: Propheta in trigesimo nono Psalmo canente: Tunc dixi, ait: Ecce venio ut faciam voluntatem tuam, Deus meus volui. Et in vigesimo septimo: In ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, & restoruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor illi. Et iterum: Voluntarie sacrificabo tibi. Et in Deuteronomio: Diligens te, feci voluntatem tuam. Et in Apocalypsi: Dignus es domine Deus noster accipere gloriam & honorem & potestatem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam facta sunt.

Apoc. 4. Et in Canonicis: Voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut simus aliquod initium creaturæ eius. Ex iis vtrique quæ superius dicta sunt debes cognoscere, quoniam qui voluntarie patris voluntatem fecisse se dicit, inferior illo esse non possit.

Si tibi opposuerint illud quod in Apostolorum actibus scriptum est: Quoniam dominum & Christum Deus fecit. **R E S P.** Non secundum deitatis naturam factus dicitur filius, sed secundum adsumpti hominis formam. Hæc de eo diuina cloquia protestantur, Paulo Apostolo comprobante: quod ante promiserat, ait, per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo: Qui factus est ex semine David secundum carnem. Item ipse ad Galatas. Postquam autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege. Et ad Philippenses: In similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Et in Psalmo trigesimo: Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt, & super inimicos meos factus sum opprobrium. Item ibi: Oblivioni traditus sum tanquam mortuus à corde, & factus sum tanquam vas perditum. Et in Psalmo: Tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Et in

Rom. 1. *Galat. 4.* *Philip. 2.* *Psal. 70.*

Pfalmo septuagesimo secundo: Ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Et in Psalmo octuagesimo sexto: Mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Et in octuagesimo septimo: Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Et in centesimo octauo: Et factus sum opprobrium illis, viderunt me, & mouerunt capita sua. Et in centesimo primo: Vigilaui, & factus sum sicut passer singularis in tecto. Et in Euangelio: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Filius igitur secundum carnem dicitur factus: nam secundum diuinitatem à patre nunquam legitur factus, sed genitus.

Si tibi dixerint, quod filius dixerit: quæ ego loquor sicut dixit mihi pater, sic loquor. **R E S P.** Dum enim pater loquitur, filius loquitur, & cum filius loquitur, loquitur pater: Patrem in illo loqui documentis cælestibus comprobatur, Paulo Apostolo attestante: Multis partibus & multis modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissimè autem locutus est nobis in filio. Et ut eundem filium excepto patris præcepto, doceamus fuisse locutum, de Esaiâ Propheta volumine proferimus documentum: Hæc dicit dominus: In die illa sciet populus meus, quoniam ego sum ipse, qui loquebar in seruis meis Prophetis, & euangelizans, auditum audietis, ecce ego sum. Itē ibi: Ego sum dominus, qui loquor iustitiam, & adnuncio veritatem. Item ibi: Cogitauit & locutus sum, & adduxi, & creauit, & feci. Et Apostolus: An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus? Et in Psalmo centesimo octauo decimo: Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebam. Et ipse dominus in Euangelio cæco à se illuminato dicit: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. Et Samaritanæ mulieri ait: Ego sum qui loquor tecum. Et ad discipulos: Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Et ad patrem: Ego ad te venio. Et: Hæc loquor in hoc mundo. Et iterum Iudæis dicit: Loquor vobis & nō audistis, si autem venerit alius, illum audietis. Et iterum: Hæc locutus est Iesus in gazophylacio docens in templo, & nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius. Ecce in iis omnibus, quæ superius dicta sunt, nō doces filium præcepto patris fuisse locutum, sed magis exerceuisse in loquendo imperium.

Si tibi dixerint: quia filius iussione patris fecit, quæ facta sunt. **R E S P.** Non ut ipse adstruis filium iussione patris fecisse, quæ facta sunt, sed sui imperio & voluntate vniuersa creauit, quæ creata fore prouidentia sua perspexit, Esaiâ Propheta dicente: Hæc dicit dominus: Ego feci sermone meo terram, & hominem super eam, ego solidauit cælum manu, ego omnibus syderibus mandavi, ut luceant in cælo. Item ibi: Omne consilium meum stabit, & omnia quæcunque cogitavi, ego feci. Item ibi: Sic dicit dominus, qui constituit cælum & terram, & fecit eam, ipse definiuit eam. Item ibi: Ego sum primus, & ego in æternum, manus mea fundauit terram, & dextera mea solidauit cælum. Item ibi: Ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelso. Et in Hieremia: dominus qui fecit terram in virtute sua magna, & crexit orbem in sapientia, & prudentia sua extendit cælum, & posuit fundamentum aquæ in cælo. Item ibi: Domine qui fecisti cælum & terram in virtute tua magna, & brachio tuo

Ioan. 8. *2. Cor. 13.* *Esai. 48.* *Luc. 9.* *Luc. 22.* *Luc. 10.* *Ioan. 1.* *Apoc. 3.*

ruo excelso, qui reddes peccata patrum in sinu filiorum eorum post eos. Et in Solomone: Nō enim impossibilis erat manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa. Et in Psalmo centesimo trigesimo quarto: Omnia quæcunque voluit dominus fecit in cælo & in terra, in mari, & in abyssis. Et in centesimo tertio decimo: Deus autem noster in cælo. Et rursum: In cælo & in terra omnia quæcunque voluit fecit. Et in sexagesimo quarto: Præparas montes in fortitudine sua accinctus potetia. Qui enim hæc omnia non patris iussione, sed potestate sua fecisse describitur, quomodo à vobis patre inferior iudicatur?

Si autem dixerint: Erat tempus antequam de patre filius nasceretur, pro eo quod Iudæis dixerit: Principium quod loquor vobis.

R E S P. O. N. Cognosce filium non ex tempore, neque post tempora natū, sed ante omnia tempora de paterno vtero inenarrabiliter generatum, ipso deo patre in centesimo nono psalmo per prophetam dicente: In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Quam sententiam & Esaiâs propheta dubiis atque incredulis euidenter expressit: dum nō aliud de filio, quam de patre ineffabiliter natum ostendit: In humilitate, inquit, sublatum est iudicium eius, natiuitatem autem eius quis enarrabit? Et in libro Iob: Sapietiam Dei patris vnde inuenies: Latet enim ab oculis hominū, & à volucribus absconsa est. Expergiscere paululū, & si lumen scientiæ in te ipsum aliquantum habes, arte de inuenies, quoniam cuius natiuitas à Propheta non potuit enarrari ex tempore, ut adstruere ipse conaris, non potuit generari. In principio, inquit Ioannes euangelista, erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: Hoc erat in principio apud Deum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et iterum: Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In isto igitur verbo quod dicitur, erat, si tempus querere volueris, non inuenies: quoniam ex quo pater, ex illo & filius: & quod pater, est etiam filius, Solomone dicente: Ego ex ore altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam: ego feci ut in cælo oriretur lumen indeficiens, & nebula texti omnem terram: Ego in excelsis habitauit, & thronus meus in columna. Girum cæli circuiui sola, & in profundum abyssus penetraui, & in omni terra steti, & in omni gente & populo principatum habui. Item ibi: Cum pararet cælum aderam illi: & cum segregaret suam sedem, quādo super ventos fortes faciebat in summo nubis: & cū certos ponebat fontes sub cælo: cum fortia faciebat fundamenta terræ, ergo eram cum illo componens: & ego eram cui adgaudebat cum lætaretur orbe perfecto. Et in Psalmo centesimo primo: Tu domine in principio fundasti terram, & opera manuum tuarum sunt cæli: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnia sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis ea, & mutabuntur: tu autem idem ipse es. Non enim erat, ut ais, aliquid temporis antequam de patre filius nasceretur: Quoniam qui tempora vniuersa propria potestate constituit, ex tempore vel post tempora nasci non potuit.

Si vero dixerint: quod pater dederit filio potestatem iudicium faciendi. **R E S P.** Filium igitur Dei potestate propria facturum esse iudicium, ex iis testimoniis prudentes agnoscant, & iustum proferentes in hac causa iudicium, ostendant cuius sententiæ magis cum ratione concordant, & cuius fidei veritatem impugnant, Esaiâ propheta dicente: Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis consuluit & instruxit eum, quis ostendit ei iudicium? Item ibi: Hæc dicit dominus: Væ potentibus in Israël, quia non cessauit iracundia mea in eis, & iudicium de inimicis faciam, & cremabo eos igne ad purū. Item ibi: Statuet dominus in iudicio populum suum, & ipse dominus in iudicium veniet cum senioribus populi & principibus suis. Item ibi: Induit se iustitiam & gloriam, circumposuit galeam salutis capiti suo, & operuit se veste vindictæ, ut retribuatur retributionem aduersariis suis. Itē ibi: Ecce enim dominus ut ignis veniet, & ut tempestas cursus eius reddere vindictam in ira, & vltionem in flamma ignis. Et in Psalmo nono: Parauit in iudicio sedem suam, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate. Et in centesimo secundo: Dominus in cælo parauit thronum suū, & regnum eius omnibus dominabitur. Et in nonagesimo tertio: Deus vltionum dominus, deus vltionum libere egit. Et in epistola Iudæ apostoli: Ecce veniet dominus in millibus facere iudicium, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem de omnibus operibus impietatis eorum. Et in Euangelio: Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eas ab inuicē, sicut pastor segregat agnos ab hædis, & statuet agnos ad dexteram suam, hædos autē ad sinistram: Filium ergo secundum id quod Deus est, nihil à patre legitimus accepisse, quem in corde patris inseparabiliter manentem, vniuersa credimus possedisse, sed ille potestatem accepit iudicium faciendi, qui semetipsum exinaniens formam dignatus est adlumere serui.

Si autem dixerint tibi: quod filius duobus discipulis dixerit: Calicem quidem meū bibetis, sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram non est meum dare vobis. **R E S P.** Propriæ potestatis filium esse, & præcedenti iam disputatione docuimus, & nunc ipso opitulante docebimus, Euangelio protestante: Vocatis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem spirituum immundorum, ut eiecissent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Et iterum: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me in regeneratione, cum filius hominis sederit in sede maiestatis sue, sedebitis & vos cum eo super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israël. Et iterum: Ecce dedi vobis potestatem, ut calcetis super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & si quod venenum biberitis, nihil vos nocebit. Et iterum: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius. Et in Apocalypsi: Qui vicerit, dabo illi sedere mecum in sede mea, sicut & ego vici, & sedi cum patre in sede ipsius. Item ibi: Qui vicerit, dabo illi manducare de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Qui omnibus discipulis duodecim tribus iudicandi potestatem dedit, & secum sedere permittit, duobus tantum discipulis, ut ad dexteram, vel ad sinistram eius sederet, licentiam dare non habuit.

Si verò opposuerint tibi, quod filius dixerit: Non

Esai. 40. *Mat. 24.* *Luc. 9.* *Luc. 22.* *Luc. 10.* *Ioan. 1.* *Apoc. 3.*

Ioan. 2.

Matth. 8.
Iob. 6.

Matth. 14.
Iob. 9.

Iob. 5.

Iob. 10.

Zach. 14.

Ibid.

Malac. 2.

Deut. 6.

Eph. 4.

I. Cor. 12.

Summ.

potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. **R E S P.** Si fidem rectam teneres, & non falsi dogmatis prauitate fidem catholicam impugnares, cognosceres filium propria potestate fecisse, quæ patrem non legimus, nisi per filium perfecisse. Nunquid pater aquæ elemētum conuertit in vinum? Nunquid pater nauem conscendit, aut ventis, & flatibus vt quiescerent, imperauit? Nunquid pater de quinque panibus, & duobus piscibus in deserto quinque millia hominum paut? Nunquid pater super mare pedibus ambulauit? Nunquid pater oculos cæci nati aperuit? Nunquid pater coram principibus Iudæorum paralyticum pristina sanitate restituit? Nunquid pater hominem, aridam manū habentem, cunctis adstantibus in templo curauit? Nunquid pater mulierem fluxu sanguinis laborantem, turbis ignorātibz deitatis suæ virtute sanauit? Et plura iis mirabilia, quæ dominum nostrum Iesum fecisse credimus, & credendo cognoscimus, & fatemur, quoniam qui paternum opus exequitur, à paternis operibus alienus esse non creditur.

Si dixerint: non est vnus Deus, quia dicendo vnū sumus, duos ostendis, non vnū. **R E S P.** Excepta incarnatione filij, quæ ab ipso pro nostra redemptione adsumpta est, pater, filius, & spiritus sanctus vnus dicitur Deus, & non diuisus in tribus, vt ipse sacrolegis mente adfirmare conaris, sed in tribus personis, & nominibus, vna probatur substantia deitatis, Zacharia Propheta dicente: Erit dominus in regem super vniuersam terram, & in die illa erit dominus vnus, & nomen eius vnū. Diem hanc quam Propheta designat, futuri esse iudicij nemo est qui nesciat. Requiro itaque à te, vt hanc Prophetæ sententiam, quid sibi ipse velit, ipse exponas. Quis igitur erit rex, quis dominus vnus, aut quis nomen deitatis sortitur ex tribus, si pater est, & ipse solus vnus dicitur Deus? Ab ipso ergo Deitatis vocabulo filius & spiritus sanctus alieni, quod absit à nobis, fuisse probantur, quia scriptum est: In die illa erit dominus vnus, & nomen eius vnū? Si vero, vt est, vnū nomen est trinitatis: quid me persuades credere, quod Prophetas & Apostolos non video prædicasse? Nam & Malachias solum filium intimaui, quem humani generis creatorem vnū Deum prophetica adnuntiatione designauit, ipse dicente: Nonne Deus vnus creauit vos? Nonne pater vnus est omnium vestrū? Et in Deuteronomio: Audi Israël, dominus Deus tuus, Deus vnus est. Et Apostolus: Nullus Deus nisi vnus. Et iterū: Vnus dominus, vna fides, vnū baptisma, vnus Deus. Vel nunc aduerte, quia vnus Deus non est diuisus, in tribus personis, & nominibus, vnus dicitur Deus, Apostolo attestante: Diuisiones autem donationum gratiarum sunt, ait, idem autem spiritus: & diuisiones ministratorum sunt, idem ipse dominus & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Quid igitur est, quod filio derogare minimè dubitasti? vt in eo quod dixit: ego & pater vnū sumus, duos nihilominus deos natura ab inuicè & deitate diuersos introducere coneris, & adfirmare non metuis? ignoras, quia cum sumus, dicit, personas distinctinxit, nō deitatis substantiā separauit, vt & Sabellianonē sectatē destrueret, & vos Arianos, qui vnū in trinitate abnūtiis Deum, modis omnibus refutaret?

Si autem dixerint, quia ideo filius minor est, quod pater illum clarificauerit, pro eo quod scriptum est: Pater clarifica filium tuum. **R E S P.** Sicut pater filium suū clarificasse docetur, ita etiam filius patrem clarificasse præscribitur, Euangelista dicente: Respondit Iesus & dixit: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Et ipse filius ad patrem: Clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet te. Et iterum: Ego te clarificauit super terrā. Et ad discipulos: Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam, vt clarificetur pater in filio. Et iterum: Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in illo. Et Esaias: Exaltabitur dominus sabaoth in iudicio, & dominus sanctus clarificabitur in illo. Agnosce tandem perfide, quoniam in quibus vna est clarificatio, virtutis, nulla interest discretio potestatis.

Si autem dixerint, quod filius non potest propriè videre patrem, quia scriptum est: Deum nemo vidit vnquam. **R E S P.** Nunc igitur ad ipsius fontis originem redeamus, ex quo filium patrem semper videre potuisse, vel posse euidentioribus testimoniis de veteris & noui instrumenti literis doceamus, Solomone dicente: Et tecum sapientia, quæ nouit opera tua, quæ adfuit tibi cum faceres orbem terrarum, & ipsa nouit quid sit placitum oculis tuis. Et dominus in Euangelio: Nemo nouit filiū nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et iterum: Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et iterum Iudæis dicit: Vos non nostis eum, ego autem noui eum: quod si dixero, quia non noui eum, ero similis vobis mendax. Item ibi: Qui ex Deo est, hic nouit eum. Et iterum: Ego noui eum, quia ab ipso sum. Ecce docuimus, quia semper videt filius patrem, quomodo vos adstruitis eum patrem non posse videre?

Si enim dixerint, ideo minor est filius patre, quia pater præbet testimonium. **R E S P.** Si sereno sensu diuinas recenseras scripturas, inuenies nō solum patrem filio testimonium perhibentem, sed totam simul inseparabilem trinitatem, idem domino protestante: Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibeo de me pater, qui misit me. Et iterum: Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum verum est, quia scio vnde venio, & quo vado. Et de spiritu sancto: Cum venerit paracletus, ille sanctus spiritus veritatis, ille testimonium perhibebit de me. Intendite quæso, intendite, quoniam in quibus vna testificationis virtus ostenditur, nullus ab alio neque potentior, neque inferior iudicatur.

Si tibi dixerint de eo: pater maior est, quia ipse inuisibilis dicitur, filius vero visibilis prædicatur. **R E S P.** Sæpius ista iam diximus, quia secundum hominis formam filius visibilis dicitur, secundum deitatis verò substantiam inuisibilis prædicatur, Paulo Apostolo protestante: O altitudo, inquit, sapientiæ & scientiæ dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Et in Esaiā: Cui similem æstimastis dominum, aut cui similem æstimastis eū, cū sit ipse inuisibilis? Ait Apostolus: Mihi autem in minimo omnium sanctorum data est gratia hæc in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Christo, qui omnia creauit

Coloss. 1.

Ips. 76.

Iud. 1.

Ips. 45.

Ips. 13.

Mar. 1.

Ips. 8.

Heb. 1.

creauit. Item ipse: Qui est, ait, imago Dei inuisibilis. Et ad Colossenses: Ego Paulus minister, quia nunc gaudeo in passionibus, & adimpleo ea quæ desunt tribulationū Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia, cui factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, mysterium Christi, quod absconditum fuit à sæculis & generationibus: Item ibi: Vt consoletur corda eorum in charitate, in omnes diuitias adimpletionis intellectus, in agnitionem mysterij Dei, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Et in Psalmo septuagesimo sexto: In maria tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua nō cognoscentur. Et in Solomone: Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inuestigauit? Item ibi: Radix sapientiæ cui reuelata est, & astutias illius quis cognouit? Item ibi: Disciplina sapientiæ cui manifestata est, & multiplicacionem ingressus illius quis intellexit? Itē ibi: Quoniā mirabilia sunt opera domini solius, & gloriosa & absconsa, & opera illius inuisa omnibus. Ecce sicut pater inuisibilis est, ita etiam & filius inuenitur. Quomodo à vobis in eo quod pro nobis carnaliter se videri dignatus est, patre inferior iudicatur?

Si tibi obiecerint quod filius de patre dixerit: Ego quæ sunt ei placita facio semper. **R E S P.** Si hæc ad obsequium filij volueritis redigere, quo dicatis eum patri esse subiectum, nihilominus & de patre simile profertur iudicium, qui in scripturis sanctis filio etiam hoc modo docetur præbuisse obsequium, Esaiā Propheta dicente: Hæc dicit dominus Christo meo domino, cui tenui dexteram, & obedire faciam ante eum omnes gentes. Item ibi: Ego ante eū præibo, & montes planos efficiam, aperiam atque ante eum portas, & ciuitates non claudentur. Item ibi: Ego vocaui & adduxi eum, & prosperum iter eius feci. Et in Psalmo centesimo tricesimo primo: Parauit lucernam Christo meo, inimicos eius induam confusione. Et in Euangelio: Ecce mitto angelum meū ante faciem tuam, qui præparet viam tuam ante te. Et in Abacuc: Egredietur dominus in salutem populi sui cum Christo suo. In iis ergo omnib' nō tibi videtur pater filio obsequiū præbuisse: pro quibus etiā nefas est dicere, patrem posse filio subiacere: quia paternam diuinitas nec dādo filio, quæ sua sunt, aliquando sibi minuit, nec filius accipiendo, quæ patris sunt in melius quàm fuerat, vel infectus naturam mutauit. Filius ergo ideo quæ sunt patri placita, quia cōtraria facere nescit.

Si tibi dixerint: in hoc filius patri non potest cōparari, quia solum patrem Apostolus adserit immortalē. **R E S P.** Filium secundum diuinitatem immortalē semper fuisse, vel esse diuina vbique testantur eloquia, Solomone idipsum clarius adfirmante: Immortalitas in cogitatione sapientiæ, & amicitia illius delectatio bona. Item ibi: In operibus manuum sapientiæ honestas sine defectiōe, & in certamine sermonum eius immortalitas, & vita æterna, in communicatione verborum eius claritas perpetua. Et Apostolus: Viuus Dei sermo & efficax, & acutior omni gladio accipiti. Et in Actibus Apostolorum: Adnuntiamus vobis, vt ab iis vanis conuertamini ad Deum viuū, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Et in Deuteronomio: Viuo ego dicit dominus, quia extollo in cælum manum meam, & iu-

rabo per dexteram meam, & dicam: viuo ego in æternum, quia exacuo velut fulgur gladium meum, & detinebit iudicium manus mea, & eis qui oderunt me reddam: Qui vero æternus & immortalis diuinitas literis intimatur, minoris à patre substantiæ, non nisi ab Ariatorum perfidia iudicatur.

Si tibi dixerint, quia Propheta in persona Christi dixerit: Dominus reget me, & ideo minor est pater. **R E S P.** Quod à semetipso regatur filius, & non ab alio Michæā audi Propheta, per quem Deus pater vnici sui potentiam tali dignatus est promulgare sententia: Et tu Bethleem terra Iudæ, inquit, nequaquam minima es in millibus Iudæ, ex te enim prodierit rex, qui regat populum meum Israël. Et in Apocalypsi: Agn' qui est in medio throni reget eos, & ducatum illis præbebit ad vitæ fontes aquarum. Et in libro Machabæorum: Ipse pater noster, ipse rex, ipse reget nos in secula. Flagellauit enim nos propter iniquitates nostras, sed iterum miserebitur nostri. Et in Psalmo quadagesimo septimo: Hic est Deus noster in æternum, & in seculum seculi, & ipse reget nos in secula. Et in vice simoseptimo: Rege eos, & extolle eos vsque in seculum. Si enim filius, vt ipsi suspicamini, à semetipso non regitur, frustra rex dicitur, vel regis filius appellatur: quoniā nomen regis & dignitatis, non nisi à regendo alios comprobatur.

Si tibi dixerint: ideo patri filius non æquatur, quia ipse solus est à diabolo in deserto tentatus. **R E S P.** Non enim diuinitas filij diabolicæ tentationi subiicitur, sed in sola carne tentatus est, quam de virginis vtero dignanter adsumpsit, Apostolo attestante: In eo quod passus est obediens factus tentatus est: nam potens est eis, qui tentantur, auxiliari. Nam cum illi tentator diabolus diceret: mitte te deorsum, ita eum semel & iterum flagello suæ responsionis cōtraxit dicens: Non tentabis dominū Deum tuum, & dominum Deum adorabis, & illi soli seruies. Hinc non ambigo & Iacobum dixisse Apostolum: Deus autem intentator malorum est. Et in Euangelio: Tunc venientes ad Iesum Pharisei cum Herodianis dicebant: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces: non enim accipis personam, aut cura tibi est de aliquo: licet nobis tributum dare Cæsari, aut non? Hoc autem dicebant, tentantes eum, vt possent accusare eum & c. Cernis ne incredule, quia is tetationi subiicitur, qui à Iudæis flagellari non abnuit?

Si autem dixerint: vbi seipsum filius Dei deū propriè nominauerit? **R E S P.** Hæc propositio vestra quàm stulta sit, & quàm à ratione veritatis longius euagetur, etiam tardioris ingenij homines intelligunt ac resellunt, illi scilicet qui dei filium Deum verum, & verum hominem confitentur: Non enim quia carnem induit, Deus esse desierit, sed in homine vero Deus verus apparuit, Iohāne Apostolo attestante: Hic est verus Deus & vita æterna. Si vero vbi seipsum filius Deum propriè nominauerit, desideras nosse, Euangelico verbo condiscere: Et rogabat eum vir, inquit, à quo demonia exierant, vt cū eo esset: dimisit autem eum Iesus, dicens: Vade in domū tuam, & narra quanta tibi fecerit Deus. Ille autē abiit per vniuersam ciuitatem prædicans, quanta illi fecisset Iesus. Et iterū: Eduxit eum diabolus, & ostendit illi omnia regna terræ in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam. **R R r**

lam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui volucro do illa: tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua omnia. Respondit Iesus, & dixit illi: Scriptum est, dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Et rursum de leprosis mundatis dicit: Vnus autem ex illis, ut vidit quia mundatus est, reuersus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit ad pedes eius, gratias agens, & hic erat Samaritanus: Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt: nouem ubi sunt non est inuentus ex illis, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Ecce ubi seipsum Deum Dei filium nominauit, cui Deo is qui mundatus est, gratias reulit reuerteret. Et iterum: Erat quidam homo in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, nec hominem reuerbatur: Vidua quaedam erat in illa ciuitate, quae quotidie veniebat ad eum dicens: Vindica me ab aduersario meo, & nolebat per multum tempus: in se autem reuersus dixit: Et si Deum non timeo, nec hominem reuerbor, tamen quia molesta est mihi valde haec, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens fugillet me. Respondens autem Iesus, dixit: Audistis quid iudex iniquitatis dicit: Deus autem non faciet vindictam seruorum suorum clamantium ad se dicere, & patientiam habebit in illis, amen dico vobis, quia faciet vindictam eorum cito. Ideo totum textum parabolae huius posuimus, ut filium ubi se deum proprie nominauit docere possimus: no enim potest patri haec sententia conuenire, quonia in iudicium filius est venturus, iniurias seruorum suorum vindicare. Et iterum Euangelista dicit: Er cum recubisset iterum dixit discipulis suis: Scitis quid fecerim vobis, vos me vocatis magister: & dominus, & benedicitis, sum enim. Et in Marco: Respondens Iesus, & dixit: Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis praecipitum istud Moyses, ab initio autem creaturae masculum & foemina fecit eos Deus. Et iterum: Responderunt Iudaei, & dixerunt ei: Nos de bono opere non te lapidamus, sed de blasphemia, quia cum sis homo, facis teipsum Deum. Cum igitur seipsum Deum, & dominum appellat, quare illum vos minore adstruitis, & deitatem eius more sacrilego denegatis?

Si tibi dixerint, ideo minor est filius, quia pater illum reuelauit hominibus. R. E. S. P. In huius reuelationis mysterio pater & filius vnum sunt: quia sicut pater filium, ita filius patrem pari diuinitate naturae mutuo se docentur mundo & hominibus reuelasse, ipso Domino in Euangelio protestante. Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et iterum: Noui feci eis nomen tuum, & notum facia. Et ut se ipsum hominibus reuelasse doceret, per Esaiam haec testatus est, dicens: Palam apparui non querentibus me, inuentus sum ab iis, qui me non interrogabant. Et in

Euangelio: Si quis mihi aperuerit ostium intrabo ad illum, & caenabo cum eo, & manifestabo me ipsum ei. Et iterum: Hoc iam tertio manifestauit se Iesus discipulis suis ad mare Tyberiadis, cum resurrexisset a mortuis. Qui enim patrem reuelauit, & seipsum multis modis manifestasse testatus est, minor dici non potest.

Si tibi dixerint: quod pater tradiderit filio. R. E. S. P. Filius voluntarie dispensationem adsumptae carnis adimplens, semetipsum pro nobis tradidisse, clara contestationis voce fideles suos per Apostolum do-

cere dignatus est, ipso Apostolo protestante: Gratia vobis, inquit, & pax a Deo patre, & domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Et iterum: Quod autem nunc vivo in carne, in fide viuio filij Dei, qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me. Et ad Ephesios: Estote igitur imitatores Dei, sicut filij dilecti, & ambulate in charitate, sicut Christus dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis. Item ibi: Diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam suam, & semetipsum tradidit pro ea. Et ad Timotheum: Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro multis. Et ad Hebraeos: Si enim sanguis hircorum, & cinis vitulae aspersus sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obrulit immaculatum deo. Item ibi: Habentes ergo, Fratres, fiduciam in introitu sanctorum sanguine Iesu, qui dedicauit nobis viam recentem, & viam per velamen, id est carnem suam, offerens seipsum pro nobis. Et in Ioannis Epistola: In hoc cognouimus charitatem ipsius, quoniam ipse pro nobis animam posuit. Et in Esaiam: Sanctificate eum, qui tradidit animam suam pro nobis. Item ibi: Oblatus est, quia ipse voluit. Et in Hieremia: Dedit dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Item Apostolus: Hoc enim semel fecit se ipsum offerens. Et iterum: Scimus qua filius dei venit, & carne induit, & passus est. Et Petrus Apostolus: Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius. Et in Solomone: Penetrabo inferiores partes terrae, & inspiciam dormientes, & illuminabo sperantes in eum. Et ipse dominus in Euangelio: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: nemo eam tollet a me, sed ego eam pono ex me. Qui ergo se ipsum tradidit, & animam suam propria potestate posuit & adsumpsit, minor dici non poterit.

Si tibi opposuerint, quod filius dixerit patri, transfereat a me calix iste, verum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu. R. E. S. P. Ut autem filius doceatur voluntarie passionis suae calicem ebibisse, his testimoniis si non piget, addisce, ipso in Psalmis canente: Quid retribuam domino pro omnibus quae tribuit mihi? Calicem salutatis accipiam, & nomen domini inuocabo: Non enim propheta, aut cui libet alteri haec sententia poterit coaptari, qui seipsum in subsequenti versiculo, & seruum dixit, & ancillam filium nominauit: O domine, inquit, ego seruus tuus, & filius ancillae tuae. Et in Euangelio discipulis dicit: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum. Item duobus filiis Zebedaei Ioanni & Iacobo dixit. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum, & baptizari baptismo, quo ego baptizor? Diligenter attendite, quia bibiturus sum ideo dixit, ne alterius diceretur iussione, & non voluntate propria id fecisse. Et Petro Apostolo ait: Non scis quae dei sunt, sed quae hominum, Calicem, quem dedit mihi pater, non vis ut bibam illum? Hunc igitur calicem, si non voluntarie dominus ebibisset, ut veniret utique minime desiderasset, sed quia eundem voluntarie bibit, idcirco nec trepidauit, nec abnuuit.

Si tibi dixerint: idcirco minor est filius, quia patrem rogasse dicitur. R. E. S. P. Si is qui rogat minor est illo quem rogat, ergo deus, qui per Prophetam do-

populum suum rogasse praescribitur, populo inferior comprobatur, Michae Propheta dicente: Populus meus quid feci tibi, aut in quo molestus tibi fui? Responde mihi: quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruitutis liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysen, Aaron, & Mariam in protectione: Populus meus memento, rogo, quid cogitauerit aduersum te Balach rex Moabitarum, & quid responderit ei Balaam Propheta filius Beor de Sethim. Ut autem manifestaret dominus pro quibus patrem sepius perorasset, in Euangelio ad probat dices: Pater sancte, non pro his tantum rogo, id est, pro discipulis, sed & pro his, qui per verbum eorum credituri sunt in me. Et iterum: Pater sancte conserva eos in nomine tuo. Nam cum ei leprosus ille dixisset: Domine, si vis pores me mundare, non expectauit filius rogare patrem, ut sanaretur infirmus, sed suam voluntarie impartiens medicinam solo tactu curauit eum, in quo tantum ut curaretur fidem inuenit, dicens ei: Volo mundare. Item dum cum caeci pro obscuritate sui luminis perorassent, ut visum reciperent, non ad potioris patris auctoritatem curam distulit, sed secundum fidei meritum orbes extinctos, & perniciosos olim obscuritate contectos, spontanea voluntate ad lucem suae cognitionis adduxit, dicens eis: Secundum fidem vestram fiat vobis. Daemonium etiam, cuius nomen propter consortium multitudinis Legio fuerat, non rogato patre excludit, sed propria imperas potestate fugauit & ab eis rogatus in porcos ire permittit. Item muto & surdo spiritui imperialis voce denuncians, ilico ut audiuit discessit, & non dixit: rogo patrem ut exas, sed ego tibi praecipio, ut abscedas: Surde, inquit, & mute spiritus, ego tibi praecipio, ut exas ab eo, & amplius non introeas in eum. Audi adhuc eum, qui dixit rogo: quem admodum tanquam patri imperans dicit alio Euangelij loco: Pater, volo ut ubi ego sum, & isti sint mecum. Filius deinde qui pro sibi credentibus in hominem constituit, ut ante iam dictum est, patrem rogauit. Nunquid patrem pro se ipso rogaret? omnino non habuit, quoniam non fuit in illo persona debilis vel infirma, quae per deprecationem mereatur percipere medicinam: nam si filius, ut adstruitis, a patre minor fuisset, talia utique non diceret, quonia quae potiori, volo, dicit, inferior esse non potest.

Si autem dixerint: quod pater filium suum exaltauit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. R. E. S. P. Qui enim secundum scripturam sanctae seriem semetipsum exaltasse docetur, in nullo patri, ut iam saepius diximus, inferior iudicatur, Propheta in Psalmo centesimo nono canente: De torrente, inquit, in via bibit, propterea exaltabit caput. Et in Psalmo nono de eodem ecclesia dicit: Exurge domine, exaltetur manus tua. Et in Psalmo quadagesimo quinto, per Prophetam idem dominus concionatur, & dicit: Exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra. Esaias quoque paria contestans loquitur, dicens: Et oculi excelsi humiliabuntur, & cadent, & exaltabitur dominus solus in die illa. Filius igitur in natura deitatis a patre non legitur exaltatus, sed is exaltatus est, & nomen super omne nomen accepit, qui de virginis utero carne adsumpta, deus & homo natus apparuit.

Si autem adposuerint: quod pater filium suum a mortuis suscitauerit. R. E. S. P. Quemadmodum praecedenti disputatione a semetipso filium docuimus

exaltatum, ita etiam nunc docemus eum a semetipso a mortuis suscitatum, Dauid in Psalmo tertio comprobante: Ego dormiui, & somnum cepi, quoniam dominus suscipiet me. Diligenter attende, quia ego surrexi dixit, non autem ait, ego dormiui, & ab alio resuscitatus apparui. Et in Hieremia: Inebriabo animam esurientem & animam esurientem implebo, propter hoc surrexi, & somnus meus dulcis mihi factus est. Et in Actibus. Apostolorum: In die, quam Apostolos elegit per spiritum sanctum praedicare Euangelium quibus etiam exhibuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis apprensens eis, & docens de regno dei. Et Amos Propheta ait: Qui constituit super caelos ascensionem suam, & pollicitationem in terra firmavit. Et Apostolus: Christus surgens a mortuis, iam non moritur, mors ei vltra non dominabitur. Item ipse. Tradidi enim vobis in primis, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ad Timotheum: Memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid: Et Psalmo 138. Surrexi, & adhuc tecum sum. Et in Euangelio: Surrexit dominus verus, & visus est ab eis. Et Angeli mulieribus: Non est hic, resurrexit enim sicut dixit. Et ipse dominus: Ecce ascendimus Hierosolimam, & filius hominis tradetur in manibus hominum peccatorum, & tradent eum Gentibus ad illudendum, & cruciandum, & tertia die resurget. Et iterum: Ego sum resurrectio, & vita. Qui hominem resuscitauit a mortuis, & resurrectione vitae se esse potest, non caret potestate deitatis.

Si tibi dixerint: quia ideo minor est filius, quia non de deo, sed ex deo se probauit exisse. R. E. S. P. Siue enim ex deo, siue de deo filius dicitur exisse, detrimentum aliquid ipsius ineffabili deitati non potest prouenire, ipso in Euangelio attestante: Ego a deo patre exiui, & veni. Et in Epistola Ioannis Apostoli: Qui natus est de deo, ait, non peccat. Et in Euangelio Pharisei interrogantes dicebant: Rabbi, scimus quia a deo venisti magister, nemo potest haec signa facere, quae tu facis, nisi fuerit deus cum illo. Agnosce, quoniam qui seipsum de deo, & non ex Deo ut ipse calumniaris, fateatur exisse, nec inferiore iudicatur, neque ab aequitate paternae potestatis separatur.

Si tibi opposuerint, quod ipse filius dixerit. Quid me dicis bonum? non est bonus, nisi vnus deus. R. E. S. P. Quis malum iudicet, qui se ipsum pastorem bonum pronuntiet? Aut quis inaequalem patri adfirmer, qui se vnum cum patre esse demonstrat? Ego sum, ait, pastor bonus. Et Dauid in persona patris filium intimantis, in Psalmo quadagesimo quarto dicit: Eructauit cor meum verbum bonum. Et Hieremias: Bonus est dominus eis, qui sustinent eum, & in die tribulationis agnoscer eos, qui timent eum. Et ipse dominus: An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Et in Psalmo centesimo octauo decimo: Bonus es domine, & in bonitate tua doce me iustificatione stuas. Et Apostolus: Quonia bonus odor Christi sumus, in his qui salui sunt, & in his qui perierunt: Vides quia non caret bonitate, qui omnem in se diuinitatis continet plenitudinem.

Si dixerint illud, quod idem filius dixerit: ut cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. R. E. S. P. Filium verum esse, ut pater est, prophetis, euangelicisque vocibus comprobamus, Esaiam dicente: Seruientibus vero mihi vocabitur nomen nouum, quod

Mich. 6. populum suum rogasse praescribitur, populo inferior comprobatur, Michae Propheta dicente: Populus meus quid feci tibi, aut in quo molestus tibi fui? Responde mihi: quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruitutis liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysen, Aaron, & Mariam in protectione: Populus meus memento, rogo, quid cogitauerit aduersum te Balach rex Moabitarum, & quid responderit ei Balaam Propheta filius Beor de Sethim. Ut autem manifestaret dominus pro quibus patrem sepius perorasset, in Euangelio ad probat dices: Pater sancte, non pro his tantum rogo, id est, pro discipulis, sed & pro his, qui per verbum eorum credituri sunt in me. Et iterum: Pater sancte conserva eos in nomine tuo. Nam cum ei leprosus ille dixisset: Domine, si vis pores me mundare, non expectauit filius rogare patrem, ut sanaretur infirmus, sed suam voluntarie impartiens medicinam solo tactu curauit eum, in quo tantum ut curaretur fidem inuenit, dicens ei: Volo mundare. Item dum cum caeci pro obscuritate sui luminis perorassent, ut visum reciperent, non ad potioris patris auctoritatem curam distulit, sed secundum fidei meritum orbes extinctos, & perniciosos olim obscuritate contectos, spontanea voluntate ad lucem suae cognitionis adduxit, dicens eis: Secundum fidem vestram fiat vobis. Daemonium etiam, cuius nomen propter consortium multitudinis Legio fuerat, non rogato patre excludit, sed propria imperas potestate fugauit & ab eis rogatus in porcos ire permittit. Item muto & surdo spiritui imperialis voce denuncians, ilico ut audiuit discessit, & non dixit: rogo patrem ut exas, sed ego tibi praecipio, ut abscedas: Surde, inquit, & mute spiritus, ego tibi praecipio, ut exas ab eo, & amplius non introeas in eum. Audi adhuc eum, qui dixit rogo: quem admodum tanquam patri imperans dicit alio Euangelij loco: Pater, volo ut ubi ego sum, & isti sint mecum. Filius deinde qui pro sibi credentibus in hominem constituit, ut ante iam dictum est, patrem rogauit. Nunquid patrem pro se ipso rogaret? omnino non habuit, quoniam non fuit in illo persona debilis vel infirma, quae per deprecationem mereatur percipere medicinam: nam si filius, ut adstruitis, a patre minor fuisset, talia utique non diceret, quonia quae potiori, volo, dicit, inferior esse non potest.

Si autem dixerint: quod pater filium suum exaltauit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. R. E. S. P. Qui enim secundum scripturam sanctae seriem semetipsum exaltasse docetur, in nullo patri, ut iam saepius diximus, inferior iudicatur, Propheta in Psalmo centesimo nono canente: De torrente, inquit, in via bibit, propterea exaltabit caput. Et in Psalmo nono de eodem ecclesia dicit: Exurge domine, exaltetur manus tua. Et in Psalmo quadagesimo quinto, per Prophetam idem dominus concionatur, & dicit: Exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra. Esaias quoque paria contestans loquitur, dicens: Et oculi excelsi humiliabuntur, & cadent, & exaltabitur dominus solus in die illa. Filius igitur in natura deitatis a patre non legitur exaltatus, sed is exaltatus est, & nomen super omne nomen accepit, qui de virginis utero carne adsumpta, deus & homo natus apparuit.

Si autem adposuerint: quod pater filium suum a mortuis suscitauerit. R. E. S. P. Quemadmodum praecedenti disputatione a semetipso filium docuimus

Psal. 3. Hier. 31. Act. 16. Amos. 9. Rom. 6. Psal. 138. Luc. 18. Ioan. 3. Psal. 44. Psal. 118. 2. Cor. 2. Esai. 65.

benedicetur super terram, & benedicent deum verum, & qui iurant super terram, iurabunt in deum verum. Et in Solomone: Verebuntur eos, quos putant deos, à quibus exterminabuntur, videntes illū, quem olim negabant, deum verum agnouerunt. Et in Psalmo: Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Et dominus in Euāgelio: Ego sum via, veritas, & vita. Et ibi ad patrem: Sermo tuus veritas est. Et in Epistola Ioānis Apostoli: Scimus ait, quod filius dei vcnit, & dedit nobis intellectū, vt sciamus quod est verū, & sumus in vero filio eius Iesu Christo, hic est deus verus, & vita æterna. Ex hoc itaque debes patris, & filij vnitatem agnoscere, quoniam sicut patrem, ita etiam filium scriptura diuina deum verum non desinet predicare.

Psalm. 2. Si tibi opposuerint, quod in Psalmo dicitur: Potula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. R. E. S. P. Cum omnia visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates à filio antequam essent exierunt, quā hereditatem dicitis postulando filium à patre accepisse, monstrate, cum ipse in Euāgelio dicat: Omnia mea tua sunt, & tua omnia mea sunt. In libro etiam, quo Hester historia cōtinetur, ita scriptum esse cōperimus: Ego audiui, inquit, in libris meis domine quia tu adsumpsisti tibi Israël ex omnibus gentibus in hereditatem æternam: Nōne dicitur in octuagesimo octauo Psalmo: Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundasti? Nōne de ipso in tricesimo secundo dicitur Psalmo: Populum quem elegit dominus in hereditatem sibi. Nōne ipse dixit in Psalmo, quadragésimo nono: Meæ sunt omnes bestię syluæ, pecora in montibus & boues, cognoui omnia volatilia cœli, species agri mecum est, si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terræ & plenitudo eius? Nōne de ipso in septuagesimo primo dicitur Psalmo: Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ? Vt cum hæc omnia filius sua esse prophetica annuntiatione signauerit, vos nunc ostendite quam aliam hereditatem à patre potuit filius postulando accipere.

Heb. 2. Si tibi obiecerint, quod in Euāgelio de se filius dixerit: Quem pater sanctificauit, & misit in hunc mundum. R. E. S. P. In deitatis sanctificatione pater & filius vnum sunt, quod etiam Apostoli testimonio comprobatur: qui sanctificat & qui sanctificantur, inquit, ex vno omnes. Vt à semetipso sanctificatum filium doceamus ipsius ex Euāgelio testimonium adhibeamus, ait: Misi eos in hunc mundum, & pro eis sanctificauit meipsum. Et rursum in Psalmo quadragésimo primo, de templo corporis eius sanctificatione canit & dicit: Sanctificauit tabernaculum suum altissimus, deus in medio eius non commebitur. Et vt hanc sanctificationem opus commune trinitatis esse perdoceam, apostoli profero in hanc defensionē sententiā: Sed hæc quidē fuistis, inquit, sed abluti estis, & sanctificati estis, & iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & spiritu dei nostri. Respice tandē qui hæc adstruit, quoniā qui semetipsum sanctificauit, alteri sanctificatione nō eguit.

1. Cor. 6. Si autem tibi obiecerint illud, vbi dictum est: Dixit dominus domino meo sede à dextris meis. Vel illud Apostoli: Constituens illum ad dexteram suā, R. E. S. P. Filium ad dexteram patris non alterius ius-

sione sedisse, sed propria potestate, ex his testimoniis diuina autoritate fundatis veritatem agnosce, Paulo Apostolo prædicante: Gerens quoque omnia verbo virtutis suæ, purgatione peccatorum à se facta, sedit ad dexteram maiestatis in excelsis. Et iterū: Non enim in manu fabricæ sancta introiit Iesus, quæ est allegoria verborum, sed in ipsum cœlū apparuit à dextris dei. Et iterum: Curramus ad propositum nobis præmium agonis, respicientes ad principem fidei perfectorem dominum, qui proposito gaudio sustinuit crucem, contemnens confusio-nem crucis in dextra throni sedit. Et in Apocalypsi: Qui vicerit, dabo illi vt sedeat mecum in sede mea, sicut ego vici, & sedi cum patre meo in sede illius. Et in Psalmo nono: Quoniam fecisti iudicium meū & causam meam, sedisti super thronum qui iudicas æquitatem. Respice diligenter quæ ab Apostolo superius dicta sunt: Purgatione à se facta sedit ad dexteram dei * finem facit. Rursus *

Deo. 1. Si tibi dixerint: Ideo minor est, quia ipse filius susceptus à Iudæis irrisus est. R. E. S. P. * inseparabilis esset filio, nec iniuriam pertulit, nec passioni subiicit, sed sola adsumpta caro suspensa est cruci; quæ à Iudæis & teneri potuit & ligari. Proinde filius dei, vt homo suspensus, in cruce irrisus est, vt deus autem sedes in cœlo impios irrisurus est, Psalmista dicente: Qui habitat in cœlis deridet eos, & dominus subannabit eos. Vt homo mortem timuit, vt deus autē mortuos suscitabit, ipse dicente: Sicut pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Homo conspuratus est, vt deus autem de spūto suo cœcum illuminare dignatus est, Euāgelista dicente: Expuit in terra & fecit lutū de spūto & liniuit super oculos eius, &c. Vt homo spinis coronatus est, vt deus autē corona speciei appellatus est. Esaiā Propheta dicente: Erit dominus corona speciei, quæ cōplexa est residua populi sui. Vt homo flagellatus est, vt deus autē nihil corū perpeffus est, Propheta dicente: Nō accedet ad te mala, flagellū nō appropinquabit tabernaculo tuo. Vt homo alapis cæcus est, vt deus autē aquas pugillo, & omnē cœli ambitū palmo cōprehendit, Esaiā dicente: Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? Vt homo tristitiā pertulit, vt deus autē mœstis, & omni tribulatione cōfectis consolationē adtribuet, Paulo Apostolo dicente: Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Vt homo felle & aceto potatus est, vt deus autem terram influentem lacte & melle populo suo dare dignatus est, libro Deuteronomio protestante: Cum autem induxerit te dominus deus tuus in terram fluentem lacte & melle, caue tibi, ne cum manducaueris & saturatus fueris, obliuiscaris nominis domini dei tui. Vt homo à Ioanne in Iordane baptizandus aduenit, vt deus autem in spiritu sancto discipulos baptizauit, ipso dicente. Vos autem in spiritu sancto baptizamini, quem & accepturi estis. Et Ioannes baptista: Veniet fortior me, qui vos baptizer in spiritu sancto, & igne. Vt homo à diabolo in deserto tentatus est, vt deus autem eundem diabolum increpauit, ipso dicente: Vade retro Satanas, non tentabis dominum deum tuum. Vt homo esuriit, vt deus autem de quinque panibus quinque milia hominum saturauit. Vt homo sitiens à Samaritana muliere pauxillum aquæ biberere postulauit, vt deus autē fontem aquæ viuæ æternæ credentibus

næ credentibus propinauit, ipso dicente: Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum, qui autem biberit de aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Vt homo amicum suū Lazarum fleuit, vt deus autem pro se patientium lachrymas misericordiæ penicillo absterget, Apocalypsi protestante. Et absterget deus omnē lachrymā ab oculis corū. Vt homo vestimenta eius forte diuisa sunt, vt deus autē populo suo in fortē terrā repromissionis dare dignatus est, Psalmista dicente: Et cecit à facie corū gētes, & forte distribuit illis terrā in funiculo hereditatis. Vt homo dormiuit, vt deus autē nūquam corporali somno subiacuit, Propheta dicente: Ecce non dormitabit neque obdormiet, qui custodit Israël. Postremo vt plurima prætermittā, vt homo mortuus est, & in sepulchro positus re quieuit, vt deus autē tertio die resurgēs à mortuis, quadragésimo die ad cœlū cōscēdit, & post decem diērum spatium spiritus sancti promissionem discipulis misit. Agnosce tandem Hereticæ, quis ille sit, qui crucis iniuriā pertulit, & quis eā in adsumpto homine positus sentire non potuit.

1. Cor. 15. Si tibi dixerint, si pater & filius vnum sunt, ergo & pater in carne conuersus ad virginem venit, & cum filio natus apparuit. R. E. S. P. Nos verbum patris dicimus carnem factū, non patre in carnem esse conuersum, aut secundū vos in diuersā mutatum. Euāgelista dicente: Et verbum caro factū est, & habitauit in nobis. Ipsum verbum pater misit, & sanauit nos. Ipsum verbum erexitur ex corde. Ipso verbo cœli firmati sunt, quorum virtus ex spiritu oris eius perpetuū fundata manet. Ipse serui formam induit, in qua patri obediens fuit, & Iudæorum opprobria tolerauit: Deus enim impassibilis est, quia corporeus non est, sed sola caro adsumpta pertulit passionem, quæ angelica annuntiatione cōtenta adoleuit in Virgine, Gabriele angelo dicente: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei: Qui enim filius est, pater vtrique non est: quoniam nemo sui & pater & filius dici potest. Et in persona patris Propheta dicit: Inuocabit me, & exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, & eripiam eum, dispensationem vnitatis ostendit: nam diuinitas patris, & filij, quæ vna est, passionis vitio subiaccere non potuit.

1. Cor. 15. Si dixerint: Filius dei non habuit præscientiā futurorū pro eo quod immūdo spiritui dixerit: Quod nomē est tibi? & q̄ tēpus est ex quo ei hoc accidit? R. E. S. P. Filium dei præscientiam futurorum ignorare non posse ex diuina auctoritate agnosce, Hieremia Propheta dicente: Ego sum dominus scrutās corda & probans renes, vt dem vnicique secundū vias eius, & secundum fructum studiorum eius. Et Esaiās: Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt. Paulus autem Apostolus eadem dicit ad Hebræos: Viuus est enim sermo dei & efficax, & acutior super omnem gladium acutum, & penetrans vsque ad diuisionem animæ & spiritus, & cogitationum & medullarum omnium, & iudex cogitationum cordis, & non est in saculo fabrica aliqua abscondita à conspectu eius. Ait & ipse: Cum venerit dominus & illuminauerit abscondita tenebrarum, & manifestauerit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicique à deo. Et in Solomone: Si autem dixeris, nescio hunc, scito quoniam dominus corda omnium nouit. Et ibi:

Oculi domini multo ampliūs lucidiores sunt sole, circuminspiciunt omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentur, & absconditas partes. Et in Regnorum: Recedant vetera de ore vestro, quoniam scientiarum dominus est. Et in Machabæorum: Deus mundi creator, formator hominis, qui omnem scrutatur actum & originem, ipse vobis spiritum & vitam iterum cum misericordia reddet. Et Euāgelista: Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eō quod ipse nosset omnes, & quia opus non erat vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. Et Hieremias sic dicit: Dominus qui fecit cælum & terram nihil occultare potest à me, quia ego facio misericordiam in millia, & red-do peccata patrum in filios eorum post eos. Et ibi: Et factus est sermo domini ad me dicens: Ego dominus deus vniuersæ carnis, nunquid aliquid à me occultatur? Et in Daniele: Deus æternus qui occultorum es cognitor, qui nosti omnia antequam nascantur, tu scis quia falsum testimonium hi dicunt aduersum me. Et Apostolus ad Romanos: In die qua iudicabit deus occulta hominum secundum Euāgelium meum per Iesum Christum, qui corda & actus hominum perscrutatur, & in luctu adducet, præsentiam futurorum ignorare non potest.

1. Pet. 3. Si fortē obiecerint, quod filius subiectus est patri, quia scriptum est: tunc & ipse subiectus erit ei qui illi omnia subiecit. R. E. S. P. Vt autem agnoscat is dei filii vniuersa sibi propria potestate subdidisse, Petrus audite Apostolum de hoc ipso larius prædicantem: Aliquando, inquit, in diebus Noë quibus adhuc expectabat dei paciētia cū fabricaretur arca, in quam introierunt pauci, id est, octo animæ: tūcum saluæ factæ sunt per arcam: Quod & vos nunc simili forma baptismi saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bona interrogatio in deum, profectus in cœlis subiecit sibi angelos, & potestates, & virtutes. Et Paulus Apostolus: Cum euacauerit omnem principatū, & omnem potestatem, & virtutem, & damnationē, oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Et ad Philippenses: Nostra enim conuersatio in cœlis est: vnde & Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui transfigurauit corpus humilitatis nostræ cōformans corpori claritatis suæ, secundum scā voluntatem, vt possit sibi subicere omnia. De hoc ipso & David in Psalmo sexagesimo septimo agnosce dicentem: Ascendit in cælum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Et in epistola Iudæ Apostoli: Angelos quoque, inquit, qui dereliquerunt suum principatum catenis igneis ligans, & tenebris carceribus retrudens, reseruauit futuro iudicio puniendos. Ex his igitur agnosce dominum, quoniam subiectio filij non est deitatis, sed carnis, cui dum in fine sæculi subiecta fuerint vniuersa humani generis vitia, & absorpta fuerit mors in victoria, tunc & ipse hominis filius subiciendus dicitur patri, non in deitatis natura, sed in hominis adsumpti substantia.

1. Cor. 15. Si autem opposuerint, quod filius in Euāgelio dixerit: De die autem, & hora nemo scit, neque angeli cœlorum, neque filius, nisi pater solus. R. E. S. P. Filius itaque non potest diem iudicij ignorare, de qua discipulos suos ante visus est paterna

admonitione instruere: Cum videritis, inquit, prælia, & opiniones præriorum, videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri, sed nondum finis. Item ibi: Sicut enim exiit fulgur ab oriente, & parerit vsque ad occidentem, ita aduentus filij hominis. Et Zacharias: Ecce veniet dominus meus, omnesque sancti cum eo, & in die illa non erit lux, sed frigus & gelu, & dies hæc, quæ nota est domino. Et in Solomonæ: Quid sapientia locupletius, quæ omnia operatur? Et si sensus operatur, quis horum videtur esse artifex? Sed si iustitiam quis diligit, labores eius, magnas habent virtutes: sobrietatem enim & prudentiam docet iustitiam & virtutem dat credentibus sibi, quibus nihil vtilius est in vita hominibus. Sed similitudinem scientiæ quis desiderat, notam faciet, scit præterita, & futuris prælega est, scit veritatis sermonum, & solutiones argumentorum, signa & prodigia scit antequam fiant, & finem temporum & sæculorum non ignorat. Et Lucas Evangelista: Interrogauerunt enim Pharisei, & dixerunt ei: Quando veniet regnum dei? Respondit eis & dixit: Non veniet regnum dei cum observatione, neque dicent: ecce hic, aut ecce illic: ecce enim regnum dei intra vos est: Et ait ad discipulos suos: Venient dies, quando desideretis vnum diem videre filij hominis, & non videbitis, & dicent vobis, ecce hic, aut ecce illic, nolite ire, neque sectemini: nam sicut fulgur coruscans de cælo, in ea quæ sub cælo sunt fulget, ita erit aduentus filij hominis in die sua. Si dies hæc ipsius est, quomodo vos cum dicitis scire non potuisse vel posse quod suum est?

Si autem dixerint, quia filius in eo minor est, quia de eo Propheta dixit: Verbum breuiatum faciet dominus in vniuerso orbe. & s. p. Verbum breuiatum, quod dominus faciet super terram, non imminutionem deitatis in filio dei significat, sed dispensationem susceptæ carnis adnuntiat, in qua dispensatione non solum patri hominis filium, sed etiam angelis legimus minoratum, Paulo Apostolo protestante: Eum autem qui modicè & minus quàm angeli minoratus est videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Et infra: Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Et in Psalmo octauo: Minorasti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum. Et vt verbum dei patris breuiatum non esse in filio doceamus, ex Esaiæ Propheta volumine sententiã adprobamus: Nunquid adbreuiatus factus est sermo meus, aut paruus, vt non possim redimere: aut non est in me virtus ad liberandum, dicit dominus omnipotens? Et iterum: Hæc dicit dominus deus omnipotens: Nunquid adbreuiata est manus mea, vt saluare non possit? Aut non potest viuificare eor humilium, & spiritum contritorum. Et vt brachium patris quæ manus est, filium esse doceret, intulit dicens: Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare eius. Nam & in nouissimo tempore hic sensus non inaniter poterit coaptari, in quo tempore dominus pro redemptione nostra carnem suscipiendo aduenit, vt & illum, qui habebat mortis imperium, sua mortè destrueret, & eos quos in tenebris, & umbra mortis captiuos subegerat, virtute suæ potentie in ip-

Breuiati
verbum.

Heb. 2.

Psal. 8.

Esai. 50.

fo paruo & exiguo temporis spatio liberaret. De hoc etiam exiguo tempore discipulos instruebat, dum eos in lucem, cum adhuc tempus haberent, incedere proponebat. Pueri, inquit, nouissima hora est, cum lucem habetis, ambulate in luce, ne vos tenebræ comprehendant. Et in Canonicis: Filioli, nouissima hora est: quia multi Pseudoprophete exierunt in hunc mundum: Et Paulus Apostolus: Tempus enim breue est. Et iterum: Præterit enim figura huius mundi. Et iterum: Omnia hæc ad correptionem nostram facta sunt, in quos finis sæculorum obuenit. Nam & dominus in ipsa oratione dominica breuiavit nobis sermonem, dum nos à multiloquio prohibens, omnia docuerit, quæ pertineant ad salutem: Cum oratis, inquit, nolite multum loqui. Et infra: Vos autem cum oratis, dicite: Pater noster qui es in cælis &c. Non enim Propheta filium dei in hoc capitulo minoratus designauit in verbo, quoniam ita in Prophetis retro tempore loquebatur: qui etiam nunc per Apostolos & Apostolicos viros nouissimo tempore loquitur: Ego sum, inquit, qui loquebar in seruos meos Prophetas: ecce adsum. Et alius Propheta: Sicuti est ab initio, ita vsque in sæculum, neque adiectum est, ei neque minuetur illi, quoniam ipse est dominus creaturæ suæ: Ecce quale verbum breuiatum fecit dominus in orbe terrarum, non qui, vt vos putatis, inferiorem patri intimeret hominibus filium, sed qui nouissimum eius adnuntiaret aduentum.

Si autem dixerint: Filium non de paterna substantia natum, sed de alia substantia generatum. & s. p. Nos quoque qui vnius substantiæ patrem & filium confitemur, de substantia dei patris filium esse diuina auctoritate docuimus, Hieremia Propheta dicente: Super omnes accipite planctum, & super semitas deserti lamentationem, quia defecerunt eò quod non sint homines, quia audire noluerunt vocem substantiæ meæ, à volucris cæli vsque ad iumenta mente exciderunt. Item ibi: Quis stetit in substantia domini, & videbit verbum dei? quis autem præbuit & audiuit? Et ibi: Si stetit in substantia mea, & si audissent verba mea, & si docuissent populum meum, auerterem eos à studiis eorum pessimis. Et Apostolus: Cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius. Item ipse: Participes enim dei facti sumus, si tamen inuiti substantiæ eius firmi retineamus. Et in Solomone. Substantia mea dulcedo mea est. Ex hoc tandem agnosce, quoniam qui dei patris substantia nūcupat, ab eadē alienus esse nō credit.

Si tibi dixerint: Ideo minor est filius, quia per ipsum deo patri gratias referuntur. & s. p. Ex hoc quippe Apostolico, vnde hoc videmini ponere testimonium, ex ipso & nos absque filij nomine eundem ipsum sepe numero deo patri gratias retulisse probamus, ipso Romanæ ecclesiæ scribente: Gratias autem deo, inquit, quia fuistis serui peccati. Et infra: Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ, Et ad Corinthios: Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Item ibi: Deo autem gratias, qui semper nos triumphare facit in Christo. Et ad Ephesios: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, Et ad Colossenses: Confortati secundum potentiam gloriæ eius in omnem patientiam & longanimitatem, cū gaudio gratias agentes deo

10an. 12.

1. Job. 2.

1. Cor. 7.

Mat. 6.

Hier. 9.

Heb. 1.

Heb. 3.

Rom. 6.

1. Cor. 15.

Ephes. 3.

Colos. 1.

deo & patri. Et ad Timotheum: Gratias ago deo meo, cui seruo à primogenitoribus meis in fide. Agnosce, quoniam sicut in patre & in filio vna est credulitas & confessio, qua Christiani vocamur & sumus ita in eis gratiarum actio vna est, dum petimus vt aliquod mereamur, vel cum pro collatis gratiarum actionem rependimus.

Si autem dixerint, quod ipse filius discipulis dixerit: Ego vobis constituo, sicut mihi pater constituit regnum. & s. p. Sicut pater filio suo regnum constituisse dicitur, ita filius patri regnum tradidisse docetur, Apostolo confirmante: Vnusquisque autem in suo ordine, ait, initium Christus, deinde qui sunt Christi, qui in aduentum eius resurgunt. Deinde finis, cum tradiderit regnū deo patri, cum euacuauerit omnem principatum, & omnem potestatem & virtutem, Et in Apocalypsi: Redemisti nos deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & gente, & fecisti nos deo vnum regnum. Quod verò vnum atque commune habeant pater & filius, ad Ephesios scribens probat Apostolus, dicens: Hoc enim scitote, intelligentes quod omnis fornicator aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & dei. Cum igitur videatis vnum esse regnum patris, & filij, cur vos in ipso dogmate talia de illo adseruare conamini?

Si tibi dixerint: In hoc filius à patre agnoscitur minoris esse virtutis, quia solus legitur apparuisse Prophetis. & s. p. Quemadmodum filius Apostolis ac Prophetis apparuisse diuina auctoritate probatur, ita & patrem apparuisse iisdem literis edocetur, Ezechiele Propheta dicente: Et facta est super me manus domini, & ait ad me: Surge, egredere in campum, & ibi loquar ad te. Et surrexi, & exi: & ecce illic maiestas domini stabat, sicut maiestas eius, quem vidi ad fluium Chobar. Et in Daniele: Videbam, & ecce quasi sedes posita sunt, & vetustus die-rum sedebat, & vestimenta eius candida sicut nix, & capilli capitis eius vt lana munda. Et vt patrem fuisse doceret, quem viderat, persecutus est dicens: Videbam in visu noctis, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad vetustum die-rum peruenit. Et in Actibus Apostolorum, de primo martyre Stephano ita refertur: ipse autem cum esset plenus spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam dei, & Iesum stantem ad dexteram dei. Et dominus in Euangelio Esaiæ Propheta, quod dei patris gloriam propriis obtutibus conspexisset, præbuit testimonium dicens: Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & locus est de eo. Et in Genesi ad Iacob idem dominus dixit: Ego sum deus, qui visus sum tibi in loco dei, vbi vixisti mihi lapidem, & vniusti mihi votum. Et in libro Iudicum: Cum adhuc esset Gedeon in Copher patris filij Heftri, locutus est nocte illa dominus, dicens: Vade, & euer-te aram Baal, quàm edificauit pater tuus, & lucum, qui est super illam excide, & edificabis altare deo tuo quivisus est tibi in vertice montis Macoth in ordinatione. Item in Genesi ad Iacob: Dixit autem deus ad Iacob: Ascende in Berhel, & habita ibi, & fac ibi altare deo, qui visus est tibi in via, cum fugeres à facie Esau fratris tui, Vnum tibi quod volueris elige à duobus, aut patrem dicito apparuisse pergenti, & filium reuertenti: aut filium fugientem, & patrem nihilominus remanenti: quocunque enim te ipsum verteris, euadendi copiam non habebis.

1. Tim. 1.

1. Cor. 15.

Apoc. 5.

Ephes. 5.

Ezech. 3.

Dan. 7.

Act. 7.

Euang. in Esaiæ.

Gen. 31.

Iud. 6.

Si autem dixerint: quod, & syllaba, pro eo quod filius discipulis dixerit: baptizantes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, inter vtrosque diuidit. & s. p. Si enim hæc syllaba, quæ magis pro coniunctione tam verborum, quàm etiam nominum ponitur, à patre filium, & spiritum sanctum, vt dicitis, separat, necesse est vt nomen dei patris, qui in Genesi tertia repetitione sub trium Patriarcharum vocabulo, id est, Abraham, & Isaac, & Iacob positum legimus, in semetipso videatur esse diuisum, aut in vnius dei vocabulo, quod dici nefas est, sit diuisus, absit, quoniam non diuiditur, quod vnum in deitatis substantia comprobatur, ipso domino dicente: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Exod. 3.

Ipse iterum ad Moysen: Si te, inquit, interrogauerint dicentes, quod nomen est illi: dices ad eos: Deus Abraham & deus Isaac, & deus Iacob misit me ad vos, hoc mihi nomen est in sempiternum. Vides, quoniam per syllabam & non diuiditur, quod vnum esse cognoscitur, & ideo filius, & spiritus sanctus pro hac syllaba à patre non sunt diuisi, qui sibi meti natura, deitate, potentia, docentur esse coniuncti.

Si tibi dixerint: ob hoc filius patri non coæquatur, quia in scripturis diuinis prius pater, & postea filius nominatur. & s. p. Paulus Apostolus, Gentium magister & doctor, non quia patrem prius nominauit filio derogauit, vel patri inferiorem ostendit, cū prius filium & spiritum sanctum à patre denuo nominasset, patri vtique nec iniuriam fecit, neque filio, & spiritui sancto inferiorem fuisse perdocuit, ipso Romanæ ecclesiæ comprobante: habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum. Et ad Thessalonicenses: Itaque, Fratres, state & tenete traditiones, quas didicistis, siue per verbum, siue per Epistolam nostram: Ipse autem dominus Iesus Christus, & deus, & pater noster, qui dilexit nos. Et in Apocalypsi: Et vidi, & ecce agnus stabat super montem Sion, & cū illo centum quadraginta quatuor milia, habentes nomen eius, & nomen patris eius. Et in Epistola Ioannis: Qui negat filium, nec patrem habet: Qui confitetur filium & filium & patrem habet. Item ibi: Quod si in verbo manseritis, & vos in filio & patre manebitis. Item Apostolus: Hoc autem scitote, intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & dei. Ecce filium priori loco à patre ostendimus nominatum. Audi etiam spiritum sanctum à patre & filio priori loco taxatum. Idem ad Ephesios: Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre, vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus & pater omnium. Nunquid, quia dixerunt Apostoli: nos testes sumus, & spiritus sanctus, quem dedit deus credentibus sibi, idcirco Apostoli spiritui sancto priores dicendi sunt? Aut quia dominus in Euangelio à spiritu sancto aquam primitus nominauit, cum Nicodemo principi Iudæorum intimeret sacramenti baptismatis mysterium, ob hoc aquam spiritui sancto prætulisse cognoscitur? Si quis, inquit, potest intrare in regnum dei. Et vtique nullus est in rebus humanis, qui aquam sancto spiritui pos sit præponere vel coæqualem spiritui iudicare, cum non ab aqua spiritum sanctum, sed aquam à spiritu sancto purificari certissime nouerimus.

Si dixerint, quod dominus in Euangelio dixerit. R R r iij

Mat. 28.

Exod. 3.

2. Tess. 2.

Apoc. 3.

1. Job. 2.

Eph. 5.

Non vt

quique

prius dici

tur, sic est

dignitate

prius.

Ephes. 4.

Iob. 3.

Nemo venit ad patrem, nisi per me. **R E S P.** In gratia fidei vna est patri & filio vocatio, quoniam sicut per filium ad patrem adducitur, ita per patrem in filij agnitionem adtrahitur, ipso domino in Euangelio protestante: Nolite murmurare inuicem, nemo potest venire ad me, nisi pater, qui me misit, traxerit eum ad me. Et Paulus ad Galatas: Nos autem, inquit, debemus gratias agere deo semper pro vobis, Fratres electi a deo, quia vocauit nos ab initio seculi in salutem, in sanctificationem spiritus & fidei veritatis, in quo vocauit nos per Euangelium nostrum in adoptionem glorie domini nostri Iesu Christi. Et ad Thesalonicensis: Oramus semper pro vobis, vt vos dirigat vocatione sua deus, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo. Et iterum: Vt ambuletis digne deo, qui vos vocauit in regnum suum, & gloriam. Et ad Timotheum: Hoc enim bonum & acceptum est coram saluatore nostro deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Item ibi Fidelis autem deus, qui nos vocauit in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe glorie filiorum dei. Itē ibi: Confortati secundum potestatem glorie eius, in omni potentia & longanimitate, in gaudio gratias agentes deo & patri, qui vocauit nos in societatem sortis sanctorum. Si per patrem in gratia filij sui & in adoptione filiorum vocamur, vt vere filij esse possimus, & ad patrem per filium perueniamus, quae in eis distantia poterit adprobare? dum nos vocat pater, filius suscipit, & quos vocat filius, pari etiam modo patrem suscipere posse nullus nisi incredulus abnuat, vel refellit.

Si vero dixerint: in hoc pater filio maior esse docetur, quia illi soli sacrificium immolatur. **R E S P.** Vt vana propositioni vestrae absque vlla subtilitate, aut compositione verborum a nobis competens & congrua reddatur responsum: Sicut patri, ita etiam filio, non solum Christianis temporibus, verum etiam a patribus temporis sacerdotibus multis variisque modis probamus sacrificium fuisse oblatum, Daniele Propheta dicente: Non est locus, inquit, tres pueri, ad sacrificandum nomini tuo, & inuenire misericordiam, sed in anima & spiritu humilitatis suscipiamur, & sicut in holocausto arietum & taurorum, & multitudine agnorum pinguium, ita fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi. Et vt filium fuisse agnoscas, cui hij tres pueri sacrificium se fassi sunt obtulisse, ex ipsius regis ac tyranni, qui eos in fornacem ignis mitti praeceperat, confessione addisco, qui secum tribus quartum in ipso astantis camini incendio sociatum prodidit conspexisse: Nonne, inquit, tres viros missimus in fornacem vincetos: et dixerunt ei: Vere rex. Et dixit: ecce ego video quatuor viros solutos, & deambulantes in medio ignis, & corruptio nulla est in eis, & aspectus quarti similis est filio dei. Idem dei filius per Prophetam loquitur dicens: Ab ortu solis vsque ad occasum sacrificium offertur nomini meo, & oblatio munda, quia magnum est nomen meum in Genibus, dicit dominus. Et Dauid in Psalmis ait: In templo tuo Hierusalem tibi offerunt reges munera. Et vt haec de filio dei se dixisse doceret, in alio Psalmo loquitur, dicens: Reges Tharsis, & insula munera offerent, reges Abraham & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes

Joan. 6.

2. Thess. 1.

1. Tim. 2.

Coloss. 1.

Rom. 5.

Daniel. 3.

Mal. 1.

Psal. 67.

Psal. 71.

seruient ei. Et vt haec omnia superius designata a patre filio dei doceam fuisse oblata, in natiuitate eiusdem filij dei, quae secundum carnem facta est, probamus fuisse completa, euangelio comprobante: **Math. 2.** Quod cum natus esset Iesus in Bethleem Iudae, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolimam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudaeorum? Et infra: Et intrantes in domum, inuenerunt puerum & Mariam matrem eius, & procidenter adorauerunt eum, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera. Sacrificium itaque, quod a Christianis sacris altaribus admoetur, non solum deo patri, sed etiam filio communi deuotione offertur, quoniam nec patri sine filio offerri, neque a filio sine patre faciri.

Si dixerint, filium nullam cum parte communione operam habuisse. **R E S P.** Quod autem commune operam habeant pater & filius, hoc modo docetur. Dum primi hominis plasma deus ad imaginem dei communi operationis virtute fecisse refertur, scriptura dicente: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Item ibi: Faciamus ei adiutorium simile. Item ibi: Descendamus, & confundamus linguas eorum: Et pluit dominus de caelo ignem, & sulphur super Sodomam. Et in euangelio: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Item ibi: Pater in me manens facit opera haec. Et: Quaecumque pater facit, eadem & filius facit similiter &c. Quae ego facio non sunt mea, sed eius qui me misit patris. Et: ego & pater ad eum venimus, & mansionem apud eum facimus. Quae omnia non discretam patris & filij potentiam praestant, sed vnam deitatis operationem adnuntiant, & is qui paternum opus exequitur, paternis operibus alienus esse non creditur.

Si enim illud propheticum de solo patre apposerint testimonium, quod dictum est: Sciant Gentes, quoniam nomen tibi dominus, tu solus altissimus super omnem terram. **R E S P.** Si autem ex euangelio filium dei cognoscere altissimum nuncupatum, nunquam filio derogans, hoc de solo patre dictum poneret testimonium, cum scriptum sit: Tu puer Propheta altissimi vocaberis: Sed vt filius cum patre indistincte in altissimis habitasse credatur, Solomonis testimonio comprobatur: ego sapientia, inquit, habitavi in altissimis, & thronus meus in columna nubis. Et in Psalmo nonagesimo primo: Tu autem altissimus in aeternum domine, quoniam ecce inimici tui peribunt. Nam cum diabolus vellet thronum suum contra creatoris sui thronum in altissimis collocare, elatus superbia, haec visus est nefando ore promere: Ponam sedem meam ad aquilonem inquit, ascendam super sydera caeli, sedeo super montes excelso, & ero similis altissimo. Item in Solomone: Ne dixeris, peccaui, & quid accidit mihi triste, altissimus enim patiens est redditor. Si auditum cordis tui scripturis non vis accommodare diuinis, quae filium altissimum docerent nuncupatum, vel diabolo crede, qui contra opificis sui thronum sedem sibi voluerit collocare.

Si vero dixerint, filium ex patre initium habuisse, pro eo quod Iudaeis interrogantibus, tu quis es, responderit, initium quod & loquor vobis. **R E S P.** Paulus Apostolus filium dei nec initium dierum, nec finem vitae habere posse scribens, in epistola, quae Hebraeorum nomine titulatur, hoc modo edisserit, dicens.

Gen. 1.

Gen. 11.

Joan. 14.

Luc. 1.

Eccl. 14.

Psal. 91.

Psal. 14.

Heb. 7.

rit, dicens: Hic Melchisedech sacerdos dei summi, qui obuiauit Abraham regresso a caede regum, & benedixit ei, cui decimas omnium diuisit Abraham Primū, quidem interpretatur rex iustitiae, deinde rex Salem sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, nec finem vitae habens: adsimilatus est autem filio dei. Et in esai. In humilitate iudicium eius sublatū est. quia tollitur de terravita, natiuitate autem eius quis enarrabit? et in euangelio. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. In isto igitur verbo quod dicitur, erat, ostendit filium semper in patre manentem, cuius nullus mortalium nec initium inuestigare potest, nec finem.

Si tibi dixerint, ideo minor est filius, quia ipse pendens in cruce dixerit, Deus, deus meus quare me dereliquisti. **R E S P.** Vt agnoscat filium a patre, vt vos inaniter suspicamini, non fuisse penitus derelictum hoc de se ipso in euangelio posuit testimonium. Pater meus, inquit, mecum est, non derelinquet me solus, quoniam quae sunt ei placita facio semper. Et iterum: Non sum solus, sed & ego, & qui me misit pater. Et iterum: Non credes quia ego in patre, & pater in me? Et Apostolus: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et in Actibus Apostolorum: Hic perambulauit benefaciens & saluans omnes, qui deprimebantur a diabolo, quoniam deus erat in illo. Et Abacus: Egressus es domine deus in salutem populi tui, cum Christo tuo. Et Propheta: Qui genuit me, requieuit in tabernaculo meo. Ex hoc infelices agnoscite, quoniam qui in carne nostra mortali adhuc commanens nunquam a patre discessit, patre vtiq; minor dici non poterit.

Si tibi obiecerint, quod Apostolus de Christo dicit: Si noueramus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. **R E S P.** Non respicitis miser, quod Manichaeorum talia proponentes sequimini prorsus errorem, dum sicut ipsi, ita etiam vos in illo adsumptae carnis euacuare nitimini sacramentum, vt post resurrectionem a mortuis nullum in eo credatis remansisse humanitatis iudicium: non considerantes, eum post suam venerabilem passionem hac voce discipulos arguentem: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corde vestro? palpare & videre, quoniam carnem spiritus & ossa non habet: sicut me videtis habere. Et iterum: Cum esset ergo sero die illa vna sabbatorum, & fores essent clausae vbi erant discipuli, propter merum Iudaeorum, venit Iesus & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis. Et hoc cum dixisset, ostendit eis manus & latus: gaudii sunt ergo discipuli viso domino. Et iterum: Post dies octo erant discipuli intus, & Thomas cum eis, venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomas: Infer digitum tuum haec, & vide manus meas, & mitte manum tuam in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Et iterum: Mane autem facto, stetit Iesus in litore, non tamen agnouerunt discipuli, quia Iesus erat: dixit ergo eis Iesus: Pueri nunquid pulmentarium habetis? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauim mellis. Et cum manducaret eorum eis, sumens reliquias dedit eis. Et in Apocalypsi, Et videbunt eum omnes gentes, qui cum crucifixi erant, & plangent se super eum. Et in Actibus Apostolorum: Viri Galilaei, quid statis aspicientes in caelum: hic Iesus qui assumptus est a vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis cum euntem in caelum. I-

Mat. 14.

Heb. 7.

Esai. 53.

Joan. 1.

Mat. 27.

Mat. 15.

Joan. 8.

Joan. 16.

Joan. 14.

1. Cor. 5.

Act. 15.

Act. 3.

Eccl. 24.

Manichaeo

viuere

Luc. 24.

Joan. 20.

Joan.

Joan. 21.

tem ibi: Dedit eum manifestum fieri nobis testibus, qui praedestinati sumus a deo, qui simul manducauimus, & conuersari sumus per dies quadraginta cum eo postquam resurrexit a mortuis. Respicitis, quoniam qui per quadraginta dies intrans & exiens cum discipulis conuersatus est, comedit, & reliquias sumens iisdem benedicendo porrexit, cicatriceque ac vulnera in vero corpore monstrans, discipulum suum ab incredulitatis vitio liberauit. In carne cum veraciter resurrexisset, non nisi Manichaeorum & vestra secta non recipit.

Si tibi obiecerint illud quod Apostolus dicit: Nā ipse dominus in iussu archangeli, & in tuba dei descendet de caelo. **R E S P.** Equumne vobis videtur, vt cui ante passionem in carne adhuc posito, angelus seruitium reddiderunt, vt de caelis in iudicium veniens, angelorum imperio compellatur? Absit, quia propria veniet potestate, vt iustis praemium, & iniustis, cum diabolo quem secuti sunt, tribuat aeternū supplicium, ipso in Euangelio protestante. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, tunc mittet angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui operantur iniquitatem, & mittet eos in camino ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Et iterum. Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli, cum virtute magna & gloria, tunc mittet angelos suos in turba magna, & congregabit electos suos a quatuor ventis, a summo terrae vsque ad summum caeli, et iterum, Cum venerit filius hominis, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & segregabit eas ab inuicem, sicut pastor segregat agnos ab haedis, & statuet agnos ad dextram suam, haedos autem ad sinistram. Et Apostolus. Canet enim turba, & mortui resurgent in corpore, & nos immutabimur. Et esaias, ecce ipse dominus in iudicium veniet cum senioribus & principibus suis reddere vindictam in ira, in flammam ignis. Ex his tandem agnoscere debes, quoniam qui aduersus gentes in iudicium congregandas angelos dirigit, vtiq; archangelorum iubitione venire non possit.

Si autem dixerint, in hoc patri filius non coaequatur, quia solus pater a fidelibus adoratur. **R E S P.** Si grassante perfidia mentis oculos non amitteres, agnosceres sine dubio, quoniam sicut in patre filius, ita pater in filio adoratur. Esaias propheta dicit. Sic dicit dominus deus sabaoth, Laborauit Aegyptus, & mercatus est Aethiopia, & Sabaim viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt serui, & post te sequentur adligati vinculis, & adorabunt, & te deprecabuntur. Et in Apocalypsi. Et viginti quatuor seniores procidententes ante sedem adorauerunt viuentem in saecula saeculorum.

Item ibi, et vidi alium angelum volantem in medio caelo, habentem euangelium aeternum vt euangelizaret habitantibus super terram, dicens voce magna, Time deum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius, adorete eum qui fecit caelum & terram, mare & fontes a quarum. Et in Psalmo septuagesimo primo. Et adorabunt eum omnes fines terrae, omnes gentes seruient ei. Et in sexagesimo quinto. Omnis terra adoret te, & psallat tibi. Et in euangelio. Inuenerunt puerum & Mariam matrem eius, & procidenter adorauerunt eum. Et esaias. Tu dominus deus solus, qui fecisti caelum &

1. Thess. 4.

Mat. 13.

Mat. 24.

Mat. 25.

1. Cor. 15.

Esai. 59.

Esai. 45.

Apoc. 4.

Apoc. 14.

Psal. 71.

Mat. 2.

Esai. 4.

caelorum, & omnes virtutes eorum, terram, & quae in ea, & mare, & quae in eo sunt, & viuificasti omnia, & virtutes caeli te adorant. Qui enim adoratur vt pater, & diuino cumulat honorē, quis cum dicit patri coaequari non posse?

Si autem tibi dixerint, ideo minor est filius, quia ipse patri gratias egisse perhibetur, per quem discipuli gratias retulerunt. R E S P. Quemadmodum filius in adsumpti hominis forma pro nobis gratias egit, ita pater odorem filij sui, & suae notitiae in omni loco per Apostolos innotescere fecit, Paulo dicente: Gratias agim⁹ deo, qui nos triumphare facit in Christo, & odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco, quia omnibus odor Christi sumus in his, qui salui sunt, & in his qui pereunt: Nam quod vna eademque sit gratia patris & filij, per quam nos liberatos esse idem docet Apostolus, hoc modo insinuat, dicens: Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, quae est in Christo Iesu. Et iterum: Si enim ob vnus delictum multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & domini in gratia vnus hominis Iesu Christi multis abundauit. Et iterum: Stipendium peccati mors, gratia autem dei vita aeterna in Christo Iesu domino nostro. Et iterum: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Nam & patri, excepto nomine filij, discipuli saepe merito gratias retulerunt. Si prosecutionem nostram a nobis superius pro hac re prolatam, considerare volueris, sine aliqua ambiguitate agnosces.

Ioh. 3.

Rom. 6.

Rom. 7.

Si tibi opposuerint, quod per Prophetam filius dixerit: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. R E S P. Filius in hoc quod verbum patris est, & deus monens in deo est, naturaliter cum patre regni obtinet dominatum: In eo verò quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & regem illum legimus constitutum, & Paulo minus ab angelis minoratum, Psalmita dicente: Quid est homo quod memor es eius, aut filij hominis quoniam visitas eum? Minuisti paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Si enim recto intelligentiae sensu euangelicas scripturas, inuenies filium a patre regem non constitutum esse, sed natum, Euangelista dicente: Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudae, in ciuitate Dauid, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudaeorum? Et cum ei Pilatus diceret: Tu es rex Iudaeorum? Respondit illi: In hoc natus sum. Et, Regnum meum si de hoc mundo esset, ministri mei certarent pro me, ne Iudaeis traderer. Nam si, vt vos conceditis, tunc filius in monte regni adeptus est potestatem, ergo antequam rex fuisset a patre filius constitutus, nullam in sinu patris communionem regni habuit dignitatem. Si ita est, quemadmodum Prophetam regem illum ante saecula fuisse significat, quem saltem in medio terrae operaturum esse in carne praefata vaticinatione pronuntiat: Deus autem rex noster, inquit, operatus est salutem in medio terrae: Hic enim a Deo patre rex constitutus est, qui cum Deus esset, homo pro nobis virgine nasci dignatus est: nam qui cum patre vbique constituit, quibus terrae partibus potuit in regem constitui, qui caelo, terrae, abyssis naturaliter noscitur dominari?

Psal. 8.

Matth. 2.

Met. 27.

Ioh. 18.

Si verò dixerint de filio, qui sicut inferior est natura, ita & inferior est & potentia. R E S P. Inferior natura a patre filius non est, quia Deus de Deo, ac perfectus de perfecto, & totus de toto filius natus est, & non inequalis genitus a gignente processit, sed coequalis prorsus de paterno vtero natus exiuit, vt & paternae aequalitatis plenitudinem possideret, & nihilominus ab omnipotente omnipotentiam obtineret, Apostolo Paulo protestante: Qui cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Nam & omnipotentem eum esse vt pater est, non humanae sapientiae verbis, sed diuinis astruimus documentis, Zacharia Propheta dicente: Haec dicit dominus omnipotens: Post honorem misit me ad Gentes quae vos praedauerunt, quoniam qui tangit vos, sicut qui tangit pupillam oculi eius: quoniam ecce ego iniicio manum super eos, qui praedauerunt vos, & erunt in praedam qui praedauerunt vos, & scient quia dominus Deus omnipotens misit me. Ecce ab omnipotente omnipotens mittitur. Quae intra mittentem & missum inaequalitas comprobatur? Sed si haec insipientiae tuae adhuc parua videntur, omnipotentiam eius qui missus est ex subsequentibus discite, quae nunc mihi vide ris ignorare, Apocalypsi dicente: Ego sum & & dicit dominus, qui erat, & qui est, & qui venturus est omnipotens. Et Dauid in Psalmis: Posui adiutorium super potentem. Et iterum: Potens es domine, & veritas tua in circuitu tuo. Itaque nunc conuenit, vt tanquam prauus doctor ostendas, quae in omnipotentia patris & filij possit esse distantia.

Philip. 2. Zach. 1.

Si autem tibi solita vanitate dixerint, patrem & filium vnum esse non posse, quia iubentis & facientis potestas vna non potest esse. R E S P. Nunquam plane nos in aliquo diuinae scripturae loco legimus patrem dixisse filio: Fac quod tibi iubeo vel praecipio, vt iubentis auctoritatem ostenderet: vel filium respondisse, facio vt obtemperantis vel facientis personam in se nihilominus adprobaret. Sed quoniam saepius ista proponendo minus pudorem cognoscimus, quae nos iam superius de communi opera patris & filij non pauca dixisse meminimus, ea nunc iterum insulsi mentibus tuis cogimur inculcare, quae quasi sapienter credideramus semel dicta posse sufficere: Ausculta igitur & agnosces, quoniam opus patris est filij, quia neque patrem sine filio, neque filium sine patre quicquam legimus operatum, ipso in Euangelio protestante: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Et, pater in me manens facit opera: Et, Si mihi non vultis credere, vel operibus credite, vt agnoscat quia ego in patre, & pater in me est. Et, Ego & pater ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus: Et, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et, Descendamus & confundamus linguas eorum. Cū ex hoc non nescias vnum opus esse patris & filij, cur ipse patrem filio iubentem adtruis, & filium facientem vel obediendum ostendis?

Psal. 88. Apoc. 1.

Ioh. 5.

Mat. 17.

Ioh. 3.

Ioh. 11.

Ioh. 6.

Ioh. 17.

Ioh. 18.

Si tibi dixerint, quia aeternus non dicitur filius, sicut pater aeternus dicitur. R E S P. Vt autem aeternus, vt pater est, filius adprobetur, in Psalmo centesimo octauo decimo manifestus declaratur. In aeternum domine, ait, verbum tuum permanet in caelo. Et in Esaia. Omnis caro faenum, & omnis gloria hominis sicut flos faeni, aruit faenum & flos, verbum autem domini

Ioh. 18.

Psal. 40. Ioh. 4. 8.

domini manet in aeternum: Item ibi: Ego sum primus, & ego in aeternum, manus mea fundauit terram, & dextera mea solidauit caelum. Filius itaque nec in aeternum patri dissimilis inuenitur, nec potentia inferior adprobatur: quoniam qui deitate vnumque sunt potentia, aeternitate distingui non possunt, sed neque filius caret aeternitate naturae, qui omnem in se deitatis plenitudinem docetur possidere.

Si dixerint, pater filium fecit, filius vero omnia. R E S P. In deitatis natura, in qua pater & filius vnum sunt, filium nunquam legimus a patre factum fuisse sed genitum: Nam si in hoc verbum patris est, factum adtruitis filium, nequaquam ergo Deus pater perfectionem substantiae suae in semetipso habebit, qui verbum perfectum, & iugiter permanens ante filij sui natiuitatem in se habere non potuit. Sed nos qui filium de patre ineffabiliter, & sine initio credimus natum, nec perfidia vestra, vnitatem fidei vindicantes, cedimus resistendo, nec verus superamur, vt veritatem paternae natiuitatis denegemus in filio, cuius natiuitatem nec ipse pater qui genuit, tacuit, nec ipse filius qui de patre natus est, sua praedicatione reticuit, ipso dicente: Sic enim Deus dilexit hunc mundum, vt filium suum vnigenitum daret pro eo. Et iterum: Vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse narrauit. Et Iudaeis ipse dominus dicit: Indignamini mihi, quia dixi vobis, filius Dei sum. Et iterum: Ego de patre exiui, & veni in hunc mundum. Et Dauid in persona Dei patris in Psalmis canit, & dicit: Eructauit cor meum verbum bonum. Item ipse: In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Item ipse de filio: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et in Euangelio, dum idem filius in Iordane baptizaretur, vox patris intonuit dicens: Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene complacui. Et in monte tribus discipulis: Hic est filius meus dilectissimus, ipsum audite. Audi patrem de se genuisse propria voce testantem, audi filium natiuitatis suae originem, vnde vel ex quo inenarrabili oru sit demonstrasse: Desine facturam dicere caelorum ac mundi, & creaturarum omnium conditorem.

Ioh. 3.

Ioh. 7.

Ioh. 4. 4. Ioh. 2.

Ioh. 3.

Mat. 17.

Ioh. 5.

Ioh. 3.

Ioh. 11.

Ioh. 6.

Ioh. 17.

Ioh. 18.

Si tibi opposuerint, quod filius dixerit: Sicut habet pater vitam in semetipso, sic didit filio vitam habere in semetipso. R E S P. Si filius ante mundi exordium in patre manens vitam non habuit quomodo auctor vitae dicitur, & vita aeterna probatur? Postulastis, ait Petrus Apostolus, virum homicidam donari vobis, auctorem verò vitae interfectis, suspendentes in ligno. Et Ioannes Apostolus: Hic est verus Deus, & vita aeterna. Et ipse dominus ad Martham: Ego sum resurrectio & vita. Item ibi: Ego sum panis vitae, qui de caelo descendi. Et ad patrem: Sicut dilexisti me, & ego dilexi eos, & vitam aeternam do eis. Et iterum: Ego veni vt vitam habeat & abundantius habeant. Sicut enim in huius nominis nuncupatione vita a vira non potest diuidi, ita si filius a patre in diuinitatis substantia non potest separari: nam & pater non aliam vitam, quam eam quam in se habet manentem filio dedit, sed quam habet ipsam dedit, & quanta in eo est, tantam dedit, & in hoc ipse, quod vitam dederit filio non amisit.

Ioh. 6.

Si tibi opposuerint, quod de patre solum dictum sit, qui solus habet immortalitatem & lucem habitat inaccessibilem. R E S P. Non solum pater sine filio lucem inaccessibilem habitat, quia vbi pater est,

ibi etiam filium esse indubitabili fide credendum est. Nam si solus pater sine filio, quod dici nefas est, lucem habitat inaccessibilem, necesse est, vt sequatur pater habeat a filio mansionem: quod si ita est, quoniam modo ipse filius ad dexteram patris adstans a beato martyre Stephano poruiri conspici, si pater secundum vos alius dicitur sedibus contineri? Absit hoc a sensu fidelium, Christo in vnitatem fidei adherentium: Quoniam sicut non est in filio cum solus pater dicitur lucem inaccessibilem habitare, ita non sufficit patri, cum sapientia, quae est filius, gyrum caeli sola dicitur circuire. Quod itaque cum sit inuisibilis & ingenitus, in filio visus Apostoli testimonio comprobatur, & in filio, a se ineffabiliter genito, mansisse ac requiescisse monstraretur, ipso filio in Propheta dicente: Qui genuit me, requieuit in tabernaculo meo, et in euangelio: Pater in me manens facit opera haec, et: Deum nemo vidit vnquam nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris. In sinu patris erat filius ab initio, & ex corde patris verbum bonum eructatum est, quomodo in corde paterno cum eodem consistens lucem inaccessibilem habitasse credendus est? Nunquid pater absque vlla luce in filio potuit commanere, aut in tabernaculo filij sine eadem potuit requiescere? Cum idem filius candor sit aeternae lucis, & speculum sine macula deitatis, quam Solomon super salutem suam dilexisset, dixit: In cuius specie sepe delectari gestiuisset, super salutem & speciem, inquit dilexi eam, & pro luce proposui habere eam, quoniam inextinguibile est lumen eius. Hanc igitur lucem Dauid Propheta desiderans, anxius proclamat haec dicens: Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, et iterum: In lumine tuo videbimus lumen. In huius igitur luminis claritate filius seipsum in monte tribus discipulis praestedit, & metu mortis perterriti, prostrati in faciem sinem sibi vitae adesse senserunt. Hanc, inquam, lucem in se demonstrans filius proclamabat, dum vt in eadem incederent suos discipulos praemonebat: Dum lucem habetis, inquit, ambulat in luce. Et iterum: ego sum lux huius mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae aeternae, et euangelista, erat lux vera, inquit, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si haec lux, quae credentibus promittitur, in filio esse probatur, & cum aeterno aeterna esse dicitur, quomodo a vobis ab inaccessibili luce patris filius separatur? Si enim filius Deus verus & vita aeterna, sine dubio in hac luce simul cum patre habitare credendus est quam nullus modo in hoc mortali corpore constitutus, potest aliquatenus conuertere, sed dum apparuerit, tunc vere illam videbit sicuti est, qui eius conspectibus dignus fuerit coaptari, & non sicut Moyses ceterique Prophetae per aenigmata & figuram, sed ipsam veraciter in filio secundum Apostolum contuebitur deitatis substantiam. Nam si hunc eundemque, Prophetae testimonium sequerem sereno mentis intuitu inuestigare volueris, inuenies filium non nuucupasse ab hac luce patris penitus separari quoniam cum solum filium dixerit in terra cum hominibus conuersatum, patrem ab illo non fecerit alienum.

Act. 7.

Eccle. 14.

Ioh. 1.

Sap. 17.

Psal. 24.

Psal. 35.

Ioh. 8.

Ioh. 1.

Si dixerint, quod Propheta de filio dicere potuit: Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. R E S P. Si quemadmodum dixit Apostolus, lege Christi legitime vtereris, agnos-

Heb. 5.

Heb. 5.

ceres utique filium & principem diuinis literis adstrui, & perfectum, Paulo Apostolo attestante: In diebus carnis suae inquit, orationes & preces ad Deum, qui poterat saluare eum a morte, cum clamore forti & lachrimis obrulit, exauditus est propter timorem, manifestus existens filius, ex iis que passus est didicit obedientiam, qui perfectus factus est omnibus obedientibus sibi & author salutis aeternae, & pronuntiatus a Deo princeps sacerdotum. Item ibi: Sermo autem iurationis qui post legem est filium in aeternum perfectum. Item ibi: Habentes ergo principem sacerdotum qui penetrauit caelos Iesum filium Dei. Item ibi: Curramus ad propositum nobis praemium agonis, respicientes ad principem & perfectorem Iesum. Et iterum: Donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionem filij Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Recense quae, quae superius de perfectione & principatu filij sunt posita, & noli ulterius in tuam perniciem meditari subdole vanitatem.

Si autem dixerint, in hoc minorem esse patri filium, quia ipse dixit: Sicut me misit viuus pater, & ego viuo propter patrem. **R E S P O N.** Haec res non inaequalitatem filij indicat, sed plenam in illo diuinitatis substantiam demonstrat, eod quod filius non a semetipso, neque ex nihilo, sed a patre subsistat, quod est summum & singulare unitatis indicium: Viuere enim patris, quid est aliud nisi esse? & viuere filium propter patrem, quid aliud est quam in patre subsistere? Ergo sicut me misit viuus pater, ait, & ego viuo propter patrem, posset utique dicere, & ego viuo per patrem, si aliquam in se inferioris potentiae diuersitatem vellet ostendere, quoniam qui per alterum viuunt, per seipsum utique viuere minime possunt qui vero propter alium viuunt, ipse magis viuens causa existit. Sicut enim per viuens patris missionem mundo innotuit filius, ita per viuens filium patris nomen mundo & hominibus innotuit, dum non propter patrem semetipsum viuere comprobauit, dicendo: Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, & manifestauit nomen tuum hominibus. Qui enim in reuelando se inuicem pares sunt, potentia utique impares esse non possunt.

Si vobis dixerint: si Deus in Deo est, id est intra filium pater, alter ergo in altero compositus erat. **R E S P O N.** Nos quoque ideo credimus in filio, quia pater in ipso est, quia ipse ait: Pater in me, & ego in patre. Item Paulo Apostolo ob hoc credimus praedicanti, quia ipse dixit: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Ideo Esaias Propheeta Christianum ad commodam auditum, quia inseparabiliter unitis praedicare orsus est sacramentum, dum in filio patrem semper vnum Deum fuisse adstruit, praeterquam alterum non esse praedixit: In te est Deus, ait, & nesciebamus: tu enim Deus seculorum Saluator. Solomonis etiam prophetae idcirco indubitanter credimus, quoniam in tabernaculo vnigeniti filij Dei ingenuum requieuisse eo ad nuntiantem cognoscimus: Qui genuit me, inquit, requieuit in tabernaculo meo. Deus igitur, qui simplicis naturae est, in altero compositus non est, quia secundum deitatis naturae substantiam, vnus in filio Deus est, in quibus etiam si duae personae & nomina designantur, vna tamen in eis est diuini nominis virtus, quoniam qui natura vnum sunt, diuinitate di-

Viuere patris esse

uersi esse non possunt. Si autem dixerint: si pater & filius vnum sunt, quomodo pater alter est, ex quo sunt omnia, & alter filius, per quem sunt omnia? **R E S P.** Expelle tandem a sensibus tuis ea quae tibi a via Veritatis erratae haereticis ariana inculcat, & cognosce, quia sicut de filio, ita etiam de patre dictum scriptura sancta commemorat, quoniam sicut per filium omnia, ita per patrem vniuersa creduntur esse perfecta. Sed si ob hoc minorem patri iudicas filium, quia dixit Apostolus: Vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, diligenter vniuersa, quae ab Apostolo dicta sunt debes aduertere: & inuenies etiam patrem ad huius operis nuncupatione alienum non esse, eodem Apostolo adfirmante: Fratres, Deus inquit, per quem vocati estis in vna spe vocationis vestrae. Et iterum, Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Si vero de filio, pari etiam modo debes aduertere, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Quocumque argumento unitatem patris & filij volueris impugnare, sermonum tuorum sententias videberis subiaccere.

Si tibi dixerint: Si pater & filius vnum sunt, ergo prius verbum, & postea Deus est dictus, quia scriptum est: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. **R E S P.** Si secundum differentiam communis naturae pater & filius vnus Deus non dicitur, duo ergo a vobis dii natura dissimiles, & potentia inaequales, gentilium more coluntur, contra illud quod dictum est: Audi Israhel, Dominus Deus vnus Deus vnus est. Nos deinde non verbum ante Deum, non Deum ante verbum, sed vtrumque simul vnum Deum in nostra fidei professione fatemur: quia patrem & filium nulla ab inuicem temporis interualla distinguunt: & vbi neque tempus neque aliquod momentum temporis inuenitur, ita nec antea posterius ue, quod dicere nefas est, inuenitur. Nos quoque vnicum Dei filium non solum verbum, sed & splendorem virtutemque patris & sapientiam secundum diuinarum scripturarum eloquia nuncupamus. Et sacrilegium est dicere patrem lucem sine splendore, aut fortem sine virtute, aut sapientem aliquando sine sapientia sua fuisse, cuius perfecta diuinitas nihil ad perfectionem suam accidentibus rebus adsumpsit, quem in semetipso continere quae sua sunt, rationalis vniuersitas credendo cognoscit. Quod vero Euangelista vbi appellatione uti primitus voluit, unitatem diuinitatis euidentius declarauit: Filium ante patrem nominans, non temporis aut honoris relationem adsignans: quoniam vbi verbum apud Deum, & Deum verbum fuisse narratur, nec Deum verbo, nec verbum Deo praepositur.

Si tibi dixerint: Si pater & filius vnus est Deus, ergo antea Deus erat, & postea gignendo pater est dictus. **R E S P.** Si ergo secundum vos primo Deus singulariter subsistendo, & postea pater est dictus filium generando, ergo ipsum patris nomen nequaquam erit aeternum, quod ad suae appellationis vocabulum ex tempore sumpsit initium. Si secundum te ita est mutabilis & proficiet, erit mutabilis deinde, quia ex Dei nomine in patris nuncupationem transiit. Proficiens ergo, quia cum se in Dei nomine posuit

Ioh. 1.

Deum. 6.

patrem se pro in enim hundo.

ephe. 5.

uocatur filium.

positum minus perfectum videret, ad cumulum suae perfectionis confectum modo patris sibi nomen adiecit. Quis autem te non videat, quod idcirco hoc loco illo Apostoli vsus es testimonio, ut quia dixit: Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, exinde te voluisse ostendere dignitatem Dei antecedere patris affectum? Et licet iam plurima de eo, quod nunc repetere voluisti, superius dicta meminimus, superfluum videtur, ea iterum repetere, quae semel dicta ad instructionem legentium possint proficere. Sed ne nos imperitiae arguas proposita declinasse, scire te conuenit eundem Apostolum Ephesius conscribentem, filium & patrem primitus nominasse, & postea deitatis eius vocabulum indidisse: Gratias, inquit, agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, patri & Deo, subiecti inuicem in timore Christi. Cum ergo videas Apostolum aliquando Dei, aliquando patris appellatione primitus uti, apertissime docet, diuini paternique nominis vocabulum sempiternum fuisse, & filium sempiterno patri sempiternum, esse, & cum eodem iugiter permanere.

Si tibi dixerint: Quomodo qui ante tempora ex patre natus, & ex virgine postea editus, cum sempiterno & ingenuo patre vnus erit Deus? **R E S P.** Alia est verbi natura, quia impassibilis manens, nullo tristitia concutitur metu: & alia nostri generis anima, qua de nobis, id est, de matre, ut perfectum ostenderet hominem, suscipere hominem dignatus est filius. De qua etiam dicebat: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et ideo gemina, id est, diuina atque humana natiuitas, diuersum a patre filium non probauit, quoniam in illo ex patris naturae substantia quantum est mansit, & in hac qua de virgine postea editus non mutauit, ipso in Euangelio protestante: Ego & pater vnus sumus: Et sunt in nobis vnum, sicut sumus tu in me & ego in te. Nam illud quod ait: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, diuinitati eius omnimodo congruit, quoniam nullo abscque eius diuinitate reperitur locus, vbi ab illo debeat poni, vel vnde possit iterum sumi. Ingenitum sicut pater est filium non fatemur, quoniam si sicut pater ingenuus est, ingenuus dicatur & filius, tunc magis vnus esse non possint: quia vnusquisque in propria natura consistens, communionem substantiae cum altero non haberet.

Si tibi dixerint: quia pater & filius & spiritus sanctus ob hoc vnum sunt, quia propriis nominibus designantur. **R E S P.** Si ob hoc, quod pater Deus, & filius Iesus Christus, & spiritus sanctus paracletus nuncupatur, vnum esse non possunt: non ergo relinquetur filio, vel spiritui sancto, ut deitatis vocabulo nuncupentur. Si ita est, vbi est illud, quod de filio dixit Apostolus: Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula, Aut cur Hieremias tale illi praebuit testimonium, ut eum diceret Deum in terra cum hominibus conuersatum? Hic Deus noster, inquit, & non applicabitur alter ad eum. Et post paululum dixit: Post haec in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Et iterum Apostolus ait: Expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni saluatoris nostri Iesu Christi. Si ergo pater Deus dicitur, & filius eodem est vocabulo nuncupatus, quomodo non vnum nomen est patris & filij, qui

ab inuicem in ipsa deitatis nuncupatione non sunt diuisi: Spiritus enim sanctus ab hoc deitatis vocabulo alienus non esse monstratur, cum ab Apostolo Deus & Dominus idem spiritus sanctus appellatur. Spiritus deus est, inquit. Filius in Euangelio dixit: Quod natum est de carne, caro est, quia de carne natum est, & quod natum est de spiritu, spiritus est, quia deus spiritus est: Superflue igitur voluisti communia nomina vnicuique personae speciali quadam distributione patri, cum inseparabili appellationis genere sacrae trinitatis congrue supernarum quoque virtutum praerogatione contestantur.

Si tibi de spiritus sancti persona dixerint, quod ipse dominus Dei filius dixerit: Cum abiero, mittam vobis paraclerum, spiritum veritatis, & ipse vos docebit omnem veritatem. **R E S P.** Ipse te diuinus ordo dictorum debuit edocere, quod perfidiae errore caecatus, non permitteris serena mentis intentione prospicere: quod enim tam pium, & que conueniens, generi humano subsidium diuinitatis potuit procurare, quam ut is, qui seipsum veritatem esse praedixit, spiritum etiam sanctum veritatem esse sua praedicatione signauerit? In quo si secundum vos veritas non fuisset, vel inferiorem a filio substantiam possideret veniens, utique omnem veritatem discipulos non doceret: Sed quia vna est deitas, & potentia in vtrifque, idcirco quae filius docet, ea ipse & spiritus noster edocet, & in hoc spiritus sanctus inferior filio non potest appellari, vel dici: quoniam sicut ipse spiritum discipulis misit, ita se a spiritu sancto missum prophetica adiunctione praedocuit, ipso Esaias loquente: Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, Euangelizare pauperibus misit me, praedicare captiuis remissionem, & caecis visum &c. Et Euangelista ita de eo adnunciat: Ipse autem Iesus, ait, regressus est in virtute spiritus in Galileam. Qui in spiritu regrediens virtutum opera exercebat, inferiorem a se spiritum sanctum fuisse adnuntiare non potest. Si tibi propheticum obiecerit testimonium, quod dictum est: Ego dominus firmans tonitruum & creans spiritum. **R E S P.** Propheta haec dicens, non spiritum sanctum creaturam ostendit esse, sed ventum, qui in commotione aeris sapienter exutitur, quem etiam fulgura & tonitrua praecedere comprobatur, Hieremia dicente: Spiritus in omni regione spirat in nubibus, cui cum imperatum fuerit perambulare per totum orbem, perficit quod imperatum est, fulgura etiam de super missa, ut comburant montes & sylvas, faciunt quod praecceptum est. Haec autem neque in specie, neque in virtute illi vnus militat, vnde neque existimandum est, neque dicendum est illos deos, cum non possint neque iudicium indicare, neque hominibus benefacere, quia non sunt dii. Et in Ezechiele: Haec dicit dominus: Inducam spiritum extollentem cum iracundia mea, in consummatione perietis vos, & quem vnxitis, & reuelabuntur fundamenta eius & corruent. Et Ionas Propheeta: Et dominus suscitauit spiritum in mari, & facta est tempestas magna in mari, ita ut nauis operiretur fluctibus. Item ibi: Et factum in crastino oriente sole, praecipit Deus spiritui vntionis, & percussit sol super caput Ionae, & estuabat. Item in Psalmis: In spiritu violento conuerrens naues Tharsis. Item ibi: Pluet super peccatores laqueos ignis, & spiritus procellae pars calicis eorum. Item ibi. Statuit spiritus procellae, & exaltati sunt fluctus eius. Item ibi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellae, quae faciunt

Ioan. 3.

Luc. 4.

Baruch. 6.

Ezech. 13.

Ioan. 1.

Ioan. 4.

Psal. 47.

verbum eius. Nam quia creator est & non creatura, ut vos dicitis, spiritus sanctus, hoc modo docetur Psal. 113; 23. Dauid Propheta dicente: Auferes spiritum eorum & deficient, emitte spiritum tuum & creabuntur. Item ipse, Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et in libro sermo num Iob: Spiritus diuinus est qui fecit me. Et in Cantico Iudith: Tibi seruiat omnis creatura tua, quoniam tu mandasti & creata sunt, misisti spiritum tuum, & adificata sunt. Et in Solomone: & vidit, & numeravit, & mensus est omnia, & ipse creauit ea per spiritum sanctum, qui creator est & effector operis sui, id est, creatura: a se facta non potest comparari, vel etiam similis iudicari.

Ecl. 8. Si tibi dixerint illud quod scriptum est: Spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est. *R E S P.* Spiritus Prophetarum spiritui sancto subiicitur, non autem spiritus sanctus, quo inundante prophetarum spiritus loquebatur, Dauid in Psalmis canente: Audiam quid loquetur in me dominus Deus. Nūquid is qui a Propheta vel etiam Apostolo Deus & dominus nuncupatur, sublata potestate propria dominationis subiicitur Prophetis? absit, quoniam qui dona charismatum Apostolis vel Prophetis propria contulit potestate, potestati non subiicitur aliena, Petro Apostolo adfirmante: Nunquam humana voluntate, inquit, prophetia allata est aliquando, sed a spiritu sancto repleti loquebantur homines. Et in Solomone: Non est in hominis potestate spiritus ut prohiberi possit, sed nec subiicitur illi, quoniam mortalis est. Et in Machabæorum: Eliodorus autem quod statuerat perficiebat eodem loco cum satellitibus suis circa ararium præfens, sed spiritus omnipotens, & omnis potestatis magnam fecit ascensionis euidenciam: Si enim mens vestra interiori lumine lustretur, nunquam a vobis de spiritu sancti potentia talia proferrentur: quoniam qui Prophetas, ut ventura prædicarent, virtute propria adimpleuit, Prophetis utique subiectus esse non potuit.

Psal. 84. Si tibi dixerint: Ideo spiritus sanctus persecratur arcana, quia quod certum est nesciat, sed quod minus nouit scrutando nosse desiderat, *R E S P.* Spiritus sanctus in persecranda quæ Dei sunt, patri vel filio inferior non probatur, qui & ipsa diuinitas dum ea quæ sunt spiritus sui scrutatur, a nullo Christianorum inferior sancto spiritui iudicatur, Propheta dicente: Meditatus sum nocte cum corde meo exercitabam & persecrabar spiritum meum, Et Apostolus: Nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: Ita quæ Dei sunt nemo nouit nisi spiritus Dei. Audi Hæretice, quoniam quæ Dei sunt spiritus sanctus non ignoret, sed magis notitiam Dei quam ipse spiritaliter nouit, sibi credentibus manifestat.

Psal. 76. Si tibi dixerint, quod de spiritu sancto dixerit filius: Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, *R E S P.* Spiritus sancti potentia si qualis, vel quanta sit vultis agnoscere, ex Apostoli Pauli doctrina potestatis vniuersa condiscere, ipso dicente: Vnicuique datur, inquit, manifestatio spiritus ad vtilitatem, aliis quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eundem spiritum, alij donatio curationum in vno spiritu, alij operationes virtutum, alij Prophetia, alij diiudicatio spiritus, alij genera linguarum, alij in-

terpretatio sermonum. Omnia hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens propria singulis prout vult: Et dominus in Euangelio: Nolite mirari, inquit, quia dixi vobis, oportet vos denuo nasci, quia spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, & quod vadat: Et Apostolus: Si enim sermo qui per angelos dictus est factus est firmus, & omnis præuicatio & inobedientia iustâ accipit retributionis mercedem, quomodo nos effugiemus tantam negligentiam salutem? Quæ cum initium accepisset ut narraretur per dominum, ab iis qui audierunt in nobis confirmata est, contestante Deo signis & prodigijs, varijs virtutibus, & spiritus Sancti diuisionibus secundum suam voluntatem. Cum ergo non nescias spiritum sanctum dona superius cõprehensâ propria voluntate singulis suis esse partitum, quomodo cum adstruis hæc omnia tanquã nihil habentem a filio accepisse, qui & ipsum dominum misit, & Prophetas, atque Apostolos sua virtute repleuerit?

1. Cor. 14. Si dixerint de spiritu sancto, quod non a semetipso locutus sit, sed quæ audiuit a filio protulit, *R E S P.* Nos igitur, qui spiritum sanctum Deum & dominum confitemur, non iussione alterius, sed potestate propria ostendimus fuisse locutum, Paulo Apostolo doctore Gentium attestante. Amulaminus, ait, spiritalia dona, magis autem ut Prophetetis, qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo, nemo enim audit, spiritus enim loquitur mysteria. Et dominus discipulis dixit, Cum tradiderint vos, nolite cogitare quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid dicatis, non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et Marcus Euangelista, Cum duxerint vos tradentes, nolite cogitare quid loquamini, sed quod datum fuerit vobis in illa hora id loquamini, non enim estis vos loquentes, sed spiritus sanctus. Ex hoc itaque debes arguere, quia non sunt ab inuicem filius & spiritus sanctus in natura deitatis diuersi, qui in vnitatem spiritus, & vinculo pacis sibi inuentur esse cõiuncti. Si autem dixerint, quia spiritus sanctus non sua potestate, sed in sufflatione filij in discipulos venit, *R E S P.* Ex hoc inter filium & spiritum sanctum aliquam diuersitatem non potestis constituere, cum videatis eundem dominum & Saluatore nostrum discipulorum corda non de alieno repleuisse spiritu, sed de proprio, & non inferiorem, sed coequallem sui largitus est, ut in se & sibi in fide adherentibus vnus spiritus flaret. Qui adhæret, inquit Apostolus Paulus, meretrici, vnus corpus est, qui autem adheret domino, vnus spiritus est. Nos igitur spiritum sanctum spontanea voluntate in discipulos aduenisse, & eos sua virtute repleuisse monstramus, & ex libro qui Apostolorum acta cõtinet, edocemus. Cũ cõplerentur, inquit, dies Pentecostes, erant omnes simul in vnũ, & factus est subito de caelo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit omnem locum, in quo erant sedentes, & visa sunt illis diuisa linguarum tanquam ignis, qui & sedit super vnũ quemque illorum, & repleti sunt spiritu sancto. Et iterum Paulus autem repletus spiritu sancto, intendens in illum ait: O plene dolo & cauillatione, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, quare vis perdere vias domini cum sint rectæ? Et Angelus Zachariæ: Ne timeas Zacharia, quia exaudita est deprecatio tua, ecce vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius

men eius Ioannes, vnus & ficeram non bibet, & spiritu sancto implebitur adhuc in vtero matris sue. Item ibi: Et Zachariæ pater eius repletus est spiritu sancto, & prophetauit. Item ibi: Elizabeth mater eius repleta spiritu sancto loquebatur benedicens Deum. Ex iis igitur testimonijs tam agnosce, quoniam spiritus quem de statu Saluatoris discipuli acceperunt, inferiorem a filio non probatur habere substantiam, quia nullum nouimus in propria natura manentem, inferiorem sui vel ex alia materia venientem habere spiritum, quod ad ceterorum vterumque supplementum membrorum, sed de proprio spiritu ex quo ipse consistit, alia, ut diximus, membra replere possit, vel regere nullus ambigit.

1. Cor. 12. Si autem dixerint illud, quod scriptum est: Spiritus a me procedit, & omne statum ego feci, *R E S P.* Flacum quem dominus se fecisse commemorat, non spiritum sanctum fuisse nos credimus, sed creaturam spiritum esse fatemur, quem ut possint subsistere acceperunt: nam spiritum sanctum non legitimus factum a filio, quem factorem omnium rerum nouimus fuisse cum filio: si enim in faciendo ea quæ faciendi fuerant, propria spiritus sanctus sicut filius non vnus est potestate, quomodo suo nutu constituit, quæ constituenda fuisse præfaga maiestate conspexit? Hoc ipsum Iob patriarcha in libro sermorum suorum probante: A spiritu domini, inquit, datur glacies super terram, & gubernat aquam qualiter illi placuerit, & frumentum irrigat in nubibus, disseminat autem nubes lucem suam, & ipsa in circuitu vertitur gubernaculis ad operanda omnia quæ mandauerit ei, quia hæc a Deo constituta sunt super terram, Et Apostolus: Quia operatur, inquit, omnia in omnibus: Et in Actibus, placuit, inquit Apostoli, spiritui sancto & nobis, nihil amplius oneris imponere vobis. Nam quia eisdem Apostolos misit ubi voluit, & prohibuit vnde voluit, & ex eodem libro docetur: Cum ieiunassent & orassent inquit, imposuerunt eis manus, & dimiserunt eos, ipsi igitur dimissi a spiritu sancto venerunt Seleuciam. Et iterum: Petro autem cogitante de visu, dixit ei spiritus sanctus: Surge & vade cum illis, nihil dubitans, quia ego misi eos. Quod autem & prohibuerit, ita docetur: Perueniunt autem Phrygiam, & Galatia regionem, prohibiti a spiritu sancto loqui verbum in Asia. Tanta enim excellentior potentia esse probatur spiritus sanctus, ut angeli & archangeli, qui quotidie in conspectu Dei patris, & vnici filij sui versantur & adsunt, in ipso quoque spiritu secundum Apostolicam prædicationis sententiam, leni nutu & furruis, ut ita dicamus, aspectibus, profpicere concupiscant, Petro Apostolo confirmante: De qua salute, inquit, exquisierunt Prophetæ qui futurum gratiam in nobis prophetauerunt, scrutantes in quibus, vel quali tempore significaret in eis spiritus Iesu Christi. Et infra: In quo concupiscunt, ait angeli prospicere. Tu igitur habe illi reuerentiam, & honora ut Deum, & noli cum statui hominis vel cuius liber generis comparare, cuius adspirationis aduentu nostra corpora credimus in nouissimo de sepulchro resuscitari. Nam si, quod absit, creatura fuisset, utique Paulus, dum supernas atque inuisibiles creaturas, id est, sedes, dominationes, principatus, & potestates in ordine recenseret, ipsum quoque principaliter nominasset.

1. Cor. 12. Si tibi dixerint: sicut pater Deus & dominus est Tom. 5.

filio suo, ita filius dominus & Deus est spiritui sancto. *R E S P.* Plurima iam de spiritus sancti personâ, quod Deus & Dominus nuncupetur, testimonia posuisse meminimus, ut iam nihil addere deberemus. Sed ne ignauia depuratur, aut subter fugere nos propositionis vestrae ponderosam sarcinam æstimetis, quanta ipse pro sui defensione donauerit, diuinas mentes deitatem & dominationem illi natura liter insitam non nostris verbis, sed diuinis ipso largiente docemus oraculis, & ipsa Propheta dicente: Non audiuit Iacob dominum, qui redemit eum, & suscepit, & exaltauit eum. Et infra: Sed irritauerunt spiritum sanctum, & conuertit se illis in scandalum. Et Hieremias: Spiritus faciei nostræ Christus dominus, qui comprehensus est in interitu eorum, sub cuius vmbra viuimus inter gentes. Et Petrus Apostolus Ananiæ dixit. Nonne manens tibi manebat, & venditum in tua erat potestate: quare voluisti tentare spiritum sanctum, ut subtraheres de pretio prædicationis? Non es mentitus hominibus, sed Deo. Et Apostolus: Cum autem conuersus fuerit ad Deum, auferetur velamen, dominus autem spiritus est. Ex hoc, perfide, debes agnoscere, quoniam qui Deus & dominus dicitur, in ipso deitatis vocabulo patri & filio coæquatur.

Att. 5. Si tibi dixerint, quia in eo minor est spiritus sanctus, quod tertio loco est a patre & filio nominatus, *R E S P.* Spiritus sanctus, non quia tertio nominatus est loco, patri & filio minor erit, quoniam cum aquam, sicut superius diximus, superiori loco a spiritu sancto dominus nominasset, aquam utique spiritui sancto, quam præposuit, non superiorem ostendit: Nam scripturæ diuinæ mos est, quæ sunt nouissima primitus nominare, & quæ prima sunt nouissime recensere, sicut in Genesi scriptum est: ego sum Deus Isaac, & Abraham patrum tuorum, Nam & Lucas euangelista originem domini & Saluatoris nostri, id est, Ioseph & Mariæ matris eius sursum versus a Ioseph inchoans vsque ad Adam primum hominem, qui a Deo factus est, recensendo contexit, & utique nullus est in genere humano Ioseph, qui secundum carnem pater Christi vocabatur, qui Adâ primo homini possit præferri, sed nos ut satisfaciamus inconditis propositionibus vestris, etiam spiritum sanctum a patre & filio primo loco ostendimus nominatum, Apostolo attestante, Vnum corpus, ait, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ, vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium. Spiritus utique Sanctus patri & filio inferior non est, quia Spiritus patris & filij est, & non possunt ob substantiam in se commanentis spiritus sui ex parte dici perfecti, & ex parte ad imperfectionem vocari.

Eph. 4. Si tibi dixerint: ostende spiritum sanctum vnde trahat originem, quem nec ingenitum sicut patrem neque genitum sicut filium prosteris, *R E S P.* Certa & manifesta origo spiritus sancti, pater & filius, qui nec ingenitus cum ingenito, neque genitum cum vniogenito a fidelibus creditur, sed spiritus patris esse scripturarum clarum eloquijs comprobatur. Nabuchodonosor rege in Daniele Propheta dicente: Daniel cui nomē Baltasar, secundum nomen Dei mei, spiritum sanctum Dei in se habet. Item ipse, Omnes sapientes regni mei non potuerunt interpretationem somnij mei declarare mihi, tu autem Daniel potes, quia spiritus Dei sanctus in te est. Item

Dan. 1. Si tibi dixerint: sicut pater Deus & dominus est Tom. 5.

men eius

men eius

men eius

men eius

men eius

men eius

men eius

men eius

men eius

men eius

men eius

men eius

men eius

men eius

men eius

Gal. 4. Ephe. 4. Philip. 1.

1. Pet. 1.

Iudic. 6.

Ez. 1.

Rom. 8.

1. Cor. 15.

2. Cor. 3.

ibi: ecce vir in regno tuo, in quo spiritus Dei est. Et in Zacharia. Verumtamen legitima mea accipite, & verba mea quae ego mando in spiritu meo seruis meis Prophetis. Item ibi: Non in fortitudine magna, neque in virtute, sed in spiritu meo dicit dominus. Et Apostolus ad Romanos: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Et ad Galatas, Quoniam estis filij dei, misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem abba pater. Et ad Ephesios: Nolite contristare spiritum sanctum Dei. Et ad Philipenses: Scio enim quod hoc mihi proficit in salutem per vestras obsecrationes & subministraciones spiritus Iesu Christi. Et Petrus Apostolus: De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetae, qui venturam in vobis gratiam prophetauerunt, scrutantes in quibus, vel quali tempore significari haberet in eis spiritus Iesu Christi. Et in libro Iudicum: Et venerunt, & castra posuerunt in valle Iezrael, & spiritus domini in duxit Gedeon. Intendite miseri, quoniam qui priori loco a patre & filio nominatus est, & multis scripturæ diuinæ locis patris & filij appellatur, patre & filio inferior non probatur.

Si tibi dixerint: filium a patre vitam legimus accepisse, ut sic credentibus daret, de spiritu sancto nihil tale legimus, & in eo eum minorem filio iudicamus. RESPON. Quia patris & filij spiritus nuncupatur, spiritus vitæ sine dubio esse, sicut pater & filius diuinis lectionibus comprobatur, Ezechiele Propheta dicente: Cum autem cleuarent se animalia a terra, exiiebant rotæ, & vbicunque ibant nubes, & iuxta illud spiritus rotæ extollebatur cū eis, quoniam spiritus vitæ erat in rotis. Et Apostolus ad Romanos: Lex enim, ait, spiritus vitæ in Christo Iesu. Item ibi: Prudentia carnis mors est, prudentia vero spiritus vitæ & pax. Item ibi: Corpus quidē mortuū est propter peccatū, spiritus autem vitæ est propter iustitiā. Et ad Corinthios: Factus est primus Adā in animā viuentem, nouissimus Adā in spiritum viuificantem. Item in secunda: Litera occidit, spiritus autē viuificat. Et in Apocalypsi: Et post tertium diē & dimidiū spiritus vitæ intrauit in eis a domino, & steterūt super pedes suos. Ezechiel vti que iisdē verbis ac syllabis de aridis ossibus mortuorū paria procreatur. Intendite, quæso intendite, quoniam inanimiter spiritus vitæ non dixit, & qui viuus & mortuus secundū antelata testimonia vitā largitur, inferior a patre & filio nullatenus comprobatur.

Si tibi dixerint, ostende quod spiritus sanctus de patre vel filio procedere potuit. RESPON. Si corda vestra incredulitatis iam vitio obdurata ad molliciem nostræ credulitatis velletis adducere, facillime agnosceretis, quod spiritus de Deo patre possit procedere: Est enim pater Deus, & procedit de illo spiritus Dei: est omnipotens, & procedit de eo omnipotentia spiritus: est lux, & procedit de eo spiritus lucis est virtus, & procedit de eo spiritus virtutis: est sapiens, & procedit de illo sapientiæ spiritus: est prudentia, & procedit de illo prudentiæ spiritus: est cōsiliū, & procedit de eo spiritus cōsiliij: est fortitudo, & procedit de eo spiritus fortitudinis: est pax, & procedit de illo spiritus pacis: est charitas, & procedit de illo spiritus charitatis: est scientia, & procedit de illo spiritus scientiæ, est vita, & procedit de illo spiritus vitæ: est rectus, & procedit de illo spiritus rectitudinis: est bonus, & procedit de illo spiritus bonitatis:

est pietas, & procedit de illo spiritus pietatis: est mansuetus, & procedit de illo spiritus mansuetudinis, est gladius, & procedit de eo gladius spiritus. Et multa alia quæ breuitatis causa omisimus, scientes quod paucis dicta sapientibus multa sunt: insipientibus vero & si multa dicantur, satis omnino non faciunt. Sed ne consuetis calumniis & caullationibus simplices animos perturbetis, ex diuinis scripturis de iis quæ superius dicta sunt, documēta hæc curiosus exigētes, ad omnia cū domini adiutorio diuina testimonia coaptabimus, ut legentes agnoscant, quæ admodū vestra prauitate respondeant. Quod enim spiritus Deus est, in euangelio filius docuit, dicens: Ioan. 4. Spiritus Deus est. Quod autem omnipotēs est, in Solomone ostenditur, dum spiritus omnia potens, & omnia prospiciens intrinatur. Quod autem lux sit spiritus, ezechiel testis est, dum spiritum domini sicut lux præfulgens ab aquilone in nube venientem adstruxit. Quod virtus sit, Apostolus docet cum dicit: In ostensione spiritus & virtutis. Quod vero sapientia dicatur, esaias testis est, cum domini filium spiritu sapientiæ fuisse repletum dicit. Quod vero prudentia dicatur, in eodem Propheta ostenditur.

Quod autem spiritus consilij, & fortitudinis dicatur, in eodem volumine declaratur, Quod vero pax sit, Apostolorum Acta testantur. Quod autem charitas dicatur, Apostolica sententia comprobatur. Quod vero spiritus sapientiæ appelletur, esaiæ adnuntiatione docetur. Quod autem spiritus vitæ sit, Apostolus edocet, dum prudentiam spiritus vitæ, & pacem esse prædixit: Quod autem rectus dicitur dauidicis oraculis ostenditur, dum in suis visceribus spiritum rectum inuouari precatur. Quod autē bonus dicatur, idem Propheta ostendit, qui se a spiritu sancto in vita deduci desiderans canit. Quod autē spiritus mansuetudinis nūcupetur, Apostolus testis est, dum dicit, se non in virga, sed in charitate spiritus & mansuetudinis aduenire. Quod vero perfectus dicatur, idem docet Apostolus, dum illum iudicē omnium, & spiritum iustorum insinuat & perfectorū. Quod autem gladius nuncupetur, idē probat Apostolus, dum eum verbū Dei pronunciat esse. Si enim hæc omnia non cæcis mentibus legeremus, nec de filio dei ambigerent, neque de spiritus sancti potentia dubitarent. Si tibi dixerint: quia non vbique est spiritus sanctus sicut pater & filius, sed localiter sibi inunctum adimpler officiū. RESPON. Vt autē spiritū sanctū doceamus vbique diffusū, dauidicū inuestigabimus testimoniū, ex cuius Prophetia spiritus sanctus docetur, non locis, ut vos in somno graui detenti, sed potētia sua sicut pater & filius vbique diffundi. Ipse denique in Psal. cxxxviii. canit & dicit: Quod ibo a spiritu tuo: & a facie tua quod fugiā: Si ascendero in cælum tu ibi es, & si descendero in infernū ades: Si sumpsero peanas meas in directum, & habitauero in nouissimo maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et in Solomone. Spiritus domini repleuit orbē terrarum. Itē ibi. Ne dixeris, a spiritu dei abscondor, & de altissimo quis mei memorabitur: in populo enim magno non agnoscor. Quæ est enim anima mea in tam magna creatura: ecce cælum, & cælum cælorū, abyssus & vniversa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu eius sunt. A vultu illius mouebuntur montes & colles, & fundamēta terræ, & cum concusserit tremore concutientur, Et in Apocalypsi: Et vidi septem cæde labra

Apoc. 1.

1. Pet. 2.

Num. 24.

Mal. 2.

Apoc. 22.

Sap. 5.

Ez. 41.

Sap. 1.

Ez. 16.

labra aurea, & septem lucernas in capite septē candē labrorum aureorum, & dixi: Quæ sūt istæ domine? Et dixit mihi: Septem lucernæ septem spiritus sunt missi per vniuersum orbem terrarum. Ecce documēta spiritum sanctum non locis detineri, neque regione aliqua terminari, quomodo tu astruis eum vbique non esse diffusum: cuius vocem, secundū domini dictum, quisquis est, audire tamen potest, sed vnde veniat, & quod vadat nulli mortalium scire concessum est.

Si tibi dixerint: spiritus sanctus lucifero comparatus est, ante quem pater filium genuisse se testatur, dicendo: In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Vt illud, quod Petrus Apostolus dixit, Donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. RESPON. Petrus Apostolus, cum pro doctrina credentium hæc in sua Epistola posuisset, spiritum sanctum luciferum proprie nominatū, nec dixit, nec docuit, nec docenda mandauit. Sed & nos qui in trinitate vnum credimus Deum, etiam ipsum dominum & Saluatorem nostrum in figura huius stellæ, non solum a Prophetis verumetiam ab Apostolis ostēdimus prædicatum. In Numeri etiam libro, cum a Balaac impiissimo rege & sacrilego, Balaam quoque Pseudopropheta ad maledicendū Dei populū mercedis titulo fuisset adductus, hæc docetur non sua voluntate, sed diuino imperio inuoluisse. Orietur, ait, stella ex iacob, & ascendet virga ex israel, & percutiet omnia regna terræ. Et in alio loco. Columnæ cæli contremuerunt dominum, astra autem cæli metuent eum. Quoniam hæc est pax & virtus eius, ut splendet in cælo stella eius, ad illuminandos omnes credentes in eum. Hæc in Euangelio: Videmus, inquit, stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Et in Apocalypsi Ioannis Apostoli: Ego sum primus & nouissimus, ego sum radix & origo David, ego sum stella splendida & matutina. Si enim ob huius stellæ vocabulum, & ab eo quod lucifer appellatus est, spiritum sanctum filio minorem esse contendis, nunquid & filium, quem superius in tyrum stellæ ipsum docuimus prædicatum, spiritui sancto inferiorē esse ostendis? Absit, quoniam sicut filius in huius stellæ imagine nuntiatus spiritui sancto non potest dici inferior, ita spiritus sanctus, si proprie fuisset lucifero comparatus, minor filio non poterat apparere.

Si tibi opposuerint, dicentes: Catholicos sacrilego ore blasphemare, quod post patrem & filium a spiritu sancto agnoscantur peccatorum veniam postulare. RESPON. Spiritum sanctum iudicem, & vniuersum mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio posse arguere, dominus in Euangelio docuit, dicens: Cum autem venerit spiritus sanctus, ille arguet mundum de peccato & de iustitia, & de iudicio. Et Esaias: Abluet dominus, ait, fordes filiorum & filiarum sion spiritu iudicij. Et in Solomone: Spiritus domini contra illos stabit, & tanquam turbo venti diuidet illos. Item Esaias: Ecce ego in spiritu meo facio iudicium dicit dominus. Cur igitur ipse abnuis, vt vnusquisque a iudice suo peccatorum veniam non postulet, vt mundior a peccatis & purgator fiat, quum postulando poterit euadere? Si qua forsità facta, aut incauta verbi prolacione noxa incurrat culpæ plane & conuenienter a spiritu sancto venia postulabatur, vt peccatis remissionem & indulgentiā tribuat, qui pro nobis patrem gemitibus Tom. 5.

inennarrabilibus interpellat. Quod autē nos sacrilegos, vocas, quod secundum trinitatis confessionem Deum ac dominum spiritum sanctum esse adseruimus, vide ne tu magis ipse dignus sis hoc nomine nuncupari, qui dum non vis spiritum sanctum confiteri, quem dominus per Apostolos cum patre & filio indiscretum voluit vniuersis gentibus intrinari: Itē, inquit, baptizare omnes gentes, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Si enim spiritus sanctus deitatis substantia patri & filio non coæquatur, cur in sacramento sacri baptismatis nihil absque illo completur?

Si tibi dixerint: in eo minor est spiritus sanctus, quia filius tantummodo de se dicit patrem nosse, & nullam de spiritu sancto mentionem fecisse. RESPON. Sicut in Christo habitat plenitudo diuinitatis, ita in spiritu sancto manifesta sunt altitudines deitatis. Cum enim hæc Apostolus vberius & satanter adfirmet, cur perfidia vestra veritatem maiestatis interpellat? Nemo enim, ait, scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, sic & quæ in Deo sunt nemo nouit, nisi spiritus Dei. Ecce iam non solus nouit filius, quod nouit etiam spiritus sanctus, non quia duæ personæ sunt filij & spiritus sancti, in sciendo quæ Dei sunt aliquam diuersitatem inducit, sed vnitatis communionem fideliter credentibus intimauit. In alio etiam loco sequitur idem Apostolus, dicens, Spiritus est, qui scrutatur etiam profunda Dei. Et iterum: Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Et in Euangelio Iudæis de seipso filius dicit: Vos autem non noistis eum, ego autem noui eum, qui ex ipso sum. Si de Deo est spiritus sanctus, quem admodum de Deo est filius, quomodo minor erit, qui quod in patre filius nouit ipse cognoscit? Docuimus deinde spiritum sanctum de Deo patre, vt filium inennarrabiliter procedentem, quia connexa trinitas inseparabilem in se possidet vnitatem.

Si enim dixerint tibi: ideo minor est spiritus sanctus, quia in nomine eius non baptizauerunt discipuli, sed in nomine filij. RESPON. Non enim est in trinitate diuersitas, in qua est non solum potestatis ac voluntatis indiuidua charitas, sed etiam deitatis & maiestatis æqualitas: quod enim expectatur a patre, inuenitur in filio, & quod inuenitur in filio, tribuitur & spiritui sancto. Si vero distributiones spiritus sancti curioso volueris inquirere animo, Apostolum audies prædicantem: Vnicuique autem nostram datur illuminatio spiritus ad vtilitatem: quibusdam enim per spiritum datur spiritus sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum alij fides in eodem spiritu, alij charismata donationum in vno spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discernio spiritus, alij genera linguarum, alij interpretationes linguarū: omnia autē hæc operatur vnus atque idē spiritus, distribuēs propria vnicuique prout vult. Vt vero in nomine spiritus sancti baptizetur, sicut in nomine patris & filij, & dominus in Euangelio testis est, & Paulus paria pronunciat, dicens: Dominus quidem, cum dicit: Baptizate in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Apostolus, cum omnes nos spiritu baptizatos insinuat, atque confirmat: etenim nos omnes, ait in vno, spiritu baptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi, & omnes in vno spiritu potati sumus. Et iterum, In quo credentes signati estis in SSS iij

1. Cor. 12.

Matt. 28.

1. Cor. 12.

Ephes. 1.

Eph. 3. Spiritu sancto promissionis, qui est pignus hereditatis nostrae in redemptionem adoptionis. Et iterum, *1 Cor. 10.* Ut det vobis secundum diuitias gloriae suae, virtute confortari per spiritum sanctum, in interiorum hominum habitare Christum in cordibus vestris. Et iterum, Nolo vos ignorare, Fratres, quia patres vestri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moysen baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eandem potum spiritalem biberunt. In istis igitur testimoniis vnitas trinitatis ostenditur, dum quod pater vocatur, vel etiam operatur, hoc filius & spiritus sanctus nuncupentur, vel eadem operentur.

1 Cor. 8. Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus. De patre in Apostolo: Vnus Deus pater, ex quo omnia. Et iterum: Non est Deus nisi vnus. De filio in Psalmo xcix. Scitote, quoniam dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos. De spiritu sancto in Apostolo: Spiritus est Deus. Et in Euangelio: Quia Deus ipse est.

1 Cor. 12. Dominus pater dicitur, Dominus filius, dominus spiritus sanctus: De patre in Leuitico. Ego sum dominus Deus vester, qui liberaui vos de terra Aegypti. De filio in Psalmo xcvi. Dicite in nationibus dominus regnauit a ligno. De spiritu sancto in Apostolo: Diuisiones ministracionum sunt, idem ipse dominus. Item ibi: Dominus autem spiritus est. Omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus. De patre in Solomone. Omnipotens sermo tuus, exiliens a regalibus sedibus venit. De filio vbi supra: Vnus enim altissimus creator omnipotens, rex potens & metuendus nimis. De spiritu sancto vbi supra: Est enim in sapientia spiritus intelligentiae sanctus, vnicus, & infra omnia potens. Potens pater, potens filius, potens spiritus sanctus: De patre ad Corinthios: Potens est autem Deus omnem gratiam abundare in vobis. Item ibi. Ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in potentia Dei. De filio vbi supra: Congregatis vobis, & meo spiritu omnipotentia domini nostri Iesu Christi. Item in secunda: An experientum queritis eius qui in me loquitur Christus? qui in vobis non infirmatur, sed potens est. De spiritu sancto vbi supra: Non enim audeo aliquid horum loqui, quorum non perfecit spiritus per me in obedientiam Gentium, verbo & factis, in potestate signorum & prodigiorum, in potentia spiritus. Et iterum, Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis spe & potentia spiritus sancti. Pater deus, pater filius, pater spiritus sanctus. De patre & Apost. Vnus deus pater, ex quo omnia. Et iterum: Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula. De filio in cantico Deuteronomio: Nonne hic pater tuus possedit te, & fecit & constituit te? Et Esaias: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. Et infra: Deus fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis. De spiritu sancto ad Hebraeos: Homines quidem nostrae carnis habebamus correptores, & verebamur in eis, quanto magis subiiciemur patri spiritus, & obediemus ei ut viuamus? Illi quidem paucis diebus pro voluntate sua sicut ipsis videbatur disciplinam dabant: spiritus autem ad vtilitatem accipiendam sanctificationis suae.

Sanctus pater, sanctus filius, sanctus spiritus sanctus. De patre in Esdra: Quoniam sanctus deus est veritas. Et in Leuitico: Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum dominus deus vester. De filio in Euangelio: Sciote qui sitis tu sanctus dei. Item ibi, Quod nascitur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. De spiritu sancto in Solomone. Sanctus enim spiritus disciplinae effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu.

Princeps pater, princeps filius, princeps spiritus sanctus. De patre in Iudicum, Dixit ad eos Gedeon. Non principabor ego vestri, neque filius meus, sed deus princeps est in vobis. Et in Numeris, Non erit labor in Iacob, neque videbitur labor in Israhel, quoniam dominus deus eius cum eo, & ipse praecelarus princeps cum ipso. De filio in Epistola Petre Apost. Pascite gregem dei, qui est in vobis, non quasi coarcti, sed voluntarie ex animo, ut cum apparuerit princeps pastorum, accipiat in marcescibilem coronam. De spiritu sancto Psal. 50. Redde mihi laetitiam salutaris tui, & spiritui principali confirma me.

Rex pater, rex filius, rex spiritus sanctus. De patre in Esai. Dominus rex magnus, & diues in operibus suis. Et in Psal. Deus autem rex noster ante saecula operatus est salutem in medio terrae. De filio in Apocal. Rex exercitus caelestis sequebatur eum in equis albis, induti bisinum mundum. Et infra. Et habet in vestimento & in saemore suo nomen scriptum. Rex regum, & dominus dominatum. De spiritu sancto in Esai. Vidi dominum regem sabaoth oculis meis, & audiui vocem dicentem mihi, quem mitam, & quis ibit ad populum istum? Et dixi. Ecce ego sum, mitte me. Et dixit ad me. Vade & dic populo huic. Aure audietis & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. Ut spiritum sanctum fuisse aduertat, Paulum audi Iudaeos in Actib. increpantem. Bene inquit, spiritus sanctus locutus est ad patres vestros. Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis.

Iudex pater, iudex filius, iudex spiritus sanctus. De patre in Psalmo. X L I X. Et adnuntiabunt caeli iustitiam eius, quoniam deus iudex est. Et in septimo. Deus iudex iustus, fortis & patiens. De filio in Canonis. Ecce enim iudex ante ianuam adstitit. De spiritu sancto. Et nunc reuelabitur homo peccati filius perditionis, quem interficiet dominus spiritu oris sui, Et in Esai. Ecce ego in spiritu meo facio iudicium dicit dominus deus. Perfectus pater, perfectus filius, perfectus spiritus sanctus. De patre in Euangelio, estote ergo perfecti, sicut pater vester caelestis perfectus est. De filio ad Hebraeos, ex his enim quae passus est didicit obediens fieri, qui etiam perfectus factus est omnibus obedientibus sibi. De spiritu sancto vbi supra. Sed accessistis ad montem Sion, & ad ciuitatem viuentis Hierusalem. Et infra. Et ad spiritum iustorum perfectorum.

Verus pater, verus filius, verus spiritus sanctus. De patre in Solom. Deus noster suauis & verus est, nosse autem te consummatio iustitiae est. De filio in Ioan. Ut sumus in vero filio eius Iesu Christo, hic est deus verus, & vita aeterna. De spiritu sancto in euangelio. Cum venerit paracletus ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Iustus pater, iustus filius, iustus spiritus sanctus. De patre in exodo. Vocauit autem Pharaon Moysen & Aaron, dixit eis. Peccauit nunc, nam deus iustus est, ego au-

ego autem & populus meus impij. De filio in Sophonia: Dominus iustus in medio tui, non facies iniuste. Et in Epistola Ioannis: Sicut docuit vos manere in eo. Et infra: Quod si scitis, quia iustus est, scitis quia omnis qui facit iustitiam ex ipso est. De spiritu sancto in Apostolo: Magnum pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificarum est in spiritu.

Fortis pater fortis filius, fortis spiritus sanctus. De patre in Esai. Deus fortis & potens, magni nominis domine. De filio in Psalmo centesimo septimo decimo: Fortitudo mea & laudatio mea dominus. De spiritu sancto in Solomone: In timore dei spiritus fortitudinis, & in viis eius pax & vita aeterna.

Iudicat pater, iudicat filius, iudicat spiritus sanctus. De patre in Psal. 42. Iudica me deus, & discerne causam meam. De filio in Psal. 9. Praeparauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terrae in aequitate. De spiritu sancto in Esai. Et albet dominus sordes filiorum & filiarum Sion, & sanguinem purgabit de medio eorum spiritu iudicij.

Operatur pater, operatur filius, operatur spiritus sanctus. De patre ad Philippenses: Deus est, qui operatur in vobis & velle. De filio in Euangelio: Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. De spiritu sancto in Apostolo: Operatur autem vnus atque idem spiritus, diuidens singulis propria prout vult.

Excelsus pater, excelsus filius, excelsus spiritus sanctus. De patre in Daniele: Signa & prodigia quae fecit mecum deus excelsus. Et in Psal. 77. Deus excelsus redemptor eorum est. De filio in Psal. centesimo duodecimo: Excelsus super omnes gentes dominus, super caelos gloria eius. De spiritu sancto in Esai. Haece dicit excelsus in excelsis, habitans in aeternum sanctus in sanctis, dominus excelsus nomen eius, in sanctis requiescens.

Ignis pater, ignis filius, ignis spiritus sanctus. De patre in Deuteronomio: Obseruate ne faciatis vobis ipsis vel simulachrum omnium de quibus praecipit tibi deus quoniam dominus deus tuus ignis consumens est. De filio in Psalmo centesimo octavo: Ignitum verbum tuum nimis, & seruus tuus dilexit illud. De spiritu sancto in Actibus: Et visa sunt illis diuisae linguae tanquam ignis, sed itaque super vnunquenque eorum, & repleti sunt spiritu sancto.

Lux pater, lux filius, lux spiritus sanctus. De patre in Ioannis Epistola: Deus lux est, & tenebrae in eo non sunt vlla. De filio in Euangelio: Ego sum lux huius mundi, qui persequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae. De spiritu sancto in Ezechiele. Ecce spiritus domini surgens veniebat ab aquilone, & in circuitu eius lux refulgens.

Bonus pater, bonus filius, bonus spiritus sanctus. De patre in Psalmo 72. Quam bonus deus Israhel repletis corde. De filio: Ego sum pastor bonus. Et: Magister bone, quid boni faciam ut habeam vitam aeternam? De spiritu sancto in Esdra: Spiritum tuum bonum dedisti eis. Et in Solomone: Bonus spiritus tuus in omnibus.

Magnus pater, magnus filius, magnus spiritus sanctus. De patre in Genesi: Nunc intellexi quoniam magnus est deus. Et in Psalmo octuagesimo quinto:

Tu es deus solus magnus. De filio ad Titum: Expectantes beatam spem, aduentum gloriae magni dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. De spiritu sancto in Regnorum, ait dominus ad Heliam: Egredere, & sta in monte coram me, & ecce dominus transiit, & spiritus magnus & fortis, subuertens, & conterens petram ante dominum.

Virtus patris, virtus filij, virtus spiritus sancti. De patre ad Romanos: Non enim confundor de Euangelio, virtus enim dei est in salutem omni credenti. De filio ad Corinth. Libertissimè igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet virtus Christi in me. Et de spiritu sancto ad Thessalonicenses: Sciens Fratres, electi a deo, dilectionem vestram, quia Euangelium nostrum non fuit apud vos in verbo tantum, sed in virtute spiritus sancti.

Fons pater, fons filius, fons spiritus sanctus. De Hier. 2. patre in Hieremia: Haece dicit dominus deus Israhel. Duo mala fecit populus meus, me reliquerunt fontem aquae viuae, & foderunt sibi lacus detritos, qui aquam non possunt continere. De filio in Solomone: Fons sapientiae verbum dei in excelsis. De spiritu sancto in Esai: Ecce nomen dei post multum tempus, ardens in ira indignationis vorauit gentes, & spiritus velut fons aquae in valle trahens.

Fluuus pater, fluuius filius, fluuius spiritus sanctus. De patre in Solomone: Benedictio dei tanquam fluuius inundans, & in Psalmo L X I I I. Fluuius dei repletus est aqua. De filio in Esai: Haece dicit dominus: Ego declinabo in eis ut fluuius pacis, & ut torrentis inundans gloriam Gentium. Item ibi: Et apparebit in Sion sicut fluuius decurrens, & clarus in terra sitienti. De spiritu sancto in Euangelio: In die festo magno stabat Iesus, & clamabat dicens: Quisquis credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae viuae. Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.

Verbum dei patris filius, verbum dei spiritus sanctus. De filio in Euangelio: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et in Apocalypsi: Et erat coopertus vestimentum aspersum sanguine, & vocabitur nomen eius, verbum dei. De spiritu sancto ad Ephesios: In omnibus adsumentes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula nequissimi candentia extinguere, & galeam salutis, & gladium spiritus, quod est verbum dei.

Charitas pater, charitas filius, charitas spiritus sanctus. De patre in Ioannis Epistola. Filioli, deus charitas est, & qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. De filio ad Corinthios: Sine enim meo excessimus deo, sine sobrijs sumus vobis, charitas enim Christi irget nos. De spiritu sancto ad Romanos: Obsecro itaque vos Fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem spiritus sancti. Et ad Galatas: In libertate vocati estis. Et infra: Sed per charitatem spiritus seruite in inuicem. Et ad Corinthios inquit: Vultis veniam ad vos in virga, an in charitate spiritus.

Vitam aeternam dat pater, hanc filius, ipsam spiritus sanctus. De patre in Ioannis Epistola: Qui non credit deo, mendacem facit eum, quia non credit testimonio, quod testatus est de filio suo, & hoc est deus. De filio in Euangelio: Oues meae vocem meam

Ioan. 10. Gal. 6.

audiunt, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis. Et in Epistola Ioannis: Qui habet filium, habet vitam æternam. De spiritu sancto ad Galatas: Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

2. Theff. 3 Rom. 15.

Pacem dat pater, pacem dat filius, pacem dat spiritus sanctus. Item ibi: Deus noster pacem da nobis. Et Apostolus: Deus autem pacis det vobis pacem. Et iterum: Deus autem spei adimpleat vos omni gaudio & pace, ut abundetis & glorificetis patrem domini nostri Iesu Christi. De filio in Numeris: Hæc dicit dominus, qui fecit Israël: Ecce ego do illis testamentum pacis, & eritis cum eo, & cum semine eius post ipsum. De spiritu sancto Apostolus: Prudentia enim carnis mors est, prudentia autem spiritus vita & pax est.

Rom. 8. 2. Cor. 1.

Consolatur pater, consolatur filius, consolatur spiritus sanctus. De patre ad Corinthios: Benedictus deus pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & deus totius consolationis, qui consolatur nos. De filio ubi supra: Quoniam sicut abundant passionem Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. De spiritu sancto in Euangelio: Cum venerit consolator quem miramini vobis, spiritum veritatis, qui a patre meo procedit, ipse vos docebit omnem veritatem, & ventura adnuntiabit vobis.

Adiuuat pater, adiuuat filius, adiuuat spiritus sanctus. De patre in Psalmo quadragesimo quinto: Deus in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam deus vultu suo. De filio in Euangelio: Cum venisset Iesus in partes Tyri & Sydonis, ecce mulier Chananea à finibus illis egressa clamar, dicens: Adiuua me domine. De spiritu sancto in Apostolo: Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram.

Act. 7. 1. Cor.

Deus gloriæ pater, hoc filius, hoc spiritus sanctus. De patre in Actibus: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham, cum esset in Mesopotamia. De filio in Apostolo: Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. De spiritu sancto ad Corinthios: An nescitis quia corpora vestra templum est in vobis spiritus sancti, quæ habetis à deo? Et infra: Glorificate & portate dominum in corpore vestro.

Act. 13. Tit. 2.

Doctrina patris, doctrina filij, doctrina spiritus sancti. De patre in Actibus: Tunc vidit Proconsul quod factum est, & credidit, admirans in doctrina dei. De filio ad Titum: Serui dominis suis obediētes sint in omnibus. Et infra: Ut doctrina saluatoris nostri Iesu Christi ornentur in omnibus. Et iterum: Qui non manet in doctrina Christi, deum non habet.

1. Cor. 2. 2. Theff. 2.

De spiritu sancto ad Corinthios: Quæ loquimur, non in sapientiæ humanæ doctrinæ verbis, sed in doctrina spiritus sancti.

1. Cor. 6.

Sanctificat pater, sanctificat filius, sanctificat spiritus sanctus. De patre ad Thessalonicenses. Debemus gratias agere deo semper pro vobis, fratres dilecti à deo, qui elegit nos ab initio in salutem, in sanctificationem. Et propheta: Paraui deus sacrificiū, & sanctificauit electos suos. De filio in Apostolo: Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, & sanctificati in nomine domini nostri Iesu Christi. De spiritu sancto in Canonicis: Secundum prouidentiam dei patris in sanctificationem spiritus. Et ad Romanos:

Ut fiat oblatio Gentium acceptabilis, sanctificata in spiritu sancto.

Reuelat pater, reuelat filius, reuelat spiritus sanctus. De patre ad Romanos: Cum autem placuit deo, qui me segregauit de utero matris meæ per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me. De filio ad Galatas: Neque enim ego ab homine accepi illud, aut didici, sed per reuelationem Iesu Christi. De spiritu sancto ad Ephesios: Quod aliis generationibus non fuit notum filiis hominum, nunc autem reuelatum est per spiritum sanctum sanctis Apostolis & Prophetis.

Benedicet te pater, benedicet filius, benedicet spiritus sanctus. De patre ad Ephesios: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali. De filio in Solomone: Benedictio domini super caput iusti. Et in Psalmo octuagesimo tertio: Benedictio dabitur qui legem dedit. De spiritu sancto ad Galatas: Vt in Gentibus benedictio Abraham fieret in Christo Iesu, ut benedictionem spiritus accipiamus.

Gaudium dat pater, idem filius, idem spiritus sanctus. De patre in Esaia: Hæc dicit dominus deus Israël: Gaudium sempiternum do eis, & mundabo eos, & erunt acceptabilia opera eorum coram me. De filio in Euangelio: Videbo vos & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo auferet. De spiritu sancto ad Thessalonicenses: Excipite verbum in tribulatione multa, in gaudio spiritus sancti. Et ad Romanos: Non est enim regnum dei escæ & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto.

Regenerat pater, regenerat filius, regenerat spiritus sanctus. De patre Apostolus dicit: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem vitæ æternæ. De filio ubi supra: In charitate fraternitatis diligite inuicem, quasi renati per verbum dei viuī, & permanentis in æternum. De spiritu sancto in Euangelio: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei.

Requiem dat pater, requiem filius, requiem spiritus sanctus. De patre in Exodo: Locutus est dominus ad Moysen dicens: Ecce tu apponeris ad patres tuos, & requiē dabo tibi, & scies quia ego sum dominus, qui conseruaui te in vita tua. De filio ad Thessalonicenses: Vt digni habeamini regno dei, pro quo & patimini. Et infra: Retribuere his, qui vos tribulant, retributionem, & vobis qui tribulamini requiem. De spiritu sancto in Apocalypsi: A modo dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis.

Saluat pater, saluat filius, saluat spiritus sanctus. De patre in Psal. cententesimo quinto: Salua nos deus noster, & congrega nos de gentibus. De filio in Psalmo centesimo primo: Quoniam saluam faciet dominus Sion, & videbitur in maiestate sua. Et in Apostolo. Quoniam sperauimus in deum viuū, qui est saluator omnium, maxime fidelium. De spiritu sancto ad Titum: Cum autem benignitas & humanitas Saluatoris nostri dei, saluos nos fecit per virtutem regenerationis spiritus sancti.

Dilectio patris, dilectio filij, dilectio spiritus sancti. De patre Ioannes Apostolus: deus dilectio est. Et iterum: Si deus dilexit nos, & nos debemus inuicem

1. Ioan. 4.

cem diligere. De filio in Euangelio: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Et iterum: Cum autem dilexisset discipulos suos, vsque in finem dilexit eos. De spiritu sancto in Ioannis Epistola: Et hoc cognoscimus, quia dilectio eius manet in nobis de spiritu sancto, quem dedit nobis.

Psal. 91.

Rectus pater, rectus filius, rectus spiritus sanctus. De patre in Psalmo nonagesimo primo. Quoniam rectus est dominus deus noster, & non est iniquitas in eo. De filio in Psalmo tricesimo secundo: Quoniam rectus est sermo domini, & omnia opera eius in fide. De spiritu sancto in Psalmo quinquagesimo: Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum renoua in visceribus meis.

1. Tim. 1. Rom. 9.

Benedictus pater, benedictus filius, benedictus spiritus sanctus. De patre in Euangelio: Benedictus dominus deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. De filio ad Romanos. Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. De spiritu sancto in Solomone: Benedictus spiritus iustorum à domino, & in respectu illius gloriabuntur.

1. Tim. 1.

Confortat pater, sic filius, ita spiritus sanctus. De patre in Esther: Conforta me rex deorum omnium principatum tenens. De filio Apostolus: Gratias ago deo nostro Iesu Christo, qui confortauit me, & fidelem estimauit, ponens in ministerio. De spiritu sancto in Euangelio: Puer autem crescebat, & confortabatur in spiritu.

1. Tim. 1. Act. 2.

Resuscitat pater, resuscitat filius, resuscitat spiritus sanctus. De patre in Actibus: deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, & nos resuscitabit per potentiam suam. De filio in Euangelio: Multi autem iudæorum venerunt ibi, non solum propter Iesum, sed vt Lazarum viderent, quem resuscitauerat à mortuis. De spiritu sancto in Apostolo: Si autem spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in nobis, viuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum sanctum in vobis.

1. Tim. 1. 1. Cor. 4.

Inuisibilis pater, inuisibilis filius, hoc spiritus sanctus. De patre ad Corinthios: Qui est imago dei inuisibilis. De filio in libro Iob: Sapientiam dei vnde inuenies? Later enim à conspectu omnium, & volucibus cæli absconsa est. De spiritu sancto ubi supra: Et spiritus occurrit in facie mea, & horruerunt capilli mei, & carnes & vultum, & speciem non vidi, sed vocem tantum audiebam.

1. Cor. 4.

Viuit pater, viuificat filius, hoc spiritus sanctus. De patre ad Romanos: Quia patrem multarum Gentium posui te ante deum, cui credidisti, qui viuificat. De filio in Solomone: dominus mortificat, & viuificat. Et in Euangelio: Sicut pater suscitauit mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. De spiritu sancto in Epistola Petri Apostoli: Mortificatus carne, viuificatus autem spiritu. Et Paulus Apostolus: Litera occidit, spiritus autem viuificat.

1. Tim. 3. Tit. 3.

Gratia dei patris, gratia filij, gratia spiritus sancti. De patre ad Romanos: Multo magis gratia dei, & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. Item ibi: Quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum. De filio ad Corinthios: Nostis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quia propter vos pauper factus est cum diues esset. De spiritu in Actibus: Cecidit

spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbū, & obstupuerunt qui erant ex circumcissione fideles, qui simul cum Petro venerant, quoniam & Gentibus gratia spiritus sancti diffusa est.

Renouat pater, renouat filius, hoc spiritus sanctus. De Patre in Hieremia: Conuertere nos deus, & conuertemur ad te: Renoua dies nostros sicut ab initio. De filio in Solomone: Attingit autem vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, & cum sit vna omnia innouat. De spiritu sancto ad Romanos: Nunc vero euacuati sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ.

Signat pater, signat filius, signat spiritus sanctus. De patre ad Corinthios: Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & Christum in vobis, & qui vnxit nos deus & signauit nos. De filio ad Ephesios: Audientes verbum Euangelij salutis vestra, in quo credentes signati estis. De spiritu sancto ubi supra: Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in diem redemptionis.

Vngit pater, vngit filius, vngit spiritus sanctus. De patre in Psalmo quadragesimo quarto: Propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ. Et in octogesimo octauo: Inueni David seruum meum, oleo sancto vnxi eum. De filio in epistola Ioannis: Et nos vnctionem quam accepimus à sancto manet in nobis, & non necesse habetis vt aliquis doceat vos. De spiritu sancto in Esaia: Spiritus domini super me, propter quod vnxit me euangelizare pauperibus.

Arguit pater, arguit filius, arguit spiritus sanctus. De patre in deuteronomio: Ne dixeritis, misericors est deus noster, non reddet nobis peccata nostra, ipse enim secundum pietatē in sine redarguet peccatores. De filio in Esaia: Ex Sion enim prodiet lex, & verbum domini de Hierusalem, & iudicabit in medio gentium, & redarguet populum multum. De spiritu sancto in Euangelio: Cum venerit spiritus ille sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ipse arguet mundum de peccato.

Congregat pater, congregat filius, congregat spiritus sanctus. De patre in Psalmo centesimo quinto: Salua nos deus noster, & congrega nos de gentibus. De filio in Esaia: Et ambulabunt in ea redempti congregati per dominum. De spiritu sancto in Esaia. Quoniam dominus mandauit illis, & spiritus eius congregauit eos.

Vbiq; pater, vbiq; filius, vbiq; spiritus sanctus. De patre in Hieremia: Hæc dicit dominus virum deus Israël: Cælum & terrā ego impleo. Item in Esaia: Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. De filio in Solomone: Sapientiam autem non vincet malitia, attingit autem à fine vsque ad finem fortiter. Et in Psalmo centesimo secundo: In omni loco dominationes eius. De spiritu sancto in Psalmo: Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Si descendero in abyssum a-

des, &c. Liberat pater, liberat filius, liberat spiritus sanctus. De patre in Psalmo septuagesimo septimo: Et rememorati sunt quia deus adiutor eorum est, & deus excelsus liberator eorū est. Et in Psalmo quinquagesimo sexto: Clamabo ad deum altissimum, ad dominū qui benefecit mihi, misit de cælo & liberauit me, &c. De filio in Euangelio: Si vos filius li-

Joan. 8.
Rom. 8.
2. Cor. 3.

berauerit, verè liberi eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. De spiritu sancto in Aposto- lo: Spiritus vitæ in Christo Iesu liberavit me à lege peccati & mortis. Et: Vbi spiritus domini, ibi & libertas.

Luc. 8.

Increpat pater, increpat filius, increpat spiritus sanctus. De patre in Psalmo centesimo quinto: Ut notam faciat potentiam tuam, increpauit rubro mari & siccatum est. De filio in Euangelio: Et furgēs increpauit vento & mari, & facta est tranquillitas magna. De spiritu sancto in cantico Exodi: Et per spiritum iracundæ tuæ diuisa est aqua, gelauerunt fluctus in medio mari.

1. Ioan. 2.

Adiuocatus filius, adiuocatus spiritus sanctus. De filio in epistola Ioannis Apostoli: Filioli, nolite peccare: Quod si peccauerimus, adiuocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. De spiritu sancto in Euangelio: Ego rogabo patrem, & alium paraclætum adiuocatum dabit vobis, spiritum veritatis.

Rom. 8.

Interpellat filius, interpellat spiritus sanctus. De filio ad Romanos: Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, magis autem & resurrexit, qui est in dextera dei, qui etiam interpellat pro nobis. De spiritu sancto vbi supra: Si autem quod non videmus speramus, & per patientiam expectamus. Similiter autē & spiritus infirmitatem nostram interpellat.

1. Cor. 5.

Ædificat pater, ædificat filius, ædificat spiritus sanctus. De patre ad Corinthios: Vei sumus adiutores, dei ædificatio estis. Et iterum: Si aliquid abundantijs gloriarus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis deus in ædificationem fidelium. De filio in psalmo centesimo quadragesimo sexto: Ædificans Hierusalem dominus, & dispersos Israël congregans. De spiritu sancto in Iudith: Magnus es tu & clarus, & admirabilis in virtute. Et infra: Tibi seruiat omnis creatura, quia tu dixisti & facta sunt, misisti spiritum tuum & ædificata sunt.

2. Cor. 11

Castitatem dat pater, dat filius, dat spiritus sanctus. De patre in Esdra: Tu deus fortis magnus, & valens, & metuendus, qui custodis testamentum & misericordiam. De filio in Apostolo: Timeo autem, ne sicut serpens astutia sua seduxit Euam, ita corrumpantur sensus nostri à castitate quæ est in Christo Iesu. De spiritu sancto in epistola Petri Apostoli: Animas vestras per spiritum castificare ad obedientiam fidei.

1. Pet. 1.

Habitat pater in credentibus, habitat filius, habitat spiritus sanctus. De patre in Esaiâ: Hæc dicit dominus deus omnipotens: Obseruate diem sabbati, & sanctificate eum, vt habitem in medio vestri. De filio in Apocalypsi: Ecce tabernaculum dei cum hominibus & habitabit cum eis in terris. Et in Esaiâ: Et inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, dicit dominus. De spiritu sancto ad Corinthios: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis?

1. Cor. 3.

Cognoscitur pater, cognoscitur filius, cognoscitur spiritus sanctus. De patre ad Galatas: Nunc autem cognoscetes deum, imò cogniti à deo. Et in Epistola Ioannis: Scribo vobis patres, quia cognouistis eum qui ab initio est. De filio & patre in Euangelio: Vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. De spiritu sancto in Euangelio: Ego rogabo patrem, & alium paraclætum adiuocatum dabit vobis, spiritum veritatis.

1. Ioan. 2.

Tem cognoscetes deum, imò cogniti à deo. Et in Epistola Ioannis: Scribo vobis patres, quia cognouistis eum qui ab initio est. De filio & patre in Euangelio: Vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. De spiritu sancto in Euangelio: Ego rogabo patrem, & alium paraclætum adiuocatum dabit vobis, spiritum veritatis.

Ioan. 17.

Tem cognoscetes deum, imò cogniti à deo. Et in Epistola Ioannis: Scribo vobis patres, quia cognouistis eum qui ab initio est. De filio & patre in Euangelio: Vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. De spiritu sancto in Euangelio: Ego rogabo patrem, & alium paraclætum adiuocatum dabit vobis, spiritum veritatis.

gelio: Ego rogabo patrem, & alium paraclætum dabit vobis, spiritum veritatis. Et infra: Vos autem cognouistis eum, quia vobiscum est.

Eligit pater, eligit filius, eligit spiritus sanctus. De patre in Apostolo: Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui elegit nos ante constitutionem mundi. De filio in Euangelio: Non vos me elegistis, sed ego vos elegi de mundo. De spiritu sancto in Actibus: Cum ergo ieiunassent & orassent, dixit eis spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam & Paulum in opere quo elegi eos.

Regnat pater, regnat filius, regnat spiritus sanctus. De patre in Euangelio: Si quis nō renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest videre regnum dei. De filio in psalmo nonagesimo quinto: Dicite in gentibus, dominus regnavit à ligno: De spiritu sancto in Solomone: A spiritu domini data est potestas vobis, Et infra: Et cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicatis.

Scrutatur pater, scrutatur filius, scrutatur spiritus sanctus. De patre in psalmo centesimo trigésimo octauo: Proba me domine, & scito cor meum, scrutare me, & cognosce semitas meas. De filio in Apocalypsi: Et scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutator cordis & renum. De spiritu sancto in Apostolo: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda dei.

Probat pater, probat filius, probat spiritus sanctus. De patre ad Thessalonicenses: Ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra. De filio in Solomone: Sicut aurum in fornace probauit eos, & inuenit eos dignos se. De spiritu sancto in Solomone: Spiritus domini probat corda exterminabit autem impios à terra.

Testificatur pater, testificatur filius, testificatur spiritus sanctus. De patre in psalmo octauo decimo: Testimonium dei fidele, sapientiam præstans parulis. De filio ad Timotheum: Præcipio tibi coram deo, qui confirmat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddit sub Pontio Pilato. De spiritu sancto in Apostolo: Nam ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro.

Creator dicitur pater, hoc & filius, hoc & spiritus sanctus. De patre ad Ephesios: Illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo qui omnia creauit. De filio ad Romanos: Coluerunt, & seruiuerunt creaturæ potius quam creatori, qui est super omnia deus benedictus in secula. De spiritu sancto in Solomone: Et vidit, & dinumerauit, & mensus est omnia, ipse creauit ea per spiritum sanctum.

Dux dicitur pater, hoc filius, hoc spiritus sanctus. De patre in Deuteronomio: Et dixit Moyses ad omnem synagogam filiorum Israël: Scitote & intelligite, quoniam in manu forti, & brachio excelso eduxit vos deus vester de medio Aegyptiorum. De filio in Esaiâ: Nō deficiet princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est, & in nomine eius Gentes sperabunt. De spiritu sancto in Ezechiele: Eduxit me spiritus domini, & posuit me in medio cæpo, & erat plenus ossibus mortuorum.

Vocat pater, vocat filius, vocat spiritus sanctus. De patre ad Corinthios: Vnum quenque sicut vocauit deus ita ambulet, sicut etiam in ecclesijs omnibus doceo. De filio in Euangelio: Transiente Iesu vidit

Mar. 2.

su vidit hominem quendam sedentem ad telonium, Mattheum nomine, & vocauit eum & dixit ei. Sequere me. De spiritu sancto in Actibus: Et cum seruirent deo dixit eis spiritus sanctus: Separate mittite Barnabam & Paulum in opere quo vocauit eos.

Act. 13.

Misericos pater, hoc filius, hoc spiritus sanctus. De patre in Apostolo: Deus autem qui diues est in misericordia, in magna charitate miserus est nostri De filio in Euangelio: Misereor huic turbæ, quoniã triduum habet, & dimittere eos ieiunos nolo. De spiritu sancto in Zacharia. Ecce ego effundam super domum Dauid, & super eos, qui habitant in Hierusalem, spiritum gratiæ & miserationis.

Ephes. 2.

Templum patris templum filij, templum spiritus sancti. De patre in Apostolo: Templum enim dei sanctum est, quod estis vos: Nemo vos fallat. Si quis templum dei violauerit, disperdet illum deus. De filio in Apocalypsi: Et placet ciuitatis auro mundo, & templum in ea non vidi: dominus autem & agnus templum eius est. De spiritu sancto ad Corinthios: An ignoratis, quoniam copora vestra templum in vobis est spiritus sancti, quem habetis à deo?

1. Cor. 6.

Constituit pater, idem filius, idem spiritus sanctus. De patre Hieremias: Dixit dominus deus: Ecce ego constitui te hodie super gentes & regna, vt euellas & destruas, & reedifices, & plantes. De filio in Actibus: In die quo Apostolus elegit per spiritum sanctum quibus constituit prædicare Euangelium. De spiritu sancto vbi supra: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus constituit Episcopos.

1. Cor. 6.

Manifestat pater, manifestat filius, manifestat spiritus sanctus. De patre ad Romanos. Quia quod notum est dei, manifestum est illis: deus enim illis manifestauit. De filio in Euangelio: Hoc primum signorū fecit Iesus in Chana Galilee, & manifestauit potentiam suam. De spiritu sancto ad Corinthios: Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.

1. Tim. 6.

Ostendit pater, ostendit filius, ostendit spiritus sanctus. De patre ad Timotheum: Vt serues mandatum sine macula irreprehensibile, vsque ad aduentum domini nostri Iesu Christi, quem in suis temporibus ostendet beatus, & solus potens Rex regum, & dominum dominantium. De filio in Euangelio: Dico vobis amicis meis, ne timeatis eos qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quod faciant: ostendam autem vobis quem timeatis. Et in Euangelio: Multa bona opera ostendi vobis, propter quod horum opus lapidatis me. De spiritu sancto ad Corinthios. Sermo in eis, & prædicatio mea non in suauoribus sapientie verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis.

1. Tim. 6.

Mensuram dat pater, mensuram dat filius, mensuram dat spiritus sanctus. De patre ad Romanos: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad temperantiam, vnicuique sicut deus partitus est mensuram fidei. De filio ad Corinthios: Sed & nos ipsi inter nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobismetipsis, non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis dominus Iesus mensuram pertingendi vsque ad vos. De spiritu sancto in Solomone: Spiritus sapientie replet pacem, & dat salutis fructum, vidit, & dinumerauit, & mensus est vtra-

1. Cor. 12.

que in dono dei. Modestia patris, modestia filij, modestia spiritus sancti. De patre in Hieremia: Deus qui modestia tua sancta constituisti omnia, deprecor vt des seruis tuis gratiam in conspectu regis Babylonis, cui pro peccatis nostris & parum nostrorū tradidisti nos. De filio ad Corinthios: Obsecro autem vos, fratres, per mansuetudinem & modestiam Christi. De spiritu sancto in epistola Petri Apostoli: Non extrinsecus capillorum implicitus, aut auri circundatio, aut habitus vestimentorum cultior, sed qui abscondus est homo incorruptibili modestia spiritus, qui est ante deum locuples.

1. Cor. 12.

Misit pater, misit filius, misit spiritus sanctus. De patre in Apostolo: Misit deus filium suum in similitudine carnis peccati. De filio in Euangelio: Misit vos metere vbi non seminastis. De spiritu sancto in Actibus, Petro hæsitante de visu: Dixit ei spiritus sanctus: Surge, vade cum illis, quoniam ego misit eos. Protegit pater, protegit filius, protegit spiritus sanctus. De patre in psalmo octogésimo tertio: Protector nunc aspice in faciem Christi tui. De filio in psalmo sexto decimo: Custodi me domine vt pupillam oculi, sub umbra alarum tuarū protege me. De spiritu sancto in Solomone: Spiritus domini protectio est, & signamentum virtutis.

1. Cor. 12.

Digitus patris, digitus filij, digitus spiritus sancti. De patre in Exodo: Dixerunt Magi Pharaoni regi: Digitus dei est. Item ibi: Et accepit Moyses duas tabulas scriptas digito dei. De filio in Euangelio: Et inclinans se Iesus digito scribebat in terra. De spiritu sancto in Euangelio. Si ego in digito dei eiicio daemones, vti que appropinquauit in vobis regnum dei. In alio loco: Si ego in spiritu dei eiicio daemones, scitote quia peruenit in vos regnum dei.

1. Cor. 12.

Fides patris, fides filij, fides spiritus sancti. De patre ad Romanos: Quid enim si quidam illorū nō crediderunt? nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? De filio in Apostolo: Quod autem viuo in carne, in fide viuo filij dei, qui dilexit me. De spiritu sancto vbi supra. Habentes eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum.

1. Cor. 12.

Prædixit pater, prædixit filius, prædixit spiritus sanctus. De patre in Actibus. Deus autem, qui prædixit per os sanctorum Prophetarum suorum iuxta Christum suum impleuit. De filio in Euangelio: Et nuntiante fratribus, quia præceder vos in Galilæam, ibi cum videbitis, ecce prædixi vobis. De spiritu sancto in Actibus: Stans vero Petrus cum vndecim eleuata voce dixit: Viri fratres, oportet impleri scripturam quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum.

1. Cor. 12.

Docet pater, docet filius, docet spiritus sanctus. De patre in psalmo septuagesimo: Docuisti me deus à iuuenture mea. Et in centesimo quadragesimo tertio: Benedictus dominus deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. De filio in Euangelio. Et circuibat Iesus ciuitates omnes, & castella, docens in in synagogis eorum. Et iterum: Cum sedisset aperuit os suum, & docebat eos. De spiritu sancto in Euangelio: Cum autem uenerit paraclætus ille spiritus sanctus veritatis, docebit vos veritatem.

1. Cor. 12.

Docet pater, docet filius, docet spiritus sanctus. De patre in psalmo septuagesimo: Docuisti me deus à iuuenture mea. Et in centesimo quadragesimo tertio: Benedictus dominus deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. De filio in Euangelio. Et circuibat Iesus ciuitates omnes, & castella, docens in in synagogis eorum. Et iterum: Cum sedisset aperuit os suum, & docebat eos. De spiritu sancto in Euangelio: Cum autem uenerit paraclætus ille spiritus sanctus veritatis, docebit vos veritatem.

1. Cor. 12.

Docet pater, docet filius, docet spiritus sanctus. De patre in psalmo septuagesimo: Docuisti me deus à iuuenture mea. Et in centesimo quadragesimo tertio: Benedictus dominus deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. De filio in Euangelio. Et circuibat Iesus ciuitates omnes, & castella, docens in in synagogis eorum. Et iterum: Cum sedisset aperuit os suum, & docebat eos. De spiritu sancto in Euangelio: Cum autem uenerit paraclætus ille spiritus sanctus veritatis, docebit vos veritatem.

1. Cor. 12.

Docet pater, docet filius, docet spiritus sanctus. De patre in psalmo septuagesimo: Docuisti me deus à iuuenture mea. Et in centesimo quadragesimo tertio: Benedictus dominus deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. De filio in Euangelio. Et circuibat Iesus ciuitates omnes, & castella, docens in in synagogis eorum. Et iterum: Cum sedisset aperuit os suum, & docebat eos. De spiritu sancto in Euangelio: Cum autem uenerit paraclætus ille spiritus sanctus veritatis, docebit vos veritatem.

1. Cor. 12.

Docet pater, docet filius, docet spiritus sanctus. De patre in psalmo septuagesimo: Docuisti me deus à iuuenture mea. Et in centesimo quadragesimo tertio: Benedictus dominus deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. De filio in Euangelio. Et circuibat Iesus ciuitates omnes, & castella, docens in in synagogis eorum. Et iterum: Cum sedisset aperuit os suum, & docebat eos. De spiritu sancto in Euangelio: Cum autem uenerit paraclætus ille spiritus sanctus veritatis, docebit vos veritatem.

1. Cor. 12.

Docet pater, docet filius, docet spiritus sanctus. De patre in psalmo septuagesimo: Docuisti me deus à iuuenture mea. Et in centesimo quadragesimo tertio: Benedictus dominus deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. De filio in Euangelio. Et circuibat Iesus ciuitates omnes, & castella, docens in in synagogis eorum. Et iterum: Cum sedisset aperuit os suum, & docebat eos. De spiritu sancto in Euangelio: Cum autem uenerit paraclætus ille spiritus sanctus veritatis, docebit vos veritatem.

1. Cor. 12.

Docet pater, docet filius, docet spiritus sanctus. De patre in psalmo septuagesimo: Docuisti me deus à iuuenture mea. Et in centesimo quadragesimo tertio: Benedictus dominus deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. De filio in Euangelio. Et circuibat Iesus ciuitates omnes, & castella, docens in in synagogis eorum. Et iterum: Cum sedisset aperuit os suum, & docebat eos. De spiritu sancto in Euangelio: Cum autem uenerit paraclætus ille spiritus sanctus veritatis, docebit vos veritatem.

1. Cor. 12.

Docet pater, docet filius, docet spiritus sanctus. De patre in psalmo septuagesimo: Docuisti me deus à iuuenture mea. Et in centesimo quadragesimo tertio: Benedictus dominus deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. De filio in Euangelio. Et circuibat Iesus ciuitates omnes, & castella, docens in in synagogis eorum. Et iterum: Cum sedisset aperuit os suum, & docebat eos. De spiritu sancto in Euangelio: Cum autem uenerit paraclætus ille spiritus sanctus veritatis, docebit vos veritatem.

1. Cor. 12.

Docet pater, docet filius, docet spiritus sanctus. De patre in psalmo septuagesimo: Docuisti me deus à iuuenture mea. Et in centesimo quadragesimo tertio: Benedictus dominus deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. De filio in Euangelio. Et circuibat Iesus ciuitates omnes, & castella, docens in in synagogis eorum. Et iterum: Cum sedisset aperuit os suum, & docebat eos. De spiritu sancto in Euangelio: Cum autem uenerit paraclætus ille spiritus sanctus veritatis, docebit vos veritatem.

1. Cor. 12.

Docet pater, docet filius, docet spiritus sanctus. De patre in psalmo septuagesimo: Docuisti me deus à iuuenture mea. Et in centesimo quadragesimo tertio: Benedictus dominus deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. De filio in Euangelio. Et circuibat Iesus ciuitates omnes, & castella, docens in in synagogis eorum. Et iterum: Cum sedisset aperuit os suum, & docebat eos. De spiritu sancto in Euangelio: Cum autem uenerit paraclætus ille spiritus sanctus veritatis, docebit vos veritatem.

1. Cor. 12.

Docet pater, docet filius, docet spiritus sanctus. De patre in psalmo septuagesimo: Docuisti me deus à iuuenture mea. Et in centesimo quadragesimo tertio: Benedictus dominus deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. De filio in Euangelio. Et circuibat Iesus ciuitates omnes, & castella, docens in in synagogis eorum. Et iterum: Cum sedisset aperuit os suum, & docebat eos. De spiritu sancto in Euangelio: Cum autem uenerit paraclætus ille spiritus sanctus veritatis, docebit vos veritatem.

Pet. 2. Imperat pater, idem filius, idem spiritus sanctus.
Mar. 9. De patre in Epistola Petri secunda: Hæc enim facientes non errabitis, sed ministrabitur vobis introitus in æternum imperium dei. De filio in Evangelio: Surde & mute spiritus, ego tibi impero, vt excas ab eo, & amplius ne introcas in eum. Et: Imperavit vento & mari, & facta est tranquillitas magna. De spiritu sancto in Iob: De spiritu domini datur glacies super terram. Et infra: Imperio suo fecit niuem, potentia sua giravit cælum, in circuitu gloriæ suæ.
Iob. 43. Disciplina patris, disciplina filij, disciplina spiritus sancti. De patre in Solomone: Fili ne neglexeris disciplinam dei, neque deficias ab eo correptus. De filio in psalmo septimo decimo: Dextera tua suscipit me, & disciplina tua ipsa me docebit, & doctrina tua dirigit me in finem. De spiritu sancto in Solomone: Spiritus enim disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.
Gen. 2. Insufflat pater, insufflat filius, insufflat spiritus sanctus. De patre in Genesi: Et fecit deus hominem ad imaginem suam, & insufflauit in faciem eius spiritum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. De filio in Evangelio: Et insufflauit in faciem discipulorum suorum dicens: Accipite spiritum sanctum. De spiritu sancto in Ezechiele: Hæc dicit dominus: A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super mortuos istos, & reuiuifcent.
Hier. 25. Implet pater, implet filius, implet spiritus sanctus.
Philip. 4. De patre in Hieremia: Hæc dicit dominus deus Israël: Cælum & terram impleo. De filio in Apostolo: Dominus autem impleat corda vestra omni opere & sermone bono. De spiritu sancto in Actibus: Factus est subito sonus tanquam spiritus validi, & impleuit omnem locum in quo erant sedentes.
 Donum dei patris, donum filij, donum & spiritus sancti. De patre in Apostolo: Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, dei donum est. De filio in Solomone: Quia nemo esse potest continens, nisi deus det, & hoc ipsum sapientiæ erat scire cuius esset hoc donum. De spiritu sancto in Actibus: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque in nomine domini Iesu Christi, & accipietis donum spiritus sancti.
 Loquitur pater, loquitur filius, loquitur spiritus sanctus. De patre in Psalmo sexagesimo primo: Semel locutus est deus, duo hæc audiui. Et: Deus locutus est in sancto suo. De filio in Evangelio: Loquere Iesu ad turbas, Ecce mater eius & fratres foris stabant, quærentes loqui cum eo. Item ibi: Loquor vobis, & non creditis. De spiritu sancto in Apostolo: Spiritus est qui loquitur mysteria.
Mat. 3. Retribuet pater, retribuet filius, retribuet spiritus sanctus. De patre in Apostolo: Si tamen iustum est apud deum retribuere his, qui vos tribulant, tribulationem, & vobis qui tribulamini, requiem. De filio in Apostolo: Mihi vindictam, ego triuam dicit dominus. De spiritu sancto in Iudicum: Si enim congregauerint se in vnum, & venerint ad terminos Hierusalem, & expugnauerint vos, ego mittam spiritum meum, & retribuet eis quæ ipsi retribuerunt vobis.
Gen. 4. Respicit pater, respicit filius, respicit spiritus sanctus. De patre in Genesi: Respexit deus in Abel, &

super munera eius. Super Cain autem & munera eius non respexit. De filio in Evangelio: Respiciens Iesus cogitationes eorum, dixit: Quid cogitatis mala in cordibus vestris: De spiritu sancto in Apocalypsi: Hi sunt septem spiritus, qui inspiciunt vniuersam terram.
 Placuit patri, placuit filio, placuit spiritui sancto. De patre in Apostolo: Postea quàm placuit deo, qui me segregauit ex utero matris meæ, vt reuelaret filium suum in me. Et in Psalmo: Placuit deo super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas. De filio in Psalmo sexagesimo septimo: Mõtem in quo placuit deo habitare, in eo etenim dominus habitabit vsque in finem, &c. De spiritu sancto in Actibus: Placuit spiritui sancto & nobis, nihil amplius oneris imponere vobis, &c.
 Intellectum dat pater, hoc filius, hoc spiritus sanctus. De patre in Psalmo quinto decimo: Benedicã dominum qui mihi tribuit intellectum. De filio in Apostolo: Intellige quæ dico, dabit enim tibi dominus intellectum. De spiritu sancto vbi supra: Ideo & nos ex qua die audiuius, non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spiritali.
 Mundat pater, mundat filius, mundat spiritus sanctus. De patre in Ezechiele: Et saluos eos facit de vniuersis sedibus suis, in quibus peccauerunt, mundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis deus, seruus meus David rex super eos, & pastor erit omnium eorum. De filio in Evangelio: Habens ventilabrum in manu sua, & mundabit arcam suã, & congregabit fructum in horrea sua, paleas autem comburet igni inextinguibili. Et: Caro & sanguis filij eius mundat nos ab omni peccato. De spiritu sancto in Esaiã: Et mundabit dominus fordes filiorum & filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem emundabit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris.
 Illuminat pater, illuminat filius, illuminat spiritus sanctus. De patre in Psalmo septimo decimo: Tu illuminabis lucernam meã, domine deus meus illumina tenebras meas. De filio in Apostolo: Cum autem venerit dominus, & illuminauerit abscondita tenebrarum, & palam faciet cogitationes cordis eorum.
 Et iterum: Exurge qui dormis, & eleua te à mortuis, & illuminabit te Christus. De spiritu sancto in Apostolo: Vt fulgeat in eis illuminatio spiritus sancti.
 Apparuit pater, filius, spiritus sanctus. De patre in Actibus: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham cum esset in Mesopotamia. De filio in Ioãnis Epistola: Ipse apparuit filius, vt soluat opera diaboli. De spiritu sancto in Iob: Et spiritus apparuit in oculis meis, & horruerunt capilli mei, & vultum & speciem non vidi, sed tantum vocem audiebam.
 Veritas pater, veritas filius, hoc & spiritus sanctus. De patre in Psalmo tricesimo: Redemisti me domine deus veritatis, in manus tua domine commendo spiritum meum. De filio in Evangelio: Ego sum via, veritas, & vita, item ipse ad patrem: Sermo tuus veritas est. De spiritu sancto in Epistola Ioãnis: Spiritus est veritas.
 Mandat pater, mandat filius, hoc & spiritus. De patre in Psalmo sexagesimo septimo: Manda deus virtuti

virtuti tuæ. Et: mandauit in æternum testamentum suum. De filio in Evangelio: Hæc mando, vt diligatis inuicem. De spiritu sancto, in Esaiã: Veruntamen legitima mea custodite, quæ ego mando vobis in spiritu meo, dicit dominus.
 Inspirat pater, inspirat filius, & spiritus sanctus. De patre in libro Iob: Spiritus est qui fecit me, & inspiratio omnipotentis dei qui docet me. De filio Psal. septimo decimo: Ab increpatione tua domine, & ab inspiratione spiritus iræ tuæ. De spiritu sancto in Evangelio: Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, &c.
 Significat pater, significat filius, hoc & spiritus sanctus. De patre in Psalmo quinquagesimo nono: Deus repulisti nos, & destruxisti nos. Et infra: Dediti metauentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. De filio in Apocalypsi: Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi deus ostendere seruis suis, & significauit, mittens per angelum suum seruo suo Ioanni. De spiritu sancto ad Hebræos: Non sine sanguine, quem offert pro se & pro populi ignorantia,

significante hoc spiritu sancto.
 Euangelium dei patris, Euangelium filij, Euangelium spiritus sancti. De patre ad Timotheum: Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum Euangelium gloriæ beati dei. De filio ad Ephesios: Interficiens inimicitiam in semetipso, & vniuersis Euangelizauit pacem. Item ibi: Testis enim mihi est deus, cui seruius in spiritu meo in Evangelio filij eius. De spiritu sancto in Epistola Petri: Vobis autem monstraerunt hæc, qui vobis Euangelizauerunt in spiritu sancto.
 Illuxit pater, illuxit filius, illuxit spiritus sanctus. De patre in Apostolo: Deus autem qui dixit de tenebris lumen splendescere, illuxit in cordibus vestris. De filio in Psalmo centesimo septimo decimo: Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus & illuxit nobis. De spiritu sancto in Prophetata: Non absconditur ultra facies mea ab eis, Pro eo quod illuxit spiritus meus super vniuersam domum Israël dicit dominus.

PAVLINI A QVILEIENSIS EPISCOPI,
 ADVERSVS FELICEM VRGELITANVM, ET
 Eliphandum Tolletanum Episcopos, Libellus.



In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.
 ANCTO incitante spiritu, ac zelo fidei catholica scintillatim sub pectore seruescente, clementissimi & tranquillissimi, gloriosissimi Caroli Regis, Domini terræ, imperij eius decreto per diuersas provincias regni, eius ditioni subiectas, summa celeritate præcurrente, multitudine Antistitum sacris obtemperando præceptis, in vno collegio aggregata conuenit. Quadam verò die residentibus cunctis in aula sacri Palatii, adstantibus in modum coronæ prædicantis, diaconibus, cunctoque clero, sub præsentia prædicti principis, allata est epistola missa ab Eliphando, auctore noxij sceleris, Tolletanæ sedis pseudoepiscopo, Hispaliceni termino circumseptæ. Cùmque iubente Rege publica voce recitata fuisset, statim surgens venerabilis princeps de sella regia, stetit supra gradum suum, & adlocutus est de causa fidei prolixo sermone, & adiecit: Quid vobis videtur? ab anno profusus præterito ex quo cepit huius pestis insania, tumescere perfidia vlcere, diffusus ebullire, non paruis in his regionibus, licet in extremis finibus regni nostri, horror inoleuit, quem censura fidei necesse est modis omnibus refecare. Cùmque imprecata & cõcessa esset morosa dilatio per dies aliquot, placuit eius mâsuetudini, vnuquisque quidquid ingenij captu rectius sentire potuisset, per sacras syllabas, die statuto, eius clementiæ oblatum, sui cor pectoris, fidei munus, styli ferculo, mētis viuacitate deferret. Sed sicut mos est hereticis, tristia lætis, dulcia permiscere amaris, veneni poculū mellis sapore temperare, quædam in eadẽ epistola plena blasphemis, & catholice fidei reperta sunt modis omnibus inimica, quædam verò inueniri poterat non reicienda, sed in eodẽ poculo, in quo gutta veneni infusa turgescit, mellis nihilominus amarescit dulcedo. Quapropter ego Paulinus, licet indignus peccator, omniumque seruorum

Domini vltimus seruus, Aquileiæ sedis, Hesperis oris accincta, cui Deo auctore deseruio, nomine nõ meritò, præsul, vnã cum collegis Dominis & fratribus meis, iuxta exilè intelligentiæ meæ tenuitatem, sancto perdoceente spiritu corde, lingua, stylo, cõtra corũ vesanias, qui rectæ fidei sunt aduersarij, respondere nõ formido, cõ sit sancta & vniuersalis ecclesia super firmã nihilominus immobiliter fundata petra, & portæ Inferi nequeat prauallere aduersus eã. Veritatem quia in mari huius seculi cõstituta persistat aduersis hereticorum statibus, violentis perfido rû procellis, spumantibusque maledicorum vndis illisa concutitur, licet quassari possit, & mergi nequeat, Christi firmata dextera, & Apostolico gubernaculo moderata, necessariũ tamẽ exitimo omnibus Christianis cunctisque fidelibus, maximè Apostolicis viris, cõtra hostes eius, fidei armis dimicare. Nõ enim Christi miles impetũ irruentis belli debet enerviter expauescere, nec estugij latibula incernis pallando appetere, sed armis militia suæ præcinctus irruentiu hostium pectora spiritalibus iaculis ex arcu intorquens scripturarum intrepidè perforare, quatenus & semetipsum fidei clypeo munitus illasum custodiat, & inimicorum latera spiculis cruentet acutis, nã ante certaminis trophæũ tyronis cõplectitur circa verticẽ triũphalis corona: cuius rei ratio Apostolicis euidentius approbatur documẽtis: Oportet, inquit, egregius prædicator, & de castris dominicis probatissimus miles, hæreses esse, vt ij qui probati sunt, manifesti sãt. Alta enim nõnunquã dispensatione agitur, vt vnde cadere ad ruinã timentur vacillatibus plantis, inde valentius roborata firmiter inconcussa persistat, & antiquus hostis vnde se vicifese superbè gloriatur, inde diuina superat potetia se succubuisse doleat prostrat. Nã quia super fidei fundamẽta omniũ virtutũ fabricã persistere nõ ignorat, ipsam fidei malitiæ suæ manu eradicare soliditatem festinat, quemadmodũ de eius satellitibus, id est, malignis spiritibus, per psalmistã dicitur: Qui dicit, Exi-

nanite, exinanite vsq; ad fundamentū. vsq; ad fundamentū quippe maligni spiritus animam inaniter se exinanisse gloriantur, si ab ipso fundamento fidei firmitatem tentationum iacula exaggerando eradicare valebunt. Sciunt utique nihil esse boni omne quod videtur bonum, nisi fuerit super fidei fundamentum firmiter radicatū. Sine fide enim impossibile est placere, firmum autem fundamentum stat, & habet signaculum hoc, novit Dominus qui sunt eius. Licer ille sciat, ac mille modis fraude calliditatis serpendo extra septum sanctæ ecclesiæ, hinc inde squamas nequitie suæ istis scopulis illisus, expoliet, ac per hoc circumquaque discurrens, modò in orbe circulo latenter se circa viam obiciens, vt pedem simpliciter calcantis mordeat, modò in summa sese suspendens falsitatis cauda, hæreticorū pectora veneno perfidie insciendo tumida reddat, vt fauciata eorum vitalia, fastidiendo spiritalia, alimentum ta euomat, sed quia super firmam petram fundata est, portæ Inferi non præualebunt aduersus eā. Huius nimirum pestiferi serpentis instinctu, fellisque poculo ebriati quidam, quorum non sunt nomina in calculo candido agni inscripta, hæresin veterosam illustrium, fortium scilicet virorum, calcibus mirabiliter inculcatam, catholicæque falce olim funditus detruncatā, spinosa moliantur rediuiua radice suscitare de stirpe. Adstruant igitur, sed falsis adfectionibus, Dominum nostrum Iesum Christum adoptiuum Dei filium de virgine natū, quod diuinis nequeunt approbare documentis. Hæc igitur dicentes, aut in vtero virginis cum suspicantur adoptatū, quod dici nephas est, quia de beata virgine inenarrabiliter sumptit, non adoptauit carnem, aut certe purum eum hominem sine Deo natum (quod cogitare impium est) necesse est fateantur, ac per hoc quasi egerit adoptione à patre in filium sit adoptatus, cum nihil Deus egerit, qui erat in eo nō per gratiam, quemadmodum in cæteris sanctis purisque hominibus, sed essentialiter per naturam. Deus, inquit Apostolus, erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quo igitur pacto nobis adoptionem tribuit filiorum, si ipse necessarium egerit vt sibi haberet? Nam qui peccatum non habuit, idē non nobis peccatum donauit, quia non accepit vt vita esset, sed ipse essentialiter vita est, idcirco nobis vitam æternā indulgit. Videamus nunc quid de eius incarnatione Gabriel, cui creditum fuerat secretæ dispensationis sacramentum ad Mariam virginem dicat: Aue, inquit, gratia plena, Dominus tecum. Cūque turbata esset in sermone eius, subiūxit Angelus: Ne timeas, Maria, inuenisti enim gratiā apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries, & vocabitur altissimi filius. Iamque credula angelicis dictis, cum ordinem tātæ natiuitatis inquireret, quomodo sine viro fieri possit, mox Angelus addidit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, idēque, & quod nascetur ex te, sanctum, vocabitur filius Dei. Non enim ait, adoptiuus vocabitur filius Dei, sed absolute filius Dei, & filius altissimi. Denique nō de sola excellentia maiestatis eius loquebatur Angelus, sed potius de incarnata diuinitate. Porro quod pronome neutrius generis est, & sanctum similiter neutrius generis est, ait enim: Quod enim ex te nascetur, sanctū, vocabitur filius Dei. Et rursus Mattheus Angelum narrat dixisse: Quod enim in ea natum est, de Spi-

Mat. 16.

Zuc. 1.

Mat. 1.

ritu sancto est, vt non dubites de corpore dixisse, quod de inuiolata virgine sumptit more sacri eloquij partem pro toto, vt per solum corpus totum intelligat hominem in anima rationali ex ea natum. Sed ne quilibet scrupulus ambiguitatis remaneret, quia de incarnationis eius mysterio dixit, statim post pauca subinfert. Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius, secundum carnem videlicet Dauid filius dicitur, non secundum diuinitatem. Habes igitur quoniam de quo supra dixerat. Quod enim ex te nascetur, sanctum, vocabitur filius Dei, non adoptiuus, sed verus, non alienus, sed proprius, idē subiecit: Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius. Nam quis eum adoptasse in filium credatur, cum tota sancta Trinitas hominem Christum in vtero virginis operata sit? sicut scriptum est, & iuxta historiam de primo Adam, & de secundo, id est, Christum, in prophetiæ sacramēto. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, vel certe, quemadmodum in hac eadem Evangelica lectione angelica voce declaratur. Ait enim: Spiritus sanctus superueniet in te. Habes Spiritus sancti tertiam de Trinitate personam. Et virtus altissimi obumbrabit tibi, in virtute nanque altissimi, filij persona demonstratur, quia ipse est Dei virtus, Deique sapientia, in altissimi nomine, patris nihilominus persona accipienda est. Dicant ergo, si valent hæretici, quod si nequeant, catholicis se humiliter salubribus subdat documentis. Quæ de his tribus personis eum optauerit, cum tota eum Trinitas in vtero immaculatæ operata sit virginis; porro adoptiuus dici non potest, nisi is qui alienus est ab eo à quo dicitur adoptatus, & gratis ei adoptio tribuitur, quoniam non ex debito, sed ex indulgentia tantummodo adoptio præstatur. Sicut nos aliquando cum essemus peccando filij iræ, alieni eramus à Deo, per proprium & verum filium eius qui non egerit adoptione, adoptio nobis filiorū donata est, Paulo attestante, qui ait: Cum ergo venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factū sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionē filiorum reciperemus per ipsum. Proprius filius factus est ex muliere, nō adoptiuus. Hinc aliās idem ipse egregius prædicator dicit: Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Igitur cum ad Iordanis alque Iohanne comite, qui Christus à populis existimabatur, appropinquaret, & vt sanctificaretur aquarū natura, medijs sese Iordanicis intinxisset in vndis, vt manifestius inter adoptiuum & proprium filium discerneret, statim vox patris intonuit dicēs: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Et rursus cum esset in monte sancto cū discipulis quos voluit, & visi essent cū eo Moyses & Helias loquentes, mox paterna vox fulgida per nubē discurrēs intonuit, discreuit qui essent serui per gratiā, & per adoptionē filij, & qui verus & proprius filius. Hic est, inquit, filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite. In Adā quippe sibi deus pater displicuisse intonuit, qui peccando filij dignitatē amisit. Pœnitit, inquit, me fecisse hominē super terrā. In vnigenito sibi filio cōplacuit, qui propria nō habuit, sed aliena peccata tulit, qui nunquā à paterna voluntate discordās, factus pro nobis est patri obediēsque ad mortem, mortem autē crucis, propter quod & Deus illū exaltauit, & donauit illi nomen quod

Luc. 1.

Gen. 1.

Mat. 3.

Mat. 17.

Gen. 6.

Philipp. 2.

quod est super omne nomen. Si igitur iuxta hæreticos adoptiuo nomine censetur, vt nos puri & ingratos homines, quo ergo pacto Apostolus eum nomen super omne nomen habere? Adoptiuū etenim nomen non est super omne nomen, sed cōmune & infra nominum tenetur mensuram. Videamus iam nunc qualiter pastor ecclesiæ fidei posuerit fundamentum. Nam cum magister & Dominus discipulos exploratus percunctaretur quid de se homines dicerent, & illi singulorum opiniones diuerso sermone retexissent, qui eum vnumquemlibet de adoptiuis filiis existimabat, quorum adoptionem nondum in re per mediatoris perceperant aduentum, sed adhuc in spci seruabat occulto, illic dicitur Dominus quid illi de se fixus corde retinere adiunxit: Vos, inquit, quem me esse dicitis? Moxque beatus Petrus, cui non caro & sanguis, sed pater cælestis resclaui: Tu es, inquit, Christus filius Dei viui. Ecce fidem beati Petri Apostoli, quam hæretici surda aure transfiliūt, perfunctorie legere non pertimescūt. Petrus confessus est Christum verum filium Dei viui, & tu hæretice dicitis, Christus adoptiuus filius est. Enimvero fortassis erigeres perfidie aurem, si absolute dixisset: Tu es filius Dei viui, fingeres forsitan, falsa argumentatione vt diceres: Secundum diuinitatem cum filium Dei confessus est: sed quoniam cum additamento dixerat: Tu es Christus filius dei viui, omnium hæreticorum ora fidei suæ pugno attriuit. Christi nanque nomen ab homine quem adsumptit accepit, quia vnctus in homine fuit. Nihil tibi restat quid dicas, nisi solito more facias. Sumas de officina mendacij veneno illita spicula, quibus simplicium corda iaculando falsis adfectionibus perforare non crubescas. frons enim meretricis facta est tibi, erubescere noluit, defraudatis etenim sanctam scripturam, paruipendentes magistri gentium prohibitionem dicitis: Nolite adulterare verbum Dei. Sed quid mirum, si stulti in his erratis que allegorica sunt, sylvam condensā & vmbrosā, carpere necesisis docta manu de sub folijs literarum pēdenria spiritualium fructuum poma? cum in propatulo per sanctos prædicatores eductam malē intelligētē orthodoxyam deprauatis doctrinam. Cuius temeritatis & audacie estis, o infelices inflati superbiæ fastu, vt ipsa Iohannis Euāgelistæ mirabilia documenta peruersis non erubescatis fabulis deprauare. Iuxta vestram vocordiam & non secundum sanam doctrinam intelligitis mystica sacramenta. Dicitis enim quod Iohannes scribat in epistola sua: Habemus aduocatum apud patrem Iesum Christum, & hoc sit aduocatus, quod & adoptatus, cum longē aliud sit aduocatus, & aliud adoptatus. Nam aduocatus ille mihi est, qui pro me iudicem interpellat, & causam necessitatis meæ propria tuitione defendit. Conuenientius quippe dici potest propitiatus quā adoptatus, quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Cum enim naturam nostram, quam in adsumptam in dextra patris collocatam, ostēdendo patri incessabiliter manifestat, propitium eum nobis aduocatus noster quasi interpellando efficitis & benignum. Adoptiuus verò dicitur, cui nihil à patre adoptante debetur, sed gratis iudulgento conceditur. Abusuē nanque & non essentialiter, adoptiuus est filius dicitur, sicut Moyses in filium adoptatus est filie Pharaonis, alienus ab ea & generatione, & sanguinis adfinitate. Hoc idē posuimus vt paten-

ter daretur intelligi eum dici adoptatum, qui nondum prius fuerat proprius filius adoptantis. Vnde in Dei filium non cadit nomen adoptionis, quia semper verus filius, semper Dominus, & post adsumptum hominem veri filij vocabulum non amittit, qui nunquam verus defuit esse Deus. Confiremini ergo, quod est deterius & omni blasphemia plenum, duos adoptiuos, filium scilicet & Spiritum sanctum non enim negare valetis Spiritum sanctū paracletū esse, quod enim Græcè paracletus, hoc Latine dicitur aduocatus. Fatemini quinque, quod est super omne malum deterius, super omnem impietatem scelestius, duos adoptiuos filios, verbum scilicet, & Spiritum sanctum, vt sitis deteriores Arrio & Eunomio, & Maranatha, anathemate Maccodonio digni. Adoptiuus enim non nisi adf. & ita locutionis alienus dicitur filius. Omnis enim adoptio ex affectione ducit vocabuli sui originem, quam etymologiæ suæ non videatur trahere similitudinis sonum, habet nāque ex vtraque parte. Vtinā aduerbium eleganter insitum, vt dicas: Vtinam sis mihi in filiū adoptiuum, & contra, Vtinam merear à te in filiū adoptari. Ex affectu quidem dilectionis pars subrepti pacti, vt in vtraque cōueniar dilectionis affectus. Sed videant hæretici, qui portæ sunt inferi, quid dixerint, quinimod peruerso garriant ore. Obdurata nempe illorum corda, mendacij latibula, per abrupta perfidia debacchantes semper inquirunt, & ne veritatis luce superfundantur, in speculo falsitatis se occultere festinant. Cecidit, heu, pro dolor, super eos inuidiæ ignis, & idē iustitiæ solem non meruerunt videre. Sancta autem catholica & Apostolica ecclesia (qua licet in toto sit orbe terrarum diffusa, vna tamen est amica, sponsi proxima & columba, quæ pennis deargentatis sacri eloquij fulget pulchritudine, & in pallore auri posteriora eius per rectæ fidei puritatem clarescunt) confitetur sanctam ineffabilem Trinitatem in vnitare, salua scilicet inconfusibiliter proprietate personarum, inseparabilem substantiam confitetur, ita sane vt alius credatur pater, quia pater est qui genuit coæternum sibi, sine tempore & omni initio filium, & alius credatur filius, quia filius est qui genitus est sine initio à patre, non putatiuē, sed verē, & alius credatur Spiritus sanctus, quia Spiritus sanctus est à patre filioque procedit, & non est aliud pater, & aliud filius, & aliud Spiritus sanctus, sed vnum sunt inseparabiliter pater & filius & Spiritus sanctus, non vnus, sed vnum, quia alia est persona patris, alia filij, alia Spiritus sancti, sed vna, & æqualis, & consubstantialis, & coæterna est patris filique & Spiritus sancti inenarrabilis diuinitatis maiestas, quia vnus est Deus. Vnionem namque in essentia confitemur, Trinitatem verò in personarū discretione prædicamus. Dominum igitur nostrum Iesum Christum Dei filium verum semper in patre, semper cum patre, semper credimus apud patrem. In vltimis namque temporibus propter nos, & propter nostram salutem, secundum secretæ dispensationis arbitrium descendit de cælo, vnde nunquam cesserat. Venit nimirum in propria, vbi nunquam decessat. Natus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, dicente Angelo: Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Factus verus homo, iuxta id quod scriptum est. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Permansit verus & om-

nipotens Deus in vtraque natura. Vnus Dei filius, idemque nominis filius. Nihil enim humana natiuitas diuinæ præiudicauit natiuitati. Adsumpsit quod non erat, permansit in id essentialiter quod erat, non commixtionem passus, neque diuisionem, sed in vna persona Christi Deus verus & homo permanet verus. Non duo filij, Deus & homo, sed vnus filius Deus & homo, non alius filius hominis, & alius Dei, sed vnus idemque dei hominisque filius. Vnde & eos valde execramur, qui eum adoptiuum impio grunniunt ore. Quia, sicut præfati sumus, adoptiuus dici non potest, nisi is qui prius alienus est ab eo à quo adoptari desiderat. Dei ergo filius qua ratione credi potest adoptiuus, qui inseparabiliter adsumpto homine in vna persona, coëunte vtraque natura, non duo filij, alius Dei, & alius hominis, vt sicut illi errado æstimant, adoptiuus sit hominis filius, & sine adoptione Dei filius, sed in vna persona vnus idemque Dei & hominis filius, qui nunquã hominem quem assumpsit deseruit, etiam nec in cruce, quãdo inclinato capite tradidit spiritum, Paulo attestante qui ait: Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Dominus gloriæ crucifixus, cum sola caro sit crucifixus, sed quia Dominus gloriæ idē ipse erat qui & hominis filius qui crucifigebatur, & nunquam hominem deseruit, sicut dictum est, quē assumpsit, idē dicitur Dominus gloriæ crucifixus. Sunt etiam plerique qui adstruunt ex tribus substantiis vnã mediatoris personam, verbi, carnis, & animæ, cum in causa fidei non videatur necessarium sophisticã disputatione secularium literarum calculos syllogistica spargere manu, suffecerat enim, iuxta præcedentium catholicorum patrū saluberrimã promulgationis doctrinã, sincera simplicitatis, vobis ex vtraque natura vnã personam cõfiteri, veri Dei verique hominis Christi, diuinã scilicet & humanã, sed propter eos vtique qui semiplenam sine anima rationali, & ad vicem animæ diuinã naturam in carnis dispensatione adsumptam suspicantur, cū Psalmista alacri pectore dicat: Ecce enim Deus adiutat me, & Dominus susceptor est animæ meæ. Pro hac igitur re & huiuscemodi erroris nubilo, styli flabello ex aëre mētis ventosas nubium vmbas dispergere festinamus, quatenus æterni solis persulsa radio, micantes stellas per cœlos valeat puris obtutibus inspicere scripturarū. Non enim ignoramus ex duabus substantiis humanã subsistere naturam, ex anima nimirū & carne, sed vnum sine altero perfectū non efficit hominem. Quid enim caro sine anima, nisi terra, & quid anima sine carne? nõne spiritus? Homo enim ex vtroque, & non ex vno. Vnde quia redemptor noster perfectum hominem adsumpsit in Deum, idcirco ex duabus naturis, Deum & hominē confitemur. Nō enim caro sine anima perfecta humana potest dici integrãque natura, nam cum ex limo terræ finxisset Deus hominem, protinus insufflauit in eum spiraculum vitæ, sicut scriptum est: Et factus est homo in animam viuentem. Non igitur alter qui formatus est, & alter qui insufflatus est, sed vnus idemque. Ex statu nãque animata est terra tam incomprehensibili arte mirabilique modo summi artificis manu configulata, vt inuestigari plenius nequeat, qualiter & vnum sit anima, & caro, quæ perfectum efficiunt hominem, & tamen diuersa sit substantia carnis & spiritus. Nam cum scriptum

fit: Ad te omnis caro veniet, & rursus: Non timebo quid faciat mihi caro. Et iterum: Et videbit omnis caro salutare Dei nostri. Nullo namque pacto sine anima videre potest, vt videat salutare nec venire valet, vt veniat ad eum omnis caro. Ponamus igitur exempli causa secundum humanæ rationis affectum, necessitate per omnia compellente, materialia themata disputandi. Nam sicut in planis & solidis figuris linea, & in quadrangulis punctus, licet sint indissolubiles, & diuidi nequeant, & idcirco egregiè depingãt dimensionum figuras, omnium tamē numerorum multitudinis summam in se sociatam retinēt, & ex se vsque ad finitam numerositatē procedentes, & rursus in se vsque ad vnum recurrentes, indiuiduam retinere probantur vnionis censuram. Pingamus igitur animam in forma corporis quasi lineam, vel punctū in planis, solidis atque quadrangulis figuris, cunctas membrorum, partium in se indiuiduè continentes positiones, vnumquodque in iunctura sua insertū, ita vt vnum sit & diuersum, nam si subtrahas lineam & punctū, æqualitatis nobilitas degeneratur figura, instante autem linea iacentis primordio, punctique circumfusa posuerit quadratura, quique segregari vel non segregari possunt, resolui insolubili sectione in lineæ punctique priuilegio, demonstrantur. Ita sanè vis animæ cū sit incorporea & inuisibilis, nec diuidi potest, nec recipit sectionum scissuras, totã tamen corporis molē, quæ diuidi vel segregari potest in se continentem mirabiliter regit, & per totum diffusa animando viuificat, & quasi punctus in medio sitã indiuiduè retinet dignitatē, & in alienã non resoluatur qualitatē. Nam, sicut dictum est, cū sit incorporea, corporaliter cuncta per corpus disponit, & cū sit substantia, carnis corporea per incorporationē creaturã, id est animã, corporeas perficit actiones. Tanta enim societatis conuenientia sibi inter se vnita, vt vnum sine altero nihil possit, humanam cõstare naturã. Et idcirco placuit ex vtraque humanam definire naturam. Nam anima incorporea per corporeos oculos videt, audit, sentit, & corporei oculi per incorporeã animã videre probantur. Nã si recedat anima, oculi aperti remanentes, & aures patentes, nec videre possunt, nec audire. Per linguam loquitur anima, & lingua loquitur per animam. In qualibet enim parte corporis incisa carne anima dolet, sine anima verò in frustra secata caro, nec dolere, nec sentire potest. Per carnē nẽpe anima, & per animã caro esurit, sitit, tristatur. Nunquid potest dici caro sine anima humana natura, cū nihil sit aliud nisi terra? animata verò terra humana perfecta potest dici integra perfectãque natura. Omne enim imperfectū amittit nominis proprietatē, nisi perfectionis cõmodius adiciatur supplementū. Ex quatuor igitur diuersis alimētis humana subsistere fertur natura, calido, frigido, humido, sicco, id est, igne, aëre, terra, & aqua. Cū ergo ex his quatuor variis homo subsistat naturis, nunquid debemus in vno homine quatuor substantias profiteri? Si hoc placet, addatur quintã quinta, id est anima, vt cõstet homo ex quinque, & verbi omnipotentis sit sexta, & tunc quod est omni facultate profanus, omni que vecordia stultus, fateatur sex in vna die hominisque, Christi persona substantias. Tu forsità suspicaris quicūque es nostræ refragator adsertionis, de memoria nobis auolasse, quia dixerit beatus Apostolus, in interiore homine habi-

tate

tare Christum per fidem in cordibus nostris. Hæc nos tota deuotione mentis simplicique veraciter retinemus corde, & adicimus ea quæ te forsitan somniant larent, idem vas electionis, Paulum dixisse reminiscimur. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, aut integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentum Domini nostri Iesu Christi seruetur. Tria, inquam, dixi, spiritus, & anima, & corpus. Nunquid aliud est spiritus, & aliud animæ non diuisit substantias, sed dignitatem distinxit. Spiritus alius est, & spiritale corpus vult in aduentum Domini nostri Iesu Christi seruetur, in spiritali homine, qui & interior dicitur: Proficetur idem mirabilis doctor habitare Christum per fidem, in cordibus nostris. Nam est homo animalis, & est spiritalis, non per substantiã, sed per meriti qualitatem. Animalis quippe ab anima, spiritalis verò à spiritu nuncupatur, quemadmodum idem liquidius videlicet doctor alterum ab altero discernit. Animalis, inquit, homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Hic est exterior, qui foras se ad exteriora appetenda effundit, spiritalis autem diiudicat omnia, id est discernit, & ipse à nemine iudicatur, hic in quã, est interior, in quo Christus creditur habitare, qui interioris se per cõtemplationis gratiam retinet, & internæ refectionis dulcedine deapsatus, in amore sui conditoris suauius requiescit. His ita prælibatis, ad ea quæ reliquimus reuertamur. Quæro igitur vt dicas mihi in qua natura ipse mediator Dei & hominū homo Christus Iesus dignatus est esurire, sitire, passionū sentire dolores: quid moraris? non vales negare melius vt profitearis quia secundum humanam. Diuina enim natura impassibilis, inuolabilis, semper permanet immutabilis. Verum est omnino, verū quia in humana. Volo ergo vt liquidius definias quid sit humana natura, sola caro, an sola anima, an vtraque, anima & caro. Non enim possumus, nec fas est veritati contradicere, ex vtraque nihilominus humana cõstat natura, ex anima siquidem & carne. Dicite ergo mihi, in sola carne, an in sola anima, an quod verius est, in vtraque pertulit vulnera passionum? Caro enim sine anima nihil sentit, anima enim sine carne non esurit, neque sitit, nec potest crucifigi, & tamen crucifixa est per carnem, in summis etenim palmis & in extremis crucifixa est plantis. Quod si non est crucifixa cum carne, cur sensit dolorem? Caro enim, sicut dictum est, sine anima nihil sentit. Quod si per carnis cognationem sensit dolorem, & caro per animam dolet incisa, nec caro enim sine anima, nec anima sine carne plena potest humana Dei natura. Ex vtraque namque connexionem, carnis scilicet & animæ, perfecta cõstat humana natura. Vnde & maiores nostri hac definitione sancita (quorum sagacissima capacitatis puericia longè valdè à nostræ tarditatis distat ignauia) placuit eis, sancto annuente spiritu, duas in vnã Christi persona indubitanter profiteri naturas, diuinam scilicet & humanam, quia anima & caro non sunt duo, sed vnus homo. Dominum enim & hominem Dei filium confitemur. Mediator, inquit Apostolus, Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui ex anima & carne, non duo, sed vnus est dictus homo. Cessent ergo iam nunc omnes superflua mustitantium adinventiones. Cessent calumniatrices querularum questionum obiectiones, quæ ad rem non perti-

Tom. 5.

neit, sed magis ad simplicium subuersionem. Doctrinis variis & peregrinis non abdicamur, sed cõfitemur cum sanctis patribus nostris catholicis orthodoxisque viris, qui rectam fidem & corde perceperunt, & inuolabili ore ecclesiæ filios salubriter docuerunt, duas in Christo naturas, diuinam nimirum & humanam, verū Deum verūque hominē, in vtroque proprium Dei filium, non adoptiuum, sed sempiterno ex patre, temporaliter natū ex virgine matre, consubstantialem in sua Deo patri sanctoq; spiritui, cõsubstantialem etiã nobis in nostra. Nostra dicimus in carne cõditione, non in peccati vel miserie cõmunionem, peccatum enim non fecit, sed alienum tulit, nec dolus inuentus est in ore eius, sed dolores nostros ipse portauit, vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eū, & liuore eius sanati sumus: Omnium autem hæreticorum peruersa dogmata cū auctoribus & sequacibus suis æterno anathemate percelli iudicamus. Eliphandū nãque & Felicem, novos hostes ecclesiæ, sed veteris ferè perfidia pollutos, nisi ab hac stultitia resipiscant, & per rectæ fidei satisfactionem lamentis se abluant penitentia, indignos & ingratos eos à cõfortio catholicorum perpetua animaduersione eliminare decerno, & à gremio sanctæ matris ecclesiæ cenfeo alienos. Eos etiam qui post hanc tam saluberrimã definitionem, quam plenaria synodus sancto afflata spiritu cõcorditer subtili sinceritate terminauit, falsissimis eorum adsertionibus, siue clam, siue in publica voce præbuerint assensum, simili eos sententia vindicta sancimus esse plectendos, reseruato per omnia iuris priuilegio summi pontificis domini & patris nostri Adriani, primæ sedis beatissimi papæ. Nos autem domini & charissimi fratres, sequentes præcedentiū patrum sanam fidei doctrinam, respuentes per omnia deliramenta nugaciū hominum, corde credamus ad iustitiã, ore autem cõfiteamur ad salutem, Dominum nostrum Iesum Christum verum Dei filium, non putatiuum, proprium, non adoptiuū, æqualem & cõæternū patri sanctoq; spiritui, qui ecclesiam suam proprio sanguine adquisitam, sine macula & ruga immaculatam custodiat, & corda nostra in rectæ fidei puritate immutata iure cõseruet, catholicum atque clementissimum sempèrque inclytum dominum Carolum Regem, per intercessionem beatæ & gloriosæ sempèrque virginis Dei genitricis Mariæ per quam meruimus auctorem suscipere vitæ, & beati Petri primi pastoris ecclesiæ omniumque sanctorum, verum etiam suffragantibus precibus vestris, omnipotens & sancta Trinitas sua cum gratia circumcingat & defendat, vt faciat semper quæ illi sunt placita, & quatenus cœlestibus fretus armis inimicos nominis Christi auxilio fultus de cœlo ad terram prosternat: Barbaras etiã nationes infinita deus omnipotens ditioni eius potentia subdat, vt ex hac occasione ad agnitionem perueniant veritatis, & cognoscant verum & viuum Deum creatorem suum, regenerati vnda baptismatis, in gremio adgregentur matris ecclesiæ, vt impleatur q̄ bonus pastor promiserat dicens: Et alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocē meã audient, vt sit vnū ouile, & vnus pastor. Multiplicetur pax in diebus eius, vt sit sancta ecclesia libera, & ab omni strepitu mundi secunda, qua libertate Chri-

T T t ij

stus eā liberavit, licetque Domini sacerdotes iuxta Evangelicas & Apostolicas canonicasque regulas simpliciter Domino deseruire, militare in solis castris dominicis, quia iuxta eiusdem Domini vocem, Nemo potest duobus dominis seruire. Et Paulus: Nemo militans Deo, implicat se negociis secularibus, ut placeat ei cui se probavit: Nemo sibi blandiatur, quod vtrūque possit, & Deo & mundo seruire, quia veritas est, & mentiri non potest, qui hoc fieri non posse testatur. Vnde supplicandus est tranquillissimus princeps noster, ut ille pro nobis contra visibiles hostes pro Christi amore, Domino opitulante, dimicet, & nos pro illo contra

inuisibiles hostes domini imprecantes potentiam, spiritualibus armis pugnemus, quatenus vicariam ei retributionem in illa die pro ecclesia sua Dei filius rependat, ut quemadmodū illam, nunc eis inter tot mundanos tumultus constitutam reddit securam, ita eū ille cœlestis regni faciat esse participem. Indulgeat captiuis, subueniat oppressis, dissoluat fasciculos deprimentes, sit consolatio viduarum, miserorū refrigeriū, sit Dominus & pater, sit rex & sacerdos, sit omnium Christianorum moderantissimus gubernator, auxiliante Domino nostro Iesu Christo, qui cū patre & Spiritu sancto viuit & regnat in Trinitate perfecta, per oīa secula seculorū, Amen.

G E N N A D I V S I N C A T A L O G O
D E C E R E A L I S V I T A .

Cerealis Episcopus, natione Afer, interrogatus à Maximiano Africanorum Episcopo, si posset vel paucis diuina scripturae testimoniis absque ulla disputationis duntaxat assertionem, fidem catholicam assignare. Quam ille in nomine domini suffragante sibi veritate, non paucis testimoniis, sicut Maximianus irridens petierat, sed copiosis tam veteris Testamenti, quam noui approbavit, & libello edidit.

C E R E A L I S E P I S C O P I C O N T R A M A X I M I -
N V M A R I A N V M .



Cum Carthaginem Cerealis sanctae catholice fidei Castellensis Episcopus venit: & quia vicinior est illis ciuitatibus, quae dei furore inarserunt, regales pulsauit aures eius aduentus. Et cū ab eo requirerent, quibus erat inuentum, si vera sint quae fama iactauit, ex ordine cum enarraret, Maximianus Arionitarum Episcopus

superuenit, & ait Episcopo Cereali: Videtis quae vestra faciunt peccata? ideo deseruit deus vos. Cerea. Quare nos deseruit, & non potius vos, qui animas sub Christiani nominis stilo iugulatis, nec veram fidem tenetis? Maxim. Si veram fidem tenetis, proponam tibi quaestiones vestrae fidei, ut si verā habes fidem, volo ut ad vnam propositionem excludendā duo vel tria testimonia adducas. Cere. Non duo vel tria, sed plura adducā testimonia. Max. Primo doce:

Quia aequalis est patri filius.

Quomodo pater misit filium.

Quis omnipotens est filius.

Vel quare dictum: quod pater tradidit filium.

Contra id quod dicunt, auctor est qui generat, vident principum patri.

Contra id quod dicunt, patrem imperasse filio ut faceret creaturam.

Quia deus spiritus sanctus.

Quia visificator est spiritus sanctus.

De trinitate vel vnitae.

Contra id quod dicunt, ex parte filium, & spiritu sancto facta omnia.

Contra id quod dicunt, quare prius pater, deinde filius nominatur.

Contra id quod dicunt, quod pater subiecit illi omnia.

De vnitae, quia vnus est deus pater, & filius, & spiritus sanctus

Quomodo pater clarificet filium.

Quare dixit filius: Pater maior me est.

De libera filij potestate.

Quia creator est spiritus sanctus.

Quia & ipse propria potestatis est & voluntatis & omnipotens.

Quia inuisibilis est filius.

C A P V T I .

Cerea. Quia aequalis est patri filius, sic docet Apostolus Paulus dicens: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo. Qui est in forma dei patris, non potest esse minor, qui non rapuit quod non habuit, quia in forma patris semper fuit. In Euangelio Ioannes ait: Propterea Iudaei volebant eum interficere, quia nō solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, aequalem se faciens deo. Item ipse dominus dixit: Qui me videt, videt & patrem. Item in Euangelio: Ego & pater vnum sumus. Hic vnum pro aequalitate dixit, quia aequales sunt, qui vnum sunt. Sumus autem, ideo dixit, quia alius est filius. Sed vnū sunt pater & filius. Neque enim diuiditur deus, cū ipse filius dicat: Ego in patre, & pater in me est. Quia vero non solum vnum sunt pater & filius ad-

dito spiritu sancto, subter habes demonstratum, vnum autem ad societatem pertinere patris & filij, vnum autem ad solum dominum pertinet, quia est pater, & filius, & spiritus sanctus. Itē ipse dominus in Euangelio: Omnia quae habet pater, mea sunt. Item ipse filius in Euangelio ad patrem dicit: Omnia mea tua sunt, & tua omnia mea sunt. Et iterum, Qui non honorificat filiū, non honorificat patrem. Itē in Euangelio: Qui me odit, & patrem meum odit. Item in epistola Ioannis: Qui negat filium, nec patrem habet: sed qui confitetur filium, & filium habet & patrem. Item in Solomone: Splendor est lucis aeternae, & speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Hoc de filio dicit. Item in Euangelio: Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Quod autem dicit, dedit, genuit intelligitur. Aut si postea

postea dedit vitam iam genito filio patris, ergo genitus filius sine vita erat. Et quomodo dicit ipse filius in Euangelio. Ego sum via, veritas, & vita: Item ad Hebraeos sic de filio dicit Apostolus. Qui cum sit inquit, splendor gloriae, & figura substantiae eius, gerēs quoque omnia verbo virtutis suae. Ergo splendor gloriae, & figura substantiae patris, quomodo minor est patre, cum & substantia ipsius teneat splendorem, id est, veritatem? Figura autem dei aequalitas dicitur dei. Item Apostolus Paulus ad Colossenses de filio dicit: In ipso inhabitat inquit, omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Si in christo habitat omnis plenitudo diuinitatis & quomodo minor est filius?

C A P V T I I .

Quod vnus deus pater, & filius, & spiritus sanctus, sic docetur. Ipse dominus in Lege dicit: Audi Israel dominus deus tuus vnus est. Et Apostolus dicit: Nullus est deus, nisi vnus. Item ipse dicit: vnus deus, vna fides, vnum baptisma. Item Apostolus Iacobus dicit: Tu credis: quia vnus est deus, benefacis, & daemones credunt & contremiscunt. Hanc fidem contremiscunt daemones quam veram esse nouerunt. Ipse dominus dicit: Ego sum deus, & non est alius praeter me. Item in Psalmo XXVII. Quis deus praeter dominum, aut quis deus praeter deum nostrum? et ipsi confitentur, quia & filius deus est. Ostendat mihi quomodo vnus est, nisi quia pater, & filius, & spiritus sanctus vnus est

C A P V T I I I .

Quomodo miserit pater filium, sic docetur: Missio filij, incarnatio est filij, restitatur Apostolus Paulus, & quis missus sit, verum filius Dei, an filius hominis, dicens: Misit deus filium suum, factū ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erāt redimeret. Ergo qui ex muliere factus est, ipse missus qui est, etiam sub lege fuit, sicut dixit: nam ut deus condidit legem. Item ipse Apostolus dicit de Christo: Semetipsum exinaniiuit formam serui accipiens. Quando semetipsum exinaniiuit, tunc semetipsum misit: Nam & ipse filius dicit: Ego veni quare & saluare quod perierat. Hic non dixit, missus sum, sed veni. Nam & spiritus sanctus misit eum, sicut scriptum ipso docente est in Esaia Propheta: Et nunc inquit, dominus misit me, & spiritus eius. Item dicit ipse filius: Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, Euangelizare pauperibus misit me &c. Ergo maior est spiritus sanctus filio, si maior est qui mittit, quia spiritus sanctus misit filium Dei. Deus vtrique vbique est, quia ait: Caelum & terra ego impleo. Et alibi dicit: Caelū mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quomodo igitur mittitur filius? aut quomodo mittit pater, si in caelo & in terra vbique vnus est deus? Item audi

vbique non solum aequales ab aequalibus, sed & maiores mittantur à minoribus, sicut legimus angelum esse missum à Tobia, & Christus missus est à Pilato ad Herodem. Nunquid humiliavit se angelus, quia perrexit, quo missus est à Tobia? aut humiliavit se Christus, qui à Pilato missus est ad Herodem? Vis scire, quia vbique est filius, nec est vbi mittatur, audi quid dicit ipse filius: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Nō enim dixit, qui fuit in caelo, sed qui est in caelo, & tamen in terra loquebatur: Sed & in terra tūc homo fuit & deus: Nam si deus non fuit in terra,

quomodo angeli illi ministrabant, sicut scriptum est. Et discessit diabolus, & venerunt angeli & ministrabant ei.

C A P V T I I I I .

Quomodo clarificet pater filium, sic docetur: Nam & filius clarificat patrem, sicut scriptum est in Euangelio, dicente ipso filio ad patrem: Ego te clarificauit super terram. Iterum ipse filius dicit: Pater clarifica filium tuum, ut & filius tuus clarificet te. Et ipse spiritus sanctus clarificat filium, quia scriptum est: Ipse me clarificabit, quia de me accipiet, & annuntiabit vobis. Si ergo clarificat spiritus sanctus filium, nunquam maior est filio spiritus sanctus. Et ipse filius dicit in Psalmo: Sacrificium laudis honorificabit me. Ergo sacrificium laudis holocaustum passionis accipitur: in passione ergo clarificatur homo, nam deus semper est gloriosus. Vis scire quia non solum semper gloriosus fuit filius, sed & deus gloriae fuit & est, Apostolus Paulus dicit de Iudaeis: Si enim cognouissent, nunquā dominum gloriae crucifixissent. Nunc ergo qui mori potuit, ipse & glorificari potuit homo tantum: Nam audi quid dicat ipse filius, quomodo se ipse sanctificat: In veritate, dicens, sanctifico meipsum.

C A P V T V .

Quod omnipotens est filius, sic docetur. In Solo mone legitur. Omnipotens sermo tuus domine, exiliens à regalibus sedibus tuis, in mediam exterminij terram prosiliuit. Ergo & rex est, qui regales obtinet sedes. Item in Apocalypsi. Haec dicit filius dei, qui est & qui fuit omnipotens deus. In Euangelio. Omnia quaecumque pater facit, haec & filius similiter facit. Item in Euangelio. Sicut pater suscitauit mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. In Esaia filius dicit. Ecce ego mittam manū meam super vos, & depraedabuntur, qui depraedauerunt vos, & scietis, quia dominus omnipotens sum, & qui misit me Dominus omnipotens est.

Hieremias Propheta dicit. Magnus est, & non habet finem, excelsus & immensus hic deus noster, & non est alius. Et ut appareat de Christo dici, sequitur. Postea in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Item Apostolus. Nos autem inquit praedicamus Christum, dei virtutem, & dei sapientiam. Itē ipse cum deludis loquitur. Quorū patres inquit, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

C A P V T V I .

Quare dixerit filius. Pater maior me est. Vel quare dictum sit, quod pater tradidit filium suū docetur. Scriptum est in Psalmo, filio dicente ad patrem. De ventre matris meae deus meus es tu. Ergo de ventre matris est deus eius pater, & ideo maior, est pater. Item ipse filius in Psalmo dicit. O domine ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillae tuae id est Mariae. Ipse est seruus, & inde maior est pater. Item, Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Et iterum. Saluum me fac ex ore leonis. Haec ad hominem pertinent, nam & ipse ait. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, nemo eam tollit à me, sed ego pono à me, & iterum sumo eam. In Psalmo. Ego dormiui & somnum cepi & resurrexi, quia dominus suscepit me. Et Apostolus, quia se ipse filius tradidit, sic ait. Qui me dilexit inquit, & tradidit semetipsum pro me. Item ipse Apostolus. Qui di-

Eph. 5.

lexit inquit, ecclesiam suam, & tradidit semetipsum pro ea, mundans eam lauacro aquae in verbo. Item in Epistola Paulus ad Ephesios: Sicut & Christus inquit, dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis. Item in Psalmo ipse dicit: Vt faciam voluntatem tuam deus meus volui. Homo dicit in Psalmo: Deus meus quomodo superius dixit: De ventre matris meae deus meus es tu, Et tamen postea sequitur, quado dixit: Vt faciam voluntatem tuam deus meus, adiuxit, volui: quia voluit, fecit, ipse enim est de quo dicitur. Omnia quaecumque voluit, fecit. Ipse nasci voluit, ipse mori voluit, ipse omnia pati voluit, & esurire, & sitire, & lassari, & tamen secundum hominem. Nam vis scire, qualis sit filius dei? Esaias dicit: Deus aeternus, qui fecit aeterna terrae, non laborauit neque esuriit &c. de filio dicit, de quo dictum est. Omnia per ipsum facta sunt. Nam deus nihil mali, ac laboris pati potuit, cui dicitur in Psalmo x. Non accedent ad te, mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

CAPVT VII.

Ioan. 17. Math. 8.

DE libera filij potestate sic docetur. In Euangelio dicit: Pater volo vt vbi ego sum, & isti sint mecum. Non dixit, peto. Non dixit in Euangelio ad leprosum, peto, sed volo, mundare. Item in Euangelio ad Petrum, dum se peteret vt ambularet super aquam, ait Iesus: Veni. Non rogauit sed veni dixit: Item ad Chananaeam mulierem dixit: Non sum missus nisi ad oves quae perierant, domus Israel. Gethitilis erat mulier, tamen quia voluit, praestitit beneficium & sanauit filiam eius, ad quam se missum non esse dixerat: Non enim ad gentes, sed ad Iudaeos erat destinatus Christus, tunc dixit: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Ad quam se missum non esse dixerat, quare concedebat beneficium ei? Ergo vides, quia quae voluit fecit, non quae alius imperauit. Item in Psalmo de Christo dicit. Omnia quaecumque dominus voluit fecit in caelo, & in terra, in mari & omnibus abyssis. Non dixit, quaecumque petiuit.

CAPVT VIII.

Contra id quod dicit. Maior est qui generat, minor est qui generatur. Haec temporibus cognoscuntur, in Christo autem nulla sunt tempora, per quem omnia facta sunt. Non est enim ex tempore sempiternus, qui ante tempora nascitur generatus, sicut legimus, quia Adam a nullo genitus est, & tamen ipse & filius eius ambo erant pares & aequales, quia ambo erant homines. Maior & minor temporibus sunt, quia vnus senescit, & alius crescit. Sed apud deum nunquam fuerunt tempora.

Ipsa enim tempora per filium facta sunt, & nihil in deo temporale est. Tolle ergo tempora, & ostende mihi maiorem & minorem. Quemadmodum minor sit filius non solum patre suo sed & angelis, Apostolus Paulus ad Hebraeos de ipso dicit. Nunc inquam, modico minus ab angelis minoratum vidimus Iesum. Quare? Sequitur. Propter passionem mortis.

CAPVT IX.

Contra id quod dicunt. Author est qui generat, vident principium. Patri non est authoritas, vbi voluntas nulla est. Pater enim nec volens nec nolens genuit, sed natura. Nam si volens genuit, ergo ipsa voluntas patris filius est, sicut legimus. Quia ipse est verbum & virtus & sapientia. Ipse est & vo-

luntas patris. Si aliquando non fuit filius, aliquando non fuit pater, quia pater esse non potuit, si filium non habuisset. Sed sicut pater aeternus est, ita & filius aeternus est, de quo scriptum est, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum. Non capitur tempore, non habet initium, nec includitur saeculis. Et in Psalmo dicit filius ad patrem: Ego semper tecum sum. Si enim semper cum patre fuit filius, quomodo author est pater, qui ante nunquam fuit? Item de ipso dicitur, priusquam fierent montes, & fingeretur terra, & orbis terrae, a saeculo vsque in saeculum tu es. Si igitur voluntas est patris filius, dicatur mihi, quomodo author est pater, sine quo nunquam fuit filius, quia pater sine voluntate esse non potuit? Quod dicitur pater, propter filium dicitur, & quod dicitur filius, propter patrem dicitur. Nam & ille deus dicitur de deo. Sed quia dixit filius, ergo in patre, & pater in me, non separatur, sed ideo vnus est deus. Sed si minor est filius a patre, quare dicit pater in me est? Nunquam maiorem potest capere minor.

CAPVT X.

Contra id quod dicunt imperasse filio vt faceret creaturam, respondetur. Cum vtrique & ipse pater fecerit, nam scriptum est. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Vbi ostenditur pariter operatos, vt vnum deum esse monstraret. Sequitur scriptura. Et fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Non dixit fecerunt dii, cum dixisset faciamus hominem, sed dixit, deus fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam. Item si pater non fecit creaturam, & quomodo dicit filius. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor? Item si pater non fecit creaturam, & quomodo dicunt Apostoli ad patrem. Tu es domine qui fecisti caelum & terram, mare & omnia quae in eis sunt, qui per os sancti pueri tui David dixisti. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim in veritate in ciuitate ista super sanctum puerum Iesum Iesum Christum quem vnixisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus, & toto Israel, & fecerunt sicut manus tua & consilium tuum praesinierat. Ergo de Christo loquebantur ad patrem, cui dicebant. Tu es domine qui fecisti caelum & terram, mare & omnia quae in eis sunt. Lege in Actibus Apostolorum, & inuenies de filio dici ad patrem istam sententiam.

CAPVT XI.

Quia deus est spiritus sanctus, sic docetur. Petrus ad eum qui subtraxerat de pretio villae, dixit. Quid est quod impleuit Satanias cor tuum mentiri spiritui sancto? Et postmodum adiunxit. Non es mentitus hominibus, sed deo. Item in Actibus Apostolorum scribitur, Petro cogitante & habitante de visu, dicit spiritus sanctus. Ecce viri quae runt te, exurge, & descende & vade cum illis nihil dubitans, quia ego illos misi ad te. Et veniens Petrus ad Cornelium dixit, In veritate scio, quia non est personarum deus acceptor. Ad gentilem enim missus ab spiritu sancto, quia adhuc gentibus non praedicabatur euangelium, sed solis Iudaeis. Item in euangelio, Iesus autem spiritu sancto plenus regressus est a Iordane. An non est deus, qui implet deum? Ergo

Inc. 4

Ergo deus erat in Christo, quo plenus est regressus a Iordane. Item Apostolus: Nescitis, quia corpora vestra templum in vobis est spiritus sancti? Secutus est: glorificate ergo deum in corpore vestro. Item in Solomone: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Item Esaias Propheta: Et dixit dominus ad me, Vade dic populo huic, aure audietis, & non intelligetis &c. Quem dicit deum Esaias, ipsum dicit spiritum sanctum Apostolus. Si deus spiritus est, quomodo spiritus sanctus deus non est? Si non est deus spiritus sanctus, quomodo dicit Apostolus Paulus: Diuisiones autem donationum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones operationum sunt, vnus autem deus qui operatur omnia in omnibus, quia diuidit propria vnicuique prout vult: Ipse est spiritus sanctus, de quo dicit Propheta Esaias: Spiritus inquam sapientiae & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiae & pietatis, & timoris domini.

CAPVT XII.

Psal. 103

Math. 1.

Psal. 32.

Quia & creator est spiritus sanctus, sic docetur. In Iob legimus: spiritus diuinus est qui fecit me. In Psalmo: Emitte spiritum tuum & creabuntur. In Euangelio: Inuenta est Maria habens de spiritu sancto. Cui fuerat dictum: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. In Psalmo: Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum: Si in vtero virginis spiritus sanctus filium dei fecit, quod deo defuit quod non creauit? In Euangelio: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest videre regnum dei. Amplius est enim regenerare quam creare: Ecce spiritus sanctus regenerat, quando in baptismo renascimur per ipsum.

CAPVT XIII.

2. Cor. 3.

Ioan. 6.

Ezech. 37.

Rom. 8.

Quia viuificator est spiritus, sic docetur. Apostolus dicit: Litera occidit, spiritus autem viuificat. Item in Euangelio: Spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. In Ezechiele ad os lae arida filiorum Israel mandatur & dicitur, per Prophetam: Dabo spiritum meum in vobis & viuetis. Item Apostolus dicit. Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum a mortuis habitat in vobis, viuificabit & mortalia corpora vestra per habitantem spiritum eius in vobis. Ergo mortalia corpora viuificantur a spiritu sancto.

CAPVT XIV.

1. cor. 12.

Quia & ipse proprie potestatis & voluntatis sit, & omnipotens sit spiritus sanctus sic docetur. Apostolus dicit: Alij datur manifestatio spiritus ad utilitatem, alij datur per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae, secundum eundem spiritum alij fides in eodem spiritu, alij donatio curatio in vno spiritu, alij operationes sanitatum, alij prophetia, alij iudicatio spirituum, alij genera linguarum: Haec autem omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens propria vnicuique prout vult.

Ioan. 3.

Act. 13.

Ecce quod operatur vnus atque idem spiritus vt vult, non quae ei imperantur. Ipse dominus in Euangelio dicit: Spiritus vbi vult, spirat. In Actibus Apostolorum iuber spiritus Philippo, vt se Euancho Candacis reginae coniungeret: Item spiritus dicit: segregate mihi Barnabam & Paulum in opere sancto, quo vocauit illos. Ecce spiritus sanctus segregat Apostolos & vocat. Item de Apostolis: Tentabant ire in Bythiniam, & non eos passus est spiritus sanctus. Ecce Apostolis imperat. Item in Solo-

CAPVT XV.

DE trinitate & verbi diuinitate: Si trinitas non est, quare dictum est. Ire, baptizate omnes gentes, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: Si vnitas non est, quare in vno nomine dictum est, & non in nominibus? Si trinitas non est, quare dicit dominus. Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob: Si vnitas non est, quare dicit tertio deus, & non pariter deos appellauit? Si trinitas non est, quare dicunt in esaias Seraphim laudantia: Sanctus sanctus, sanctus, dominus deus sabaoth. Vbi & trinitatem ostendunt & vnitatem, quia deum dicunt & non deos. Si trinitas non est quare dicit Apostolus. ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Aut si trinitas non est aut vnitas, quare sequitur, ipsi gloria, & non ipsis gloria, si plures sunt dii? Quod si de patre hoc volumus aliqui accipere, ergo non calumniantur filio, quoniam sicut pater filium, sic per filium facta sunt omnia: Itaque deus non numeratur, non augetur, non indiget, quia non minuitur. Si deus est vtrique filius, non admittit ista in se, nam ipse dicit ad diabolum tentantem, Non tentabis dominum deum tuum. Et Thomas Apostolus dicit, cum palparet loca vulnerum ei, Dominus meus & deus meus. Inseparabilis quippe est trinitas. Neque enim locutus est vbi non sit pater, & filius, & spiritus sanctus, vbi que simul sunt, nec separantur locis, quia non est corporeus deus, nec numeratur deus, quia non subiicitur numeris, deus igitur noster vnus est. Nam cum pater, & filius, & spiritus sanctus sit, nemo Christianus tres deos poterit dicere, quia in nullo a se diuina distat natura. Numerus siquidem ordinem efficit, & qualitas non admittit, alter enim primum sequitur, alteri tertius applicatur. Sed cum gradus fieri non possint ex paribus qui subdi possint quemadmodum numeratur, vnus ergo erit, quia non habet secundum, secundus quippe minoris ordinem tenet, & minor alterum facit, alter posteriorem indicat, posterior imparem signat. Remoue distantiam, & quod numeres non habebis. Propheta dicit. Sapientiae eius non est numerus. Si sapientia eius non numeratur, quomodo filius numeratur, qui est sapientia patris, sicut Apostolus dicit? Quare post patrem secundus dicitur filius, cum sapientia non numeretur, quia est sapientia patris.

CAPVT XVI.

Sap. 7.

Gal. 6.

1 Ioan. 4.

Esa. 6.

Mat. 4.

Numerus non est in diuinitate

Quia inuisibilis est filius, sic docetur. Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius. & cui uoluerit filius reuelare. In Apostolo de Christo scriptum est: Hic inuisibilis primogenitus totius creaturæ. Item: Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum: Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem informationem eorum, qui credituri sunt illi in uitam æternam: regi autem sæculorum immortalis, inuisibili, soli deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Inuisibilis est ergo filius, qui uenit peccatores saluos facere. Si uideret filius, uideretur & pater, quoniam scriptum est: Qui me uideret, uideret & patrem.

CAPVT XVII.

Contra id quod dicunt: ex patre per filium in spiritu sancto esse omnia. Audi quia non solum ex patre, sed & ex filio, & spiritu sancto facta omnia inueniuntur dictum. Apostolus ad Ephesios sic dicit de filio. Veritatem autem facientes in charitate augetur in illo per omnia, qui est caput Christi, ex quo totum corpus connexum & compactum: Ecce ex filio. Audi & ex spiritu sancto: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest uidere regnum dei. Et iterum in Euangelio legitur: Sic est omnis qui natus est ex spiritu.

CAPVT XVIII.

Contra id quod dicunt: quia pater perhibet testimonium filio. Ipse Christus dicit in Euangelio: Ego sum qui testimonium perhibeo de me. Ergo ipse testificatur de se. Prophetæ perhibuerunt filio testimonium, nunquid maiores sunt Prophetæ filio? Apostoli perhibuerunt testimonium filio, nunquid maiores sunt Apostoli filio dei? Sed cum ostenderim, quia ipse sibi perhibuit testimonium, non erit quod ab aduersariis respondeatur: Ego sum, inquit filius, qui testificor de me.

CAPVT XIX.

Contra id quod dicunt: quare prius pater, deinde filius nominatur. Audi & filium priorem nominari à patre, Apostolus dicit ad Galatas: Non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem. Item ad Thessalonicenses ipse dicit: Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam &c. Ecce prior est filius nominatus. Audi & spiritum sanctum priori loco nominari. Apostolus dicit: Vnum corpus & vnus spiritus, sicut uocati estis in vna spe uocationis, vestra, vnus deus vna fides vnum baptismum, vnus deus & pater omnium. Ecce prius spiritum, & postea patrem nominauit. Sed dico, nunquid quia legimus in Leuitico proprio loco sub vna sententia nominatum Iacob, secundo Isaac, tertio Abraham, ideo dicendum est meliorem fuisse Iacob ab Isaac, aut maiorem Isaac Abraham patre suo, sicut enim scriptum est: Et memorabor testamenti Iacob dicit dominus, & testamenti Isaac, & testamenti Abraham. Hominiibus non præiudicatis, taxatio deo præiudicium cur infert, si forte alicubi prior taxatur pater à filio, aut filius à spiritu sancto? Quamuis probauerim filium & spiritum sanctum priori loco à patre taxatum.

CAPVT XX.

Contra id quod dicunt: Pater illi omnia subiicit. Apostolus Ad Corinthios dicit de filio: Omnia portet inquit, illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Et ad Philipenses: Vnde etiam expectamus dominum Iesum Christum saluatorem nostrum, qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ conformans corpori gloriæ suæ secundum operationem, ut possit sibi subiicere omnia. Item Apostolus dicit, quia filius tradet regnum deo patri suo, scriptum est enim de Christo: Cum tradiderit regnum deo & patri. Ergo maior est filius à patre, quia ipse tradet patri suo regnum: Hæc sunt quæ tantisper commemorare potui & decerpisse multa autem prætermissa sunt impedimento uelocitatis, quæ legens poterit inuenire. Hoc tantum lector teneat, dominum deum minime numero subiicere, minime separari: quod enim minimum est, deus non est: Sed quod deus est, filius, & spiritus sanctus uterque perfectus est. Hæc est autem uera perfectio, quam non subiicit alterius comparatio, nec remanet quod possit accrescere. Deus spiritus est, non caro: intellectus est, non est globatio: internum lumen est, non materies circumfusa. Ideo non diuiditur pater, & filius, & spiritus sanctus, quia non est talis, qui se pater incidit: & tamen pater, pater est: filius, filius est: spiritus sanctus, spiritus sanctus est: Et ubique sine inuicem non sunt: quia vnus est qui intelligi potest, separari non potest. Non sunt conglobati, quia non sunt uelut arci, non sunt diuisi, quia sine inuicem non sunt. Hæc est uera & catholica fides, quam Christus docuit & tradidit, Apostoli docuerunt, & omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ fideliter cecinerunt. Propositionibus tuis inuante patre, & filio, & spiritu sancto, de nouo & ueteri Testamento respondi, nunc uero pro Catholica, quæ ubique est fide, alia testimonia proposui, quibus respondere debeas. In libro sapientiæ. Quia sicut deus sapientia, quæ est filius dei, sic & spiritus sanctus nouit consilia patris. In eodem libro: quia omnipotens est filius, per quem facta sunt omnia. In eodem libro: quia spiritus sanctus etiam filius, qui dicitur uirtus dei. In eodem libro dicitur de spiritu sancto, quia incorruptibilis est. In eodem libro, secundum formam susceptæ humilitatis uisibilem dicit Christum secundum formam uero deitatis non uisibilem, sed inuisibilem pronuntiat: Quod enim uidetur, homo quod non uidetur, deus agnoscitur. In eodem libro dicitur, quia filius dei de substantia est patris. In Canticis canticorum, ubi Christum dicit esse regem, cum ad eum ecclesia loquitur. In ecclesiastico: quia innumerabilis est magnitudo dei. Vnde docetur, quia blasphemii sunt, qui trinitatem separando, ac gradibus & numeris credunt esse suadendam. In Psalmo cxvii. Similiter de sapientia, quæ est filius dei, sic & spiritus sanctus nouit consilia patris: Consilium autem tuum quis scit, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum de altissimis: In eodem libro, quia omnipotens est filius, per quem facta sunt omnia: Non enim inquit, impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit omnia, & orbem terrarum ex materia informi. In eodem libro: quia spiritus sanctus etiam filius est: dispersi per spiritum sanctum uirtutis tuæ persecutionem passi ab ipsis factis suis. In eodem libro de spiritu sancto, quia incorruptibilis est: Incorruptibilis enim spiritus tuus in omnibus est. In eodem libro, ubi secundum formam susceptæ humili-

humilitatis uisibilem dicit Christum: secundum formam uero deitatis non uisibilem, sed inuisibilem pronuntiat dicens: Videntes illum quem olim negabant, deum agnouerunt uerum. In eodem libro: quia filius dei de substantia est patris: Pro quibus angelorum esca cibasti populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem: substantiam enim tuam, & dulcedinem quam in filios habebas, ostendebas. In Euangelio secundum Ioannem: quia inuisibilis est spiritus sanctus: Spiritus ueritatis, quem mundus non potest accipere: quia mundus non uidet eum, nec cognoscit eum: Vos autem cognoscitis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit. In Canticis ubi Christum dicit esse regem, cum ad ecclesiam loquitur: Introduxit me rex in cubiculum suum, exultemus & iocundemur in te. Item similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti, quousque rex sit in recubitu suo. In Ecclesiastico: Quia innumera

bilis est magnitudo dei. Vnde docetur quàm blasphemii sint, qui trinitatem dei separando gradibus ac numeris suadenda æstimant: & quis inuestigauit magnitudinis eius imperium, & magnitudinem eius quis dinumerauit? In Psalmo xxvii. Similiter de sapientia, quæ est filius dei dictum est: quia sapientiæ eius non est numerus. Magnus dominus noster, & magna uirtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Propositionibus istis Maximinus Arionita nihil ualens ad respondendum, differebat de die in diem. Cerealis uero dixit illi, qui intererat, cui erat iniunctum: Propositis ab eo quæstionibus adiuuante deo respondi, cur meis propositionibus non responderet? Supra memoratum igitur Maximinum, cui erat iniunctum, cum conueniret, tacuit. Et ait Cereali: Vade tibi in propriam ecclesiam, quia conuentus à me Maximinus noluit respondere, hinc intelligitur quia non ualuit, ubi tacuit, & tuis propositionibus respondere noluit. Iam inter uos deus audit.

VICTORIS EPISCOPI FIDEI RATIO EXIGENTE HVNERICO REGE WVANDALORVM.



Regali imperio, fidei catholica, quam tenemus, præcipimur reddere rationem. Ideoque aggrediamur pro nostrorum uirtutum mediocritate diuino uultu adiutorio quod credimus uel prædicamus breuiter intrinsecare. Primum igitur de unitate substantiæ patris & filij, quod Græci *ὁμοούσιον* dicunt, exponendum nobis esse cognoscimus: Patrem ergo & filium & spiritum sanctum ita in unitate deitatis profitemur, ut & patrem in sua proprietatis persona subsistere, & filium nihilominus in propria extare persona, atque spiritum sanctum personæ suæ proprietatem retinere fidei confessione fateamur: Non eundem asserentes patrem quem filium, neque filium confitentes qui pater sit, aut spiritus sanctus: Neque ita spiritum sanctum accipimus, ut aut pater sit aut filius, sed ingentium patrem, & de patre genitum filium, & de patre procedentem spiritum sanctum, vnus credimus esse substantiæ uel essentiæ: quia ingenti patris, & geniti filij: & procedentis spiritus sancti vna deitas: tres uero personarum proprietates. Et quia contra hanc catholicam, uel Apostolicam fidem exorta hæresis nouitatem quandam induxerat, asserens filium non de patris substantia genitum, sed ex nullis extantibus, id est ex nihilo substitisse. Ad hæc impietatis professionem, quæ contra fidem emergerat resellendam & penitus abolendam, *ὁμοούσιον* sermo græcus positus est, quod interpretatur vnus substantiæ, uel essentiæ, significans filium non ex nullis extantibus, nec ex alia substantia, sed de patre natum esse. Qui ergo putat *ὁμοούσιον* auferendum, ex nihilo uult auferere filium extitisse: Sed si ex nihilo non est, ex patre sine dubio est, & recte *ὁμοούσιον* id est vni⁹ cum patre substantiæ filius est. Ex patre autem esse, id est, vnus cum patre substantiæ, huius testimoniis approbatur, Apostolo dicente: Qui cum sit plenior gloriæ, & si gura substantiæ eius, gerens quoque omnia uerbo

uirtutis suæ. Et ipse iterum deus pater incredulorum perfidiam obiurgans, qui prædicantis per Prophetas filij uocem in sua substantia manentem audire noluerunt, dixit: Non audierunt uocem substantiæ. Quam uocem substantiæ cum tam terribili inuestigatione increpans, ad eundem Prophetam loquitur dicens: Super montes accipe planctum, & super semitas deserti luctum, quia defecerunt, eo quod non sint homines, non audierunt uocem substantiæ à uoluntatibus cæli usque ad pecora. Et rursum eos qui à professione vnus substantiæ declinantes, in eadem fidei substantia stare noluerunt, increpat dicens: Si steterissent in substantia mea, auertissem utique eos à uia sua mala, & à pessimis cogitationibus suis. Et iterum non extra substantiam patris filium confitentem, sed in eadem fideliter mentis oculis contuentem, appertissime declaratur, dum dicit Propheta: Quis stetit in substantia domini, & uidit uerbum eius? Patris ergo substantiam filium esse prophetice iam olim designatum est oraculis, dicente Solo mone: Substantiam enim & dulcedinem tuam, quæ in filios habes, ostendebas. Quam in figura & imagine panis cælestis populo Israel cælestis apparet profuisse. Quod ipse dominus in Euangelio exposuit dicens: Non Moses dedit uobis panem de cælo, sed pater meus dedit uobis panem de cælo: Se utique panem esse designans, cum dicit: Ego sum panis uiuus qui de cælo descendi: De quo etiam Propheta Dauid dicit: Panem angelorum manducauit homo. Nanque ut adhuc euidentiis patris & filij substantiæ, unitatis & diuinitatis, & æqualitatis ostendatur, ipse in Euangelio dicit: Ego & pater vnus sumus. Quod non ad unitatem tantummodo uoluntatis, sed ad vnam refertur eandemque substantiam quia non dixit, ego & pater vnus uolumus, sed vnus sumus: Ex eo enim quod sunt, non ex eo tantum quod uolunt patris unitatis declaratur assertio. Item Ioannes Euangelista dicit: Propterea quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum

ὁμοούσιον
Heb. I.

Ter. 9.
Sap. 16.
Ioan. 6.
Psal. 77.
Ioan. 5.

æqualem se faciens deo. Quod utique non ad Iudæos est penitus referendum, quia Evangelista veraciter dixit de filio, quia æqualem se faciebat deo. Item in Evangelio scriptum est: Quæcunque pater facit, eadem & filius facit: similiter: Et sicut pater suscitavit mortuos & vivificavit, ita & filius quos vult vivificat. Item: Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Æqualis enim honor non nisi æqualibus exhibetur. Item ibi filius ad patrem dicit: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Item: Philippe qui me videt, videt & patrem: quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Hoc non dixisset, nisi patri per omnia fuisset æqualis. Item ipse dominus dixit: Credite in deum, & in me credite. Et adhuc ut vnitatem æqualitatis demonstraret, ait: Nemo novit filium, nisi pater, neque patrem quis novit nisi filius, & cui voluerit filius revelare. Et sicut filius cui vult revelat patrem, ita & pater revelat filium, sicut ipse Petro ait, consentienti cum Christum filium dei viui: Bearus es, inquit, Simon Bariona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Et iterum filius dicit: Nemo venit ad patrem, nisi per me. Et: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me attraxerit cum. Vnde claret, æqualitatem patris & filij ad se invicem credentes adducere. Item dicit: Si cognovissetis me, & patrem meum utriusque cognovissetis. Et: A modo noveritis eum & vidistis eum, Verum quia duas in filio profitemur esse naturas, id est deum verum, & hominem, verum corpus & animam habentem, quicquid ergo excellenti sublimitatis potentia de eo referunt scripturæ, admirandæ eius divinitati tribuendum sentimus: & quicquid infra honorem cœlestis potentie de eodem humiliter enarratur, non verbo dei, sed homini reputamus assumpto. Secundum divinitatem ergo est quod superius diximus, ubi ait: Ego & pater unum sumus. Et: Qui videt me, videt & patrem. Et: Omnia quæcunque pater facit, eadem filius facit similiter. Vel cætera quæ superius continentur. Illa verò quæ de eo referuntur, ista sunt: Pater maior me est. Et: Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Et: Pater, si fieri potest, trahat a me calix iste: Vel cum de cruce dicit: Deus meus, quare me dereliquisti? Et iterum ex persona filij Propheta dicit: De ventre matris meæ deus meus es tu. Vel cum minor angelis indicatur. Et quæ plura hinc similia, quæ studio brevitatis non inseruimus. Filius ergo dei nullis conditionum necessitatibus obstrictus, sed libera divinitatis potentia, ita quæ nostra sunt mirabili pietate assumpsit, ut à suis quæ divina sunt omnino non destiterit: quia divinitas nec augmentum admittit, nec patitur detrimentum, unde gratias gemus domino nostro Iesu Christo, qui propter nos, & propter nostram salutem de cœlo descendit, sua passione nos redemit, sua morte vivificavit, sua ascensione glorificavit. Qui sedens ad dexteram patris, venturus est iudicare vivos & mortuos, iustis æternæ vitæ præmium largiturus, impiis atque incredulis merita supplicia redditurus. Profitemur itaque patrem de se ipso, hoc est, de eo quod ipse est, sempiternæ atque ineffabiliter filium genuisse, non extrinsecus, non ex nihilo, non ex alia genuisse materia, sed ex deo natum esse. Et qui de deo natus est, non aliud est quam id quod pater est, & idcirco vnius substantiæ est, quia veritas natiuitatis diversitatem non admittit generis: Nam

Joh. 5.

Joh. 14.

Ibidem.

Matth. 11.

Matth. 16.

Joan. 6.

Joan. 14.

Ibidem.

Joh. 10.

Matth. 16.

Matth. 27.

Psal. 21.

Nativitas filij.

si alterius à patre substantiæ est, aut verus filius non est, aut quod nefas est dicere, degeneratus est: Est enim verus filius sicut Ioannes: Vt simus in verò filio eius. Nō est & iā degeneratus, quia deus verus de deo natus est, sicut idem Ioannes Evangelista exequitur dicens: Hic est verus deus & vita æterna. Et ipse dominus in Evangelio: Ego sum, inquit, via, veritas & vita. Ergo si aliunde substantiam non haberet de patre, sed si de patre haberet, vnius substantiæ cum patre est: Sed si vnius substantiæ non est, ergo non de patre, sed aliunde est: quoniam vnde est, inde substantiam habeat necesse est: Omnia enim ex nihilo, filius verò de patre. De duobus eligat quicquid velit, aut det ei substantiam de patre, aut fateatur ex nihilo substituisse. Sed propheticum forsitan obicitur testimonium: Generationem eius quis enarrabit? Cum ego non dixerim, enarra mihi modum vel qualitatem diuinæ generationis, & tanti secreti arcanum humanis verbis enuntia, quoniam vnde natus sit requisivi: Diuina enim generatio inenarrabilis est, non ignorabilis: Nam utique adeo nō est ignorabilis, id est non ignoratur vnde sit, ut pater de ipso genuisse, & filius de patre se natum se pissime protestetur, quod nullus omnino ambigit Christianus, sicut in Evangelio demonstratur, ipso filio dicente: Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine unigeniti filij dei. Itē Ioannes Evangelista dicit: et vidimus gloriā eius gloriā quasi unigeniti à patre. Ergo p̄fessionē nostrā breui sermone concludemus. Si vere de patre natus est, vnius substantiæ est: & verus filius est: si vnius substantiæ non est, nec verus deus est. Aut si verus deus est, & tamen de patris substantia non est, ingenitus non est, factura ergo est, ut putatur, aliunde subsistens, si de patris substantia non est. Sed absit hoc ita credere. Nos enim vnius substantiæ cum patre filium profitemur, detestantes Sabellianam hæresim, quæ ita trinitatem confundit, ut eundem dicat esse patrem quem filium, eundemque credat esse spiritum sanctum: non seruantes tres in vnitatem personas. Sed forsitan obicitur, cum ingenitus pater sit, genitus filius, non fieri posse vnam eandemque esse substantiam geniti: atque ingeniti: cum utriusque si sicut ingenitus pater est, ingenitus esset & filius, tunc magis diuersa possit esse substantia, quia vnusquisque à se ipso subsistens, communem substantiam cum altero non haberet.

Cum vero unigenitus pater de se ipso, id est de eo quod ipse est, si quid illud est aut dici potest: immo quia ut est dici omnino non potest, filium generavit, apparet vnam esse gignentis geniti que substantiam, quia deum de deo, lumen de lumine filium esse veraciter profitemur. Nam lucem esse patrem Ioannes Apostolus testis est dicens: Quia deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Item de filio ait: et vita erat lux hominum, & lux tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt. et infra: erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vnde apparet patrem & filium vnius esse substantiæ: dum, lucis, & luminis diuersa non potest esse substantia, eius scilicet quæ de se gignit, & quæ de gignente existit. Denique ne aliquis inter patrem & filium diuersitatem naturalis luminis introducat, ideo Apostolus de eodem filio dicit: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. In quo euidētius & cœternus pa-

1. Joh. 5.

Joh. 14.

Psal. 53.

Joan. 3.

Joh. 1.

Sabellius.

1. Joh. 1.

Joan. 1.

Heb. 1.

nus patri, & inseparabilis à patre, & vnius cum eo esse substantiæ perdocetur: dum luci splendor est semper cœternus, dum splendor à luce nunquam separatus est, dum splendor à luce naturæ substantiæ nunquam potest esse diuersus. Qui enim splendor lucis est, idem & dei patris virtus est: sempiternus ergo propter virtutis æternitatem, inseparabilis propter claritudinis vnitatem. Et hoc est quod nos fideliter profitemur, filium de patris substantia natum, sicut ipse pater deus apertissimum perhibet testimonium. Qui ut de sua ineffabilis naturæ substantia proprium filium genuisse monstraret, ad instruendam fragilitatis nostræ imperitiam, ut nos ex visibilibus ad inuisibilia erigeret, terræ natiuitatis vocabulum ad diuinæ generationis traxit exemplū dicens: Ex utero ante luciferum genui te. Quid clarius? quid luculentius essari diuinitas dignaretur? Quibus iudiciis? quibus existentium rerum exemplis proprietatem generationis ostenderet? Nō quia corporeis compositus est membris, aut aliquibus artuum liniamentis distinctus, sed quia nos aliter veritatem diuinæ generationis auditu mentis percipere non possemus, nisi humani vteri prouocaremur vocabulo, ut ambigi vltra non possit de Deo substantia natum esse, quem constat ex patris utero extitisse. Credentes ergo deum patrem de sua substantia impassibiliter filium generasse, non dicimus ipsam substantiam aut diuisam esse in filio, aut diminutionem pertulisse in patre, & per hoc passionis potuisse vitio subiaccere. Absit enim à nobis, ut talia vel opinemur, vel cogitemus de deo, quia nos perfectū patrem, perfectum filium sine sui diminutione, sine aliqua deriuatione, sine omni omnino passionis infirmitate genuisse fideliter profitemur. Nam qui obicit deo: qui de ipso genuit, diuisionis vitij pertulit: Potest dicere, quia & labore sensit, quando vniuersa condidit, & ob hoc die septima ab omni suo opere requiuit. Sed nec in generando de se ipso passionem vel diminutionem aliquam sensit, nec in condendo vniuersa fatigationem aliquam pertulit. Nanque ut & euidentius nobis diuinæ generationis impassibilitas insinuaretur, deum ex deo, lumen ex lumine, filium profitemur accipimus. Si ergo in efficientia visibilis ac mundani luminis tale aliquid non inuenitur, ut lumine ex lumine sumpto & per quandam generationis natiuitatem exorto, ipsam luminis originem, quæ ex se lumen aliud dedit, nec minui, nec vllum omnino detrimentum ministrati ex se luminis perpeti potuit, quanto rectius & melius de diuini & ineffabilis luminis natura credendum est, quæ ex se ipsa lumen generans minui omnino non potuit? Vnde æqualis est patri filius, non natus ex tempore, sed gignenti cœternus, sicut splendor ab igne genitus gignenti manifestatur æqualis. Hæc de patris & filij æqualitate, vel de substantiæ vnitatem quantum breuitatis ratio fuit, dixisse sufficiat. Superest ut de spiritu sancto quem patri ac filio consubstantium credimus, cœqualem & cœternum dicamus, & testimonij approbemus: Licet enim hæc veneranda trinitas, personis ac nominibus distincta sit, non tamen ob hoc à se atque à sua æternitate discrepare credenda est. Si manens ante secula diuinitas in patre, & filio, & spiritu sancto vere ac proprie creditur, nec diuini nostris interpretationibus potest, nec rursus versa in vnam personam trinitatis ipsa confundi. Hæc fit

Heb. 1.

des plena, hæc nostra credulitas est, idcirco deos nec æstimari patimur, nec vocari, si vnum deum in prædictis personis ac nominibus confitemur: Inenarrabilis enim diuinitas non ut concludi aut apprehendi velut vocabulis posset, intra nomina personarum se præstitit, sed ut id quod erat esse nosceretur: intelligentiam sui ex parte quam capere humanæ mentis Angustia præualebant credentibus dedit, Propheta dicente: Nisi credideritis non intelligetis. Vna est ergo trinitatis deitas, & in huius vocabuli appellatione significatio est vnius substantiæ, non vnius personæ. Ad quam rem fidelibus comprobendam in testimonium sui diuinitas ipsa multis & creberrimis contestationibus semper affuit. Liceat ergo ob breuitatis compendia ex multis pauca proferre, quoniam verè probatio maiestatis tam & si habet pluralitatem testimoniorum, pluritate tamen non indiget, quoniam credenti pauca sufficiunt. Primum igitur de veteris testamenti libris, post etiam noui, patrem & filium & spiritum sanctum vnius docemus esse substantiæ, libro Genesis sic inchoante: In principio fecit deus cælum & terram, terra autem erat inuisibilis & incomposita, & tenebræ erant super abyssum, & spiritus dei ferebatur super aquas. Ille Iudæis, quis esset interrogantibus, dixit: Principium qui & loquor vobis. Superferebatur spiritus dei super aquas, ut pote creator virtute potentie suæ continens creaturam, ut ex his viua omnia produceretur, ipse rudibus elementis ignis proprii fomenta præstaret, & iam tunc mysterio emicante baptismatis, virtutem sanctificationis liquoris natura perciperet, primaque ad vitam corpora animata produceret, Dauid proinde aspirante: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritus oris omnis virtus eorum. Vide quā plena sit breuitas, & quā clare in sacramentum vnitatis recurrit patrem in domino, verbi significatione filium ponens, spiritum sanctum altissimi ex ore nūcupauit. Et ne vocis editio acciperetur in verbo, cælos per eum asserit esse firmatos. Ne autem status in spiritu reputetur, cælestis in eo virtutis plenitudinem demonstrauit: nam ubi virtus, ibi necesse est persona subsistens, ubi omnis non oblata à patre & filio, sed consummata significatur in spiritu sancto: nō ut solus habeat quod in patre & filio est, sed ut totū habeat cum utroque. Et iterū cum de vocatione Gentium dominus loqueretur, intra vnum diuinitatis nomen spiritum sanctum prædicans, ait: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et iterum cœlestia Corinthiis precatus Apostolus, hæc subdidit: Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & comunicatio sancti spiritus cum omnibus vobis. Et ut apertius in hac trinitate vnitatem substantiæ fateamur illud etiam nobis est intendum, quomodo deus cum de mundi & hominis creatione disponeret, sacramentum trinitatis ostenderet, dicens: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cum dicit nostram, ostendit utriusque non vnius: cum vero imaginem & similitudinem profert, æqualitatem distinctionis personarum insinuat, ut in eodem opere sit aperta cognitio, in quo nec pluralitas calla est, nec similitudo dissentiens: dum & consequentia sic loquuntur: Et dixit Deus, & fecit, & benedixit Deus. Et necesse est ut creationis totius author,

Psal. 23.

D

E

deus vnus sit. Quam fidei rationem antiqua denique per Moſen benedictio pandit & comprobatur, qua benedicere populum ſacramento trinæ inuocationis iubetur. Ait enim deus ad Moſen: Sic benedicetis populum meum, & ego benedicam illos: Benedicat te Dominus, & cuſtodiat te: Illuminet Dominus faciem ſuam ſuper te, & miſereatur tui: Attollat Dominus faciem ſuam ſuper te, & det tibi pacem. Quod hoc ipſum Propheta Dauid affirmat dicens: Benedicat nos deus deus noſter, benedicat nos deus, & metuatur eum omnes fines terræ. Quam trinitatis vnitatem ſupernæ Angelorum virtutes hymno venerantur, & ter numero ſanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus ſabaoth, indefinenter canentes ore, in vnus ſanguis dominationis gloriæ eius exaltant. Quod vt adhuc apertius fidelium ſenſibus inculcetur, cœleſtium myſteriorum conſcium producimus Paulum, ait enim: Diuiſiones autem donationum ſunt, idem autem ſpiritus, & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem dominus, & diuiſiones operationum ſunt, idem vero deus, qui operatur omnia in omnibus. Et certe has diuiſionū differentias pro qualitate ac merito participantium ſpiritus ſanctum docuit operari: Cum ipſarum gratiarum differentias partiretur, in vltimis intulit dicens: Hæc autem omnia operatur vnus arque idem ſpiritus, diuidens propria vnicuique prout vult. Vnde nullus ambiguitati relinquatur locus, quin clareat ſpiritus ſanctum & deum eſſe, & ſuæ voluntatis autorem, qui cuncta operari, & ſecundum propriæ voluntatis arbitrium diuinæ diſpenſationis dona largiri apertiffimè demonſtratur: Quia vbi voluntaria gratiarum diſtributio prædicatur, non poſteſt videri conditio ſeruitutis, in creatura enim ſeruitus intelligenda eſt, in trinitate vero dominatio ac libertas. Et vt luce clarius vnus diuinitatis eſſe cum patre & filio ſpiritus ſanctum doceamus, Ioānis Euangeliftæ teſtimonio comprobatur, ait namque: Tres ſunt qui teſtimonium perhibent in cœlo, pater, verbum, & ſpiritus ſanctus, & hij tres vnus ſunt. Nunquid ait tres in differenti æqualitate ſeiuſciti: aut quibus libet diuerſitatem gradibus longo ſeparationis interuallo diuiſit? Sed tres inquit, vnus ſunt. Vt autem magis magisque ſancti ſpiritus cum patre & filio vna diuinitas in creandis rebus omnibus demonſtratur, habes creatorem ſpiritus ſanctum in libro Iob primo: Spiritus inquit, diuinus eſt qui fecit me, & ſpiritus omnipotentis qui docet me. Et Dauid dicit: Emitte ſpiritus tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Si renouatio & creatio per ſpiritus erit, ſine dubio & principium creationis ſine ſpiritu non fuit. Poſt creationem igitur oſtēdamus, quia viuificat etiam ſpiritus ſanctus ſicut pater & filius. Equidem de perſona patris reſert Apoſtolus: Teſtor in conſpectu dei, qui viuificat omnia. Vitam vero dat Chriſtus, Oues inquit, meæ, vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do illis. Viuificamur vero à ſpiritu ſancto, ipſo dicente domino, Spiritus eſt qui viuificat. Ecce vna viuificatio patris, & filij & ſpiritus ſancti aperte moſtrata eſt. Præſcientiam rerum omnium in domino eſſe, & occultorum cognitionem, licet nemo Chriſtianus ignoret, tamen ex Danielis libro monſtrandum eſt. Deus inquit, qui occultorum cognitor eſt, qui præſcius eſt omnium antequam naſcantur. Hæc eadem præſcientia in Chriſto eſt, ſicut reſert Euan-

ſal. 66.

ſal. 103

1 Tim. 6

Ioan. 10.

Ioan. 6

gelista: Ab initio autem ſciebat Ieſus quis eſſet eū traditurus, vel qui eſſent non credentes in eum. Quod ſit autem occultorum cognitor, ex hoc manifeſtum eſt, cum obſcura conſilia Iudæorum traducens dicebat. Quid cogitatis nequæ in cordibus veſtris: Similiter præſcire omnia ſpiritus ſanctum, ipſe manifeſtauit dicens ad Apoſtolos: Cum venerit ſpiritus veritatis docebit vos omnia, & ventura adnuntiabit vobis. Qui ventura nuntiare perhibetur, præſcire omnia, non dubitatur: quia ipſe ſcrutatur altitudines dei, & nouit omnia quæ in deo ſunt, ſicut memorat Paulus dicens: Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam altitudines dei. Item in eodem loco: Sicut nemo ſcit hominum quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus eius qui in ipſo eſt, ita nemo ſcit quæ ſunt dei, niſi ſpiritus dei. Ad intelligendam vero potentiam ſpiritus ſancti, pauca de terribilibus proferamus. Venerat poſſeſſionem, vt ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum, ſuppreſſa parte pecuniæ dolosus diſcipulus, reliquum pro toto ante pedes ponens Apoſtolorum, offendit ſpiritus ſanctum, quem putabat latere: Sed quid ad eum dixit continuo beatus Petrus? Anania, quare Satanas repleuit cor tuum, vt mentireſis ſpiritu ſancto? Et infra: Non eſt mentitus hominibus, ſed deo. Atque ita percuffus virtute eius, cui mentiri voluerat, expirauit. Quid hic vult beat⁹ Petrus intelligi ſpiritus ſanctum? Vtique clareat eſt cum dicit: Non eſt mentitus hominibus, ſed deo. Manifeſtum eſt ergo, quoniam qui mentitur ſpiritu ſancto, deo mentitur: & qui credit in ſpiritus ſanctum, credit in deum. Tale aliquid, immò fortius quiddam dominus in Euangelio oſtendit: Omne peccatum & blaſphemia remittitur hominibus, qui autem blaſphemat in ſpiritus ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Ecce terribili ſententia irremiſſibile dicit eſſe peccatum ei, qui in ſpiritus ſanctum blaſphemaue- rit. Compara huic ſententia illud quod ſcriptum eſt in libro Regnorum: Si peccando peccauerit viſ in virum, orabunt pro eo: ſi autem in deum peccauerit, quis orabit pro eo? Si ergo blaſphemare in ſpiritus ſanctum, & peccare in deum ſimile, id eſt inexcipiabile crimen eſt, iam quantum ſit ſpiritus ſanctus vnuiquique cognoscit. Deus quod vbi que ſit, præſens impleat omnia: ore diſcimus Eſaiæ: Ego inquit, deus approximans, & non de longinquo, ſi abſconditus fuerit homo in abſconditis, ergo ego non video eum? Nonne cœlum & terram ego impleo? Quod autem deus ſit vbi que, Saluator in Euangelio: Vbi que ait, fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ibi & ego ſum in medio eorum. De ſpiritu itaque ſancto quod adſit vbi que, dicit Propheta ex perſona dei: Ego in vobis, & ſpiritus meus ſtat in medio veſtrum. Et Solomon ait: Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis. Item Dauid dicit: Quid ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quid fugiam? Si aſcēdero in cœlum, tu illic eſ, ſi deſcēdero in infernum, ades: Si ſumpſero pēnas meas in directum, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & continebit dextera tua. Habitat deus in ſanctis ſuis ſecundum promiſſionem, qua dixerat: Habitabo in illis. Quod vero domin⁹ Ieſus dicit in Euangelio: Manete in me, & ego in vobis, probat hoc Paulus dicens: An nescitis, quia Ieſus Chriſtus eſt in vobis: Hoc autem totum in ſpiritus ha-

Math. 9.

Ioan. 16.

1 Cor. 2.

Act. 5.

Math. 12.

1 Reg. 2.

Sap. 1.

ſal. 138

rus habitatione adimpletur, ſicut memorat Ioannes: Ex hoc inquit, ſcimus, quia in nobis eſt, quia de ſpiritu ſuo dedit nobis. Similiter & Paulus, Nescitis quia templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in vobis: Et iterum dicit: Glorificate, & portate deum in corpore veſtro. Quem deum? vti que ſpiritus ſanctum, cuius templum eſſe videtur. Nam quod arguat pater, arguat filius, arguat ſpiritus ſanctus, ita probandum eſt. In Pſalmo quadageſimo nono legitur: Peccatori autem dicit deus. Et infra: Arguam te, & ſtatuum contra faciem tuam. Dauid ſimiliter orans dicit ad Chriſtum: Domine ne in ira tua arguas me: Quia ipſe venturus eſt arguere omnē carnē. Quod vero de ſpiritu ſancto Saluator in Euangelio: Cum venerit inquit, paraclētus, ille arguet mundum, de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. Hoc prouidens Dauid, clamabat ad dominum: Quid ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quid fugiam? Nam & quod bonus ſit pater, bonus filius, bonus ſpiritus ſanctus, ſic probatur. Dicit Propheta: Bonus eſt tu domine, & in bonitate tua doce me, iuſtificationes tuas. De ſe autem ipſe vnigenitus: Ego ſum paſtor bonus. De ſpiritu arque ſancto Dauid in Pſalmo dicit: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Quis autem illam dignitatem ſpiritus ſancti poſſit tacere? Antiqui enim Propheta clamabant: Hæc dicit dominus. Hanc vocem Chriſtus adueniens in ſuam perſonam reuocauit dicens: Ego autem dico vobis. Noui autem Propheta quid clamabant, ſicut Agabus Propheta in Actibus Apoſtolorum: Hæc dicit ſpiritus ſanctus. Et Paulus ad Timotheum: Spiritus inquit, manifeſte dicit. Quæ vox omnino demōſtrat in differentiam trinitatis. Dicit ſe Paulus à deo patre & Chriſto vocatum fuiſſe & miſſum: Paulus inquit, Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, & dominum patrem. In Actibus autem Apoſtolorum, quod à ſpiritu ſancto ſit ſegregatus & miſſus. Sic enim ſcriptum eſt. Hæc dicit ſpiritus ſanctus. Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus, quo vocaui eos. Et paulo poſt: Ipſi inquit, miſi ab ſpiritu ſancto deſcendere Seleuciam. Item in eodem loco: Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus conſtituit Episcopos. Ne quis autem ſpiritus ſanctum, quia paraclētus dicitur eſt, contemptibile aliquid æſtimet: Paraclētus enim aduocatus eſt, vel poſitus conſolator ſecundum latinam linguam, quæ appellatio etiam filio dei communis eſt, ſicut dicit Ioannes. Hæc inquit, ſcribo vobis ne peccetis: ſed ſi quis peccauerit, paraclētum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum. Nam & ipſe dominus cum dicit ad Apoſtolos: Alterum paraclētum mittet vobis pater, ſine dubio, cum dicit alterum paraclētum manifeſtat. Sed neque à patre hoc nomen paraclēti alienum eſt: Beneficentiæ enim nomen eſt, non naturæ. Denique ad Corinthios Paulus ita ſcribit: Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & deus totius conſolationis, qui nos conſolatur. Et cum conſolator dicitur pater, conſolator dicitur filius, conſolator etiam ſpiritus ſanctus, vna tamen nobis conſolatio à trinitate præſtatur, ſicut & vna remiſſio peccatorum, Apoſtolo affirmante: Abluti inquit, eſtis, & iuſtificati, & ſanctificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſpiritu dei noſtri. Poſſemus

1 Ioh. 5.

1 Cor. 6

ſal. 49.

ſal. 6.

Ioan. 16.

ſal. 138

Ioan. 10.

ſal. 141

Act. 11.

1 Ioh. 4.

Act. 13.

Act. 20

paraclētus quid ſit.

1 Cor. 1.

1 Cor. 6.

Tom. 5.

plura adhuc de diuinis ſcripturis proferre teſtimonia, quæ iuxta baptiſmi ſacramentum trinitatem vnus gloriæ, operationis ac potentie manifeſtarent ſed quia ex his plenus eſt ſapientibus intellectus, multa præteriuimus ſtudio breuitatis. Faciamus ergo recapitulationem dictorum noſtrorum: Si de patre procedit ſpiritus ſanctus, ſi liberat, ſi dominus eſt & ſanctificat, ſi creat cum patre & filio, & ſi viuificat, præſentiam habet cū patre & filio, ſi vbi que eſt & implet omnia, ſi habitat in electis, & ſi arguit mundum, ſi iudicat, ſi bonus & reſtus eſt, ſi de eo clamatur: hæc dicit ſpiritus ſanctus, ſi Prophetas conſtituit, ſi Apoſtolos mittit, ſi Episcopos præſcit, ſi conſolator eſt, ſi cuncta diſpenſat prout vult, ſi aluit, & iuſtificat, ſi tentatores ſuos interficit, ſi is qui cum blaſphemauerit, non habet remiſſionem, neque in hoc ſeculo, neque in futuro, quod vti que deo proprium eſt. Hæc cū ſita ſint, cur de eo dubitatur quod deus non ſit, cum operum magnitudine quod eſt ipſe manifeſtet? Non vti que alienum eſſe a patre & filij maiestate, qui non eſt ab opere virtutum alienus. Fruſtra illi nomen diuinitatis negatur, cuius poſteſtas non poſteſt abnegari. Fruſtra prohibetur eum cum patre & filio venerari, quem exigit cum patre & filio conſiteri. Si ille mihi cum patre & filio conſert remiſſionem peccatorum conſert ſanctificationem & vitam perpetuam, ingratus ſim nimis & impius, ſi ei cum patre & filio non refero gloriam: aut ſi non eſt cum patre & filio colendus, ergo nec conſtitendus in baptiſmo eſt. Si autem omnimodo conſtitendus ſecundum dictum domini, & traditionem Apoſtolorum, ne ſemiplena ſit fides, quis me poterit ab eius vultu prohibere? In quem enim credere iubet, ei etiā deinde ſupplicabo. Adorabo ergo patrem, adorabo & filium, adorabo & ſpiritus ſanctum, vna eademque ueneratione. Quod ſi quis dixerit hoc putat audiat, quomodo Dauid ad cultum dei fideles hortetur: Adorate inquit, ſcabbellum pedum eius. Si religionis eſt adorare ſcabbellum pedum eius quanto magis religioſum, ſi eius ſpiritus adoretur? Ille vti que ſpiritus, quem beatus Petrus in tanta ſublimitate prædicauit, dicens: Spiritu ſancto miſſo de cœlis, in quem concupiſcunt angeli proſpicere. Si angeli eum cupiunt aſpicere, quanto magis nos homines mortales deſpicere non debemus, ne forte & nobis dicatur, ſicut dictum eſt ad Iudæos: Vos ſemper ſpiritu ſancto reſtitiftis, ſicut & patres veſtri. Quod ſi hæc tanta & talia non inclinant animū ad venerandum ſpiritus ſanctum, accipe adhuc aliquid fortius. Sic enim Paulus inſtruit Prophetas eccleſiæ, in quibus vti que & per quos ſpiritus ſanctus loquebatur: Si inquit, omnes prophetauerint, intrat autē aliquis infidelis, aut idiota, cōiungitur ab omnibus, examinatur ab omnibus occulta quoque cordis eius manifeſta ſunt, & tunc cadēs in facie adorabit deum, pronuntians quia vere deus in vobis eſt, & vti que in eis ſpiritus ſanctus eſt, qui prophetant: Si ergo infideles cadunt in faciem, & adorant ſpiritus ſanctum perterriti, & conſitentur inuiti: quanto magis fidelibus expedit, vt voluntarie & ex affectu adorent ſpiritus ſanctum? Adoratur autem ſpiritus ſanctus, nō quali ſeparatim more gentiliū, ſicut nec filius ſeparatim adoratur: quia in dextera patris eſt, ſed cum adoramus patrem, credimus nos & filium & ſpiritus ſanctum adorare: quia & cum filium in-

ſal. 98.

1 Pet. 1.

Act. 7.


1 Cor. 14.

Ioan. 13.

uocamus, patrem nos credimus inuocare: & cum patrem rogamus, à filio nos exaudiri confidimus, sicut ipse dominus dixit: Quicquid petieritis patrem in nomine meo, ego faciam, ut honorificetur parte in filio. Et si spiritus sanctus adoratur, ille utique adoratur cuius est spiritus. Illud autem nullus ignorat, quia diuina maiestati nec addi quicquam nec minui humanis supplicationibus potest, sed vnusquisque, secundum propositum voluntatis suae, aut gloriam sibi acquirit fideliter venerando, aut confusionem perpetuam pertinaciter resistendo: Certum est enim, quia contentio & superbia damnat, honorificentia vero fructum deuotionis expectat. Quare autem fideles non honorificent integre trinitatem, ad quam se pertinere confidunt? cuius nomine se renatos, cuius seruos se nominari gloriantur? Nam sicut ad nomen deipatris homines dei appellantur, ut Helias homo dei dictus est, ut Moses homo dei appellatus est, sic à Christo Christiani nuncupamur, sic etià à spiritu spirituales appellamur. Si igitur vocetur quis homo dei, & nō sit Christianus, nihil est: Qui si Christianus vocetur, & non fuerit spiritalis, nec sibi satis de salute confidat. Sit ergo nobis secundum salutaris baptismi confessio-

Nomina
Christiana
norum.
Homines
dei.
Christiani
Spirituales.

IOANNES EPISCOPVS ROMANVS ILLVSTRIBVS AC MAGNIFICIS VIRIS AVIENO, SENATORI, LIBERIO SEUCRINO, FIDELI AUITO, OPILIONI, IOANNI SYLVERIO, CLEMENTINO & AMPHELIO DE DUABUS NATURIS ADVERSUS EUTYCHIANITAS.



Lim quidem, illustres & magnifici filij, ad hoc sententiae meae summa cōstitit, ut ante iussionē vestrā, postquā epistola vel dogmatis tenorē cuncta ecclesia hoc est sacerdotū senatus, & populi probauit ad sensus, sub paginali alloquio vestris etiam sensibus intimanda digerere. Sed consilij ordinem illa res vertit, quia & dogmati per dies singulos diuinae scripturae subduantur, & imperfecta destinari non poterant, & ea quae per legatos directā sunt, prius non poterant in exemplaribus scripta transmitti. Nouimus etenim quod domino docente praecipuum est, quod pastor diligens gregem salubria vitro non desistat ingerere: quia res quae ad salutē animae pertinet, omnibus necesse est sensibus intimari. Proinde Illustres & magnifici filij, quia festinatio non portulit portitores, ut ea scribi & dirigi potuissent, incontinētī tamen si dictus diuinus fauor adriterit, tam epistolae quam dogmatis exemplaria destinabimus. Nunc tamen, ne quid de vestris sensibus relinquatur ambigū, quid epistolae tenor habeat, quid textus dogmatis cōtineat, breuiter insinuare curauim. Iustinianus siquidem imperator, filius noster filius Regis, ut eius epistolae tenore cognouistis, de his tribus quaestionibus orta certamina fuisse signauit: vtrum vnus ex trinitate Christus, & deus noster dici possit: hoc est vna de tribus personis sanctae trinitatis sancta persona. An deus Christus carne pertulerit impassibili deitate. An proprie & veraciter mater domini dei nostri Christi Maria semper virgo debeat appellari. Probauius in his catholicam Imperatoris fidē, & ita esse propheticis & apostolicis, vel pa-

Imperator
filius Regis,
Pontificis
dicitur.
Maria virgo.

nem fides integra trinitatis, sit vna deuotio pietatis, nec more gentilium potestatem diuersitates opinemur, aut creaturam quantum ad deitatem in trinitate suspicemus. Sed nec Iudaeorum scandalo moueamur, qui filium dei negant, qui spiritum sanctū non adorant, sed potius perfectam trinitatem adorantes & magnificantes, sicut in mysteriis ore nostro dicimus, ita conscientia teneamus, sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. Ter dicentes sanctus, vnam omnipotentiam confitemur, quia vna est religio, vna glorificatio trinitatis, ut audiamus ab Apostolo, sicut audierunt Corinthij: Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio dei, & communitio spiritus sancti cum omnibus vobis. Haec est fides nostra, Euangelicis & Apostolicis traditionibus & omnium quae in hoc mundo sunt catholicarum ecclesiarum societate fundata, in qua nos per gratiam dei omnipotentis permanere vsque ad finem vitae huius confidimus & speramus. Directa xii. Calendarum Maiarum, per Ianuarium Zartarensem vilaricum, à Gasio Medianis Episcopis Numidiae, Bonifacio Foratienensi, & Bonifacio Gatianensi, Episcopis Vizacensis.

trum exemplis euidenter ostendimus: vnum enim ex sancta trinitate Christum esse, hoc est, vnum de tribus sanctae trinitatis personis sanctam esse personam siue substantiam, quam Graeci *ὑπόστασις* dicunt in his exemplis euidenter ostendimus. In libro Genesi per Moysen trinitas ipsa sic dicit: Ecce Adam factus est tanquam vnus ex nobis. Et item vas electio nis Paulus ad Corinthios, ita euidenter expressit: Vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & vnus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Et in symbolo synodi Niceni: Credimus in vnum deum patrem omnipotentem, & in vnum dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum. Item sanctus Augustinus, cuius doctrinam secundum praecessorum meorum statuta, Romanae doctrinae & seruat ecclesia, in libro vndecimo de ciuitate dei, sic dicit: Credimus & tenemus, & fideliter praedicamus, quod pater genuerit verbum, hoc est sapientiam, per quam facta sunt omnia, vnus, vnum aeternum, coaeternum: summus bonus, aequaliter bonum. Et quod spiritus sanctus simul & patris & filij sit spiritus, & ipse consubstantialis & coaeternus ambobus, atque hoc totū trinitas sit propter proprietatem personarum, & vnus deus propter inseparabilem vnitate sicut vnus omnipotēs propter inseparabilem omnipotentiam, ita tamen ut etiam cū de singulis quaeritur, vnusquisque eorum & deus omnipotens esse respondeatur.

Eiusdem in libro secundo contra Maximum. Et pater deus est, & filius deus est, & spiritus sanctus deus est, & hi simul tres vnus deus est, nec huius trinitatis tertia pars est vnus nec maior pars duā quam vnus est.

In libro S. Augustini quinto decimo de trinitate. Ratione

Ratione etiam reddita intelligentibus parum est, in substantia veritatis, non solum patrem filio non esse maiorem, sed ambo simul aliquid esse maius quam spiritum sanctum, aut quoslibet duos in eadem trinitate maius esse aliquid quam vnum, aut omnes simul tres maius aliquid esse quam singulos.

GREGORIVS, Nazanzenus ex sermone de Epiphania. Deum, cum omnino vno lumine illustratur simul & tribus, tribus quidem secundum vniuersi cuiusque proprietates siue substantias, sicut placet aliquibus dicere siue personas, nihil enim pro vocabulorum diuersitate diffidendum est, cum ad eundem sensum nominum diuersitas prouocet & intellectum. Vnum autem secundum substantiam vel, deitatis ratione, diuiditur ergo, ut ita dicam, indiuisibiliter, coniungitur diuisibiliter, vna est in tribus deitas.

Item ex Epistola Gregorij Niseni ad Ablamium. Aestimetur haec opera vtrum vni assignentur personarum, quam in sancta trinitate creduntur, an per tres eam virtutis effectus.

Item ex Epistola Procli ad occidentales. Super haec etiam confitemur vnum ex trinitate increata atque ineffabili deum verbum factum hominem.

Eiusdem. Quid enim nos sapimus atque sentimus quia in ipsa diuina natura, qua coniunctus & vnitus est filius patri sanctoque spiritui, non dicimus eum deitate passum fuisse, sed carne, quam pro nobis assumpsit ex nobis. Vnus igitur ex trinitate crucifixus est carne qua factus est, non tamen deitate, qua vnitus est patri & spiritui sancto percussus est, ne & illos crucifixos pariter asseramus. Haec igitur ex plurimis pauca digessimus. Deum vero carne passum hic nihilominus roboremus exemplis.

Christum
carne passum.

Ex libro Exodi. per Moysen Dominus locutus est. Et videbitis vitam vestram in ligno pendentem. Deum autem esse vitam dominus noster in Evangelio Ioannis praedicat dicens: Ego sum via, veritas & vita.

Iohann. 14.

Item Propheta dicit. Si affigit homo deum suum, quia vos affixistis me.

Act. 3.

Princeps quoque Apostolorum beatus Petrus in Actibus ita dicit, dum impietates Iudaeorum argueret. Vos autem virum homicidam petistis dimitti vobis, auctorem autem vitae peremistis.

1. Corin. 2.

Item vas electionis & doctor Gentium sic praedicat. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Dominus autem gloriae est deus, sic Psalmographus ante praedixit: Quasi est iste rex gloriae?

Psalm. 23.

Act. 20.

Item in Actibus Apostolorum. Attendite vobis & viuere gregi, in quo vos spiritus sanctus constituit episcopos, regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo.

CYPRIANVS episcopus & Martyr in epistola de patientia. Iudicatur indicaturus, & dei sermo ad victimam tacens ducitur.

GREGORIVS Nazanzenus, et indignimus deo incarnato & mortificato, ut nos viuamus. Ex libro sancti Augustini de charitate. Ille enim qui venit per crucis irrisiones carnis perimere corruptionem, & vetustatem vinculi mortis nostrae, suae mortis nouitate dissoluere, mandato nouo fecit hominem nouum res enim vetus erat, ut homo moreretur, quod ne semper valeret in homine, res

noua facta est, ut deus moreretur, sed quia in carne mortuus est, non in diuinitate.

CYRILLVS Capitulo duodecimo. Si quis non confitetur verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primum genitum ex mortuis, secundum quod vita & viuificans est & deus, anathema sit.

In epistola Leonis ad Luernalem. Veram igitur generationem crux vera confirmat, quoniam ipse in carne nostra nascitur, qui in nostra carne crucifigitur.

eiusdem ex epistola ad Flavianum. Impassibilis deus non dedignatus est homo esse passibilis, & immortalis mortis legibus subiaccere. ex hac quoque parte plura ex dogmatis lectionum poteritis agnoscere. Gloriosam vero sanctam semper virginem Mariam & proprie, & veraciter Dei genitricem, matremque Dei verbi ex ea incarnati ab hominibus Catholicis confiteri recte esse docemus proprie & veraciter, & idem ipse vltimis temporibus incarnatus, ex sancta & gloriosa virgine matre nasci dignatus est.

Dei mater

Propterea ergo quia proprie & veraciter Dei filius ex ea incarnatus est, ideo proprie & veraciter matrem dei ex ea incarnati & nati esse confitemur. et ne Dominus Iesus per honorificentiam vel gratiam Dei nomen accepisse credatur, sicut Nestorius sentit insulsus. Veraciter autem ideo, ne phantasma, aut aliquo modo non veram sumpsisse carnem credatur ex virgine, sicut adseruit impius eutyches. Cui rei probauenta ex patrum traditionibus consequenter sanctus Augustinus in libro primo praedestinationis. Praedestinatus est ergo Iesus, ut futurus secundum carnem filius David esset, in virtute autem filius dei simul: & filius hominis propter susceptum hominem: & filius Dei propter suscipientem vnigenitum domini proprie & veraciter dicitur.

Nestorius
insulsus

Impius
Eutyches.

Leporius in epistola, quam Aurelius episcopus Carthaginensis, & beatus Augustinus, & Synodus Africana firmavit.

Nascitur ergo nobis proprie de spiritu sancto, & Maria semper virgine Deus homo Iesus filius dei.

GELASIVS ex libro aduersus Nestorium & eutychem.

Propter quod ex te nascitur sanctum vocabitur filius Dei, ex te nascitur ait, ut proprietatem de matre sumendam nostrae conditionis exprimeret. His igitur euidenter ostensum est, Illustres & magnifici filij, quid sperauerit Imperator, quid Romana sequatur & colat ecclesia. Atque igitur Christum dominum nostrum vnum esse, ut saepe diximus, sanctae trinitatis ex duabus naturis cognoscendum, hoc est in deitate & humanitate perfectum, non antea existente carne, & postea vnita verbo, sed in ipso deo verbo initium ut esset accipiens: inde enim numero ex materno corpore caro sumpsit initium, salua proprietate vel veritate vtriusque naturae, hoc est diuinitatis atque humanitatis, Dei filium Dominum nostrum Iesum Christum Catholici confitemur, omni post hanc commutationis confusione submota: neque enim naturas in eo aliter agnoscimus, nisi differentiam intelligentes & consistentes diuinitatis atque humanitatis. Sed nec duas personas in christo intelligimus per id quod dicimus: duas naturas, ut adunationis diuisionem facere videamur,

Matth. 1.

Tom. 5.

Quare re-
cepta con-
silia.

& sit, quod absit, quaternitas non trinitas, sicut Nestorius sentit insanus. Nec confundimus easdem unitas naturas, cum vnam personam Christi constitemur, ut Eutyches impius credit. Tomum vero Patre Leonis, omnesque Epistolas, nec non & quatuor Synodos, Nicenam, Constantinopolitanam, & Ephesinam primam, & Chalcedonensem, sicut Romana haecenus suscepit & veneratur ecclesia, sequi mur, amplectimur, atque seruamus. Hoc est enim nostrae fidei firmamentum, haec fidei nostrae petra firmissima. Haec autem, illustres & magni filij, agens gratias sollicitudini vestrae pauca intimare curauimus, plenius tamen directis exemplaribus poteritis

agnoscere. Aquimutos vero, qui se monachos dicunt, quia Nestoriani euidenter apparuerunt, Romana etiam eos damnat ecclesia: a quibus vos propter canonem quicum excommunicatis Christianum nec loqui nec communicare permittit, diligentia pastorali admonere non desino, ut eorum etiam simplicem colloquutionem vitetis, nihilque vobis cum eis aestimetis esse commune. Quod ideo facio, ne reus silentij inueniar, si haec ad vestram minime, Christianissimi filij, noticiam pertulisset. Incolorem magnitudinem vestram deus noster custodiat domini filij merito illustres atque magnifici.

GELASII EPISCOPI ROMANI DE DVABVS NATVRIS IN CHISTO, ADVERSVS EVTYCHEN & Nestorium.

Constat e. d. v. b. r. s. e. n. s. i. a. h. u. c. o. p. s. n. i. c. e. g. e. l. a. s. i. j. R. o. m. a. n. i. P. o. n. t. i. f. i. c. i. s. i. n. i. t. i. a. l. i. s. c. o. n. s. i. l. i. s.

Necessariū quoque fuit, ut quia multos de incarnationis dominica sacramento recens altercatio vel causa perstringit, hoc est nostri deitate pariter & humanitate profitenda veraciter Saluatoris, in quantum clemēter idem referare dignatur, fidei rationique conuenientia promerētur, praecipue cum repererit, quantum ad nos perlatum est, puerile commentum perniciofa calliditas, quo se velut necessarium prouidisse iudicet argumentum ut quolibet ingenio vnam competenter existimet in reparatore generis humani profiteri nos debere substantiam pronuntians, ridenda versutia contra Eutythianos, qui vnam praedicant in nostro redemptore naturam, duas a nobis merito proferendas: Contra autem Nestorianos, qui diuidunt naturas in eodem domini sacramento vnam nostram confessione promendam. Quapropter nimis sollicitè praecauenda est haec insidiosa peruersitas, quae nec fidei veritate, nec rerum ratione consistit, & noxia subtilitate molitur in restauratore nostro quibuscunque modis vnus intelligentiam definire naturae: nam cum pari blasphemia vtraque pestis insaniam, in conceptu scilicet virginis sacrae, atque ipso primordiali, vel initiali domini Saluatoris exortu, qui in visceribus intactae matris, cessante terreni patris officio diuina sumpsit operatione principium, materiam conditionis humanae de substantia genitricis instituens, & vnitionem diuinae potentiae dignatione suae maiestatis imperit, ut vtriusque naturae ineffabiliter vnitio, ab ipso suae conceptionis exortu mirabiliter ac potenter existeret: nec in sanctae Mariae profusus internis, istius sacramenti quicquam vel precesserit, vel post secutum fuerit institutum. Sed huius magis simul effectum mysterij conceptus ipse prouenerit, nec illic aliqua praeueniente substantia perfectio vnitionis accesserit, sed ab vnitione perfecta potius vtriusque substantiae fuerit, inchoatum: Si cut angelus dicenti venerandae virgini, cum de gloriosa sobole futura cognosceret: quomodo fiet istud, quia virum non cognosco? Respondit: Spiritus sanctus superueniet in te; & virtus altissimi obumbrabit tibi: Propterea quod ex te nascetur, sanctus, & vocabitur filius dei. Et ex te nascetur ait, ut pro-

rietatem de matre sumendam nostrae conditionis exprimeret: & sanctum, quoniam sine contagione carnalis concupiscentiae gigneretur: & vocabitur filius dei, ut simul humanae diuinaeque naturae haec conceptione, sicut dictum est, mirabiliter vnitū proderet sacramentum secundū quod scriptum est: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Malens spiritus dei dicere: verbum carnem factum, cum in carnem verbum non fuerit omnino conuersum: dummodo principalis vnitionis naturaliter in eodem diuinitatis humanitatisque significaret pressius veritatem, cum scilicet apparet ipsum verbum in vtero matris virginis operans, ex eadem suscepta sibimet tuendae substantiae fecunditatis illius excitasse conceptum. Cum inquam, haec domini nostri conceptione, quae licet nullatenus valeat explicari, pie tamen hac professione credenda sit, Eutythiani dicunt, vnam esse naturam, id est, diuinam, ac Nestorius nihilominus memoret singulam, id est, humanam. Si contra Eutythianos duas a nobis asserendae sunt, quia vnam deptomunt, consequens est ut etiam contra Nestorium vnam dicentem, non vnam, sed duas potius ab exordio sui vnitas extitisse procul dubio praedicemus contra Eutythien, qui vnam, id est, solam diuinam conatur asserere, humanam competenter addentes, ut duas, ex quibus illud sacramentum singulare constat, illic permanere monstremus. Contra Nestorium vero qui similiter vnam dicit, id est, humanam, diuinam nihilominus subrogantes, ut pari modo duas, contra eius vnam in huius mysterij plenitudine, primordialibus suae vnitionis effectibus extitisse veraci finitione teneamus, atque vtroque diuerso modo singulas garrientes, non eorum quenquam de vna tantummodo, sed ambos de duarum naturarū, humanae scilicet & diuinae, a sui principio sine confusione qualiter atque defectu, vnita proprietate permanente vincamus. Quamuis enim vnus atque idem sit dominus Iesus Christus, & totus deus homo, & totus homo deus, & quicquid est humanitatis, deus homo suum faciat, & quicquid est dei, homo deus habet, tamē ut hoc permaneat sacramentū, nec possit ex aliqua parte dissolui, sic totus homo permanet esse quod deus est, totus deus permanet esse quicquid homo est. Si aliquid, quod absit, vel diuinitatis vel humanitatis inde accesserit, sequa-

causa lege

Declaratur locus Luc. ec. ap. primo.

sequatur ineffabilis resolutio sacramenti, & quod dictū auditūque fugiendum est, vel homo deus esse iam desinat, si sola illic humanitas, non etiam deitas perseverat: vel deus homo consequenter esse desinat, si sola illic diuinitas, non etiam humanitas vnita permaneat. Nec glorificata videatur nostra conditio vnitione deitatis, sed potius esse consumpta si non eadem subsistit in gloria, sed sola existente deitate, humanitas illic esse iam desinit. Videbitur autem, quod abhorret animus dicere, sed cogit necessitas non tacere, diuinitas in vtroque mutabilis, si vel in carnem est ipsa conuersa, vel sic est in deitate humanitatis transfusa conditio, ut proprietates eius esse desierit. Si enim ex se ipsa ex toto iam non est, restat ut accesserit adcreueritque deitati, sic in deitatis naturam scilicet transeundo, ut esse destiterit prorsus humanitas, vbi modis omnibus diuina substantia mutabilitatem recipere videtur: quae cum nec minui possit omnino, nec crescere, transfusione humanitatis adiecta, velut aucta videatur. Sin vero humana conditio, nec in diuinitatem transfusa subsistit, ne accessu sui hanc sentiantur hausisse, nec in sui proprietate perdurat, nusquam prorsus refecisse cognoscitur, ac per hoc non sublimata, sed abolita potius inuenitur: atque ita indissolubile, quantum ad ipsos pertinet, resoluitur sacramentum. Praeterea si in deitatem ut putant, humanitate transfusa, vel ex omni parte trarsata desit esse humana substantia, ergo ut humanitatis forma sine sui proprietate cessauit, si dicunt in nuda deitate humanae formae lineamenta constare, quid aliud quam Anthropomorphitas conuincuntur inducere? quos dudū catholica talia somniantes damnauit ecclesia. Nam si & substantia & forma hominis Iesu Christi hac transfusione consumpta est, quis est quē vidit ad dexteram virtutis stantē sanctus Stephanus? Quis hominis filius venturus est ad iudicandos viuos & mortuos? Quis erit quem videbunt in quem compunxerunt. Aboluitum est omne mysterium, vacuatum est resolutumque, ut dictum est, quod absit, omne sacramentum, falsumque erit, quod ait ipse Saluator: Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videris habentem. Et certē hoc post resurrectionem dixit, talis iam dixit, qualis cum discipulis per quadraginta dies conuersatus est, conuolens, & cohabitans cum eis: Talis dixit, qualis ascendit in caelis: talis dixit, qualis promissus est inde esse venturus. Aut legant ipsi vbi, posteaquam de se illa professus est, fuerit immutatus, & aliter quam se discipulis patefecit, ascenderit leuatus in caelum. Aut nos rectius ea sequimur, quae diuinis voluminibus astruuntur, non delirantium somnia & phantasmata vana sectamur. Sed autē homines inepti, quo se putent vim manifestationis huius effugere: quomodo ipse voluit, sic humanam sublimauit magnificauitque naturam. Planē sicut ipse voluit, sicut per Prophetas suos ante praedixit: sicut per Apostolos suos, per Euangelistas ecclesiae suae voluit intimari. Quapropter ut dictum est, ab exordio istius sacramenti sacras paginas reuoluamus, quid de conceptu eius edixerint, quid de partu, quid de vna eademque persona domini nostri Iesu Christi, simul Dei hominis, & hominis Dei. Quid ante passionem de eodem vox diuina pronuntiat, vel de se ipse testetur, quidue post resurrectionem nihilominus ipse perdoceat, qualis cum discipulis fuerit conuersatus in terris, qualis

in caelo ascenderit, quid de eodem ad caelos ascendente promissum sit, quid de eo nunc in caelis etiam constituto, quid de eius aduentu cuncta caelestia dicta pronuntient, & qualiter se vel intelligi voluerit, vel nostra confessione depromi, scripturis attestantibus audiamus, & competenter eius simus in omnibus, quae se nobis insinuare dignatus est, voluntate contenti. Sed iam diligentius vestigemus, si Eutythiani, qui se Nestorium refutare praetendunt, & propter hunc catholicis sensibus vnam conatur subintroducere velle naturam: quāuis hoc iam manifesta sit ratione destructum, si nō ipsi quodam circuitu, & occultis ambagibus, nescientes utique quid loquantur, neque de quibus adfirmant, ad eundem Nestorium volentes nolentesque rediguntur. Dicunt enim: ante adunationem duae naturae fuerunt, post adunationem vna facta est. Querō ab iis, quando velint dicere ante adunationem: Si ante incarnationis dominicae mysterij proueniret, quis nesciat diuersas esse naturas, & ineffabiliter differentes? illam summam omnium naturarū istam, & si imaginem deitatis gerentem, tamen terrenae conditionis & infirmam. Nos autem de incarnationis sacrae ratione tractamus, non de istarum, quae nota est omnibus, distantia naturarum: Si ante ergo quā hoc mysterium in vtero virginis gigneretur, nulla quaestio, nulla contentio est, duas esse naturas diuinitatis & humanitatis, longaeque diuersas, nos autem, sicut dictum est, de mysterio loquimur Christiano, quod utique in vtero virginis matris est inditum, proinde si illinc velint accipi ante adunationem duas fuisse in vtero scilicet materno: ergo fuit ibi aliquod interstitiū, quod ante adunationem sui istae naturae putarentur fuisse discretae: & in adunationem postea conuenisse. Redolet hic Nestorius, utque ille dixit in partu, nudumque hominē disseruit procreatum, & postmodum in Deū fuisse procreatum, hoc isti huius mysterij deprehenduntur sentite conceptum, si illic interstitium quantumlibet interuenisse dicatur, quo aliquid ante precesserit, & aliquid postea sit secutum, ac non potius & ipse fuerit conceptus vnitio, & ipsa primordialiter extiterit vnitione conceptus, atque in huius vnitionis effectu prorsus omne quod dicitur antea & postea sit remotum: quia non velut duae substantiae primitus extiterunt, id est, ipsius humanae formae, quae suscepta est, & deitatis quae suscepit, ut earum postea, adunatio sequeretur, sed hoc ineffabile magnūque mysterium adunatione sit potius inchoatum, & ipsa inchoatione huius conceptionis vnitū. Iam vero si ut ipsi delirant adunatione vna facta natura est, aut vnus abolitio est, aut vtriusque confusio: quod vtrumque fides catholica, & ipsius veritas sacramenti non recipit, testificantibus, ut dictum est, editis diuinitus paginis, quibus sicut a principio sui & duarum naturarum hac vnitione conceptus est, & conceptio virginis hac eadem diuinitatis pariter & humanitatis vnitione perfecta processit, ita & in hoc mysterio permanentibus, vtriusque naturis, & facer partus euenit, & omni tempore, quo in hoc mundo redemptor noster esse dignatus est, Deus simul & homo propriē permanens, veraciter id existendo, signis competentibus apparuit, dictis factisque conspicuus. Sic ad passionem, quam pro nobis est suscipere dignatus accessit, sic post resurrectionem curiosis etiam se non est dedignatus decla-

rare discipulis, talisque ascendit in cœlum, atque ita inde promissus est esse vêturus, & in vtraque natura etiã nunc cœlo positus apostolica prædicatione firmatur existere. Quis audeat non minus sacrilega mente, quàm imperitis blasphemis, mortiferæque dementia vnam dicere post adunationem factam fuisse naturam? cum totius scripturæ salutaris eruditionibus instruat, & duas vnitas fuisse conceptâ, & sub vna eademque persona domini nostri Iesu Christi totius Dei hominis, & totius hominis Dei duas in suis proprietatibus incontaminata generatione prolatas, & eadem propriè permanentes in conuersione mundana fuisse manifestas, & in omnibus, vt sæpe iam dictum est, sine defectu alterius vtranque persistere in vtraque vnum eundemque dominum Iesum Christum, totum Deum hominẽ, & totum hominem Deum, sine sui confusione, sine vlla diuisione, quam conditio possit quæcũque perstringere, sine priuatione, vel defectuone cuiusquã, ex iis propriè, vel in iis veraciter manere, ex quibus, vel in quibus vnus & perfectus, & verus est Christus, & sine quibus, vel sine qualibet ex iis, id est, siue humanitate, seu deitate, nec perfectus, nec vnus, nec verus est Christus tempore conceptus. Dictum est: Verbum caro factum est, & inhabitauit in nobis. Tempore vero partus legimus: Emmanuel factum natum. Sic angelos cecinisse gloriam Dei, sic nuntiasse pastoribus filium Dei natum: sic Magos ab oriente Bethleem petiisse, vt quem nouo sydere genitũ cognouerant, adorare, vt tamen veraciter puerum pannis inuolutum, præsepio positum, veraciter materno gremio gestatum, cum cum Magi oblatiis muneribus adorarent, humanæ substantiæ & nostræ naturæ conditionis exortum, sicut euangelica voce depromitur, sic ecclesiæ catholice professione credatur, ita deinceps pariter hunc eundem dominum Iesum Christum & Deum, expleisse quæ humana sunt, & hominem gestisse quæ diuina sunt, vt in vtroque hunc eundem vnum veraciter existentem omnis confessio Christiana concelebrat: sic ad passionem venisse, vt & Deus & homo verus sit crucifixus: Et in cruce pendens, Latroni homo deus verus patefecerit atria paradisi, atque elemẽta cœli commouerit: Deum hominem verum mortuum, sepultum, vt hominem Deum verum seipsum suscitasse post triduum, vt hominem Deum clausis ianuis discipulis constituisse, vt Deum hominem, manus suas, & pedes, carnem, ossaque monstrasse discipulis: vt Deum verum hominem quadraginta diebus ita discipulis fuisse conspicuum, vt hominem Deum verum sic in cœlo esse sublaturum, sicque indepromissum esse venturum Deum: Sic hominis filium à dextris stantem Dei, beato Stephano martyre testificante conspectum: sic in cœlestibus constitutum beato Paulo prædicante monstrari, cum ait: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: Sic inde veraciter Deũ hominis filium sedentem in nubibus cœli, venturum ad iudicandos viuos & mortuos. Quibus omnibus testimoniis manifestissimè declaratur in vtriusque naturis, ex quibus, vel in quibus conceptus, editus, nutritus, & cõuersatus in mũdo est, & eleuatus ad cœlum, vnũ atque eundem manere dominum Iesum Christum: qui in vtroque vnus atque idem veraciter Deus homo, & homo Deus manere non possit, nisi vtraque natura, in qua id permanet veraciter permaneret:

Argumẽta diuinitatis Christi.

Ioh. 1. Esai. 7. Math. 1. Mat. 2.

Luc. 13.

Ioh. 20.

Act. 1.

Act. 7.

Coloss. 2.

vt iisdem naturis veraciter permanentibus, ex quibus, vel in quibus vnus atque idem verus homo Deus, & Deus homo verus existit, idem semper homo Deus verus, & Deus homo verus ipse permaneat. Adhuc autem, etiam illud adiiciunt, vt sicut ex duabus rebus constat homo, id est, ex anima & corpore, quamuis vtriusque rei sit diuersa natura: sicut dubium non habetur, plerumque tamen vnus loquendi singulariter pronuntiet, simul vtrunque complectens, vt humanam dicat naturam, non humanas naturas. sic potentiam in Christi mysterio, & vnitionem diuinitatis atque humanitatis vnam dici vel debere, vel posse naturam: non considerantes, quia cum vna natura dicatur humana, quæ tamen ex duabus constet, id est, ex anima & corpore principaliter, illa causa est, qua nec initialiter anima alibi possit existere, quam in corpore, nec corpus valeat constare sine anima: & merito quæ alterutro sibi sit causa existendi, pariter vnã abusuè dici posse naturam, quæ sibi inuicem causam præbeat, vt ex alterutro natura subsistat humana, salua proprietate duntaxat duarum. Licet autem more locutionis humanæ etiam à parte sæpe totũ quodlibet possit intelligi: quemadmodum cum dicimus: tot animæ: corpora pariter indicamus: vel cũ dicimus: Omnis caro: naturas animarum simili designatione complectimur, nec habemus incognitum, Sic nos vnam rem pro duabus dicere ad vtraque significandas, vt tamen & duas esse nullatenus ignoremus, & propriis constare substantiis quantauis vnitione necantur: nam & deitas absque humanitate permanet esse quod deitas est, & humanitas etiã sine adsumptione diuina in sua, qua diuinitus instituta est permanet esse natura, atque ita & sine sua adunatione possunt in suis proprietatibus permanere: ex quo si carũ facta processit vnitio, propter seruandam plenitudinem sacramenti, perfectionemque mysterij, has easdem necessarium est proferri sub vna eademque persona sic indiscretas atque inseparabiles illa vnitione constare, vt permanent esse quod sunt: Nã & in hoc mysterio cũ nulla necessitas impugnationis emergit, simpliciter vnã rem frequẽter pro vtraque proferimus, vt dicamus filius hominis. Et: Quid me queritis occidere hominem, qui veritatem locutus sum vobis? Et item Apostolus: Cũ autem benignitas inquit, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei. Et alibi: Quid est super omnia Deus benedictus in sæcula. Nunquid cum tantummodo Deus dicitur, nunquid cum humanitas dicitur, deitas inde remouetur? Nunquid cum filius hominis dicitur, non etiã filius Dei cõsequenter aduertitur? Nunquid cum verbum Dei dicitur, non simul intelligitur & caro quod factum est. Nunquid cum caro corpusque depromitur, non etiam diuinitas indubitanter ostenditur? Aliud est quod vitaro loquedi cõpendio sæpe de qualibet rei parte dicimus, & totum quod est sine dubio profitemur. Aliud cũ prorupit humanæ temeritatis audacia, quæ sic aliquã partem nuncupare contendit, vt quod totũ est negare moliarur, necesse sit pro veritate certantes, illos qui partem suscipiunt, partemque continent etiam de toto conuincere: Nam quomodo non vident etiam suis verbis admoniti, quia cum dicunt: quodlibet modo humanã naturam salua corporis animæque distantia, vnum tamen quolibet modo humanam pronuntient esse naturam? Huic ergo se adunantes

Sine dicitur in sacris literis

Luc. 1.

Mareti pestes.

Vna natura Christi. Sæpe dicitur quæ depromitur.

adunante diuina, etiam secundum ipsos duæ sunt, vtriusque humana pariter & diuina: vna igitur nec potest esse, nec dici cũ duæ sint: Vnitio est enim duarũ non cuiuslibet alterius abolitio, nam nec dici potest vnitio, nisi duarum: alioqui dualitate submota, non vnitio potest vel dici vel esse, sed vnio. Quis iã ferat dedignari eos vocabula promere naturarũ: cum vtriusque nulla res sit, quæ non propriam possit habere substantiam: substantia vero nulla sit, quæ non natura dicatur: nam remouere naturam cuiuslibet substantiæ, tolles etiam sine dubitatione substantiam, sublata substantia, pariter res qualibet illa tollitur. Dedignantur inquam, isti nomen naturarum, cum Deus ipse non dedignatus sit naturæ suæ vocabulo à suis prædicatoribus nuncupari, sicut beatus Petrus Apostolus in Epistola sua dixit, cum Christi domini mysterium prædicaret: Vt per hæc, inquit, efficiamini diuinæ consortes naturæ. Quid quod ipsi etiam vnam dicendo naturam in domino Iesu Christo, naturæ tamen nomen conuincunt asserere, an vnam liceat nominare naturam, & duas, vel plures rerum ceterarum appellare fas non erit: Quis ista non rideat, & tanquam puerilia deliramenta despiciat: nã & cum dicunt, vnam fuisse naturam incarnatam, vobis hoc modo velur ostendere singulare, nullatenus euadunt significationem duarum, dum enim dicitur vnam diuinitatis naturam fuisse incarnatã remotis ambiguitatibus altera erit quæ incarnata est, altera qua incarnata perhibetur: quoniam nõ eadem erit natura deitatis, quæ incarnata est, quæ est natura carnis: quia incarnata affirmatur, neque se ipsa natura deitatis incarnata est, sed natura carnis incarnata cognoscitur. Sicut neque se ipsa natura carnis extitit deitate sublimis, quia & non aliunde diuinitas, quàm de vtero virginis matris incarnata processit, & caro nõ nisi in iisdem visceribus sancto spiritui superueniente, & altissimi obumbrante virtute est vnita deitati. Certè cum dicimus de vno eodemque domino nostro, quid secundum Deum, quid secundum hominem dixerit feceritque, vel etiam si dicamus hoc: vt homo Deus dixit aut fecit, & hoc vt homo Deus dixit & fecit, quare vtrũ, vel cũ secundum hominem dicimus dictũ factũque aliquid, vel deus homo fecit aut dixit aliquid, vtrũne in eo homo sit verus an falsus. Si falsus, MANICHÆVS, APOLLINARIS, MARCIONISTÆ, atque huiusmodi pestes cõsequenter exultant, quæ in Christo domino veritatem corporis abnegauerunt, aut putatiuum esse dixerunt: Vt alias interim perniciosiores, quæ hoc dogmate continentur hæretes nunc omittam. Si autem cum hominem Christum quo quomodo nuncupamus, verus illic intelligendus est homo, sicut fidem catholicam tenere manifestum est: vera illic ergo est humanæ naturæ substantia, & proprietates humanæ veraciter conditionis existit, vt verus homo sine cunctatione subsistat: quia aliter esse verus homo non possit, nisi naturæ suæ substantialiter verus proprietate subsistens. Nihil ergo cur vel esse verum videantur firmare, si non est. Aut cur negare contendant verum non esse, quod verum est. Si autem non negant, manet ergo naturaliter in suæ proprietate substantiæ: quia verum aliter esse non poterit. Querat ergo isti, quæ suæ demeritæ foueas quibus circumdantur euadant, & palam se aut in illorum esse numero fatentur, qui verum Christi corpus impugnant, aut negare

non audeant, tum nisi hac ratione verum esse non possit. Sicut & cum eundem Deum dicimus, vel secundum Deum loqui, aut facere prædicamus, aliter verum esse non possit, nisi veram illic diuinitatem, & in sua proprietate substantiæ permanentem deitatis fateamur esse naturam. Ergo hæc vtraque in vno domino Iesu Christo vera esse manifestum est. Vera autem vtraque aliter esse nõ posse, nisi in suarum proprietate permanentia naturarum, nullus humanæ mentis sensus, si quantulacũque rationis est, prorsus addubitat. Hæc inquam, in vno eodemque domino Iesu Christo, atque in eius vna eademque persona, qua ex vtriusque naturis vnus atque idem est, vtraque ineffabili atque insolubili vnitione perpetua sunt, vt & totus homo Deus sit, & totus Deus homo sit, atque hæc eadem ex quibus, in quibus vnus atque idem & Deus homo est, & homo Deus est, confusa non sint, deficientia nõ sint, sed sic vnum eundemque Deum hominem, & hominem Deum vtraque vnita perficiant, vt proprietatem suam penitus non amittant, qua vt ex vtriusque vnus atque idem Deus homo, & homo Deus possit esse, perficiunt: Si qualibet earum, quod absit proprietates exinde subtrahatur, aut Deus homo nõ erit, aut homo Deus esse non poterit. Ac sicut eò venimus, quò nõ istorũ cogit venire intentio, vnus rei proprietate sublata pro parte apud eos medius erit Christus, non vnus, nõ integer, ideòque nec verus, sequitur vt falsus: quia modis omnibus in hoc tendit abruptum, si aliquid naturaliter inde remouetur, ex quibus vel in quibus vnus & integer Christus est, ob hoc consequenter & verus: Ergo vt verus sit, integer sit necesse est, vt integer sit, vnus atque idem sit, vtroque in eo sine ambiguo permanente, ex quibus vel in quibus vnus idemque persistit: Vnde quod nos homines imperiti duos Christos adferre deierant, quia dicamus proprietatem vnus cuiusque substantiæ, vel naturæ in Christo manere perpetuam, dolenda potius eorum grandis est cecitas, qua nõ vident, non duos Christos per hæc posse depromi, ex quibus integer Christus existit, & sine quarum vnaquaque substantia integer non possit ostendi: Sed ipsi potius se non integrum Christum consententur astruere, cum in eodem sacramento aliquid de iis, quibus integer constat, conantur abstrahere: Itaque nos magis vnum dicimus, qui integrũ profitemur, & illi partem remouendo de iis, ex quibus integer & vnus existit, ita vnum non habent, sicut nec integrum, & sicut integrum non habent, ita nec verum. Quapropter cum nobis obiciunt *ἀνόψυσιν*, sine quibus integer vnus & verus Christus omnino non constat, aperiant oculos sui cordis, & videant quod ipsis potius *μονόψυστος* rectius imputetur, per quam, non integer Christus, ergo nec vnus, nec verus apud eos esse doceatur. Nunquid nam cum homo ex anima constet & corpore, quorum duas naturas esse non dubium est, non adunatione naturali vna persona & vnus est homo? Amplius dicimus, certè & interiorẽ hominem & exteriorẽ scripturæ diuinæ sæpe testatur auctoritas, & tamen non ideo duo homines in vno, sed vna persona & vnus est homo: vnde interior & exterior ad significantiam dicitur qualitatũ, non ad euidenciam personalem duorum. Quanto magis in illa ineffabili adunatione indiuisibili, nunquamque soluenda, sicut salua proprietate vtriusque naturæ,

Vno natura naturarum in Christo.

Calumniam hereticorum delirant.

Due natura in homine.

glorificaturus, quod etiam factum est, quando verbum incarnatum eum qui ex semine Dauid est, assumpsit, atque deificat. Vnde & filium eum appellat, dicens: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et iterum: Ego primogenitum ponam illum.

GREGORII Episcopi Nazanzeni in Natali domini. Duplex erat Christus, homo quidem quod videbatur, Deus vero quod non videbatur: comedens quidem vt homo verè & sicuti nos, habuit enim carnis similem passibilitatem sicuti nos.

Eiusdem ad Eledonium. Naturæ quidem duæ Deus & homo: Nam & anima & corpus. Filij vero non duo, neque dii, neque enim hic duo homines, licet ita Paulus & quod intus est hominis, & quod foris est, appellauerit. Et si oportet dicere compendiosè, aliud quidem & aliud ex quibus Saluator: si quidem non idem est inuisibile, & sine tempore quod sub tempore est. Non autem alter & alter, absit, ambo nanque vnum temperamento cognata.

Eiusdem. Non fallant homines, inquit, neque fallantur, hominem si mente suscipientes dominicum, sicut ipsi dicunt, magis autem dominum nostrum & Deum: neque hominem diuinitate fecerimus, sed vnum eundemque dogmatizamus: prius quidem non hominem, sed Deum & filium vnigenitum, & ante sæcula non mixtum corpori, & quæcunque sunt corporis, in sine vero & hominem assumptum.

BASILII Episcopi Cæsareæ ex libro contra Eunomium. Qui vel modicè considerat sermonis Apostolici voluntatè, quia non diuinæ ratiocinationis modum nobis tradit, sed dispensationis verba declarat, dominum enim & Christum eum Deus, inquit, fecit hunc Iesum, quem vos crucifixistis. Ostentatiua voce humanitatem eius, & quod videtur palam vniuersis insinuans.

Eiusdem ex sermone Gratiarum actionis. Quapropter desens super amicū, se ipsum communem humanæ naturæ monstrauit, & nos ex vtraque exaggeratione liberauit, vt neque passionibus debilitemur, neque tristitia in senescere feramus.

GREGORII Episcopi Nysseni contra Eunomium, Dextera itaque Dei exaltatus. Quis ergo exaltatus est? humilis an excelsus? Quid autem humile nisi quod humanum? Quid vero aliud præter diuinitatem excelsum est? Sed Deus exaltari non indiget, cū sit excelsus. Humanitatem igitur Apostolus exaltatam dicit, exaltata vero est, & quod dominus & quod Christus est facta. Non ergo ante sæcula essentia domini in eo quod ait, fecit, designat Apostolus, sed humilis transitionem ad excellentiam, quæ per dexteram Dei facta est: declarat enim & per hoc verbum pietatis sacramentum: qui enim dixit, quia dextera Dei exaltatus est, certissimè reuelauit dispensationem ineffabilem sacramenti, quia dextera Dei creatrix omnium existentium, quæ est dominus, per quam omnia facta sunt, & sine qua factorum constitit nihil, ipsa vnictum ad hominem euexit per vnictatem ad propriam celsitudinem.

Eiusdem aduersus eundem. Neque viuificat, inquit, Lazarum humana natura, neque deslet sepulchrum impassibilis substantia, sed propriè quidem sunt hominis lachrymæ, vita vero verè vitæ est. Non patitur millia humana paupertas, neque currit ad sicum

omnipotens substantia. Quis est fatigatus ex itinere? Et quis sine labore totum mundum verbo constituit: quid est splendor gloriæ? & quid quod clavis transfixum est? quæ forma in passione cæditur palmis: & quæ ex infirmitate glorificatur.

AMPHILOCHII Episcopi Ichnij, ex libro vbi exponit, Pater meus maior me est: Non conturbetur, inquit, cor vestrum, neque formidet, quia tradendus Iudæis sum: non enim inuita res est, sed spontanea passio. Vado & venio ad vos. Vado & venio vtrumque sicut homo, sicut Deus autem inseparabiliter sum vobiscum. Vado per mortem homo, venio rursus per resurrectionem homo. Si diligereis, gauderetis vti que, quia vado ad patrem meum, & quia pater meus maior me est. Sed non conturbetur cor vestrum, quia dixi: pater meus maior me est, maior enim est eo qui vadit ad eum, non eo qui est in eo. Sicut enim Deus in patre sum, sicut autem homo vado ad patrem. Illo ergo maior est pater, qui nunc vadit ad eum, nõ qui est in eo. Et vt compendiosè dicam, maior est & æqualis: maior interrogante, quãtos panes habetis, æqualis satiante populum totum ex quinque panibus. Maior interrogante, vbi Lazarum posuistis, æqualis Lazarum suscitante sermone.

Eiusdem & in alio sermone dum explanaret illud. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Hæc ait. Cuius ergo sunt passiones? carnis? Si das passionem carni, da ei & humilia verba, & cui adscribes miracula, supra nos commenda sermones: miraculorum enim operator Deus merito sublimia loquitur, & operum digna, passum vero templum benè humilia loquitur, & similia passionum.

Eiusdem contra Arianos. Discernè igitur, inquit, iam naturas & Dei, & hominis, neque enim secundum excessum ex Deo factus est homo, neque secundum profectum ex homine Deus: Deum enim & hominem dico. Cum vero passiones carni, & dederis Deo miracula, necessariò etiam nolens dabis humilia quidem verba homini ex Maria, sublimia vero & Deo decibilia verbo, quod in principio erat. Propterea enim alicubi quidem sublimes loquitur sermones, vt per sublimes quidem inhabitantis verbi indicet maiestatem, per humiles autem humilis insinuet carnis infirmitatem. Vnde & alibi quidem æqualem se patri dicens, alibi vero maiorem patrem, non sibi repugnat, sed ostendit quia & Deus & homo est: Deus quidem ex sublimibus, homo autem humilibus. Si autem vultis nosse quomodo pater maior est, ex carne dixit, & non ex persona diuinitatis.

Eiusdem. Noli, inquit, passiones carnis verbo impassibili applicare: Deus enim sum & homo, hæreticè, Deus, sicut profitentur miracula: homo sicut testantur passiones. Quia ergo Deus sum & homo, dic quis passus est? si Deus passus, dixisti blasphemiam: Si vero caro passa est, cur non passioni adplicas, cui iniicis quoque formidinem? alio enim patiente alter non timet, & homine crucifixo non perturbatur Deus.

ANTIOCHII Episcopi Prolemaidis. Agatur, inquit, & qui ex grege hæreticorum est, cur confundis Euangelium? Cur tentas Deum & hominem? quando audieris de Christo aliquid humile, & pauper, & mediocre, & seruire, deinde Deo dignum & sublime,

sublime, cælumque contingens, redde quæ huius sunt huic, & quæ huius, huic.

Eiusdem in festiuitate Natiuitatis. Liber, inquit, generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Habes qui ex Deo est. Suscipe qui ex Maria, neque illum neges, neque hoc confundaris: habes filium Dei, habes filium Mariæ: habes dominum, habes seruum: habes creatorem, habes interpretem: habes æternum, habes temporalem: habes de cælo, habes de Bethlehem: habes celestem, habes terrenum. Quicquid gloriosum, iaculare sursum. Quicquid humile, huic coniunge.

Mab.

Eiusdem. Peperit Maria infantem, hoc erat hominis: orta est desuper stella, hoc erat Dei. lacte nutriebatur infans, hoc eius qui secundum nos est, obsecundant ei qui natus est Magi, hoc eius qui ante sæcula est. Iactatur in spelunca, hoc clementiæ est.

Eiusdem. Lucernam, inquit, intelligo ex Maria hominem, lucernam, quia assumptus ex terra, & ex mero luro fictus est, lucernam, hominem, ignem habentem Deum. Quando cõsideras Deum in hominem, & vides hunc quidem de terra, hunc vero de cælis, quando vides hunc equidem ex Maria, hunc autem ex patre, & vtraque in se inseparabiliter copulata, illud intellige, quod deus noster ignis consumens est.

Eiusdem aduersus Iudæos in Pascha loquens. Omnino cura tibi est vobis prophetarum, cur celas vocem Danielis, dicentem: Lapis absconditur sine manibus, & factus est in montem magnum? Putas non tibi videtur mons Maria? lapis sine manibus absconditur? Christus lapis absconditur sine manibus, homo, natus sine amplexionibus? Sed ne te redarguens meis verbis dem suspicionem aliquam blasphemiam: non hominem purum dico, charissimè, sed hominem per quem saluus factus es, hominem quem Propheta prædicauerunt, hominem ostendentem tibi cælestis vitæ principium, hominem de quo plenæ sunt omnes prophetiæ, hominem quippe qui de seipso dicebat: Quid me queritis occidere, hominem qui veritatem dixit vobis: Et alibi. Cum videris, inquit, qui ex Maria est, persecutare qui celatus est interius.

SEVERIANI Episcopi Gabalorum contra Nouatum. Vnigenitum Deum verbum pater genuit Deus, noua & iis peregrina vulua virginis genuit. Audi Euangelistam dicentem: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabunt nomen eius Iesum, qui ex tuo corpore parietur. Sed nullus reprehendat vocem, tanquam seorsim dicenti deum, seorsim vero carnem: Intellectum sequamur, adorationem non separemus.

ATHANASII Episcopi ex Epistola ad Epictetum. Dicere autem eum in carnem versum, ipsius verbi nos mutatione sentire, & quis iam de cætero nos patietur hæc solummodo dicentes: Omni enim hæreticè ad impietatem amplius declinastis.

GREGORII Episcopi Nazanzeni ex Epistola ad Cleodonium. Verbum itaque caro factum est, æqualiter mihi videtur habere se ad id quod dicitur, peccatum eum factum, non in eam domino transmutato, nam quomodo poterat? sed in eo quod hanc suscepit, peccata nostra assumpsit, & languores nostros portauit.

Eiusdem ex eadem Epistola. Si enim non dicitur, inquit, in maledictum eum peccatū que conuersum,

Tom. 5.

cum hæc dicitur factus, neque in carnem dicatis eum conuersum. Hæc nanque magna est blasphemiam.

AMBROSII Episcopi Mediolanensis. Sed aiunt quidam scriptum: quia verbum caro factum est, quod scriptum est non nego, sed videte quod dictum est: intulit enim, & habitauit in nobis. Hoc est, illud verbum quod carnem adsumpsit, hoc habitauit in nobis, hoc est, in carne habitauit humana. Miraris itaque in hoc quod scriptum est, verbum caro factum est, carne assumpta à Deo verbo, quando & de peccato quod non habuit dictum est: qui factus est peccatum, non natura & operatione peccatum factus est, sed vt nostrum peccatum in sua crucifigeret carne. Abstineant itaque dicere verbi naturam in carnis naturam esse conuersam: aliud est enim quod assumpsit, & aliud quod assumptum est.

IOANNIS Episcopi Constantinopolitani in Euangelium secundum Ioannem. Quapropter cum audieris quia verbum caro factum est, non conturbaberis, nec concidas: non enim substantia in carnem tranfit: hoc enim impietatis est vltimæ, sed manens quod est, serui formam assumpsit.

Eiusdem post pauca. Audi, inquit, Euangelistam, intulit enim: & inhabitauit in nobis, hoc solum nunc dicens, nihil incongruum suspicaris in eo quod ait factum est, non enim conuersionem dixi illius inconuertibilis naturæ, sed in habitationem, & permutationem. Quod autem inhabitat, non idem est quod habitaculum, sed alterum in altero inhabitat, nam non erit habitatio.

EUSTATHII Episcopi Antiocheni contra Arianos. Deus, inquit, verbum, eandem quam genitor portat imaginem, imago quippe existens diuinæ substantiæ, verum autem eius templum homo existens, non idem quod templi fabricator est, dissimili ortus ex genere.

Rursus eiusdem post pauca. Sed potestatis maiestatem introducere volens, & ipsum corpus mortificatum hic filium dixit, ipsum quidem sublimitatis nomen imponens, id est, habitantis in eo Dei decubiter.

Et post pauca. Puto autem, inquit, nec insane quisquam & furiosè debacchatus, dixerit aliquando quia diuinitatis plenitudo mortis passâ dispensatum est. Ergo vrasaniunt, & bacchantur, & furunt, & insaniunt, & suis mentibus excesserunt, qui Deo verbo passionem applicare præsumunt.

Et post pauca. Si enim in Christo, inquit, plenitudo diuinitatis inhabitat, primum quidem aliud est quod inhabitat, aliud autem quod inhabitatur. Si autem naturæ differunt ab alterutris, neque mortis passionem, neque cibi appetitum, neque poculorum desiderium, non somnum, nõ tristitiam, non fatigationem, non lacrimarum fluxus, non aliam quamlibet mutatione plenitudini diuinitatis coexistere fas est: cum sit inconuertibilis per naturam homini. Hæc adplicanda seorsim sunt, qui ex anima constat & corpore.

Eiusdem. Quoniam neque dicere fas est, quia verbum mortuum est, & Deus qui suum templum triduanum suscitauit. Si autè ipse igitur iste natus est primogenitus ex mortuis, qui morte circumamictus est, ipse vero sit princeps in omnibus qui virtutes adquisitas suscepit. Denique triduanum ex sepulchro resurgens verbi templum, ipso corpore quidem ad proprios venit Apostolos, hæc autè verba dixit

XXx

eis: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Quia vero hanc potestatem accepit extrinsecus templum, & non qui edificauit templum præcipua pulchritudine Deus.

ATHANASII Episcopi Alexandrini in libris aduersus Hæreticos. Quæcunque igitur humilia verba & opera sunt, in corpore Iesu intellige scripta: quæcunque vero gloriose sunt literæ, in verbi diuinitate. Quando esurit post ieiunium, corporis passio est: cum vero ex quinque panibus quinque milia virorum præter mulieres, & infantes pascit, & duodecim sportæ fragmentorum remanent, opus verbi diuinitatis. Cum vero super ceruicalem dormit in nauē, corporeæ quietis est opus: cum ambulans supra mare increpat fluctibus & ventis, quiesce, obmutescit, mox audit ab iis qui in nauē cum iureiurando confessi sunt: verè Dei filius es. Cum stas ad sepulchrum Lazari desit, & venturus ad passionem dicit: Tristis est anima mea vsque ad mortem, & anxietur: spiritus quidem diuinitate præptus ad omnem dispensationem dicit, carnem vero infirmitatem, carnis vero infirmitas est contristari, & mortuum esse: quando imperatū dicit: Lazare veni foras, & surrexit viuens mortuus quadriduanus, quod factum non est à principio mundi, signum diuinitatis est.

Eiusdem de incarnatione. Dum dicit Euangelista nondum erat spiritus sanctus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus, carnem eius dicit nondum glorificatam: non enim dominus gloriæ glorificatur, sed caro domini hanc gloriam accepit coascendens ei in cælum, vnde & spiritus sanctus adoptionis nondum erat in hominibus, & quod assumptæ ex nobis primitiæ in cælum nondum ascenderant. Quæcūque ergo scriptura dicit, quia filius accepit, & glorificatus est filius, propter humanitatem eius dicitur, non propter diuinitatem.

Eiusdem in eodem libro. Vnde, ait, & Deus eum superexaltauit, & donauit ei nomen quod est super omne nomen, & cætera: De tēplo hæc dicit, quod est corpus eius, non enim excelsus exaltatur, sed caro exaltatur excelsi, & carni excelsi donauit nomen quod est super omne nomen, & non verbum Dei per gratiam accepit, vt vocaretur Deus, sed caro eius cum eo deificata est.

Eiusdem. Sicut enim lumen non læditur in tenebroso loco, neque vita potest aliquid pati natura, sicut ait propheta dominus de se: Videte, quia ego sum, & non mutabor.

Lachrymarum natura & causa. BASILII Episcopi Cæsariæ de gratiarum actione. Sicut ergo suscepit famem dominus fortè cibo egesto eius in corpore, & fatigatus est musculis & neruis ex itinere protensis, non diuinitate labore domata, sed suscipiente corpore naturam sequentis passionis. Sic & lachrymas fudit, naturalem casum carni aduenire permittens, quod euenit quando cõcauitates cerebri ex fumigatione tristitiæ completæ fuerint, & veluti per quosdam riuos, id est, foramina oculorum humectationis onus egreditur.

GREGORII Episcopi Nyssiæ contra Eunomiū. Accusat eos qui passionem assignant humanæ naturæ, vult enim omnino ipsam diuinitatem subdere passioni: duplici enim existente & sine dubitatione opinione, siue diuinitas, siue humanitas in passione sit facta, vnius accusatio in defensione fit modis omnibus eius quod relinquatur. Si igitur accu-

sant eos qui passionem circa humanitatem respiciunt, laudabunt indubitanter eos qui passibilem dicunt filij diuinitatem. Quæ autem per hæc struitur defensio dogmati eorū, absurditatis est: nam si patitur quidem secundum eorum sermonem diuinitas filij, patris vero in omni impassibilitate seruetur, impassibilis ergo natura ad eam quæ susceptio passionem: Aliter ergo habet qui diuinitatem passibilem dicit, & non templum diuinitatis.

GREGORII Episcopi Nazanzeni ex Epistola ad Nestarium. Et hoc non modo crudele est, sed omnium seuisissimum illud est, quia ipsum vnigenitum Deum iudicem existentium, principium vitæ, destructorem mortis asserit esse mortalem, & propria sua diuinitate suscepisse passionem, & in triduana illa corporis morte etiam diuinitatem cõmortuam corpori, & ita rursus per patrem à mortuis resurrexisset.

AMBROSII Episcopi Mediolanensis. Cur, inquit, diuinitati applicas carnis infirmitates, & infirmitatem humani corporis applicas diuinæ naturæ, nunc anima mea tristis est non sapientia dicit, sapientia enim perseuerauit inconuertibilis, licet indumento carnis circumamicta sit.

Et rursus alibi. Sunt vero quidam, qui in tantam processerunt impietatem, vt putent quia diuinitas domini circumcisa sit, & quia in ligno nõ caro fuerit, sed illa diuina substantia creatrix vniuersorum.

DAMASI Episcopi Romani contra Arianos cum anathematis interminatione. Si quis dixerit, sed caro domini hanc gloriam accepit coascendens ei in cælum, vnde & spiritus sanctus adoptionis nondum erat in hominibus, & quod assumptæ ex nobis primitiæ in cælum nondum ascenderant. Quæcūque ergo scriptura dicit, quia filius accepit, & glorificatus est filius, propter humanitatem eius dicitur, non propter diuinitatem.

AMPHILOCHII Episcopi Hiconij ex libro vbi exponit: pater maior me est. Et vt non longum extendam sermonem, interrogo te compendiosè, hæretice, qui ex Deo ante secula natus est, passus est, an qui ex Dauid in postremis temporibus natus est Iesus? Si quidem diuinitas passa est, locutus est blasphemiam. Si vero homo, sicut veritas habet, qua gratia non applicas homini passionem?

Eiusdem in sermone de Filio Dei. Cum dixisset enim Petrus quia & dominum eum & Christū deus fecit, addidit hunc Iesum quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis: mortuum vero est templum, non diuinitas, & qui suscitauit eum verbum virtus est, dicens in Euangelio: Soluite templū hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Si ergo dicit, & dominum eum & Christum fecit Deus mortuū, & à mortuis suscitata carnē dicit nõ filij deitatem.

SEVERIANI Episcopi Gabalorum. Similiter enim, inquit secundum animā timuit, mortuus fuit, contristatus est, tristis est enim, inquit, anima mea vsque ad mortem. Et cæpit contristari & mortuus esse. Hæc non erant passiones peccati, sed passiones naturam cognoscentes. Denique Saluator vt ostenderet, quia illa verba non erant decentia veritatem, sed congruentia carni, dicit discipulis circa ipsum passionis tempus: Tristis est anima mea vsque ad mortem, vigilate vt non intretis in tentationem. Et interpretatur cuius sint passiones, dicit: Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Ostendens igitur per omnia veracem & diuinitatis dignitatem, & carnis dispensationem.

ANTIUCHII Episcopi Prolemaidis in sermone contra

contra Hæreticos. Noli confundere naturas, & circa dispensationē nõ contremiscas, tene Deū, da Deo decentia: suscipe hominem, da homini decentia. Esuriit iste, qui secundum te: paut ille, qui vltra te est: sicuti, qui hodie natus est, ambulauit supra mare, qui sine tempore splenduit.

IOANNIS Episcopi Constantinopolitani in cruce. Christum cum audieris, non Deum cogites solum, neque incarnatam dispensationem solum, sed vtrumque, & Deum verbum, incarnatā dispensationem. Noui Christum esurientem, & noui Christum ex quinque panibus & duobus piscibus pasce-

tem quinque millia, extra mulieres, & infantes. Noui Christum sitientem, & noui Christum aquam in vinum mutantem. Noui Christum super aquas ambulantem, & noui Christum in nauē dormientem, Noui Christum morientem, & noui Christum mortuos suscitantem. Noui Christum Pilato adstantem, & noui Christum patri consistentem. Noui Christū à Iudæis lapidatum, & noui Christum ab angelis adoratum. Et aliud quidem inferi deitati, aliud autem humanitati: propterea nanque vtrumque dictum est, quoniam noui Christum ex Maria natū, & noui Christum ante secula genitum.

IOANNIS MAXENTII IN CONFES- SIONEM SVÆ FIDEI.

P RÆ F A T I O.

Dominis vitis beatissimis, Germano & Ioanni, Episcopis: Fælicii & Dioscoro, Diaconis: Blando Presbytero: & vniuersæ legationi sedis Apostolicæ, ab exiguo Maxentio, & omnibus qui mecum sunt, S.

credebat quia magis ei opera.



VONIAM nonnulli videntes nos contra eos, qui inimico proposito venerabilis Chalcedonensis Concilij fidem nituntur euertere, patrum proferre sententias, & nouis prauorum argumētis: nobis verbis Catholicis obuiare, aug-

Concilij Chalced.

mentū aliquod nos in fide facere iudicant, aut certe contra statuta venire Concilij, necessariū credimus, probabilibus documentis hanc inconuenientem ab eorum animis e xpurgare opinionem, docentes, nullatenus esse contrarium: si ex eorum patrum sententiis, quas ipsa recepit Synodus, falsam docuerimus Hæreticorū esse sententiam, quæ eam quasi contraria at que inconuenientia docere, quæ ante se fuerunt, Concilij tentant adstruere. Et primo quidem Catholicam fidem augmentum aliquod posse recipere, improbum est credere, quia cum sit perfecta & plena in omnibus, augmentum recipere non potest. Hoc enim sine

id est eorum

dubio augmentum recipi, quod est imperfectum. Si autē non de intelligentia fidei, sed de verbis agitur, hoc non est semper contrarium, quia aliquando explanationem fidei, verborum facit adiectio, aliquando corruptionem, quod non augmentum, sed detrimentum est potius fidei. Quapropter tunc adiectio verborum vitanda est, quando non explanationem, sed corruptionem aut contrarietatem fidei operatur. Quod si omnis adiectio verborum catholice fidei noxia creditur, cur beatus Cyrillus, ad destruendam Nestorij impiam interpretationem sancti Symboli, in Concilio Ephesino, tum multas sanctorū patrum sententias proferens, nullum reprehensionis dignum recipere augmentū creditur? Quod si idē augmentum recipere non creditur, quia non in ipso sancti Symboli Mathemate ipsas sanctorū Patrum sententias inseruit, sed eas extrinsecus proferens, syncerissimū sensum eiusdem sancti Symboli reddidit manifestū. Neque ergo de nostra paruitate cõuenit iudicare, qui non in ipso termino venerabilis Chalcedonensis Concilij inseruimus Patrum sententias, sed eas extrinsecus contra inimicos pro ipsius defensione proferimus. Sic denique beatus Papa Leo etiam post defensionem eiusdem Concilij coactus, diuersorum patrum sententiis, per illa quæ dicuntur Encyclica, contradicentium ora obstruere, & prauorum nouas aduersiones at que calumnias dissipare. Quorum etiam nos exempla sequentes, his qui errorem propriæ impietatis ex autoritate Synodi confirmare nituntur, & verba simpliciter at que integre à sanctis patribus edita, ad suam prauitatem conantur retorquere, cõpulsis sumus sanctorum virorū probatissimorum que doctorū sententiis armati occurrere, & impias assertiones eorū per Dei gratiam refutare: Euidenter arguentes, eos à fide sanctorum Patrum eiusdem concilij esse penitus alienos. Quod enim contra Synodum & non magis pro Synodo est, si cõtra inimicos Chalcedonensis Concilij, qui enim contra sanctorū Patrum fidem venisse calumniatur sanctorum virorū (qui ante ipsam in Ecclesia claruerunt) sententias proferentes, docuerimus, nihil nouū, aut sanctorū Patrum fidei contrarium, à memorato fuisse Concilio statuit. Præsertim cū incipientes beatissimi patres, qui in ipsa Synodo conuenerunt, sensum propriæ fidei explanare, ita de se manifesta voce testentur, dicentes: Sequentes igitur & nos sanctissimos patres, cõstitemus, & c. Quæ autē retractationem concilij esse iudicant cõtra Hæreticorū nouas aduersiones quippia ex libris proferre sanctorum, aut id quod conuenienti ratione cõlectū fuerit, primo arguant Beatum Cyrillum, qui (sicut superius edocimus) perfectio & primo sanctorū Patrum manente Symbolo, ad destruendam impiam interpretationem Nestorij, diuersorū Patrum sententias protulit, & beatū Leonem, qui similiter sanctorū Patrum testi-

contra Nestorij

contra Nestorij

Leo papa.

Encyclica.

Concilij

Concilij

Concilij

Concilij

Concilij

Concilij

Concilij

Concilij

monis statuta venerabilis Chalcedonensis Synodi, cum fide Patrum conuenienti docuit: Et tum demum nos quasi retractatores Concilij Patrum agere poterunt, qui per sanctorū Patrum bene prolatas sententias, repellimus Hæreticorū fallaciam. Nemo enim rectè reprehenditur retractare Synodū, nisi qui de ipsius statuto iudicans, non pro ipsa, sed contra ipsam Patrum proferre tentat sententias, sicut resutant Hæretici faciunt. Qui autē non contra ipsam, sed pro ipsa Patrum sententias proferunt, defensores sunt, non retractatores Concilij. Nestorij. Frustra ergo omnino nos Synodū retractare arguunt, quos vident non contra ipsam, sed pro ipsa Patrum proferre sententias. Quia Synodus alteram fidem aut mathemata præter sanctorum patrum tradere his, qui ad catholicam fidem confugiunt, prohibuit: non retro alia autē Hæreticorū prauitati, aut eis qui sensum eius moliantur corrumpere, rationabilibus documentis veli obuiare. Pnde superfluum est etiam illud quod nobis obicitur: Quia quod Synodus nõ dicit, nullatenus dici debere. Quia multa sunt quæ nõ dicuntur a Synodo, nec in illa scriptura canonica, & tamen cõratiõ postulat, ea nullatenus proferre ambigimus: sicut est Trinitas, aut cū de Mathemate patre dicimus, quia ingenitus est, & alia plura. Nec enim in rebus considerandū est (sicut dicit beatus Augustinus) quid sit, vel sinat vel non sinat dici vsus sermonis nostri, sed quis rerum ipsarū intellectus eluceat. His ita se habentibus, Beatissimi, ad Præter ca scripta expugnandam & auferendā ab omnium animis suspicionem sicut iam superius præfati sumus, nunc iam qualiter de incarnatione tantū dominica sentiamus, siue quid de gratia Dei, nõ qua creamur, sed ea qua recreamur, sapiamus, necessario vobis credimus Synodalia, facere manifestū. Quia nulla nobis est nunc de filij Dei diuinitate, quæ cõstat & vnitus est patri, & spiritui sancto, dubitatio. Si multa dicuntur, quid ergo in hac satisfactione fidei nostra, contrariū catholice fidei, aut sanctorū Patrum traditionibus vestra sanctitas iudicauerit, & c. possit, politica, vt instruat & emendare dignetur: si autem conuenientem, propria auctoritate firmare.

Trinitas ingenitus & c. scribitur sua cen- sine & c. politica,

Fides va-
trium.
Perfectio
in diuini-
tate &
humani-
tate pro
perfectum
deū & ho-
minem.

ITEM sequentes in om-
nibus fidem sanctorum pa-
trum, confitemur. Vnum eun-
demque filium Dei, Dominum
nostrum Iesum Christum per-
fectum eundem in diuinitate,
perfectum eundem in huma-
nitate, Deum verum & hominem verum, eundem
ex anima rationali & corpore, Homouisionem parti se-
cundum diuinitatem, Homouisionem nobis eundem secun-
dum humanitatem, per omnia simile absque peccato.
Ante secula quidem de patre natum secundum diuini-
tatem, in nouissimis autem diebus eundem, propter nos &
nostram salutem, ex Maria virgine Dei genitrice secun-
dum humanitatem. Vnum eundemque Christum filium
Dei unigenitum, in duas naturas, inconfusibile, incommu-
tabiliter, in diuisibile, inseparabiliter, cognoscendum. In nullo
naturarum diuersitate propter unitatem perimendam,
salua potius proprietate vniuersae naturae, in vna
persona, vnaque substantia concurrente. Non in duas
personas partiendum aut diuidendum, sed vnum eundem
que filium unigenitum Deum verbum, Dominum Iesum,
sicut ab initio nobis Prophetarum dixerunt, de deo & ipse
nos Christus cruciuit. Has igitur duas naturas Dei
verbi Domini nostri Iesu Christi, hoc est diuinitatis &
humanitatis, naturaliter siue substantialiter, secundum
traditionem sanctorum Patrum, credimus & confitemur
vniuersitas, eo quod natura inuolabilis dei verbi, naturae
est vnica passibili, beatissimo simul atque doctissimo
Athanasio dicente: Verbum caro, non caro, verbum factum
est. Verbum autem caro factum dicitur, quia verbi
facta est caro, & non alicuius hominis, hoc est, Deus
homo factus est, & dicitur caro, ne praeter carnis
nomen. Cur ergo non sufficit nobis naturalis vni-
tatis verbi ad propria carne, & quia Deus homo factus
est: hic congruenter sanctissimus Theologus Cyril-
lus ad Nestorium: Non enim, inquit, dicimus, quod dei
natura conuersa aut immutata, facta sit caro, vel
quod in totum hominem, qui est ex anima & corpore,
transformata sit, sed illud magis quod carne animata
& animam rationalem sibi copulauerit verbum, & filius
dei substantialiter, ineffabiliter, incompressibiliter factus
sit homo, & nuncupatus sit filius hominis. Nec
nuda tantum voluntate, nec assumptione personae, sed
quod diuersae quidem naturae in vnum conuenerint,
vnum tamen ex vtraque Christus & filius, non eua-
cuata aut sublata naturarum diuersitate propter v-
nionem. Horum igitur sanctorum patrum doctrinam
de modo sequentes, abominamur omnia eorum deliramenta, qui
vniuersis filium filio copulatum, aut alterum inhabitantem in alte-
naturarum, alterum autem alteri contentum vnitum secundum af-
in Christo, factum, aut gratiam, aut dignitatem, aut aequale honorem si-
vnum di- ue auctoritatem, aut secundum conuincutionem, aut
ritur mul concordiam, aut illustrationem, siue secundum inope-
ris modis. rationem, aut personalem factam credit vnitioem,
Greg. ad beato Cyrillo in capitulo tertio contra Nestorium di-
Didoniu. cente: Si quis in vno Christo diuidit substantias post
vnitatem, sola eas societate conectens, secundum digni-
tatem, aut auctoritatem aut potentiam, & non ma-
gis contentum ad vnitatem naturalem, anathema sit.
Similiter beatus Gregorius in Epistola ad Didoniu:
Si quis, inquit, sicut in Propheta secundum gratiam di-
dicit inoperasse Deum verbum, & non substantialiter factam
contentum vnitionem, sit vacuus melioris inope-
rationis, magis autem & plenus deterioris. Vna verum
duarum naturarum substantiam, siue personam, quam

2. Naturae
in christo
substan-
tialiter
vniuersa.
Athana-
sius bea-
tiss. &
doctiss.
Ioh. I.

Cyrillus
Ioh. I.

Christus
quomodo
factus ho-
mo.

Hereses
de modo
vniuersis
naturarum
in Christo
vnum di-
ritur mul
Greg. ad
Didoniu.

nobis veneranda Chalcedonensis Synodus tradidit,
nullus alterius nisi Dei verbi incarnati & hominis
facti confitemur. Propter quod nec illam sententiam,
quam quasi contrariam quidam Synodo aestimant, id est, v-
nam naturam Dei verbi incarnatam, auerimus, quia ni-
hil aliud nisi vna substantiam siue personam in dua-
bus naturis docet vnitas. Vnde & beatus Flavianus
huius urbis Episcopus, in libello quem de fide sua
Theodoro Imperatori, ad excludendos eos, qui sicut
duas naturas, ita duas praedicant substantias, vnam
Dei verbi naturam, vnum filium, vnum Dominum con-
fitemur, & vnam quidem naturam dei verbi in carna-
tam vnde renuimus confiteri: Quapropter impie qui-
dam, personam quidem homini, substantiam verum deo
verbo credit ad Synodo deputatam. Non quod ne-
sciant apud Synodum id ipsum esse substantiam quod
& personam, sed ne aperte videatur duas substantias,
aut duas personas introducere, hoc pessimo
butuntur argumentum. Nos autem vnum & idem sen-
tientes substantiam esse quod & personam, non di-
cimus Trinitatem in Christo inhabitare, sicut con-
fiteuerunt Theodori, Mopsuestien, & Nestorij secta-
tores, quasi quid extra Trinitatem sit Christus, hoc
verbum unigenitum filium patris, Dominum nostrum
Iesum Christum, qui pro nobis passus est carne, vnum
de tribus substantiis vnus diuinitatis esse credimus,
Nec enim verendi sunt, hi qui nos reprehendere te-
tant, dicentes: Eo quod Trinitatem diuidere, est Chri-
stum dicere vnum de Trinitate, cum & ex Trinitate,
& quod amplius est, vnus trium, ad beato dictum sit
Augustino. Denique in libro Enchiridij, dum ageret
de eo quod dictum est: Natum Deum verbum ex Spi-
ritu sancto & Maria virgine, inter cetera ait: Sed cum
illam creaturam, quam virgo concepit & peperit, qui-
uis ad solam filij personam pertinentem tota Trinitas
fecerit (neque enim separabilia sunt opera Trinitatis)
cur in ea facienda solus Christus nominatus est? An
& quando vnus trium aliquo opere nominatur, vni-
uersae opera intelligit Trinitatis: Rursus in libro se-
cundo de Trinitate: Vtrum, inquit, indiscretum deus ap-
paruerit patribus nostris, antequam Christus ven-
rit in carne: An aliqua ex Trinitate persona, an sin-
gularim, quasi per vices appareat? Et iterum post pau-
ca: Neque hic ergo, inquit, euidenter apparet, vtrum ali-
qua ex Trinitate persona, an dominus ipse Trinitas
(de quo dictum est: Dominum deum tuum adorabis, &
illi soli seruies) visus fuerit Abraham. Sed his paulo
manifestum beatus Proclus, huius urbis Episcopus quem
etiam veneranda recepit Synodus Chalcedonensis, ad
Armenios, cum contra Theodori blasphemias, quae qua-
ternitatem pro Trinitate impie dogmatizauit, petere-
tur ab ipsa gente ut scriberet, eiusdemque blasphemias
refutaret, de hac sententia est locutus, dicens: Sed scisci-
tatis me fortassis illi nouitium vanumque sensum seu
vaniloquum, dicens: Quia qui confitetur eum qui cruci-
fixus est, Christum deum, & patrem & Spiritum sanctum
crucifixum confitetur, si vna est Trinitatis natura. Ego
autem e contra tibi, & quare: Vnus ex Tri-
nitate est, qui crucifixus est, an alius aliquis extra Tri-
nitate? & si quidem vnus, solutus est iurgium. Si autem a-
lius aliquis praeter Trinitatem quartus est sine dubio
gloriae Dominus, & ab illa glorificatione, qua Seraphim
glorificant,

B. Flavianus
Theod.

Imp.
Substien-
tia & per-
sona.

Cap. 38.
Ioh. 3.

Cap. 10.
Ioh. 3.

Deus. 16.
Gen. 18.
Proclus.

Quaterni-
tas Theo-
dori.

Ioh. 8. 4.
Apoc. 4.
Seraphim
animalia.

489
Colos. 2. c
Super a-
quam scri-
bere.
Mat. 7. d
Super a-
renam a-
dificare.

glorificant, existit extraneus. Illa autem animalia
Trinitatem laudant, & vnitatem confitentur. Hoc
autem si non mendaciter docet vox illa, quomodo
quartus, quos non plasmavit, saluauit? Aut chiro-
graphum peccatorum destruxit in cruce, qui non
habet potestatem peccata dimittere, si non est se-
cundum te Deus? Et iterum post aliquanta: Si autem
proferas mihi, inquit, dicens: Quia qui confite-
tur crucifixum Deum filium, & patrem & Spiri-
tum sanctum confitetur super aquam scribis, & su-
per arenam aedificas. Attende igitur catholicis fi-
dei cruci, & abluere imprudentiam tuam. Quid e-
nim est quod nos sapimus. In hac ipsa essentia, qua
constat & vnitas est filius patris & spiritui, non dici-
mus eum passum, sed carne quae ex nobis & pro no-
bis est factus. Non autem alius est factus nisi vnus de
Trinitate, & crucifixus est, carne qua factus est, &
non est passus diuinitate, qua vnitas est patri & spiri-
tui, & ipsos de crucifixis dicamus. Si autem dice-
remus eum, diuinitate crucifixum, reuera in Trinitate
passione inducerem. Si autem dicimus, quod in carne
sua passiones Verbum suscepit, confitemur, quia & vnus
est de Trinitate qui passus est, & Trinitatis natu-
ra impassibilis mansit. Et iterum: Si autem incarnatus,
inquit, non esset passus, haberet fortassis rationem ver-
tutissimam obiectio. Si autem incarnatus passus est eui-
denter, quoniam causa incarnationis est crux, hoc cru-
cifixum est, quod incarnatum est. Si autem quod in-
carnatum est, crucifixum est, Pater autem & Spiritus
non est crucifixus, vnus ergo de Trinitate est crucifi-
xus. Diuinitatem verum qua comunicat patri & spiri-
tui, seruauit impassibilem. Carne autem, qua ipse so-
lus est factus, ipsa & solus idem ipse est passus. Qua-
propter si quis hanc huius beatissimi patris super ipse
dotem solis lucem incarnationis reprehendere audeat,
vnam totius Trinitatis substantiam, id est, patris & filij
& Spiritus sancti, manifeste cum Sabellio credere re-
prehenditur. Quia si secundum ipsos, quicumque
dixerit, vnum ex Trinitate Christum, qui pro nobis est
carne passus, diuinitatem facere deprehenditur Trini-
tatis. Ergo & quicumque Deum ex Deo dixerit, diui-
nitate efficit deitatis. Quod si Deum ex Deo dicere di-
uinitatem non facit diuinitatem, praesertim cum vna sit
diuinitas Trinitatis, multo magis vnum ex Trinitate
dicere, diuinitatem non facit Trinitatis. Quia non secun-
dum id quod vnus est Deus, & vna diuinitas Trinita-
tis, sed secundum id quod tres sunt, id est, pater & Christus
& Spiritus sanctus vnus deus, Christus dicitur vnus
de Trinitate, qui pro nobis passus est carne. Verum si
vellent aduertere hi, qui hanc totius Ecclesiae vocem, &
Apostolicis traditionibus conuenientem temere au-
dent reprehendere: quoniam vnus Deus Trinitas, &
quoniam Deus ex Deo, & vnus ex vno, nullatenus du-
bitarent dicere vnum ex Trinitate Christum, qui pro
nobis passus est carne. Quia si non Trinitatem, quae
vnus est Deus, sed Deum, qui substantialiter ex deo
est, genuit secundum carnem virgo Maria: sine du-
bio vnus ex Trinitate est, qui secundum carnem ex ip-
sa natus est. Aut ergo confiteantur hi, qui hanc vo-
cem putant catholicae fidei esse contrariam, Deum
qui est Trinitas natum ex femina: aut si hoc non au-
dent dicere, dicant vnde est Deus, qui de virgine na-
tus est, si non est de Trinitate, cum praeter Trinitatem
nullum alium Deum agnoscat Catholici. Sed si eam
verum & propriam Dei crederent genitricem, vti que
Deum verbum vnum esse crederent de Trinitate: quia

non ex ea Deus qui est Trinitas natus est. Nam cum
Apostolus Christum testetur super omnia Deum,
Trinitas autem vnus est Deus, non incongrue ab eis
quaeritur: Vtrum Trinitas Christus sit, aut alter pra-
ter Trinitatem Deus Christus sit. Aut forte etiam
super Trinitatem Deus est Christus, quia super omnia
eum Deum testatur Apostolus. Quod si horum trium
quodlibet dicere est impium, restat ut vnus de Tri-
nitate sit verbum, qui de virgine secundum carnem
natus est, & homo factus, passus est carne pro no-
bis. Hinc est quod beatam virginem Mariam pro-
pter honorem tantum hominis illius, qui ex ipsa na-
tus est, quem gratia, non natura Deum confitentur,
Dei adserunt genitricem. Nos autem verum & prop-
riam Dei genitricem credimus & confitemur. Quia
puerum illum quem ipsa peperit, natura Deum cogno-
scimus, & per ipsum facta sunt omnia, secundum bea-
tum Cyrillum dicentem: Homo natus est, cum sit na-
tura Deus Dei patris verbum. Quia similiter ut nos
sanguini communicauit & carni. Sic enim terrenis
apparuit, non amittens quod erat, sed adsumendo hu-
manitatis naturam in sua ratione perfecta. Et iterum
in primo capitulo contra Nestorium: Si quis, inquit,
non confitetur Deum esse secundum veritatem, eum qui
est Emmanuel, & ob hoc ipsam Dei genitricem san-
ctam virginem (Peperit enim carnaliter verbum, quod
ex Deo est caro factum, secundum quod scriptum est:
Verbum caro factum est) Anathema sit. Quapropter
duas etiam natiuitates Dei verbi, vnam ante secula a pa-
tre secundum diuinitatem, alteram verum in nouissimis
temporibus, secundum humanitatem a virgine sancta,
confitemur. Quia non aliam matris, aliam patris filium
credimus, sed vnum eundemque naturalem filium
patris, naturalem filium matris agnoscimus, Beato
Papa Leone ad Flavianum dicente: Cum enim deus Leo Papa
& omnipotens, & aeternus pater creditur, cōsemp-
ternus eidem quoque filius demonstratur. In nullo a
patre differens, quia de Deo Deus, de omnipotente
omnipotens, de aeterno natus est coaeternus. Non po-
sterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis
gloria, non diuisus essentia: idem verum sempiterni ge-
nitoris vnigenitus sempiternus. Natus est de Spiritu
sancto ex Maria virgine, quae natiuitas temporalis, illi
natiuitati diuinam & sempiternam, nihil minuit, nihil
contulit, sed totam se reparando homini, qui erat
receptus, impendit. Secundum huius beati patris sen-
tentiam, Deus factus Christus, non autem Christus
Deus factus docetur, sicut dicunt sectatores Theo-
dori Mopsuest. Magistri Nestorij, qui per profectum
Christum Deum factum credunt. Quia non cum esset
pauper diues factus est, sed cum diues esset, pauper
factus est, ut nos diuites faceret. Sicut & Psalmista 2. cor. 8.
testatur, dicens. Sedes tua Deus in seculum seculi, vir-
ga aequitatis, virga regni tui. Dilixisti iustitiam, & o-
disti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus
oleo laetitia praefortibus tuis. Quomodo autem
Deus vnigenitus potuit aut habere cōsortes, nisi fieret ho-
mo? Et ideo recte vnus eiusdemque Dei verbi in-
carnati, & hominis facti creditur esse mirabilia &
passiones, quia non est alter deus, alter homo, sed idem
Deus, idem homo, secundum illam Papae Leonis sen-
tentiam, dicens. Quia impassibilis Deus non est dedi-
gnatus fieri homo passibilis, & immortalis, mortis
legibus subiaceret. His congruus etiam beatus Cyril-
lus contra Nestorium: Si quis, inquit, non confitetur
Deum Verbum passum carne, crucifixum carne & mor-
XXx iij

Rom. 9. a

Virgo Ma-
ria, dei ge-
nitrix.

Ioh. I.

Leo Papa
ad Flavianum.

Natiuit.

Theodor.

Mops.

Nest.

Psal. 44.

Heb. 1. c.

tem carne gustalē, factūque primogenitū ex mortuis, secundū quod est vita & viuificat nos tanquam
 4. Synod. Deum, Anathema sit. Secundum horum igitur hunc
 omium sanctorum Patrum catholicum sensum suscipimus quatuor Synodos, id est, Nicenam trecentorū decem & octo & centum quin quaginta, qui in hac vrbe regia conuenerunt, & eam quæ in Epheso congregata est, cui præfuerunt Cælestinus & Cyrillus beatisimi Patriarchæ, cū omnibus quæ ibi cōtra Nestoriū siue contra quālibet hæresim acta sunt, necnon etiam, quam sequimur & amplectimur, venendam Synodum Chalcedonensem, omniāque scripta patrum sanctorum, qui vnum & idem secundum horum Conciliorum definitiones senserūt. Anathematizamus autem omnes, si quis dubitat, aut retrahat, aut imperfecta iudicat, aut qui ea fide sanctorum patrum aestimat aliena. Similiter igitur anathematizamus omnia scripta Theodori Mopsuesti, & Nestorij discipuli eius, & omnes qui similiter illis sapiunt. His adicientes Eutychem, Dioscorum, Timotheum, Eulysium, Petrum Alexandrinum, & Petrum Antiochenum, & Accium Constantinopolitanum, cum omnibus sectatoribus eorum, & successoribus, communicatores & complices, aut qui quacunque sorte eorum maculantur contagione, aut memorias eorum celebrant, qui in ipsa damnatione defuncti sunt, aut innocentes defendunt. His ita se habentibus, beatissimi, nūc quid iam de gratia Dei, nō qua creamur, sed de ea qua recreamur & renouamur, sentiamus, breuiter exponentes, sanctitati vestræ necessariū credimus facere debere manifestum. Eo quod etiam in hac parte inimici gratiæ dei, id est, Pelagij & Cælestij sectatores nimis nobis infesti esse vidētur. Igitur cōstemur rectū in omnibus à Deo creatū Adam, non mortalem nec immortalē, sed vtriusque capacē habentem in proprii facultate arbitrij, & velle & posse ad omnia, hoc est, & ad bonū & ad malū. Hunc callidi serpentis deceptū astutia, propria spōte, præuaticatorē extitisse diuini præcepti, atque ob hoc iusto iudicio Dei, non solū morte corporis, verū etiam animæ effectum obnoxium, & pristino honore nudatū, iumentis similem factū, nō quod irrationabilis sit effectus, sed quia rationalis vigor eius carnali delectatione est obligat⁹, sensit denique mox inobedientia merito legē contrariam in propriis mēbris, repugnātem legi mētis suæ, captiuārem se in legi peccati. Quod malum & pœnam mali in vniuersum credimus transisse genus humanum. Nec enim mortem corporis tantum, quæ pœ-

na peccati est, sicut quidam dicere volunt, sed & aculeū mortis, hoc est, peccatū, ingressum in mundū. Quia non istis, sed Apostolo potius acquiescimus, qui & peccatū & mortem in omnes homines pertransisse testatur, dicens: Per vnum hominē peccatū intrauit in mundum, & per peccatū mors, & ita in omnes homines mors pertransiuit, in quo omnes peccauerūt. Propterea, recentēs ab vtero paruulos, non tantum, vt adoptionem mereantur filiorū, aut propter regnū cœlorū (sicut Pelagij & Cælestij, siue Theodori Mopsuesti. discipuli, qui vñ & idem naturale & originale peccatum esse adfirmare conantur.) sed & in remissionem peccatorū eos credimus baptizari, ne pereāt in aternū: Infirmatus igitur naturæ vigor per malum præuaticationis, nullatenus valuit per semetipsum inde resurgere quo per propriam voluntatē erat lapsus. Quapropter nullū ab Adā nunc vsque per naturæ vigorem credimus esse saluatū, nisi dono gratiæ Spiritus sancti in fide nominis Iesu. Quia nō est aliud nomē datū hominibus sub cœlo, in quo oporteat eos saluos fieri nisi in nomine Iesu Christi. Liberū autē naturæ arbitriū ad nihil aliud valere credimus, nisi ad discernenda tantū & desiderandā carnalia, siue secularia, quæ nō apud Deū, sed apud homines possunt fortassis videri gloriosa. Ad ea verō quæ ad vitā aternā pertinent, nec cogitare, nec velle, nec desiderare, nec perficere posse, nisi per infusionē & inoperationē intrinsecus Spiritus sancti, qui est etiā Spiritus Christi. Spiritū enim Christi qui non habet, hic non est eius. Quod si quis credit in Christo, iam Christi est. Sicut & verū est, non vtiq; per donū naturæ, sed per Spiritū sanctū est, qui Christi est. Qui iam credit in eum, qui iustificat impiū, vt confiteatur, quia dominus est Iesus, quod nemo potest dicere, nisi in Spiritu sancto. Quapropter anathematizamus eos, qui naturale aut substantiā aliquam dicūt esse peccatū. Abominantes etiā eos, qui contra vocē Apostoli audēt dicere, nostrum est velle, Dei verō perficere, cū idem Doctor & velle & perficere donum testetur esse diuinū, ipso dicente: Deus enim est qui operatur in vobis & velle & perficere pr o bona voluntate. Credētes etiam omnes ab Abel vsque ad Christum, si qui saluati sunt, ea gratia, qua & nos, esse saluatos, secundum vocem beati Apostoli Petri dicentis: Quid tētatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres vestri, neque nos portare potuimus, sed per gratiam Domini Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi.

EIVSDEM CONTRA NESTORIANOS, CAPITVLA.

Si quis non confitetur in Domino nostro Iesu Christo duas naturas vnitās, hoc est, diuinitatis & humanitatis, ac sic vnam naturam Dei Verbi incarnatam, sicut duas vnitās in vna substantia atque persona, secundum quod nobis tradidit veneranda Synodus Chalcedonensis, Anathema sit.
 Si quis non confitetur propriē & verē sanctam Mariam Dei genitricem, sed propter honorem tantum hoc ei nomen tribuit, quia peperit hominem, qui secundum gratiam dicitur Deus, non autem quia peperit Deum incarnatum & hominem factum, Anathema sit.
 Si quis non confitetur substantialem siue naturalem vnitatem, secundum id quod manens natura Deus Verbum, natura est vnitus humanæ, sed substantialem siue personalem dicit vnitatem, aut secundum illustrationem, siue secundum dilectionem, aut secundum affectionem, Anathema sit.
 Si quis non acquiescit confiteri Christum vnum de Trinitate, etiam cum carne propria, qui pro nobis passus est in carne, quāuis secundum carnem non sit de substantia Trinitatis, sed sit idem ex nobis, Anathema sit.
 Si quis puerum illum quem sancta Virgo Maria genuit, non confitetur naturæ Deum, per ipsum facta omnia visibilia & inuisibilia, cœlestia, terrestria, conditionemque omnium, Deum sortem, principem pacis, patrem futurī seculi, Anathema sit.
 Si quis

493
 Si quis dicit Christum passum carne, Deum vero passum carne dicere non acquiescit, quod ipsum intelligitur, Christum passum carne, Anathema sit.
 Si quis dicit, Deus non est factus Christus, Christus autem Deus factus est, Anathema sit.
 Si quis non confitetur duas naturas in vno filio Dei, Deo verbo, ante secula quidem nato de patre, in nouissimis autem temporibus eodem de matre genito, Anathema sit.
 Si quis non confitetur compositum Christum post incarnationem, Anathema sit.
 Si quis dicit naturale esse peccatum peccati causam naturarum conditori damentem adscribens, Anathema sit.
 Si quis non confitetur originale peccatum per præuaticationem Adæ ingressum in mundum (secundum Apostoli vocem dicens: per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt.) Anathema sit.
 Item: Anathematizamus omnem sensum Pelagij, & cœlestij omnium qui illis similia sapiunt, suscipientes omnia quæ in sedes apostolicis locis contra ipsos acta sunt & scripta à Præfibus Apostolica sedis, id est, Innocentio, Bonifacio, Zosiano, Cælestino, Iuliano, Leone, Attico etiam Constantinopolitano, & Augustino, Africane prouinciæ Episcopis.

EIVSDEM ALIA FIDEI PROFESSIO.

DES Deus pater, Deus filius, Deus etiā, Spiritus sanct⁹ non tres, sed vnus Deus vna substantia siue natura, vna sapientia, vna virtus, vna dominatio, vnum regnum, vna omnipotētia, vna gloria, tres tamen substantiæ siue personæ. Vnaqueque persona incommutabiliter semper obtinens quod proprium est, ita vt nec pater sit filius aut Spiritus sanctus, nec filius sit pater aut Spiritus sanctus, nec Spiritus sanctus pater sit aut filius. Filius autem, id est, Verbum Dei, vnigenitus Deus, consubstantialis patri, manens in propria substantia Deus, in nouissimis diebus ex visceribus beate virginis Mariæ naturam suscepit humanam, & sibi carnem coadunans, homo factus est, habens animā rationalem vel intellectualem. Quamobrem fatendum est, Deum natum ex femina, non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem, Deum in cuius iacuisse, pannosum, sordibus innolutum, creuisse & profecisse ætate & sapientia, secundum humanitatem, non secundum diuinitatem: Deum esturisse, stitisse, lassum ex itinere quietuisse, non secundū diuinitatem, sed secundum humanitatem: Deum comprehensum manibus impiorum, iudicatum, damnatum, crucifixum, latus lancea perforatum, non secundum Diuinitatem sed secundum humanitatem: Deum mortuum, sepultum, resurrexisse non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem: Deum cum ipsa carne ascendisse in cœlum, sedisse ad dexteram patris, inde rursum cum ipsa carne in gloria venturum iudicare viuos & mortuos. Rursum profitendum est, Iesum Christum filium hominis siue hominem, ante secula de patre natum vñ ex Trinitate, & per eum facta omnia visibilia & inuisibilia, & sine ipso factum esse nihil, non tamen secundum humanitatem, sed secundum diuinitatem. hunc eundem hominem esse vitam aternā, sapientiam, & virtutem patris, non tamen secundum humanitatem, sed secundum diuinitatem, hunc eundem hominem esse figuram substantiæ siue imaginem patris, & emanationem claritatis Dei, non tamen secundum humanitatem, sed secundum diuinitatem. Rursum dicendum est, cum qui est vita aterna, sapientia, & virtus patris, natum secundum carnem ex femina, vitam aternam, sapientiam & virtutem patris, pannis innolutum in cuius iacuisse, vitam aternam, sapientiam & virtutem patris, passum, crucifixum, mortuum secundum carnem. Quæ cum ita sint, nemo potest esse Catholicus, nisi qui in Verbo Dei filio vnigenito, duas fuerit professus post

adunationem semper indissolubiler manere naturas, id est, Verbi & carnis, Dei & hominis, diuinitatis & humanitatis. Quia sicut vnus de Trinitate est, & in principio Verbum Deus est, ita etiam idem ipse ex nobis est, homo perfectus & verus. Qui enim ex lumbis Abraham & ex femine David puer datus est nobis, Deus cœli est, & princeps pacis, & ideo non duæ, sed vna Christi persona est, quia nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis, qui est in cœlo, Iesus Christus heri & hodie ipse & in secula.

EIVSDEM ADVNATIONIS VERBI DEI AD PROPRIAM CARNEM RATIO.

Filius Dei Verbum patris, vnus ex trinitate, consubstantialis patri, natus de Deo ante secula, subsistens in propria persona Deus, in nouissimis temporibus, mox inter Euangelizantis angeli verba, & adcommo-dantis virginis fidem, propriæ potentia virtute, ex visceribus eiusdem virginis siue femine viri carnem sibi coadunans, manens in propria natura Deus, homo factus est, habens animam rationalem siue intellectualem, & ita completo tempore, secundum legem humanæ naturæ processit de thalamo virginali. Hac de causa naturalis, non socialis adunatio siue vnio in Christo rectissime dicitur. Quia non carni formatae aut animatae quod iam hominis cuiuslibet potest demonstrare persona verbi vniuit in vtero virginis, sed ex ipsis eius visceribus, sapientia sibi domum ædificauit. Alioqui si formatae aut animatae carni semer Verbum Dei inseruit in vtero virginali, non iam naturalis, sed societatis hæc potius vnio siue adunatio dicenda est: Nec persona Verbi ad naturam carnis, sed ad personam alicuius hominibus concurrisse credenda est. Sed hoc qui dicunt, errore Nestorij traducuntur. Catholica autem fides non personam verbi ad personam alicuius iam formati hominis, sed ad naturam carnis conuenisse credit & prædicat, & ideo non socialem, sed naturalem factam docet esse vnitionem.

HORMISDÆ PAPÆ AD POSSESSOREM, EPISTOLA, Dilectissimo fratri possessori Hormisdæ.

Sicut rationi congruit, vt consulant ambigentes, ita par est respondere cōsultor, quia ipse impellit in errorem, qui non instruit ignorantem. Nec quicquam est

= caute lege
 = caute lege

Fuit ex Trinitate.

apertius studiose religiones quam inquisitio veritatis quando facillimè deuium vitat, qui iter quod graditur rogar. Sed priusquam respondendi curam, de his quæ dilectio tua percontatur, aggrediar, libenter in literis tuis fidei tuæ me fateor inuenisse feruorem, cuius calore succensus, rediuuiam in illis partibus infidelium peruersitatem vigere suspiras. Dignissimus dolor qui dedita Deo corda contristat. Nec enim est apud eos lapsus illamentabilis, apud quos est igniculus charitatis. Quia vñ spiritualium votum est, salus inconcussa cunctorum. Sed non est ignota ecclesiis Dei de huiusmodi procellis, aut insuetata tempestas, quamuis rectoris sui gubernaculo inconcussa persistat, variis tamen insurgentium fluctuum laborat vexata turbibus. Nam vnde est Psalmodici vox Prophetæ, qui ipsius ecclesiæ personam spiritu quo implebatur assumens: Sæpe, inquit expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. Concutiunt sed in nihilo præualebunt. Adhuc in area sumus, mixta sunt frumenta cū paleis, gemunt boni confortia malorum: sed superest flamma non necessariis, & parata sunt horrea iam probatis. Sed vbi terrarum non ista permixtio: non fixis decet stare vestigiis. Proficiemus inter aduersantes propriis bonis, si erroribus non inuoluamur alienis. Probat enim virtutis suæ validum robur, qui cum impellitur, non mouetur. Vbi non varia tentationis aculei? Quales per hunc ferè iugem annum quorundam Scytharum, qui monachos præferebant specie, non veritate: professione, non opere, subtili testas calliditate versutias, & sub religionis obtentu famulancia odiis suis venena pertulim⁹ studètes eos ab interno vulnere medicabilis patientiæ moderatione sanare, beati Pauli monita non tenentes: Noli verbis contendere: ad nihil inuile est respicere, nisi ab subuersionem audientium. Sed quando virus, quod viscera penetrauerit euellit? quando corda malè sibi credula, veritatis obtemperant institutis: quando induit obediendia humanitatem opinionibus suis vallata superbia? quando acquiescunt paci, contentionum stimulis affucti? sola certamina auentes de religione captare, & mandata negligere. Nunquam apud eos charitas nouo commendata præcepto, nunquam pax, dominico relicta discessu, vna pertinacis cura propositi rationi velle imperare, non credere. Contemptores auctoritatum veterum, nouarum cupidi quæstionum, solam putantes scientiæ rectam viam, qualibet conceptam facilitate sententiam. Eousque tumoris clari, vt ad arbitrium suum vtriusque orbis putent inclinandum esse iudicium. Nec in numero fidelium deputantes sequacem traditionis paternæ, si suæ videant credere nolle sententiæ. Docti crimina ferere, obtreccionem venena componere, integrum ecclesiæ corpus odisse, seditiones struere, inuidiam concitare, & pro obedientia (quæ in cœnobiis principatum regularis obtinet disciplinæ) obstinationem pertinacis amare superbiæ. Non illos potuimus monitis, non mansuetudine, non auctoritate comprimere. In publicum vsque prodire conuentum, ad concussionem quietis circa regum etiam statuas inclamantes, & nisi fidelis populi constantia restitisset, per diabolicæ femina nefandæ zizanig apud illos diffusionem & discordiam commouissent, per quos adiutorio Dei de regione eorum est pulsa diffensio. Serò probauimus Prophetica voce

dixisse: In nouissimis diebus instare tempora periculosa, & fore homines sui tantum amatores, habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes, itaque esse vitandos. Hæc idè dilectioni vestræ indicanda sub occasione credidimus, ne si illuc fuerint fortè delati, ignorantem quemadmodum se in Romana vrbe gesserint, sub aliqua verborum simulatione possint aliquos decipere. Hinc verò quod vos de Faustis cuiusdam Galli antistitis consuluisse literis indicastis, his sibi responsum habeant. Neque illum, neque quemquam, quos in auctoritatem patrum non recipit examen Catholice fidei, aut ecclesiasticæ disciplinæ ambiguitatem posse gignere, aut religiosi præiudicium comparare. Fixa sunt à patribus quæ fideles sectari debeant instituta, siue interpretatio, siue prædicatio, seu verbum pro populi aedificatione compositum, si cum fide recta & doctrina sana concordat, admittitur: si discordat, aboletur. Vnum est fundamentum, extra quod qualibet fabrica si confurgit, infirma est, super illud quisquis superadificat, seu vilia seu pretiosa, consideret. Errat autem is qui à via, quam patrum electio monstrauit, exorbitat. Nec tamen improbat diligentia per multa discurrens, sed animus à veritate declinans, sæpe ex iis necessaria prouidentur, de quibus ipsi æmuli conuincantur, instructioni nec vitio dari potest, nosse quod fugias: atque idè non legentes incongrua in culpam veniunt, sed sequentes. Quod si ita non esset, nunquam doctor ille genti adqueuisset adnuntiare fidelibus: Omnia probate, quod bonum est tenere. Non ab est, & si mundanum, non tamen à ratione discretum miscere sermonem. Ferrur quidam nobilis arte pingendi, qui equum peniculo veller explicare, æsellum sibi proposuisse pingenti, asserens non vt iumentum imitaretur deforme, sed ne in alicuius deformis lineamenti similitudinem lapsus incidere. Non improvida patrum veneranda sapientia fidei posteritati, quæ essent Canonica dogmata definiuit: certam in librorum etiam veterum in auctoritatem recipendorum sancto Spiritu instituentem, summam præscribens, ne opinioni suæ lector indulgens, nõ quod edificationi ecclesiasticæ conueniret, sed quod voluntas sua conceperat, assereret. Quid ergo calumniantibus opus, extra constitutos ecclesiæ terminos porrigere quæ rationis? & de his quæ ita habentur dicta, quasi dicta non sint, mouere certamina: quæ Christiana fides Canonicis libris & synodalibus disciplinis, & patrum regularibus constitutis, stabili & inconcussa tramite limitetur. De arbitrio tamen libero & gratia Dei, quid Romana, hoc est, catholica sequatur & feruet ecclesia, licet ex variis libris beati Augustini, & maximè ad Hilarium & Prosperum, abundè posset agnosci, tamen & in scriniis ecclesiasticis expressa capitula continentur, quæ si ibi desunt, & necessaria creditis, destinabimus, quanquam qui diligenter Apostolica considerat, quid sequi debeat, euidenter agnoscat. Deus te incolumem custodiat, frater charissime, Darum Idibus Augusti, Rusticio ac Olybrio Consulibus.

IO ANNIS MAXENTII AD
EPISTOLAM HORMISDAR
RESPONSO.

Caveat hanc epistolam.

Vanius semper inuicta maneat veritas, nunquam tamen aduersus eam se attollere desinit falsitas. Et quia aperta fronte contra eam non est ausa assurgere, ne mox validissimis eius iaculis proferatur, ipsius adumbrata specie, aduersus eam dimicat. Atque ita non solum leues & incautos, verum etiam aliquando prudentes & graues decipit animos, quos quum suis oppleuerit tenebris, cogit eos infano mentis iudicio decretere quæ vera sunt, & approbate quæ sua sunt. Nam quum non sit virtus cuius non est origo veritas, nec vitium, quod non à mandacio sumit initium, nullatenus veraciter vitiosum arguere posse credendus est auctor, & defensor mendacij. Et idè non est mirum, si apud eos virtus reputetur in vitium, qui deserti lumine veritatis, fallaciæ nebulis obæcantur. Hinc denique eos quos ad sui erroris dedecus inclinare nequiverint, irreligiosos, superbos, & inuidos accusare non metuunt: quum hæc de illis potius integro & vero adferrentur iudicio, qui erroris tenebris delectantur, non de illis, qui fixis permanet in veritate vestigiis. Nam quum suæ peruersitatis hæretici nequiverint reddere rationem, ad maledicta conuertuntur, & propria in eos mala trahentes, quos prauitati suæ sentiunt inimicos, aditum sibi per hoc ad decipiendos simplices æstimant aperire. Agunt enim omnia callidè, quo infamando & obtreccando Catholicos, suam valeant tenere turpitudinem, fingentes etiam aduersus eos quædam scripta sub eorum nomine, qui videntur in Ecclesia eminere, quatenus omnium animos contra hos facile valeant concitare. Quapropter, quoniam quadam fertur ab inimicis vbi que Epistola, quasi à Romano episcopo destinata, in qua multa inaniter contra Scytharum monachos digesta reperuntur, necessario considerauimus ipsius Epistolæ dictis respondere, eosdemque monachos omnium huiusmodi culpa liberos approbare. Nec me quilibet ritè arguit, ad scribendum pro eis leuiter profuissè, quum sciat nos debitores esse pro fra tribus etiam animas ponere. Vnde securus iam huc laborem, Deo me adiuuante, aggrediens, primo obsecro, eadem Epistola à pastore ecclesiæ, an sit potius ab inimicis videam⁹ composita. Ambigo enim, quomodo illa sacerdotales literæ approbandæ sint, quæ nulla luce radiant veritatis, nec aliquam in se doctrinæ continent rationem. Nam qui quemlibet quasi errantem obiurgat, nec instruit quid sequatur non beneuolus doctor ostenditur, sed criminatorem inuidus denotatur. Vnde non est facile credendum hanc esse epistolam, cuius fertur nomine titulata, præsertim quum in ea nihil, vt diximus, rationis aut consequentia reperiat, sed tota criminationibus obtreccationibusque vanis (quæ solent ex rancore aduersantis procedere animi) videatur referta. Nam si (vt heretici volunt) verè ipsius est, ex ipso sui principio proprio auctori contraria penitus approbat. Denique ita incipit: Sicut rationi congruit, vt consultant ambigentes, ita par est respondere consulto quia ipse impellit in errorem, qui non instruit ignorantem. Doctores certè dicta factis eius non debent esse contraria. Quia tunc magnam ad docendum probantur habere auctoritatem, quando inuicem se non destruunt. Alioquin non ad aliorum instructionem proficiunt, sed sui potius confusionem demonstrant. Quod monachis responsum quaerenti-

bus, Rom. Episcopus dare omninò distulerit, eodemque post multa maris pericula, longique itineris vexationem, nec non etiam afflictionem prolixi temporis, quo eos apud se detinuit, vacuos & sine villo effectu ad has partes venire compulerit, quod omnibus penè catholicis notum est, nec ipsi queunt hæretici denegare. Quomodo non sibipsum reperitur in hac Epistola scripsisse contraria: si tamen non est (quod magis credendum æstimò) ab hæreticis ficta, qui ad conturbandos fidelium animos, & ad commouendam memorato viro inuidiam, ipsam sub eius nomine titulatam vbi que proferunt, perpetuam volentes inter Ecclesias esse discordiam. Alioquin si (vt isti affirmant) hæc Rom. Episcopi scripta credenda sunt, qualis iam iste sit, qui ad hæreticos Epistolæ dirigit, & factis suis contraria scribere non confunditur, non iam à me volo quaeratur, sed proprio iudicio prudens lector intelligat. Nam si, vt dicit, rationi congruit respondere consulto, cur ipse nullatenus acquieuit dare responsum interrogatus? Vnde iuxta propriam definitionem ipse ignorantes plenius impulsit conuincitur in errorem, qui recti tramitis indicia nullatenus acquieuit requiritibus demonstrare, eosque quos legatus suus Dioscorus, Nestorianæ perfidiae laqueis compediuit, filius Dei vnum negando esse ex sancta & indiuidua Trinitate, nullo salubris doctrinæ suffragio liberare. Rursus si vt sequens adiungit nihil est aptius studiose religionis, quam inquisitio veritatis, quomodo in ferius nouarum cupidus quæstionum accusat veritatis inquisitores? & si deuia vitat (vt dicit) qui iter per quod graditur, rogar, cur deuia vitare volentes iter per quod graderentur, noluit edocere? An fortè illis idè dare responsum distulisse credendus est, qui percontanti in hac pollicetur epistola respondere, quia suæ fidei eos iudicauit. Sed vtrum ita sit de Rom. episcopo, suo videbimus loco. Nunc certè auctorem huius epistolæ hæreticum esse, quisquis ille est, & inimicum catholice veritatis: non est dubium quod mox ex ipsius dictis docebimus. Denique ita sequitur. Sed priusquam respondendi curam, de his quæ dilectio tua percontatur, adgrediar. Libenter in literis tuis fidei tuæ me fateor inuenisse feruorem, cuius calore succensus, rediuuiam in illis partibus infidelium peruersitatem vigere suspiras. Dignissimus dolor, qui dedita Deo corda contristat. Nec enim est apud eos lapsus illamentabilis, apud quos est igniculus charitatis. Quia vnum spiritualium votum est, salus inconcussa cunctorum catholicorum, vtque fidelium. In hac vrbe, eorum duntaxat qui verè fideles sunt, ambigit nemo, Possessorem, ad quem & de quo hæc iste scribit, non solum non confiteri Christum filium Dei vnum ex indiuidua Trinitate, sed & aduersari eis qui hoc fiducialiter confitentur, atque infideles & perfidos nefanda accusare temeritate. Vnde denique ad hoc vbi que hanc ipsam impudenter proferunt epistolam, quatenus & Christus filius Dei vnus negetur esse ex sancta & terribili Trinitate, & Nestoriana prauitas à suis fautoribus liberè valeat prædicari. Quis ergo iatè dubitet hunc, qui se huius fidei feruorem libenter in eius literis inuenisse testatur, vnum ex eorum numero esse, qui huic sanctæ sententiæ impiè contradicunt? Suspirat namque idem Possessor, non fidei, (vt iste dicit) sed (vt veritas docet) hæretico calore succensus. Nec, quia infidelium peruersitatem vigere

Psalm. 128.

Matt. 13 Luc. 3.

Pseudo-monachi.

2. Timo. 2. Discipulis est respicere.

Hæreticorum nota.

Traditiones patrum.

Obedientia disciplinæ caput.

Tim. 4. 2. Tim. 3. 4. 2. Pet. 3. 4. Indi. f.

Faustus Episcopus Gallus. Auctoritas Patris regula.

Patris electa via. Disputatione non prohibetur.

1. Thess. 5. Mala lege da vt sumantur. Pictibus equum, æsellum sibi proposuit.

Libri antiquiorum omnes recipiendi.

Fidei Christiane fontes.

Augustinus Hilar. Prosper. S. Per. Scrinia ecclesiastica.

Dioscorus pot. max. legatus.

Possessor.

in his partibus videt, sed, quia fidelium assertiones ferre non potest, ingemiscit. Vnde iam non dignissimus, sed valde turpissimus dolor talium comprobatur, qui non Deo, sed errori dedita corda fidelium æmulatione contristat. Nec apud eos charitatis igniculus inueniri posse credendus est, qui prauitatis suæ malicia excæcati, lapsos & lamentabiles iudicant eos, qui armis catholicæ veritatis instructi, hæreticorum inimica destruantur argumenta. Quia reuera vnum spirituum, non autem hæreticorum, votum est, salus inconcussa cunctorum. Post hæc ita sequitur: Sed non est, inquit, ignota ecclesiis Dei de huiusmodi procellis, aut insuetis tempestas, quamuis rectoris sui gubernaculo inconcussa persistat, variis tamen incurstantium fluctuum laborat vexata turbibus. Nam vnde est Psalmidici vox Prophetæ, qui ipsius ecclesiæ personam spiritu quo implebatur affumens: Sæpe, inquit, expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. Concutiunt, sed in nihilo præualebunt. Vera Dei ecclesia, cui non sunt hæreticorum ignota procellæ, non est illa, quæ Christum gratia, non natura, Deum constituit, sed illa quæ Deum verum, & ob hoc vnum ex Trinitate prædicat Emanuelem. Propterea denique variis incurstantium fluctuum laborat quidem vexata turbibus, sed nullo pacto subruitur. Manet namque semper immobilis, quia à veri Dei regitur gubernaculo. Aduersus hanc omnes hæretici, tam qui ab ea manifestè abscissi atque diuisi sunt, quam hi qui intra eam positi, spiritaliter ab ea dissentiunt (quos fortiter sancta fidelium tolerat charitas) semper arma corripunt, eamque falsis criminacionibus insectari non desinunt, atque eos, quos suis potuerint erroribus, in eius nituntur inuidiam concitare. Sed in nihilo præualeant, quia veraciter à Deo vero, quæ colit & prædicat, illi promissum est nullatenus aduersus eam portas inferi præualituras. Huic denique illud proculdubio propheticum conuenienter competit testimonium, quod quasi ex persona eiusdem ecclesiæ iste protulit, dicens: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. Sed iam nunc ea quæ sequuntur, consideremus. Adhuc, inquit in area sumus, mixta sunt frumenta cum paleis, gemunt boni consortia malorum: sed superest flamma, non necessariis, & parata sunt horrea iam probatis, in his remorari diutius superfluum æstimo. Quis enim nesciat, sicut frumentis horrea, ita paleis flammam esse paratam? Sed in hac area (hoc est in ecclesia) in qua mixta sunt frumenta cum paleis, & gemunt boni consortia malorum. Quis eos necessarios, aut certè non paleas perpetuo igni cremandos esse iudicet, qui ore sacrilego, natura Deum negantes, à Catholica veritate desciscunt, & apostatè effecti, armis propriæ impietatis aduersus eam, quæ eos genuit, dimicant? Sciendum tamen, posse etiam veræ professionis amarorem, si in malis operibus conuersetur, inter non necessarias paleas deputari. Nunquam autem fauorem falsæ professionis posse inter frumenti optima grana connumerari, etiam si bonis videatur operibus decoratus. Quia nullatenus illa opera bona sunt iudicanda, quibus non est veritas fundamentum. His adiungit, & dicit: Sed vbi terrarum non ista permixtio? nos fixis decet stare vestigiis. Proficimus inter aduersantes propriis bonis, si non inuoluamur erroribus alienis. Quum vbi que terrarum

Psal. 128

Hæreticorum duo genera.

Matth 16

Matth. 13 Luc. 3.

permixtionem istam esse non ambigas? cur in qua parte fixis decet stare vestigiis, omnino non explicas? præsertim quum hoc doctrinæ exigat ratio, ne minus instructi qui te audiunt, alienis inuoluantur erroribus, nisi quia callidè tuam niteris occultare perfidiam? sed te splendore suo detegit Catholica veritas, & iuxta cætera mala, etiam superbissimæ Pelagianæ perfidiæ inuolutum erroribus, cunctorum oculis antepont, qui inter aduersantes non Dei munere, sed propriis bonis proficere posse tumida elatione confidit. Quia si propriis bonis, & non Dei auxilio inter aduersantes posset proficere natura humana, nunquam Propheta Spiritu Dei repletus oraret dicens: Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. Adhuc sanè ante dictæ hæreseos spiritu animatus, sequeris & dicitis: Probat enim virtutis suæ validum robur, qui quum impellitur, non mouetur, cum non semper, sed tunc quilibet vtiliter & salubriter non moueatur impulsus, quando à veritate fidei non deicitur diuersis tentationibus inquietatus. Frequenter etenim imperiti errore pro veritate defendunt, & in falsis bonis, se potius in veris malis pertinaciter perseuerant: quod non probatæ virtutis est validum robur, sed improbabilis virij imbecilla temeritas. Sed quis sua virtute, & non auxilio crucifixi in veritate fidei se immobiliter posse perseuerare confidit, nisi qui vtique superbis spiritu excæcatus, euidenter diuinis contradicere eloquiis: Quis Propheta non nisi diuini muneris hoc opus esse restetur, dicens: Impulsus versatus sum vt caderem, & Dominus suscepit me. Fortitudo mea & laudatio mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Et iterum: Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuaabit me. Et rursus, ne contraria moueretur impulsio ne orat, dicens: Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. His denique ita præmissis, specialiter iam contra eos, pro quibus agimus, monachos, iracundiæ facibus accensus, & inuidiæ stimulis incitatus, totus intendit, & licet eos, publica veritatis conscientia, manifestè hæreticos non audeat accusare, oblique tamen & callidè hoc vult de eis intelligi, dum que ipsos iniquis impudenter obreccationibus lacerat, falsisque criminacionibus nititur obfuscare, seipsum terti erroris nigredine adopertum, cunctorum aspectibus antepont. Adiungit namque & dicit: Vbi non variæ tentationis aculei? quales per hunc ferè iugem annum quorundam Scytharum, qui monachos præferebant specie, non veritate, professione, non opere, subtili reccas calliditate versutias, & sub religionis obtentu famulancia odii suis venena perulimus, studentes eos ab interno vulnere medicabilis patientiæ moderatione sanare, beati Pauli monita non tenentes: Noli verbis contendere: ad nihil enim vile est, nisi ad subuersionem audientium. Principalis professio omnium in commune Christianorum est, viam veritatis & charitatis, duce Christo, vigilanter ingredi. Quapropter si professione saltem, aut specie esset iste Catholicus, qui specie & professione tantum (non opere & veritate) religiosos eos contra quos agit, audeat dicere monachos, credi forsitan poterat recto de eis & vero exaggerare iudicio. At verò vbi inimicum eum catholicæ veritatis sua ipsius dicta redarguant, quis ambigat hæretico eum spiritu exagitatum, inique hæc omnia aduersus eandem

Psal. 16.

Zelus [a]nis, se potius in veris malis pertinaciter perseuerant: quod non probatæ virtutis est validum robur, sed improbabilis virij imbecilla temeritas. Sed quis sua virtute, & non auxilio crucifixi in veritate fidei se immobiliter posse perseuerare confidit, nisi qui vtique superbis spiritu excæcatus, euidenter diuinis contradicere eloquiis: Quis Propheta non nisi diuini muneris hoc opus esse restetur, dicens: Impulsus versatus sum vt caderem, & Dominus suscepit me. Fortitudo mea & laudatio mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Et iterum: Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuaabit me. Et rursus, ne contraria moueretur impulsio ne orat, dicens: Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. His denique ita præmissis, specialiter iam contra eos, pro quibus agimus, monachos, iracundiæ facibus accensus, & inuidiæ stimulis incitatus, totus intendit, & licet eos, publica veritatis conscientia, manifestè hæreticos non audeat accusare, oblique tamen & callidè hoc vult de eis intelligi, dum que ipsos iniquis impudenter obreccationibus lacerat, falsisque criminacionibus nititur obfuscare, seipsum terti erroris nigredine adopertum, cunctorum aspectibus antepont. Adiungit namque & dicit: Vbi non variæ tentationis aculei? quales per hunc ferè iugem annum quorundam Scytharum, qui monachos præferebant specie, non veritate, professione, non opere, subtili reccas calliditate versutias, & sub religionis obtentu famulancia odii suis venena perulimus, studentes eos ab interno vulnere medicabilis patientiæ moderatione sanare, beati Pauli monita non tenentes: Noli verbis contendere: ad nihil enim vile est, nisi ad subuersionem audientium. Principalis professio omnium in commune Christianorum est, viam veritatis & charitatis, duce Christo, vigilanter ingredi. Quapropter si professione saltem, aut specie esset iste Catholicus, qui specie & professione tantum (non opere & veritate) religiosos eos contra quos agit, audeat dicere monachos, credi forsitan poterat recto de eis & vero exaggerare iudicio. At verò vbi inimicum eum catholicæ veritatis sua ipsius dicta redarguant, quis ambigat hæretico eum spiritu exagitatum, inique hæc omnia aduersus eandem

2 Tim. 2.

dem monachos euouisse? Neque enim illi qui catholica sequentes dogmata, Christum filium Dei vnum confitentur esse ex sancta & vnius essentiæ Trinitate, sed iste potius qui hoc impiè denegat, subtili reccas calliditate quasdam versutias machinari, ac fidelium animos inquietare, & sub obtentu religionis famulancia non ratum odij, sed erroris sui, venena per omne corpus ecclesiæ velle diffundere manifestissimè confutatur. Præsertim qui hanc sanctam & catholicam vocem tentationis sibi metum esse restatur. An fortè non est catholicum, Christum filium Dei vnum confiteri ex sancta & indiuidua Trinitate? Pro hac etenim sola sententia Scytharum monachos constat ad Romanum fuisse profectos Episcopum, sicut omnibus penè, non solum in hac regia vrbe, verum etiam in vniuersa Italia catholicis notum est. Nam & ipsi hæretici (vt superius dictum est) ad hoc vbi que hanc ipsam, cui respondimus, Epistolam proferunt, tentationis & sepe dictis monachis inuidiam concitent, & omnes quasi ex autoritate eiusdem Rom. Episc. prohibeantur Christum filium Dei vnum confiteri ex Trinitate. Sed quis hanc sententiam catholicam non esse ausus est profiteri, quam vniuersa veneratur & amplectitur Dei ecclesiæ? Confidenter etenim dicere audeo, non quod si per Epistolam, sed quod si vna voce hic in præsentem positus idem Rom. prohiberet episc. Christum filium Dei vnum confiteri ex sancta & indiuidua Trinitate, nunquam eidem Dei ecclesiæ acquiesceret. Nunquam vt Episcopum catholicum veneraretur, sed omnino vt hæreticum penitus execraretur. Quia quisquis hoc non confitetur, non est dubium, quod Nestorianæ perfidiæ tenebris excæcatus, quartum & extraneum à sancta & ineffabili Trinitate, eum qui pro nobis crucem sustinuit, prædicare contendat. Sed abijt, vt ex qualibet parte catholica professioni Rom. episc. contradicat. Nunquam etenim Scytharum monachos (quos non simplici sermone, sed etiam scriptis, Christum filium Dei vnum ex Trinitate nouerat confiteri) per quatuordecim penè menses quamdiu eos ibi derinuit, sibi communicare permisisset, si (vt hæretici volunt) hanc prædicationem catholicæ fidei contrariam iudicaret. Qui etiam vt se à prauitate proprii legati purificaret, multis idoneis viris præsentibus, Rom. virum gloriosissimum magistrum militum deprecatus est, quatenus sua verba piissimo Imperatori insinuaret, quæ suere huiusmodi: Nisi Christum filium Dei, qui pro nobis passus est in carne, vnum esse ex sancta & indiuidua Trinitate fuerit confessus Dioscorus, pelago demergatur. Vnde quis facile credere audeat, hanc à memorato viro (vt sæpe diximus) directam epistolam? Nisi fortè (quod de tanto Antistite credere importunè est) à memorato Dioscoro postea deprauatus, contra suam ipsius sententiam hæc scripsisse credendus est. Veruntamen siue ab hoc, siue à quolibet alio hæc sit scripta epistola, non est dubium auctorem eius esse hæreticorum, qui contentionem verborum & subuersionem audientium iudicat, Christum filium Dei vnum fateri ex Trinitate. Apostolus enim sanctus Paulus non veridicas assertiones (ex quibus fidelium animæ edificantur, & hæreticorum prauitas confutatur) sed inanes & veritati contrarias, docet esse verborum contentionem, subuersionemque audientium. Alioquin nunquam nos scriptura diuina ad-

Catholica sententia.

Nestorianæ perfidia.

Dioscorus p[ro]p[ri]o Rom. legatus lapsus, hæreticus submergens.

moneret dicens. Ne confundatis loqui verbum pro anima tua, & pro veritate certa vsque ad mortem, nūquā etiā idē gentium doctor contradicētes Iudæos siue gentiles reuincere potuisset, nisi legitime decertasset. Hinc denique inter cætera, vbi de electione Episcopi proprium in fide filium instruit, præcipit, dicens: Amplectere eum qui secundum doctrinam & fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, & seductores, maximè qui de circuncisione sunt, quos oportet redargui, qui vniuersas domos subvertunt, docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratia. Quocirca non mirum, si catholica sanitas vulnus ab hæreticis æstimetur, sicut & ab hoc qui studium medicabilis patientiæ moderatione adhibuisse se iactat, quo Scytharum monachos à proprio sanaret vulnere. Vnde sequitur: Sed quando (inquit) virus, quod viscera penetrauerit, euellitur? quando corda malè sibi credula, veritatis obtemperant institutis? quando induit obedienciæ humilitatem opinionibus suis vallata superbia? quando acquiescunt paci, contentionum stimulis aduerti? sola certamina auentes de religione captare, & mandata negligere. Non est dubium catholica dogmata, sicut fidelibus salutifera, ita esse mortifera infidelibus. Hinc denique beatus Apostolus quibusdam odorem se dicit esse vitæ in vitam, quibusdam verò odorem mortis in mortem. Ex quibus vnus iste esse omnino conuincitur, qui sanctam & veritati conuenientem Scytharum, immò vniuersæ ecclesiæ, professionem virus noxium arbitrat. Nec immerito videt namque propriæ perfidiæ hanc esse sententiam sine dubio peremptoriam, quæ illorum visceribus, quos diuina custodit gratia, idèd nunquam euellitur, quia eius vitalis suavitas nutrit, & fouet corda fidelium. Hic autem idcirco nullatenus huius gratiæ suauitudo acquiescis, quia sicut ipse ait, nunquam malè sibi credula corda veritatis obtemperant institutis, nunquam induit obedienciæ humilitatē opinionibus suis vallata superbia. Vnde non iam illi qui hæreticam pacem refugiunt, sed iste potius contentionum stimulis aduersus penitus comprobatur, qui veritati impiè resistens, à catholica pace dissentit. Nec madata Christi negligunt, sicut inique obloquitur, sed omnino custodiunt, qui non falsa, sed vera excercet pro catholica religione certamina: Adhuc odij sui veneno turbatus. Nunquā charitatem nouo præcepto commē datam, nunquam pacem dominico discessu relictam apud Scytharum monachos esse, conqueritur: quia eos prospicit pro zelo catholicæ fidei, non fidelium, sed infidelium vigilanter per Dei gratiam declinare consortia. Eisdem vna pertinacis propositi cura deditos rationi velle imperare, non cedere, impudenter accusat, quum eos veritas suis penitus approbat rationibus subiectos. An fortè illos rationi cedere, non imperatè iudicat, qui Christum vnam personam quidem ex Trinitate, non autem vnum ex Trinitate esse fatentur? Sed hi qui hoc dicunt potius rationi velle imperare, non cedere, penitus conuincuntur. Quis enim tam stultus & vacors sit, qui dicere audeat, Paulum ex Apostolis vnam esse personam, non autem vnum esse ex Apostolis Paulum? Loci opportunitas exigit vt demonstretur à nobis, qualiter & cur hæretici, ex quibus vnus Dioscorus, vnam personam Christum prædi-

Eccl. 4. c.

2 Tim. 4.

Tit. 1.

2 Cor. 2.

cantes ex Trinitate, vnum ex Trinitate Christum confiteri nullatenus acquiescant. Personam igitur Dei verbi habere asserunt Christum, non autem quod ipse Deus verbum sit Christus, sicut personam Dei videbatur habere Propheta, qui dicebat ad Isaaclem: Audi populus meus & loquar Israel, & testificabor illi, Deus Deus tuus sum ego, quum tamē non esset ipse Deus, sed ille qui hæc cōtestabatur Israel per eum, & tamē, quasi ipse esset Deus dicebat: Deus Deus tuus sum ego. Secundū hunc ergo modum Christum vnam personam asserunt hæretici esse ex Trinitate, non quod hic Christus vnus sit ex Trinitate, sed quia Dei verbi in se habitantis personam habet, quæ est vna ex trinitate, vt iam sic vicarius quodammodo sue minister sit Dei verbi Christus, non autem ipse Deus verbū sit Christus: quod quàm sit impium, etiam ipsi qui hoc asserunt, credo, animaduertunt. Hac denique calliditate, vnā quidē personam Christum fatentur ex Trinitate vnā autē ex Trinitate eum nolunt penitus confiteri. Qui autem non Dei, verbi personam Christum habere fatentur, sed ipsum Deum verbum Christum credunt & confitentur, sicut vnam personam ex Trinitate, ita & vnum ex Trinitate prædicant Christum. Quia si Deus verbum est Christus, & Christus Deus verbū, sicut catholica credit sanitas, quomodo nō est Christus vnus ex Trinitate, si vna persona est Deus verbū ex trinitate? Nisi fortē Deum verbum siue Christū aliquid aliud præter naturalis personæ asserunt esse vocabulū, quod credo nullus vnquā ausus fuit hæreticorum dicere. Si autē deum verbū siue Christum non aliud aliquid, sed naturalis personæ vocabulū esse intelligunt, quomodo non est Christus vnus ex Trinitate, si vna naturalis persona est idem Christus vnus ex Trinitate? Sed in his tenebris idē deoluntur, quia non iuxta compositum Deum verbum, & abstractionis. eo susceptam naturā humanam, vnum intelligunt Christum, sed iuxta alterius in altero habitationem, sicut superius docuimus, siue secūdum duarum personarum socialem vnitionem per gratiam vnam personam Christū intelligunt. Secundū illud quod venerari, in Actibus Apostolorum propter concordem voluntatem legitur multorum discipulorum vnum esse cor & vnam animam. Sed iam quod sequitur, videmus, Contemptores (ait) auctoritatum veterū, nouarum cupidī quæstionum, solam putantes scientiæ rectam viam, qualibet susceptam facilitate sententiam. O impudens & stulta hæreticorum temeritas, quæ sub specie pietatis impietatem conatur astruere. Non enim putant (vt ais), O infelix perfidia sed omnino rectam credunt esse sententiæ viam, qui Christum Deum verbum, & ob hoc vnum fatentur ex Trinitate. Nec contemptores, sed potius veneratores auctoritatum veterum comprobantur qui hanc sanctam & totius ecclesiæ sententiam, nō, sicut vt temerē insultas, qualibet facilitate susceptā, sed iuxta diuinorum eloquiorum & sanctorum patrum traditionem fideliter consentunt. Et idē non illi, sed tu potius nouarum cupidus, quæstionum de regeis, qui deum Christum quartum & alienum à sancta & indiuidua trinitate conaris asserere, quod nullus vnquam præter Nestorium sociosque eius prædicare in ecclesia vsurpauit, quem talia blasphemantem à se fidelium numero, non immeritō, sanctorum patrum exclusit & abiecit auctoritas. Exaggeras sanē adhuc & dicis, eosdem monachos eou-

psal. 49.
vna persona ex trinitate vnum ex trinitate.
vritas compositionis in habitationis.
Act. 4. f.
venerari, vnterum authoria rem.
Patris traditio.
Nestorius

que tumoris elatos vt ad arbitrium suum vtriusque orbis putent inclinandum iudicium. Nec in numero fidelium deputent sequacem traditionis paternæ quem suæ viderint credere nolle sententiæ. Tu hoc tunc verē de eis assereres, si eorum sententiam contrariam catholicis posses dogmatibus approbare. At verō quomodo nulla valeas ratione edocere, iniquē omnino tantopere contra eos inueneris, qui iuxta sanctorum patrum traditionem Christum, quem super omnia Deum testatur Apostolus, vnum cōsistentur ex sancta & vnus essentia Trinitate. Quorum sententiis non sequaces paternæ traditionis, sed illi à numero fidelium excluduntur, qui eorum, imō totius ecclesiæ, confessioni existunt contrarij. Iam verō in consequentibus quis non videat quāta eos repletus dementia laceres? Docti (inquis) crimina serere, obreccationū venena componere, integrum ecclesiæ corpus odisse, seditiones struere, inuidiam concitare, & pro obedientia (quæ in cœnobis principatum regularis tenet disciplinæ) obstinationem pertinacis amare superbie. Quum hæc non nisi de illis vero & certo omnino aduerentur iudicio, qui tenebris nephādi erroris cæcitati catholica veritati resistunt, quapropter te potius criminatorem & obreccatorem, seditiosum, quoque & inuidum atque amatorem pertinacis superbiæ & inobedientem, non humanus error, sed ipsa veritas pro dit, cuius te inimicum esse non dubium est, sicut superius sæpē probauimus. Lenius etenim est cuiuslibet hominis quam Dei esse criminatorem. An non est aduersus Deum crimina serere, & obreccationum venena componere, de eo quæ falsa sunt prædicare, aduersarioque eius defendere? Quis autē tam stultus & hebes sit, qui non eum inobedientem, superbū & pertinacem iudicet, quem videt in proprio errore obstinatē persistere, & catholicis nolle dogmatibus cedere? Aut quis non eum potius certo & vero iudicio seditiones struere, & inuidiam concitare arguat, quem perspicit aduersus catholicos iniqua dilatare mendaciā? Quomodo autem non in tegrum ecclesiæ corpus odisse illi potius iudicandi sunt, qui perfidia suæ venena in eius membra conantur diffundere, eaque à propria & salutifera professione auertere? quod te & omnes qui tibi consentiunt implere velle non dubium est, qui callida tergiversatione Christum filium vnum non esse ex Trinitate prædicare contenditis. Monachi autem, quos iniquē laceras, tantum ab hoc crimine alieni sunt, vt nunquam per Dei gratiam à catholica communione discesserint, licet ad tempus, nonnulla scandala in Orientis partibus orta, occidentalibus ecclesiis communicauerint. Adhuc sanē non confundentis, sed impudentissima fronte sequeris & dicis: Nō potuimus illos monitis, non mansuetudine, non auctoritate comprimere. Sed à quo errore, à qua insolentia vestris monitis, vestraque mansuetudine vel auctoritate minime eos cōprimere potueritis, nulla tenus exprimis. Quod idē callidē prætermittis, ne hoc faciens, temetipsum profanum & impium detegas. Et ò iniucta veritas, quæ amulorum obreccationes in famulorum tuorū conuertis gloriā? Numquā etenim reor, quamuis laudādi fideles cupidus, ad eorū præconia constantius hæc dicere potuisses, quæ nunc quasi in vituperationē Monachorū, contra quos agere videris, conscripsisse te credis. Nam quomodo nō in eorū laudē, & ad tuā confusionem hæc

Rom. 9. 4. Traditio patrum.
Rom. Episc. opium me vi nefas.
Diocor. Defensores pro vilibus.
Pertinax superbus est.
Pap. Ro. murmur.
Defensores ecclesie.
Catholica communio

hæc scripsisse veraciter intelligēdus es, qui nō monitis, nō mansuetudine, non auctoritate eos ad tuā prauitatem potuisses detorqueri, propriis attestatis assertionibus? Nūc iā sequētia cōsideranda sunt, vbi peruerso ordine eaq; Romæ cōtra ipsos acta sunt monachos dirigens, cuncta mentitus es. In publicū (inquis) vsque prodire cōuentū, & ad cōcussionē quietis circa regū etiā statuas inclamantes, & nisi fidelis populi cōstātia restitisset, per diabolicæ semina nefāda zizanīæ apud eos dissensionē & discordiā cōmouissent, per quos adiutorio Dei de regionib. eorū est pulsa dissensio. Omnia furiosorum cecitas, & à veritate alienata mentium criminosa fallacia. Neque enim fas est tam apertē posse mentiri Rom. episc. Bene certum est omnibus Romæ degentibus, & quod ipsi monachi de his quæ circa se acta sunt, tam memorato Episcopo quam etiam senatoribus nec non vniuersæ ecclesiæ scriptis contestati sunt. Humana namque tentatione præuentus idem Rom. episc. vt pote mortalitatis adhuc sarcina pregrauatus, postquam copmerit reuertī Diocorū, volens ei præstare hoc beneficiū, ne in publico ab eisdem monachis argueretur hæreticus, missis defensorib. cum ingenti violentia eos ab vrbe Roma subitō exire cōpulsit, quāquā sapius publicè & priuatim tā in conuentu ecclesiastico quam etiā omnīū senatorū eis veniente Diocoro audientia dare esset sollicitus. Qui cū ab ipsis Defensorib. egredī vgeretur, cōpulsus sunt in locis publicis populū contestari, ne post suū discessum clam eos recessisse fautores Diocori apud Ecclesiā diffamarēt. vnde factū est, vt saltē cisparua dilatio præstaretur, quandiu se exinde egredi præpararent, sub quo tēpore scriptis, omnia quæ in se gesta sunt, facultas data est contestandi. Quod tamē nunquā facere potuissent, nisi hoc eis Rom. popul⁹ præstitisset, qui licet pro eis apertē minime proclamaret, ipsa tamē sua tacita murmuratione Defensores, qui eos exinde egredi compellebant, deterrens, fecit vt eorū violenta expulsiō vniuersæ ecclesiæ in notesceret. Non ergo (vt iste mentitur) populus, sed Defensores ecclesiæ, eos exinde egredi cōpulerunt. Neque enim spōte sua in publico prodierunt, vt merito ad cōcussionem quietis, siue ad dissipationē, & discordiā cōmouendam, hoc eos fecisse quilibet re-ctè diiudicaret, sed violentè ad hoc sunt venire cōpulsī. Nā ita hæc se habere, etiā ex ipsis istius verbis facile edocemur, quibus eos circa regū statuas asserit inclamasse, quod nullus, nisi qui violētissime molestatur, faceret cōpellitur. Quāuis non quasi regia potestatis auxilium flagitantes (sicut hæretici iactitant) sæpē dicti monachi circa regū statuas inclamauerint, sed postquam à loco quæ admodum acceperant, pro mandato eiusdem Rom. episc. fuerant expulsi, in publico consistentes, vbi casu regum imagines fuerant, quod petitioni suæ audientia denegaretur populo cōtestati sunt. Cur ergo eis fidelis populi cōstātia, vt iste dicit, resisteret, quos videbat pro sibi ingesta violentia progressos ad publicū? sed neque eis aliqua fuit in publico discipratio, vt merito exasperatus populus, eos à suis expelleret regionib. Verum, si diligentius hæc istius verba consideres, inuenies eū etiā Rom. pop. quem fidelem asserit, non solum vt violentū, verum etiam, vt hæreticum accusare. Nam si de illa sententiā, quam vniuersa Dei tenet & defendit Ecclesiā, monachis in publico dis-

putantibus, hoc est, qua Christus filius Dei vnus esse creditur ex sancta & ineffabili Trinitate, Rom. i populus resistit: Iam non tantum iste, qui erroris su tenebris excæcatus, diabolicæ semina nefanda zizanīæ hanc sanctam sententiam asserit, verum etiam omnis antedictus populus hæreticus (quod absit) esse conuincitur. Si autem vsque ad amulū sui præsentiam eisdem monachis ibidem remorari volentibus quo ipso præsentē causa eorum æquo ordine terminaretur, populus resistit, stultus & iniquus erat idē populus, qui audientiam iure petentibus denegauit eosque à suis violentè repulit regionibus? Huc attendant & confundantur hi qui exinde eos fugisse iactitant. Nunc quæ sint sequentia videamus. Serd inquit, probauimus propheticā Apostolū voce dixit *Mali Cause:* In nouissimis diebus instare tempora periculosa & fore homines sui tantum amatores, habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes, & ita esse vitandos. Si formam pietatis non virtutem iudicantur habere, qui fideliter catholicis dogmatibus acquiescunt: quāto magis nec ipsam formam pietatis habere, sed euidenter impij iudicandi sunt, qui Christum filium Dei vnum esse negant ex sancta & terribili Trinitate? Vnde non illi, sed isti potius sui amatores, & vitandi iuxta Apostolū verisimè edocentur, qui propriis decepti opinionibus, resistunt apertissime veritati. Quod autem serd se probasse fatentur, hoc Apostolum propheticā voce dixisse non est mirum, si hæcenus surdis auribus, eundem audierit Apostolū hoc quotidie in ecclesia clamantem, qui ne nunc quidē vim Apostolicæ sententiæ intellexisse conuincitur. Ecclesiā autem Dei his olim monitis præmunita, sciens nunquam hæreticos posse quiescere, vigilanter occurrentes, eorum falsas destruit assertiones. Post hæc tandē satiatus, nec habens credo, quod aduersus eosdē monachos sua sibi fallacia suggerat, adiungit dicens: Hæc ideo dilectioni vestræ indicanda sub occasione credidimus, ne si illuc fuerint fortē delati, ignorantes quæ admodum se in Romana vrbe subgesserint, aliqua verborū simulatione aliquos possint decipere. Quia liter ipsi monachi se in Rom. vrbe gesserint, qui ve scire desiderat, ex eorum contestationib. quas in eadem vrbe locis publicis defixerunt, magis agnosceret, quam ex istius scriptis, qui non est eorum tantū, sed & totius Ecclesiæ inimicus, agnoscitur. Nam & ipse Rom. ecclesiæ, cuius se quasi deflorem simulat, tantum aduersarius denotatur, vt si memorati monachi, quos quasi eidem Ecclesiæ contrarios, æstimat, iniquē aduersus eam in iis partibus aliqua fingere voluissent, nunquam credo ita eiusdē Ecclesiæ fidem derogare præualuissent, quemadmodum iste, qui ex persona ipsius Ecclesiæ idē iniquē eos obreccat & lacerat, quia iuxta diuina eloquia, & sanctorum Patrum traditiones Christū filium Dei, quæ in duabus naturis essentialiter, siue iuxta compositionē vnitionis, & inconfusionis docet fides catholica, consententur, & illis quidem huius falsitas, non solum auferet nihil, verum etiam multam spem beatitudinis confert, Domino dicente: Beati estis quū vos exprobauerint homines, & persecuti fuerint, & dixerint omne verbum malū aduersus vos, mentientes propter me, sibi autem perpetuam sine dubio cōtulit mortē, quia falsus testis non erit impunitus. His ita finitis, multa & non necessaria de libris Fausti cuiusdā Galli episcopi in consequentibus lo-

1. Tim. 4. a
Mali Cause
his habent.
Contestatio
Compositio vnitionis.
Mat. 5. 4.
Prout. 19. 4

Fausi E-
piscopi li-
bri.

Fausi li-
br. esse ha-
reicos.
Possessor
Episcop
Afric.

August.
doctrina
de libero
arbitrio.
Fausi
doct. de li-
arbitr.

Pelagius
de arbitr.
lib.

Rom. II.

quitur, nec ad id quod quaeritur, respondes, sed alia
nescio, quae ad rem non pertinentia inani & prolixo
sermone digerit. Nam cum de ipsis libris, non vtrum legē
di sint, sed vtrum sint catholici, vertatur quaestio, iste
non de ipsis quid sentiendum sit, sed eos quavis non
in auctoritate habendos, tamen legendos esse decer-
nit. Verumtamen, quia eos libros quos B. August. Episc.
ad Hilarium scripsit & Prosperum in fine huius epi-
stolae Romanam testatur suscipere ecclesiam, & quid
de gratia Dei, & libero humano arbitrio eadem te-
neat & seruet ecclesia, ex ipsis libris abunde posse
sciri assensum, omittentes ea quae superflue & prolixē
in ipsa digesta probantur epistola, conueniens cre-
didi aliqua de Fausi qua de antedictis libris eius-
dem S. August. certa capitula decerpere, & huic nostro
opusculo inferere, ut cum in breui collata adinuicē cō-
traria sibi reperta fuerint, euidenter clarcat, libros
Fausi esse haereticos. Sicque confundantur omnes,
qui eos hactenus defendunt catholicos. Quorum prin-
ceps & auctor est Possessor Africanus Episcopus, si
tamen in hac parte non huius reputat sententiam, cu-
ius, ut Christus filius Dei viui, qui pro humana sa-
lute in carne est crucifixus vnus negetur ex trinitate,
magna praedicat auctoritate. Sed antequam ipsa à
nobis inferantur capitula, quid B. August. in ipsis li-
bris defendat & statuatur, quid e contra Fausus in suis
conetur adstruere, breuiter Lectorē praemonere ne-
cessarium credidi, quo facile eorum intenciones discer-
nere valeat. Igitur idem S. August. ita humanū arbi-
trium liberum docet, ut illuminatio, virtus, & salus
illi à Christo & per Christum & cum Christo sit. Faus-
tus verò ita liberum Christianū arbitriū docere co-
natur, ut illuminatio, virtus, & salus, non à Christo,
sed natura sit. Et ut pleni fiat, quod dicim⁹, ille nos
Christianos, fideles atque obediētes Deo salubri-
ter per gratiam Christi, qua nobis per incarnationis
suae donauit praesentiam, esse definit: iste, iuxta profana
commenta Pelagij naturaliter esse discernit. Re-
futans namque callidē eiusdē Pelagij sensum, & qua
si exprobrans, quod omnino Christi negauerit gra-
tiam, necnon & illos, qui nullis praecedentibus me-
ritis iuxta Apostolum gratiam Dei hominibus dari
fatenentur, ipse quasi sapientissimus & prudentissimus
nouus nouae prauitatis Apostolus gratiam Dei secun-
dum meritum fidei & laboris dari, nititur edocere,
ut iam sic Dei gratia non sit gratia. Nam quum ne-
mo obediat siue laborer nisi volens, nemo velit, ni-
si scierit quid ei conueniat laborare, iste post scientiam
& voluntatem seu obediētiā humano labo-
ri adiungit gratiae adiutorium, ut videlicet gratia &
labor humanus, cuius possibilitatem non per can-
dem gratiam, sed naturaliter inesse omnibus asserit,
pariter sociari, reliqua perficiat opera, & hoc quidē
se pollicetur defendere. Postea autem immemor sui
promissi, totam plenius gratiam euacuare conuincit
tur. Denique in praefatione sua inter caetera ita lo-
quitur: Studium (inquit) asserendae gratiae compe-
tenter & salubriter suscipit, qui obediētiā famu-
li labori adiungit. Et iterum in capite primo primi li-
bri. Si ergo paribus (inquit) proprietates suas red-
das, & Christum Deum & hominem credas & asse-
ras, periade est, ac si gratiam cum labore coniungas
& ab adiutorio Dei conatum hominis nō repellas.
Cui assertio in primo eorum libro quos supra me
morauit ita contradicit Augustinus, ut credas eum
iam tunc non nisi contra scripta Fausi respondere.
Denique post aliquanta quae ibi de initio fidei, quod

nobis nisi desuper dari certissimis approbat docu-
mentis, exprobrans hunc sensum, infert & dicit: No-
lens ergo tam claris testimoniis repugnare, & ta-
men volens à seipso sibi esse quod credit, quasi cō-
ponit homo cum Deo, ut partem sibi fidei vendi-
cet, atque illi partem relinquat: & quod est elatius
primam sibi, sequentem dar illi, & in eo quod esse
dicat amboxum primum se facit, posteriorem Deū.
Sed Fausus (inquit hi qui cum catholicum conā-
tur defendere) primas partes non homini, sed gra-
tiae Dei tribuit. Nam in sexto eiusdem libri capite,
quum Apostoli sententiam differeret, ita ait: Gra-
tia Dei inquit sum id, quod sum. Primas partes soli
gratiae piē subiectus ascribit, media quaeque laboris
magisterio & obediētiā deputat, vtrumque in con-
summatione moderatus gratiam laboremque con-
iungit. Non dicit, ego sine gratia, aut gratia sine me,
sed gratia Dei mecum. Sed gratiam, cui hoc loco
Fausus primas partes tribuit, non eam quae per
Spiritus sanctum sit, ut verbum Dei forissecus in-
tonanti, assensum praebemus, & obediētes effi-
ciamur, sed praedicationem diuinorum asserit elo-
quiorum, ut videlicet gratia sit, quod nobis diuina
cloquia praedicantur: nostrum autem sit, ut eadem
praedicationi consentiamus. Denique in capite vi-
gesimo octauo eiusdē libri primi differens domini-
cam sententiam, qua ait: Nemo venit ad me, nisi pa-
ter attraxerit eum, ita inter caetera loquitur, Clam-
mat inquit uoluntas, quia sola per se eleuari nescit
infirmas. Ita Dominus attrahit desiderantem, eti-
git adnitentem. Quid est autem attrahere, nisi praed-
icare, nisi scripturam consolationibus excitare, in-
crepationibus deterere, desideranda proponere, in-
tentare metuenda, iudicium comminari, praemium
polliceri: Quod si sola praedicatione, sicut iste vult, gra-
tia Dei credenda est, quae per Iesum Christum facta
est: ergo iam non saluator, sed praedicator tantum-
modo idem Deus & Dominus noster Iesus Chri-
stus (quod absit) credendus est. Sed hunc nefarium
eius sensum ita exprobrat & refutat beatus Augu-
stinus, denique mox post illam sententiam, cuius su-
perius fecimus mentionem, sequitur & dicit: Non
sic pius atque humilis doctor ille sapiebat (Cypria-
num beatissimum loquor) qui dicit, in nullo glo-
riandum, quando nostrum nihil sit. Quod ut osten-
deret, adhibuit Apostolum testem dicentem: Quid
autem habes quod non accepisti? si autem accepisti,
quid gloriaris quasi non accepis? Quo praecipuo
testimonio etiam ipse conuictus sum, quum simili-
ter errarem, putans fidem, qua in Deum credimus,
non esse donū Dei, sed à nobis esse in nobis, & per
illā nos impetrare Dei dona, quibus tēperātes, & ita
stē & piē viuamus in hoc saeculo. Neque enim fidē
putabā Dei gratia praenitri, ut per illā nobis dare-
tur quod vtiliter posceremus, nisi quia credere non
possemus, si non praecederet praeconium veritatis.
Ut autē praedicatione nobis Euangelio consentiremus
nostrū esse proprium, & nobis ex nobis esse arbitra-
bar. Quē meū errorē nonnulla opuscula mea indi-
cāt, ante episcopatu meū scripta. Ille errorē dicit, si-
dē nō Dei donū credere, sed à nobis esse in nobis.
Fausus autē non Dei donū, sed à nobis in nobis esse
se affirmare conatur. In capite naq; septimo libri pri-
mi exponens illud Apostoli: Gratia salui facti estis
per fidem, & hoc non ex nobis, sed Dei donum est,
post aliquanta sequitur: Tempus (inquit)
gratiae quo redempti sumus, meritum hominis non
expecta-

I. Cor. 16

I. Cor. 11, 6

Iob. 6. d

I. Cor. 4, 6

Eph. 2. b

Pelagius
in synodo
Palesina
constitutus ad
palmidiam

Rom. 11. d

2 Thess. 3, 6

expectauit, opera non quaesuit, sola fidei nostrae de
uotione contentus fuit. Et contra sanctus Augusti-
nus inter initia antedicti primi libri sui: Sed nunc,
(inquit) istis respondendum esse video, qui diuina te-
stimonia, quae de hac re adhibuimus, ad hoc dicunt
valere, ut nouerimus, ex nobis quidem nos habere
ipsam fidem, sed incrementum eius ex Deo, tan-
quam fides non ab ipso donetur, sed ab ipso tamen
augeatur in nobis, eo merito quo capite à nobis. Nō
ergo receditur ab ea sententia, quam Pelagius ipso
in episcopali iudicio Palestino, sicut eadem gesta te-
stantur, damnare compulsum est. Gratia Dei secun-
dum merita nostra posset dari, si non pertineat ad
gratiam Dei, quod credere cepimus, sed illud po-
tius quod propter hoc nobis additur, ut plenius per
fectiusque credamus: ac per hoc initia fidei nostrae
prioris damus Deo, ut retribuat nobis supplemen-
tum eius, & si quid aliud fideliter prospicimus. Sed
contra hac cur non potius audimus: quis prior de-
dit ei, & retribuetur illi, quoniam ex ipso, & per ip-
sum, & in ipso sunt omnia. Et seipsum igitur initium fi-
dei nostrae ex quo nisi ex ipso & per ipsum, & in ip-
so sunt omnia, quis autē dicat eum qui iā cepit cre-
dere, ab illo in quē credidit, nil mereri? Vnde sit,
ut iam credenti caetera dicantur addi retributione
diuina. Ac per hoc gratia Dei secundum merita no-
stra dari, quod obiectum sibi Pelagius, ne damnare-
tur ipse, damnauit. Sed Fausus qui superius dixerat:
Tempus gratiae quo redempti sumus, merita homi-
num non expectauit, opera penitus non quaesuit,
sed sola fidei nostrae deuotione contentus fuit. Mox
in eodem capite, post paululum sequitur, suamque
ipse sententiam destruens, sicut fidem, ita etiam ope-
ra dicit ad hominem pertinere: Sicut enim (inquit)
ad Deum largitio munerandi, ita ad hominem de-
uotio respicit inquirendi. Sed dices fidem ipsam nō
omnibus posse competere. Non mirum, si homini
ad quem denegas opera pertinere, etiam fidem stu-
deas derogare. Rursus in capite eiusdem lib. xv. agēs
contra eos qui non generale, sed speciale asserunt
donum esse credulitatis, ita inter caetera loquitur:
Sed dices (inquit) quia non omnibus detur, sed do-
num sit personale credulitas & illis tantum credere
supperat, quibus Deus specialiter donauit ut crede-
rent. Non ita est. Nondum eam Dominus etiam ab
incredulis exigit, omnibus eam insertā esse demon-
strat. Cui autem etiam ipsa naturae lege non suppe-
tat credere, quando & daemones credunt, & contre-
miscunt: Hic iam non Augustino tantum, verum etiam
Apostolo omnino Fausus contrarius adpro-
batur. Nam quum idem Apostolus dicat: Non enim
omnium est fides. iste omnibus eam naturaliter di-
cit esse insertam. Cui si adquietatur, non solum ha-
retici & gentiles, verum etiam daemones fideles esse
credendi sunt: quia in quo est fides, infidelis dici
nullo pacto potest. Sed loqē aliter Sanctus August.
ad Hilarium scribens & Prosperum, docet, qui non
tantum ut fideliter operemur verum etiam ipsam
fidem à Deo nobis donari, sicut superius edocui⁹,
in eodem libro penitus protestatur, ita dicens: Ca-
uendum est, fratres dilecti à Deo, ne homo se extol-
lat aduersus Deū cum se dicit facere, quod promisit
Deus. Nonne fides gentium promissa est Abraham, &
ille dans gloriam Deo plenissime credidit, quoniam
quae promisit, potens est & facere. Ipse igitur fidem
gentium facit, qui potens est facere quod promisit.

Tom. 5.

Porro si Deus operatur fidem nostram, miro modo
agens in nostris cordibus ut credamus: nūquid me-
tuendum est, ne totum facere non possit, & idē si
bi homo primas eius vendicat partes, ut nouissimas
ab illo accipere mereatur? Videre si aliquid agatur
isto modo, nisi ut gratia secundū merita nostra detur
quolibet modo, ac si gratia non sit gratia. Redditur
nanque hoc pacto debita, non donatur gratis. Dar-
tur enim credenti, ut à Domino ipsa fides augeatur,
& sit merces fidei captae fides aucta. nec attenditur
quum hoc dicitur, non secundum gratiam sed secun-
dum debitum istam mercedē credentibus imputari.
Cur autem non totū tribuatur homini, ut qui sibi
potuit instituire quod non habebat, ipse quod insti-
tuit, augeat, omnino non video, nisi quia resisti non
potest diuinis manifestis testimoniis, quibus & fides
(vnde pietatis exordium sumitur) donum Dei esse
monstratur. Quale est illud: Quod vnicuique Deus
partitus est mensuram fidei. Et illud: Pax fratibus
& charitas cum fide à Deo patre, & Domino Iesu
Christo, & caetera talia. Et rursus idem B. Aug. post
aliquanta: Vtrumque enim nostrum est (inquit) pro-
pter arbitrium voluntatis, & vtrumque tamen datū
est per spiritum fidei & charitatis. neque enim sola
charitas, sed sicut scriptū est, charitas cum fide à Deo
patre & Domino Iesu Christo. Euacuans namque
donum Dei Fausus, omneque gratiae adiutorium,
mox in praefatione sua misericordiam Dei, qua gra-
tis iustificamur, non nisi fide & operibus promeren-
dam docere nititur, dicens. Asserentibus nobis, quod
Dei misericordia fide & operibus promerenda est,
catholicam vocem ad Pelagij sensum discretionis
nescius quilibet adiudicet. Vnde & in lib. 11, per na-
turalem vigorem absque gratiae adiutorio multos
non solum ante aduentum Domini, verum etiam &
ante legem litera saluatos, atque ad plenam cordis
punitatem perfectamque iustitiam peruenisse, filios
Dei fieri meruisse impudenter & procaciter asseue-
rat. Denique in nono capite eiusdē libri, inter caete-
ra dicit: Quū homines ita fuerint ad imaginem & si-
militudinē Dei praediti, ut multi etiam filij Dei me-
ruerint nuncupari, vel paucis adhuc exemplis per-
stringere nos oportet, quanti ante legē litera, eru-
diente lege naturae, quae prima (ut diximus) gratia
Dei est, vestibula salutis intrauerint. Et iterum post
paucā: Vnde Enoch (inquit) cum Deo ambulare, vel
Deo placere potuisset, nisi eum lex visceribus infu-
sa secreto magisterio illuminasset, in tantum ut ni-
hil terrenum sapiens, mirabiliter à terra, Deo assu-
mente, raperetur: Qui dum fidei merito in prima se-
culi illius aetate carteros antecellit, fidem ipsam eū
lege naturae sibi traditam fuisse perdocuit. Et ite-
rum post aliquanta: Qualem quantāque (inquit) le-
gem prima conditione susceperit, perfecta etiā nō ē
iustitia declarauit, qui generalia fidei dona speciali
in se studio virtutum sectator excoluit. Si secundū hu-
ius impium sensum, & Enoch omni sece terrena in
tantum purgari potuit per naturae vigorem, ut nihil
terrenum saperet, & nō ad perfectā iustitiam per-
ueniret, ergo Christus gratis mortuus est. Si eum
per naturae vigorem carnis sapientia (quae Deo ini-
mica est) plenius expurgare potuit, & perfecta iusti-
tia adimplere, quid necesse erat Deo, carne assump-
ta pro humano genere mori? Sed nunquid Apostolus
tacuit, vnde Enoch & noe Deo placere potuerunt,
dicens: Fide Enoch translatus est, ne videret mortē, &

Y Y y j

Rom. 12. d
Eph. 6. d.

Eph. 6. d.

Gen. 5. c.
Ecl. 4. 4 c

Enoch m
de doctus
pietatem.

Noe.

Gal. 2. d.

Hebr. 11. d

Heb. 11. non inueniebatur, quia translulit illum Deus: Ante translationem enim testimonium habebat placuisse Deo, & reliqua. Fide Noë responso accepto, de his quæ adhuc non videbatur, metuens aprauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum, & iustitia quæ per fidem est, hæres est institutus. Quam fidem idem Apostolus non vt delirat Faustus, generalem, sed specialem docet, dicens: Non enim omnium est fides, neque naturaliter omnibus inesse, sed à Deo donari, qui operatur omnia in omnibus. Sicut & alibi idem Apostolus dicit, illud quod superius beatissimus posuit Augustin⁹: Pax fratribus & charitas cū fide à Deo patre, & domino Iesu Christo. Non ergo per legem naturæ, sed per gratiam omnes sancti ante aduentum Domini Deo placuerunt. Secundum id quod & beatissimus Petrus in Actibus, testatur Apostolorum, dicens Nolite iugum imponere super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus, sed per gratiam Christi speramus salui fieri, quemadmodum & illi. Ear nunc Possessor, & adhuc in pernicie propria, & eorum qui sibi consentiunt, defendat Faustus libros Catholicos, quos non solum scriptis sanctissimi viri Augustini, verum etiam summorum & præcipuorum Christi Apostolorum sententiis contrarios penitus veritas docet: sicut hoc loco manifesta ratione probauimus. Nam idem certas sententias tam ex præfatione errorum Fausti, quam etiam ex capituli primi & septimi prioris libri inferere, hoc loco necessarium considerauit: quia se idem Possessor ita solet callidè excusare, quod non amplius nisi octo capitula libri primi legerit, vt sic saltem confusus aliquando respiscat, ea quæ proprio ore legisse se asserit, catholica nefariè ausus pronuntiare.

EIVSDEM CONTRA ACETPHALOS, LIBELLVS.

Argumēta rationes hereticorum. Atholica fidei professione breuiter expressa, pergitur nunc illorum respondeat definitionibus, qui lapsu miserabili corruentes, nouis & exquisitis argumentationibus nepharium dogma Christi ecclesiis moluntur inferre, & Deum & hominem, Verbum & carnem contentes, vnam post adunationem in Christo naturam, stulte nimis impudenterque conantur asserere, quia inquit, non esse naturam sine persona, quibus respondetur. Si vna post adunationem in Christo natura est, ergo nec adunatio carnis facta est: Quod si coadunatio carnis facta non est, cur adunationis sit mentio: Si verò adunatio carnis facta est, iam non tantum diuina, sed & carnis natura in Christo est, duæ igitur naturæ sine vlla dubitatione post adunationem in Christo sunt. Si autem adunatione facta, vna, & sola manet in Christo diuinitas, ergo non simplex, sed cōposita passibilisque est eadem verbi diuinitas. Quia quicquid ex adunatione subsistere creditur, nullatenus secundum veritatem proprie simplex est, sed omnino compositum intelligitur. Hoc autem de sola diuinitate Christi sentire probatur esse sacrilegium. Restat ergo, vt adunatio quæ compositionem facit, refugiat simplicitatem, susceptionemque proculdubio à filio Dei humanæ naturæ significet. Et idem constat duas, id est, diuinitatis & humanitatis, in filio Dei post adunationem esse naturas, ex quibus & in quibus subsistit vna &

singularis Christi persona. Rursus, si post adunationem vna natura in filio Dei profitenda est, aut humanitas sola in Christo est, aut certè sola diuinitas. Itè si non est natura, sine persona, multo magis persona non potest esse sine natura. Si ergo non est natura sine persona, & persona non est sine natura, tres ergo sunt naturæ diuinitatis, non vna. Quia tres sunt sine dubio subsistentiæ siue personæ, patris & filij & spiritus sancti. Sed hoc qui dicunt Arrianis omnino sociantur, & pari cautela cauendi sunt, quia similiter vt illi blasphemare noscuntur. Quæramus tamen quid sibi vult adiectio illa significare, cū dicunt, post adunationem. Vtrū quia ante adunationem duæ in Christo naturæ fuerunt, & idem dicunt post adunationem, an & ante adunationem vnā profiteretur fuisse in Christo naturam. Quod si ante adunationem vnā fuisse dicunt, superfluum omnino est, post adunationem dicere, quia semper vnam secundum ipsos adunationem esse & esse in Christo naturam, Verum si ita est, omnino fallaciter ab eis etiam mentio adunationis affertur. Quia si vna & ante & post mansit in Christo natura, nulla omnino do facta est adunatio, quia adunationem ex diuersarum rerum naturis, fieri, nemo est qui nescit. Si autem duas ante adunationem fuisse naturas in Christo dixerint, duas etiam sine dubio ante adunationem dicere conuincuntur in Christo fuisse personas, quia secundum ipsos, non est natura sine persona. Quod cum dicunt, quis eos nesciat Nestorianæ perfidie (quod fugiunt) in quibus compedi, qui hominè plenum Deo, non Deū hominem factū predicare conuincuntur. Item si non est natura sine persona, quæramus ab eis. Vtrū post adunationem Verbi & carnis in Christo dicat duas esse naturas, an denegent. Quod si vel verbi vel carnis essentiam in Christo negauerint, aut Iudæorum impietati omnino iungendi sunt, qui Christum purum hominem fuisse asserunt, aut Manichæorum sacrilegiis cōsequendi, qui carnis in Christo negat essentiam vel naturam. Si verò & verbū & carnem esse in Christo dixerint, duas vtique essentias inuiti diuersarum naturarum ipsorum nominum testimonio profitentur, quia non eadem sunt nomina verbi & carnis, nam verbum verbum est, & caro caro est. Verum quia nolunt esse naturam sine persona, proculdubio etiam sic secundum hanc stultam & impiam definitionem suam, ipsi potius duas inueniēt in Christo adserere personas, Quia verbū & carnem etiam post adunationem in Christo negare non possunt, quorum diuersas esse naturas nullus ignorat. Sed duas, inquit, idem non debere dici in Christo post adunationem fatemur esse naturas, quia duo, numerus esse non potest indiuisus, cum secundum veritatem, omnis numerus diuisioni subiacer. Hæc & huiusmodi solet eorum impudentissima Catholicam veritatem argumentari vanitas. Et primum quidem non per seipsum, sed in rerum naturis omnem subsistere numerum euidentissima ratione docemur. Deinde, si nullatenus ea quæ secundum aliquid discernuntur & numerantur, posunt, in vnitatem subsistere, quæro, pater & filij & spiritus sanctus, qui non re ipsa, sed cognitione tantum ab inuicem discernuntur, quomodo non in diuisione, sed in naturæ vnitatem subsistant? Quod si hi tres vnum sunt, & personarum suarum proprietates integras & perfectas inconfuse custodiunt, nec in diuisione, sed in vnitatem subsistant, restat,

restat, vt iam non omnia quæ secundum cognitionem numerantes discernimus, etiam rebus ipsis, nepharie diuidamus. Quia nec cum carnis & animæ duas pronunciamus diuersasque naturas, vnum hominem in duo diuidimus, quem non rebus, sed cognitione discernimus. Alioquin diuidant primo si possunt, non solum intellectus, sed etiam rebus, à splendore colorem, & calorem à sole & tunc eorum poterit hæc stulta sententia stabiliri. Quod si hoc facere nequeunt, cedant veritati, & duas nobiscum in Christo profiteantur esse naturas, qui eas non rebus ipsis diuidimus, sed cognitione tantum discernimus & probamus. Si verò dixerint. Sicut ex anima & carne vna humana natura conficitur, quæ singulari, non plurali numero pronuntiat, ita ex diuinitate & humanitate vna facta est Christi natura. Primo quidem hoc exemplo filio Dei minime existimo conuenire, cui subsistendi causa caro non fuit. Quippe qui ante secula à patre natus in propria persona incommutabiliter subsistit, sed cum verbum caro fieret, misericordie fuit. Animam autem humanam ante carnem alicubi subsistere, & postmodum carni inseri, nemo ausus est adfirmare. Sanè quia nulla res siue natura est, quæ non proprio appelleretur nomine, vnus naturæ quam ex Trinitate & humanitate factam esse contendunt, nomen doceant. At si voluerint dicere: Verbum incarnatum, siue vnam naturam Dei Verbi incarnatam, eo ipso quo hoc dicunt, duas proculdubio dicere conuincuntur in Christo naturas, duarumque, non vnus nomina naturarum, eius videlicet, qui incarnatus est, id est Verbi Dei, & eius quæ ab ipso assumpta est, id est

carnis. Non ergo hoc vnus rei nomen est, quod sic expressam significationem duarum diuersarumque vnitarum doceat naturarum, quemadmodum cum dicitur, humana natura, quam ex duabus seu potius, in duabus diuersis que naturis, id est, carnis & animæ subsistere nemo dubitat, sed quemadmodum si dicatur, anima incarnata, siue vna natura animæ incarnatæ. Et idem nomen naturæ vnus, quæ diuinitatis, & humanitatis expressam possit habere significationem, docere coguntur. Verum si in tantum desipuerint, quo dicant eam Christi esse naturam, rursus ab eis queritur, qualis illa sit, Quia Christus non naturæ, sed operationis siue efficientiæ, id est, vnctionis nomen est, & idem adhuc coartantur, vt illius naturæ singularis, quam post adunationem in Christo esse volunt, nomen doceant. Quia nulla rei natura est, quæ non proprio & singulari nomine secundum specialem videlicet appelleretur significationem. Christum autem non esse naturæ nomen, sed vnctionis, & ex hoc, quod multi Christi dicti sunt in veteri Testamento, manifestum est. Quapropter aut nomen illius naturæ vnus, quod ab eis rectissime queritur, doceant, aut si hoc facere minime possunt (quia omnino est impossibile) duas, non ante, sed post adunationem, & deinceps, semper indissolubiler manentes, naturas, in vna Christi persona, sprete erroris sui calligine, profiteri non metuant, ne aut humanam tantum cum Iudæis, aut diuinam tantum cum Manichæis confitentibus, ab vnica & Catholica damnati matre Ecclesia in perpetuum crucientur.

IN DIALOGOS IOANNIS MAXENTII CONTRA NESTORIANOS AD THEOPHYLVM.

PRÆFATIO.

Eccl. 4. c. Heb. 12. Num. 22. Christus vnus ex Trinitate. In hoc seculo posset finis esse mendacij, maneret vniue quieta Christi ecclesia, sed quia inextricabile quodammodo malum nunquam desinit humana corda pulsare, atque inopinatis argumentis fidem inquietare catholicam, necesse est sectatoribus veritatis prudenter captiosas eius sententias præuidere, sapienterque detegere, prolataque in medium malleo veritatis cohibere. Quæ ad effusionem sanguinis contra eas pro veritate certare. Præsertim cum scriptura diuina moneat & dicat: Ne confundaris loqui verbum pro anima tua, & pro veritate certa usque ad mortem. Similiter & Apostolus quorundam denotans timiditatem: Nondum, inquit, usque ad sanguinem resististis aduersus peccatum certantes. Resistendum igitur, nec omnino est parcendum hereticis, confidentes in tali negotio sermonis copiam minime de futuram. Nam si ad confutandam propheta insipientiam os a sine aperuit, quanto magis cor fidelis referare dignabitur, vt perfidorum dementia consuetur? Quapropter quoniam olim in radice prauitas Nestoriana damnata, nunc rursus viuacior adfurgit quodammodo, callidisque syllogismorum argumentis aduersus ipsa catholica fidei fundamenta dimicans, sub religiosa pronuntiatione verborum religionem profanare contendit, necessario credidi, mi Theophile tuus aditus precibus, occultum, & sub verbis catholicis latentem, eorum impium prodere intellectum, quatenus detectus & denotatus fiat cunctis vbi que perspicuus. Agens simul etiam contra eos, qui licet Christum Dominum confiteantur, tamen nescio qua rursus inducunt peruersitate, declinant eum vnum consistere ex sancta & indiuidua Trinitate. Quod nolentes asserere, quis eos non intelligat aliis verbis id ipsum negare quod dicunt, nihilque aliud Christum nisi extraneum à Trinitate, & iuxta Arrianos, credere impie creaturam? Si enim verus est Deus sicut est, aut Trinitas est aut vnus ex Trinitate. Sed quia totam Trinitatem, Christum credere sacrilegium est, restat vt vnus sit Deus Christus ex Trinitate. Nisi forte alium eum Deum præter Trinitatem esse contendat, quod non catholicorum, sed Manichæorum est proprium, qui duos Deos sibi contrarios introducunt. Placuit igitur sub persona interrogantis heretici, & catholici respondentis, explicare huius nostre disputationis opusculum, quo facilius obiectionum absolutio legentibus elucescat.

CAPITVLA LIBRI PRIMI

1. E modo appellationis Theotoca hoc est, Dei genitricis.
 2. Quod Theococon heretici beatam virginem ita fateantur, non quia Deum secundum carnem, sed quia hominem Deo vnitum genuerit.
 3. Quod nullatenus dicant, verè & proprie beatam virginem Theococon.
- Tom. 5. Y Y y iij

- 4 Quod initium dari Deo verbo ex femina stulte calumnietur, his qui verè & propriè Deum secundum carnem natum ex femina confitentur.
- 5 Quod callide & peruerse eam matrem humanitatis adfirmant.
- 6 Quod ex illis Euangelicis vocibus quæ ad Ioseph sponsum sanctæ virginis factæ leguntur, nõ Deum fortè secundum Prophe- tiam, sed putrum tantum, qui propter eum, cui vniueris meruit, Deus fortè dicatur, sed femina natum conentur adfirmare.
- 7 De eo quod scriptum est: Quod natum est de carne, caro est: quod natum est de spiritu spiritus est.
- 8 De eo quod non Deum factum, sed Christum Deum factum callide fatentur.
- 9 Quod non natura, sed dignitate & vniuersione Deum stulte afferant Christum: ob id quod scriptum est in Actibus Apostolo- rum, Petro ad Cornelium dicente: Quia Deus erat cum illo.
- 10 Quod hoc tantum distare à Prophe- tis Christum impie fateantur, quia non sit natus ex semine viri, quamuis non post con- formationem, sed in ipsa conformatione, Christo tamen Deum verbum vnitum inique contendunt.
- 11 Quod sicut duas naturas, ita & substantias siue personas in Christo fateantur.
- 12 Quod assumptum à Deo, non Deum factum hominem peruerse afferant, & quod id ipsum definiant naturam esse quod persona est.
- 13 Quod alia sunt propria nomina naturarum & persona, qua nullam faciant questionem, alia communia qua in questionem veniant.
- 14 Quid inter naturas distet atque personam, & quod non omnis sit natura persona.
- 15 Quod & Deum factum hominem, & secundum naturam Dei verbi in xta carnem heretici credere detestentur.

IOANNIS MAXENTII ~~INTERLOCUTORUM~~ DIALO- G. LIBER I.

Interlocutores. NESTORIANVS, CATHOLICVS.



Verba non per- turbantur murmurare malis lorum. Mendaces pleni sunt suspicio- num. Prudentes calumniis non laedi.

Contume- liosi esse solent, qui ad victo- riam dis- putant.

Contentio summo- uenda à disputa- tione.

Nestorianus. Olim te nostro- rum dictorum audiens infama- torem sepius incitabatur animus, tecum de diuina dis- pensationis conquirere sacra- mento. Nunc verò opportuno loco & tempore tua nobis à Deo donata presentia, valde desidero, vt presentem arguas, cui absentis nõ quies- cis detrahere. C. Catholicè. Qui se non menda- cij, sed veritatis exhibet sectatorem, nullis mo- ueatur mullitationibus querulorum. Cuius au- tem animus de sua est falsitate conficius, licet nemo de eo queratur, suspitionum tamen stimulis inquie- tatur assidue. Nihil autem prudentibus aufert, imò B potius confert, mendax infamatio maleuolorum. Si enim veraciter quis de talibus reprehenditur, cor- rigendus est, ne ulterius reprehendant, si mendaci- ter, contemnendi sunt potius & delendi. Quapro- pter si, vt ipse æstimas, tuarum sum ego infamator assertionum, age nunc, sicut desiderasti, & te sectato- rem veritatis ostendens, me tuum falsissimum nota accusatorem. N. Relinquentes, si placet, ista, ea proferamus discutienda in mediũ, quæ vnusquis- que nostrum simpliciter, catholicis iudicat con- tinent tempus videamur expendisse. C. Opti- mum quidem mihi & nimis gratum, semotis con- uitiis semper de veritate conquirere. N. Solent in iuriæ illis præstare suffragium, quibus studium est non de veritate, sed de propria gloriari victoria. In his autem, qui tota intentione capiunt de comper- ta veritate gaudere, locum hæc penitus non habet. C. Facile solet in disputationum semitis se (sicut scriptum est) hilariter ipsa veritas intimare, cum ad inuestigationem sui disputantium mentes simplici viderit intentione pertendere. Erit igitur proculdu- bio nostræ disputationis fructuosus finis, si modò furiosa contentio summoueaturne medio. N. Mea- certè hæc est omnino intentio, si tamè & tu placido animo meis interrogationibus dignum duxeris res-

ponderè. C. Moue quod vis, vt iam videamus ea quæ à me scire desideres. N. Volo igitur vt mihi planum facias, quonam modo à vobis beata Virgo appellatur Theotocos, hoc est, Dei genitrix, quam constat genuisse Emanuelem. C. Ipsa prorsus tuæ interrogationis principia, duos te filios credere ma- nifestant. N. Noli, quæso te, antequam meorum dictorum rationem diligenter discutias, calumnio- sis me impetere vocibus. C. Nemo rectè sibi in- ferri calumniam queritur, quem non aliena, sed sua potius redarguunt. Verum si ego interrogationis tuæ sententiam minimè intelligere potui, deputa hoc imperitiæ, dummodo tu lucidius, explices, qui modum de Theotocæ appellatione planum tibi si- eri flagitans subiecisti, quam constat genuisse Ema- nuelem. Si enim modum appellationis Theotocæ perquirentes, etiam Emanuelem, quem natum dixi- sti ex virgine, Dei filium, crederes, sufficeret dicere, quonam modo Theotocos beata virgo, appelleretur à vobis. Adiciendo autem, quam constat genuisse E- manuelem, docuisti, sicut datur intelligi, Emanue- lem non te filium Dei credere. N. Nunquam ego, vt tu asseris, Emanuelem nisi filium Dei credidi, sed scire cupio modum, qualiter Theotocos beata vir- go appelleretur à vobis. C. Si Emanuel, quem natum est B. virgine confiteris, filius Dei à te semper est creditus, filius autem Dei non est nisi Deus, rectè omnino à nobis beata virgo creditur Theotocos. N. Citè propositæ quæstionis rationem te æstimas explicasse, quasi non sint ulterius, quæ de hac quæ- stione quarantur. C. Dic age, quid vis, nec vllas di- lationis patiaris angustias. N. Quamuis Theotocò beatam virginem confiteri nec ego refugiam, non ta- men quod Deum, sed quia hominem genuerit, Deo vnitum, idcirco eam confiteor Theotocon. C. Patuit omnino quod hæcenus regebarur. Si enim nõ Deum sed hominè Deum vnitum genuit sancta virgo Ma- ria, est sine dubio iuxta te Anthropotocos, hoc est hominis genitrix, nõ Theotocos. Quo ergo modo Theotocon, eandem virginem profiteris, quam nõ Deum, sed hominè tantummodo prædicās genuisse? N. Vni-

N. Vnitione factum est, vt is qui ex ea natus est, Deus appelleretur, propter Deum videlicet cui vniri, vnámque cum eo dignitatem & auctoritatem ha- bere promeruit. C. Appellatione ergo tantum & dignitate siue honore, nõ verè & propriè beata vir- go est, secundum vos Theotocos, quæ non verè & propriè genuit secundum carnem Deum Verbum, sed hominem, cui præstitum est ab eo, cui vniri me- ruit, vt Deus dicatur, quod non est. N. Quoniam hoc est, quod nos valde permouet, eo quod verè & propriè Deum natum ex femina prædicetis, atque ob hoc verè & propriè beatam virginem Dei fatea- mini genitricem. Quæro, qui verè & propriè gene- rat, vtrum eiusdem, cuius ipse est, an alterius cuiusli- bet substantiæ generet? C. Incepta nimis & fatua in- terrogatio, quis enim aliquando alienæ generator creditur esse substantiæ? N. Si fatuum & inceptum indicas, credere quenquam alienæ generatorem esse substantiam, constat ergo Deum verbum, non de matre sed patre verè & propriè generatum, cum quo illi est vna eadèque substantia. Alioquin erit proculdubid, consubstantialis mater Domini, non solum Deo verbo, quem verè & propriè iuxta vos creditur genuisse, verum etiam Deo patri, cui idem Deus Verbum consubstantialis existit. C. Consub- stantiale virgini Deum Verbum, non secun- dum diuinitatem, quæ illi vna eadèque cum patre est, sed secundum carnem qui non credit, alienus à fide. Sanè quia non hominem quemlibet, qui non sit natura Deus, sed Deum verbum incarnatum, & ex se hominem factum genuit, hac de causa verè & propriè esse creditur Theotocos. N. Si Deum na- tura genuit beata virgo Maria, iam non carnis, sed est genitrix diuinitatis, & quomodo non Deum ver- bum secundum diuinitatem, quæ illi cum patre cõ- munitis est, sed secundum carnem cum natum ex vir- gine prædicatis? C. Non est diuinitatis genitrix, si- cut tu nos credere autumas, quamuis verè & pro- priè sit Dei genitrix, quia non diuinitatem Dei ver- bi, sed Deum verbum ex se hominem factum, sicut superius dictum est, genuit. N. Si verè & propriè Deum natum ex virgine dederimus, vereor, ne sine in- itio Deus verbum, initium habere intelligatur ex femina. C. Et cur non demus ei ex femina se- cundum carnem initium, qui est secundum diuini- tatem à patre sine initio? N. Quomodo secundam carnem habere initium à te dicitur is, qui est à patre sine initio, non intelligo, vtrum quia is qui à patre est sine initio, ex diuinitate in carnem versus, dica- tur accepisse initium? An quia erat sine initio, acce- pta carne dicitur habere initium? C. In carnem conuerti in conuertibilis Deus omnino non potest, sed manens Deus, in propria diuinitate perfectus, carni & animæ rationali se vnies, cœpit esse homo, quod antea non erat, & hac ratione secundum car- nem dicitur habere initium, is qui est à patre sine vlllo initio. N. Quoniam de summis & præcipuis rebus quæstio vertitur, quæso vt patietèr de his quæ à me quarantur respondeas. Nec te moucant ea, quæ tibi fortassis, antequam intelligas, videntur esse contraria. C. Sic me de patientia cõmones, qua- si hæcenus impatienter tuis responderim interro- gationibus. N. Non vtiq; sed vt incepta lenitate te contineas, moneo. C. Dei hoc donum est. N. Do- minum nostrum Iesum Christum vna an duabus sub- stantiis cõfiteris? C. In duabus proculdubio, sed

naturali, non personali cõuentione vnitis. N. Nec- dum absoluta, de qua agitur, quæstione, præpropere, in aliam prorupisti, sed dilata interim inquisitione de naturalivnitione, absolute quæso respondeas: Vtrum Christum, quem in duabus naturis cõfessus es, ex patre tantum, an etiam ex matre natum asse- ras? C. Et ex patre & ex matre vnum eundèque Christum natum esse cõfiteor. N. Alio modo ex ma- tre, alio ex patre? an nõ eodèque modò ex patre & ex matre? C. Alio proculdubid ex patre, alio modo ex matre. N. Secundum quem modum ex pa- tre, siue ex matre eum asseris natum? C. Secundum diuinitatem quidem ex patre, eundem secundum humanitatem ex matre. N. Cur ergo verè & pro- priè Dei genitrix à vobis mater Domini prædica- tur, & nõ magis illius naturæ, cuius & mater est, cui Dei verbi vnitiõ diuinitatis suæ contulit vocabulũ & dignitatem? C. Cuius nam credis naturam hanc esse humanitatis, quam verè & propriè vis esse ex virgine? N. Proculdubio Domini Christi. C. Chri- stum quid esse definis? N. Deum & hominem. C. Dei ergo & hominis facta est natura illa humani- tatis, quam verè & propriè dicis esse ex virgine? N. Quis hoc dubitet? C. Et quomodo non est absur- dum credere Deum & hominem ex virgine natum assumpsisse humanam? Quod si Deus & homo ex virgine creditur iuxta vos naturam assumpsisse humanam, vnde antequam ex virgine Deus assumeret naturam humanam, factus homo credendus est, vt sic Deus & homo credatur assumpsisse ex virgine naturam humanam. N. Miror te tam temerè ridere de veritate. C. Nullatenus ego veritatem irrideo, sed responsionis tuæ absurditatem verissima ratio- ne coarguo. N. Offenderis (vt mihi videtur) cum Christum Deum audis & hominem. C. Non me offendit, Christum Deum audire & hominem, sed te offendit, qui Christum Deum hominem factum non credis. Nam cum ego vnum eundèque geni- tum, & ex patre secundum diuinitatem, & ex matre secundum humanitatem, simpliciter tuis interro- gationibus respondissem, tu Deum ex patre, homi- nem verò ex matre volens ostendere, quasi ex con- sequenti ratione concludis, & docere niteris, non debere verè & propriè beatam virginem Dei cre- dere genitricem, sed naturæ humanæ cuius mater est. Si igitur Deus verbum ex maternis visceribus carnem assumens, semetipsum formauit hominem, non alterius sine dubio natura humanitatis assump- ta ex virgine, nisi illius facta est, qui se ex ipsa for- mauit hominem, & idcirco verè & propriè secun- dum carnem sancta virgo Dei genitrix creditur, quia non Deus in carnis naturam conuersus est, vt non esset Deus qui natus est, sed manens Deus, ho- mo factus & natus est. N. Sursum ac deorsum ni- hil aliud moliris (vt video) nisi vt Deum natura do- ceas eum, quem virgo enixa est: Sed tibi pro me vo- ces obuiant Euangelicæ, quæ nullatenus permittunt Deum prædicare eum, qui ex virgine natus est. C. Et quænam illæ voces sunt, quæ me prohibent deũ ex virgine? N. Illæ nimirum, quæ ad Ioseph in som- nis factæ leguntur. C. Et quid tale dictum ad eum legitur? N. Tolle, inquit, puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum, futurum est enim, vt Hero des- querat perdere puerum. Et rursus: Defuncti sunt om- nes, qui quærebant animam pueri. Nunquid nam dictum est, Defuncti sunt, qui quærebant animam

Beata vir- go cur dei- par dicitur.

Beata vir- go non est genitrix diuinita- tis.

Deus quomodo habet ini- tium se- cundum carnem.

Anthropo- tocos.

Scripturæ testimonia de Christi humani- tate.

Mat. 2. b

Dei aut: Tolle Deum & fuge in Ægyptum? vel certe futurum est, vt Herodes quærat Deum perdere? Quo quid potest esse iniquius, quam vt credatur Deus propter hominem fugisse in Ægyptum? Vnde manifestum est, vanis te argumentationibus contra diuinorum eloquiorum sententias laborare, quæ puerum, id est, hominem docent eum, quem tu deũ natura conaris astruere. C. Dum nimis intentus es in his Scripturæ diuina vocibus, quas tuis puras competere partibus, ceteras penitus despicias. An forte vilis tibi & contemnenda videtur veteris testamenti auctoritas, quæ puerum, quem tu Deum denegas, Deum fortem dominatorem prædicat? Nonne clamabat ille Prophetarum eximius Elaias, dicens: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius potestas in humeris eius, & vocabitur magni consilij angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, dominator, princeps pacis, pater futuri seculi. Nunquid hæc te nescire credibile est? Nisi forte contrariam illis à te prolatis Euangelicis testimoniis Prophetæ sententiam iudicas? N. Non ego contrariam iudico Euangelicis testimoniis Prophetæ sententiã, sed tibi hoc videtur, qui necdum eorum intellectum assequi potuisti. Attende igitur, si vis, Prophetica sententiã, à te prolata, purissimũ intellectum, & vide, quàm non sit nostris contraria assertio. Denique puerum natum, & filium datum Prophetæ vocari quidem Deum, non autem esse restatur: Et vocabitur, inquit, magni consilij angelus, admirabilis consiliarius, Deus fortis. Neque enim omnia quæ vocantur, continuo etiã vocationis suæ obtinent proprietatem. Denique Deus vocatus est Moyses, sed nullatenus vocationis huius obtinere creditur veritatem. Hic docemur, non esse puerum natura Deum, sed propter Deum, qui ei vnitus est, Deum à Prophetæ vocari. C. Impietas manifesta: secundum hunc nanque expositionis tuæ sensum, ergo & quod dicitur, puer natus, nullatenus substantialiter intelligendus est natus: quia si Deus fortis idem puer, quod à Prophetæ vocatur, iuxta te substantialiter non est, quia & Moyses vocatur, vt ais, Deus, quod substantialiter non est: ergo & quod dicitur, puer natus, non est substantialiter natus, quia multi dicuntur nasci, qui tamen substantialiter non nascuntur, sicut habes: Populus qui nascetur, quem fecit Dominus. Et Apostolus ad eos, qui iam substantialiter existebant: Nam si decem millia, inquit, pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Contendit denique hæc vestra interpretatio etiam illud, quod omnis Catholica ecclesia confitetur, filium Dei Deum natum de patre substantialiter, falsum docere, & cum Arrianis natum quidem de patre dicere filium, sed non substantialiter de eo natum. Et vnde iam substantialiter natus credatur Deus puer, qui nec de matre nec de patre secundum vos intelligitur substantialiter natus? N. Noli, quæso te, in superuacuis tempus expendere: Nos enim Deum filium, abominantes impietatem Arrij, substantialiter natum ex Deo patre credimus & prædicamus, & puerum natum ex virgine substantialiter sine dubio confitemur, quem etiam propter eum qui ei vnitus est, sequentes Prophetam, dicimus Deum. C. Est ergo puer non natura Deus, sed vocatione sicut Moyses? N. Si non vocatione & dignitate, sed natura Deus

1. 9. b

1. 9. b

Exo. 9. a

1. cor. 4. c

1. cor. 4. c

est puer, aut consubstantialem Deo patri credis carnem, aut puerum natum de virgine incorporeum confiteri. C. Tu puerum incorporeum nos credere autumas, nos econtra Deum tibi carnem factum iuxta Euangelij sententiam prædicamus, cuius carnem non Deo patri, sed matri consubstantialem credimus. Diuinitatem verò non matri, sed deo patri consubstantialem fateamur. N. Varium quandam & diuersum assertionis tuæ sensum, modo confundentem, modò discernentem naturas, profus intelligere non possum. Si igitur diuinitatem patri, carnem verò consubstantialem prædicis matri, quomodo sanam hanc naturarum confundens discretionem, rursus Deum carnem factum asseris, cum sit Deus non corpus, sed spiritus, Domino dicente: deus spiritus est? C. Veram naturarum conuentionem Dei verbi & carnis fatentes, non confundimus, sed vnimus, quia non Deum in carnem versum, sed carni vnitum, factum hominem prædicamus. N. Cum Deus dicat, quod de carne natum est, caro est, quod autè natum est de spiritu, spiritus est. Quomodo puerum natum ex femina non vnitione, sed natura Deum asseris? C. Quia non est alter natus de carne carnaliter caro, nisi ille qui de spiritu spiritualiter natus est spiritus. Idcirco denique ex duabus & in duabus naturis vnitis & incõfufis, Deum dei filium prædicamus. N. Sed harum naturarum diuersitatem confundis, Deum natura prædicans eum, qui vnitione dei verbi deus dicitur. Nam si non vnitione, sed natura deus est, qui de virgine natus est, proculdubio deus est vnctus, & non puer Iesus Christus. Sicque iam non Christus factus creditur deus, sed deus iuxta vos factus intelligitur Christus, & mentiuntur discipuli in Actibus Apostolorum, non deum, sed puerum Iesum vnctum testificantes, atque dicentes: Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersum sanctum puerum tuum Iesum quem vnixisti, Herodes & Pontius Pilatus. C. Non confundimus naturarum diuersitatem, sicut iam superius tibi responsum est. Quia nec diuinitatem verbi in naturam credimus conuersam humanam, nec rursus humanam in diuinitatis mutatam essentiam prædicamus, veruntamen Christum non, vt tu asseris, Deum factum, sed Deum factum Christum (quod tibi displicet) cõfitemur. Quia non cum pauper esset, diues factus est, sed cum diues esset, pauper factus est, vt nos diuites faceret. Nec enim cum esset in forma dei, formam serui accepit, sed cum esset in forma serui, formam dei accepit. Similiter etiam nec cum esset caro, Verbum est factum, sed cum esset Verbum, caro factum est. Quod autem dicit: Si natura est deus puer, natus de virgine, fallunt discipuli in Actibus Apostolorum, non deum, sed puerum Iesum vnctum testificantes. Non illi fallunt, sed tu potius falleris, qui Deum secundum carnem vnctum non intelligis. Nam si non contrario, sed vno spiritu discipulos & Prophetam credis loquutos, audi prophetam Deum vnctum manifestè docentem atque dicentem: Sedes tua Deus in seculum seculi, virga æquitatis, virga regni tui, Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Hinc euidenter apparet, non alium esse vnctum puerum Iesum, nisi Deum, nec esse alium deum vnctum, nisi puerum Iesum, si tamen non duos, sed vnum Christum Prophetas & Apostolos prædicasse non dubitas.

1. 9. 4. d

1. 9. 3. a

1. 9. 4. f

2. cor. 8. b

1. philip. 2. a

1. 9. 1. c

1. 9. 10. f

1. 9. 4. 4. b

1. 9. 1. c

1. 9. 1. a

ras. N. Duos Christos prædicantes omnino abominor, quia vno spiritu Prophetam & Apostolos loquutos esse non ambigo, sed te contraria sententem reputo, quia quasi ex Prophetæ sententia, cum quem ipse vnctum prædicas, Deum natura conaris astruere. Nam cum Prophetæ eum deũ à Deo vnctum prædicet, quem & participes docet habere, tu natura Deum, qui nullum habet secundum suam participem, vnctum docere concludis, cum Deus non habet omnino participes, sicut non habet fratres, sed ille docetur habere participes, de quo ait Apostolus: Quia ergo pueri communicaucrunt carni & sanguini, & ipse communicauit iisdem. Et qui dixit: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te. Vnde euidenter apparet, non natura, sed vnitione Deum esse eum, quem præ participibus vnctum Prophetæ restatur. C. Quomodo eos, qui duos Christos prædicant, abominari te asseris, cum tu duos filios manifestè prædicare conuincaris? N. Et vbi audisti me duos filios prædicare? In eo quum dicis, nõ cum vnctum qui natura est Deus, sed eum qui à Prophetæ docetur habere participes, qui vnctum Dei dicitur Deus. N. Non duos, vt tu autumas, sed vnum prædico filium, quia & eius qui natura Deus est, & eius qui vnctum Dei deus est, vnam filij appellationem, vnamque profiteor dignitatem. Quod autem is qui vnctus est, non natura, sed vnitione Dei deus est, audi B. Petrum apostolum dicentem ad Cornelium: Verbum, inquit, misit filiis Israël, annuncians pacem per Iesum Christum, hic est omnium dominus. Vos scitis, quod factum est verbum per vnictam Iudæam, incipiens à Galilæa post baptismum quod prædicauit Ioannes, Iesum à Nazareth, quomodo vnxit eum deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransiit beneficiando & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Sine dubio non cum deo, sed cum Iesu à Nazareth vncto Spiritu sancto, & virtute deus esse cognoscitur. Nam quomodo non est impium vnctum credere natura deum, cui sine dubio nulla valet natura resistere: sed ille vnctus, qui erat præliaturus contra diabolum. C. Versuta quidem fraude argumentaris, sed nullatenus à duorum filiorum prædicatione discedis. Nam si Iesus à Nazareth, quem vnxit deus Spiritu sancto & virtute, non est deus, vt asseris, quæ deum prædicat prophetæ venientem à Libano, dicens: Deus à Libano veniet, & sanctus de monte ymbroso & condenso. Nazareth enim ad istius montis radicem in partibus Galilæe hodièque monstratur, vbi deus Iesus Christus, quem Prophetæ venisse à Libano prædixit, secundum carnem nutriti dignatus est. Quod autem niteris approbare, non esse natura deum Iesum Christum, sed vnitione dei & dignitate, ex eo quod dictum est: Deus erat cum illo: miror te eundem dominum non audire dicentem: Et non sum solus, sed pater mecum est. Est ergo natura deus Iesus Christus, à Nazareth, sicut à Prophetæ didicimus, & est deus cum illo sine dubio pater. Idcirco denique omnium hominum ipsius Apostoli voce monstratur. Aliquin si ob id quod dictum est, Erat deus cum illo, non pater cum filio, sed deus filius cum Iesu Christo esse intelligendus est, erat proculdubio omnibus prophetis æqualis, vel certe Ioseph filio Iacob, quia & de eo scriptum erat: Et erat deus

1. 9. 2. d

1. 9. 2. 1. c

1. 9. 4. 4. b

2

1. 9. 10. f

1. 9. 3. a

1. 9. 1. c

1. 9. 10. f

1. 9. 16. g

1. 9. 4. 4. b

1. 9. 1. c

1. 9. 7. b

1. 9. 28. c

cum illo. Ipsi quoque Iacob proficiscenti in Charã, dicit deus: Ero tecum sicut & cū patre tuo. Et idè nimis est impium saluatorem omnium æquare saluat. N. Aequalem neque prophetis, neque Iacob aut Ioseph credimus omnium saluatorem, sed incomparabiliter excellentiorem. Quia quamuis fuerit deus cum illis, non tamen sine viri semine, sed nati sunt lege naturæ. Christus autem dominus nouo natiuitatis modo ex Spiritu sancto & Maria virgine natus est, atque in ipsa profus formatione Christus est factus. C. Si non est Christus æqualis neque prophetis, aut Ioseph, aut cuiuslibet sanctorum, erit certe iuxta nos æqualis Iohanni Baptista vel Hieremiæ, qui in ipsa formatione sanctificati sunt, sicut dicit deus ad Hieremiã: Priusquam te formarem in vtero noui te, & priusquam exires de vulua sanctificauit te. N. Non est Christus æqualis in vulua sanctificatis, quia isti quidem in vulua sanctificantur, ille verò in ipsa conformatione fit Christus. Et isti quidem particularem accipiunt gratiam, ille verò plenus est gratia, vt potè vnigenitus dei. C. Christum in ipsa conformatione factum, quem nati modum dicas, non intelligo, idè quis sit Christus qui in ipsa conformatione factus est Christus, euidenter ostède. N. Christus est vnigenitus proculdubio patris. C. Quod hæcenus impugnaueras, nunc ab ipsa veritate coactus, licet nolens, confessus es. Nã qui deum factum Christum hæcenus dicere renuebas, nunc licet secundum carnem neges à semetipso formatum, tamen in ipsa conformatione deum factum Christum confessus es. N. Nullatenus me putes tuis calliditatibus circumuentum, ego enim in ipsa conformatione idè dixi vnigenitum Christum factum, quia ipsi conformationi carnis, Deum verbum credo coniunctum. C. Qui ipsi conformationi carnis deum verbum carni dicit adiunctum, non in propria substantia, sine persona deum verbum humanam docet suscepisse naturam, sed substantiã carnis, quæ dum in membrorum extendebatur lineamentis, substantiam dei verbi demonstrat annexam. Vnde non iam vnam, sed duas substantias siue personas dei verbi incarnati, & hominis facti credere denotatur. Vides autem catholica non ipsa conformatione, vt tu asseris, sed ipsum deũ verbum secundum carnem, à semetipso formatum, factumque hominem, salua diuinitatis eius substantia consistetur. N. Quid igitur negasti subsistere deum verbum: hoc enim cogit intelligi illud quod dicit, ipsum à semetipso formatum, hominemque factum, licet callidè in cõsequentibus hoc idem factum, sine suæ diuinitatis diminutione confirmes. C. Nullo profus modo deum verbum ego subsistere denego. N. Quid de carne siue de tota sentis humanitate? C. Et ipsam sine dubio manere profiteor. N. Quomodo subsistere deum verbum & hominem dicis, cur vnam, & non duas substantias profiteris? C. Quia nõ homini iam in propria manenti substantia deum verbum credo vnitum, aut saltem carni formatae vel animatae, per quam cuiuslibet hominis intelligitur esse persona, sed substantiam siue personam dei Verbi, naturam suscepisse humanam, quæ nunquam velut communis præter deum verbum subsistit, sed per ipsum orta, & ab eo suscepta, ipsius facti propriæ naturæ est, manetque non in sua, sed in eo à quo suscepta est, hoc est, Dei verbi substantia siue persona: & idè nõ sunt duæ

11

Hier. 1. a

substantia, sed duarum naturarum, Verbi videlicet & carnis, vna substantia siue persona est. N. Ergo humana natura diuinitas facta est? C. Hoc saltem cogitatione recipere, extremæ probatur amentia. N. Quomodo ergo propria Dei verbi naturam humanam dicis effectam? C. Quia nō est alicuius alterius nisi dei verbi hominis facti. N. Factum quemadmodum asseris deum hominem vt cum tanquam conuersum in hominem? an propter susceptum ab eo hominem factum, Deum hominem prædicat? C. Ego à Deo susceptum hominem nullatenus dicere audeo, sed Deum sine diminutione diuinitatis suæ factum hominem fateor. Ne si susceptum à deo hominem dixerō, duas videar in filio dei prædicare personas, quia & susceptor sanctorum atque fidelium deus dicitur, secundum illud quod in Exodi cantico ad eum dicitur: Adiutor & susceptor factus est mihi in salutē. C. Quia nō est susceptam à deo naturam humanam quam susceptum hominem dicere. N. Stupenda quædā meis à te auribus ingeruntur, quasi diuersum & non idipsum sit, dicere hominem, siue naturam humanam quam homo non sit aliud nisi humana natura. C. Nimirum hæc erroris vestri, & non alia, causa est. Nam dum non valetis discernere, quid inter personam sit & naturam, idipsum intelligentes naturam esse quod & personam, imò nullatenus credentes naturam esse posse sine persona, vocabula personarum naturarumque confunditis, & duas omnino personas, sicut duas naturas vnus filij dei, sine dubio prædicatis. Nam quum Deum Verbum natum ex virgine secundum carnem dicimus, diuinitatis eius naturam æstimatis vos natam ex virgine prædicare. Verum si hoc, quod absit, crederetur à nobis, non eum secundum carnem natū ex virgine fateremur. Rursus, quum à deo Verbo susceptam auditis naturam humanam, personam ab eo, hoc est, hominem, susceptam, non eundem factum hominem creditis. Hinc etiam nec verè, nec propriè beatam virginem, dei acquiescitis credere genitricem, quia non deum verbum incommutabiliter ex eius visceribus hominem factum, sed hominem deo vnitum ex ea creditis natum. N. Quia nos inualidos arguis ad discernendum, quid inter naturam sit, & personam, doce tu naturam esse sine persona, aut quæ possint naturis propriè sine persona vocabula coaptari. C. Naturarum & personarum sunt propria & communia nomina, & propria quidem nulla faciunt questionem, communia verò quæ à falsis doctoribus callidè præsumuntur, aliquam simplicioribus nebulam dubietatis ofundunt. N. Quæ sunt nomina, quæ aut afferant aut non afferant questionem? C. Deitas centrè & humanitas, caro & diuinitas, propria sunt nomina naturarum: Verbum verò siue Iesus Christus, & si qua talia repetuntur, propria sunt nomina personarum, sicut Petrus & Paulus apostoli. Dei verò & hominis nomen naturis & personis cōmune est. Denique sicut totam Trinitatis diuinitatem significat nomen dei, ita & vnquamque personam ex Trinitate. Deus enim pater, deus filius, & deus Spiritus sanctus, & rota simul Trinitas vnus deus. Rursus homo, sicut personam, ita significat & naturam. Vnde & nonnulli patres sancti, non quidem ad personam, sicut vos, sed ad naturam potius respicientes, hominem assumptū à deo dicere comprobant. N. Assentior planè his quæ à te prolata sunt,

si tamen poteris dicere naturam esse in Persona. C. Natura humana, quamuis tota in personas singulas deriuetur, non tamen quælibet vna persona, aut vnus homo, id est, indiuiduus, tota probatur humanitas, alioquin nequaquam innumeris siue personarum generalis huius humanitatis existerent. Discernitur ergo à natura persona, quia personarum vnarum rem indiuiduam naturam significat. Natura verò communem cognoscitur declarare materiam, ex qua plurimæ possent personarum subsistere. Quapropter omnis quidem persona simul naturam continet, non autem omnis natura personam æquè cōplectitur: Alioquin sicut tres personas, ita & tres naturas sanctæ & ineffabilis Trinitatis catholici faterentur. N. Insubstantiam quandam & inanem naturam mihi videris asserere, quæ nullam dicis habere personam. C. Insubstantia ergo tibi videtur summæ & incomprehensibilis Trinitatis natura? quæ quum sit vna & singularis, in tribus tamen personis eam subsistere catholicorū ambigit nemo. Verum, quia non sine ingenti periculo, de creatore suo disputat creatura, si placet, ad nostrā, id est, ad naturam tractamus humanam, de qua, si quid offensionis, quod absit, acciderit, læuius æstimetur, præcipue, quia & de ipsa nunc inter nos quæstio ventilatur, vt inde, quantum possibile fuerit, planum fiat quod queritur, ne videlicet natura, quam necdum dicimus in persona subsistere, insubstantia tibi esse videatur. N. Fiat, vt vis, modò vt explicetur, quod queritur. C. Naturæ qualitas, quæ in multas personas indiuiduamque diffunditur, non tibi insubstantialis esse videatur, vt nihil sit. Alioquin quomodo creator omnium naturarum vniuersa bona & valde bona fecisse credendus est? Idcirco autem natura, quæ cōmunis materiei vim rationemque continet, insubstantialis à crassioribus mentibus æstimatur eò quod minus attendunt alterius personarum nondum apparentis materiam, alteram esse personam: quam, vt dixi, nondum ad lucem prolata, naturalis potentia perfectam in cunctis membrorum quodammodo lineamentis ostendit. Et idè non bene insubstantiam æstimas tu naturam, sine qua nulla potest persona subsistere. Secundum hanc rationem etiam de vitiatas corporibus iudicantes dicimus. Minus est à natura, neque enim quia later, aut nihil, aut imperfecta esse credenda est, sed est prorsus vis ista in membris nostris, & later perfecta, & tota secundum propriam rationem in materia feminis. Quis enim paruulum necdum vtentem ratione, imperfectum rectè iudicabit, humanam habere naturam? Neque enim qui vt pro tempore non potest ratione, idè aliquid illi deesse probabitur à definitione naturæ humanæ. Quum, sicut veteres definierunt, nihil sit aliud homo quam animal rationale mortale. An forte aliquis, quia non vtuntur paruuli ratione, irrationabilia animalia tentabit eos asserere, quos vtique tempore congruo non extrinsecus adueniens ratio, sed extrinsecus natura subministrante ditabit? Quapropter natura humana, quæ later in materia feminis, non aut nihil, aut imperfecta est, antequam in suam subsistentiam, deo ex ipsa createante formetur, sed omnino perfecta, secundum quam rationem & Leui ante multa tempora, quam in vtero feminaretur, aut conciperetur, in lumbis postest Abraham legitur decimatus. Nulla autem res potest decimari quæ non est. Res ergo ista siue natura quæ in occulto est,

est, quamdiu producat ad lucem, quasi insubstantia à minus intelligentibus æstimatur. Quum autem nutu dei per seriem generationum, vis feminis in scemina fuerit vulua transfusa, tunc quod laterat in membris extenditur, & in persona propria declaratur. Huic igitur humanæ naturæ, quæ generalis & communis est omnibus hominibus, sine qua nulla potest (vt superius diximus) persona subsistere, in sanctæ virginis vtero, quæ fide plena Deum concipere meruit, semetipsum Deus verbum vnire dignatus est, & ex materia viscerum eius absque vilo viri semine propria potentia & virtute semetipsum, sine vlla status sui diminutione, creat secundum carnem, proficit in membris, fit homo, secundam pro nostra salute sustinet natiuitatem, postremò crescit in ætatis augmentum. Idcirco verè & propriè secundum carnem natus à sancta virgine à catholicis prædicatur. Hinc verè & propriè eadem sancta virgo dei genitrix creditur. N. Totum quod superius à te, licet inuolutè, tamen rationabiliter disseri videbatur, conclusio hæc extrema confudit, quæ deum hominem factum, & quod est intolerabilius, secundam dei verbi natiuitatem audacter expressit: quum nulla res nasci secundò substantialiter queat. Factus autè Deus homo, quomodo à te prædicatur, quum illud fieri dicitur, quod necdum extare videatur, vel ex eo quod est, in illud aliquid vertitur, vt desinat esse quod erat? C. Hinc nempe tremenda est, & admirabilis, iuxta carnem dei nostri secunda natiuitas, magnūque pietatis sine dubio sacramentum probatur, quod negatur ab impiis, quia non erat, sed qui erat nascitur: nec secundum id quod erat, sed secundum id quod non erat, propria dignatione formatur. Qui enim naturaliter erat sine initio natus ex patre, idem ipse in tempore naturaliter nascitur nobis ex matre. Ibi secundum diuinitatem, hic idem ipse homo ex homine factus, similiter non secundum id quod erat sed secundum id quod non erat. Nam Deus qui erat, ipse homo, sine sui conuersione, quod non erat. Valet itaque argumentum à te prolatum, ad eum qui aliquid quod est secundum id quod est, aut nasci secundò contendit, aut fieri: ad nos verò nihil pertinet, qui non secundum id quod erat, & natum secundò & factum Deum hominis prædicamus. Sed iam istius disputationis, si placet, iste sit finis. Si qua verò restant, ab alterius sermocinationis inquirantur exordio.

CAPITVLA LIBRI II.

1. **D**E naturali vnione Dei Verbi facta ad propriam carnem.
2. Quod ex diuinitate & humanitate Christi composuit doceatur.
3. De eo quod dicunt alterum in altero, hoc est, Deum Verbum habitare in homine.
4. De eo quod scriptum: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud.
5. Quod peruerso intelligentia sensu accipiant quod scriptum est: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.
6. Quod non credant vitam esse eum qui à Iudæis est crucifixus.
7. Quod hominem tantummodo, non Deum, carne crucifixum esse fateantur.

8. De eo quod scriptum est, Dominus gloria crucifixus.
9. De eo quod dicunt: Christum passum carne, non Deum passum carne confiteri debere. Et de eo quod scriptum est: Dominum eum & Christum Deus fecit.
10. De testimoniis quibus puri hominem eum qui pro nostra salute passus est, demonstrare nituntur.
11. Quod nullatenus vnus eiusdemque mirabilia passionis que fateantur. Et de eo quod scriptum est ad Hebræos: Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare.
12. De eo quod callidè dicitur ab eis: Caro Dei passa est, Deus autem carne passus non est.
13. Qualiter Dei, prius carnis sue fecisse asserunt passiones.
14. Quod deum passum carne asserant, deum autem Verbum passum carne nullo modo fateantur.
15. Quod negent deum esse, qui vnus & cōrectatus & passus carne est, ob id quod scriptum est: Deum nemo vidit vnquam.
16. Quod Trinitatem in Christo habitare impie asserant, & ob id scriptum est: Quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.
17. Quod peruersè deum filium, non Deum patrem in Christo habitare asserant, per id quod scriptum est: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.
18. Quod Christum, non carnem Christi, à sancta Trinitate creatum & resuscitatum asserant, quod dum docere conantur iuxta Arianos, Christum creaturam credere deprehendantur.
19. De eo quod dicunt, Hominson diuidere, est Christum dicere vnum ex Trinitate.
20. De eo quod aiunt, quicquid ex aliquo esse dicitur, alterum ostendit ex altero, & idè Christum non oportet vnum ex Trinitate fateri, sed vnum in Trinitate & peruersitate hoc idem ab ipsis hæreticis memoratur.
21. Quod vnā quidem personam Christum ex Trinitate fateantur, Christum autem vnum ex Trinitate subre denegent. Et quod non ex duabus naturis, sed ex duabus personis vnā personam propter vnum filij vocabulum, & dignitatem & auctoritatem Christum esse impie machinantur.
22. De eo quod asserant, nihil nos affirmare debere, quod non in scripturis canonicis continetur, & de quo dolore dicant, sine Christo Trinitatem non esse: & quod inuictè contra omnes penè eorū versutias opponatur illud quod scriptum est: Ecce Adam factus est, quasi vnus ex nobis.
23. De eo quod ex ipsis quidam dolosè deum natum ex femina dicere videantur: Christum verò vnum ex Trinitate nullatenus assererēt, & de eo quod dicit: Sufficit nobis hoc confiteri, nostris volumus vti sermonibus.
24. Quod callidè dicitur ab eis, si idipsum iudicatis esse, quod à vobis & nobis dicitur: Quomodo nos vt hæreticos æstimatis, quia vestris volumus vti sermonibus, ne occasionem aliis hæreticis præbeamus.
25. De eo quod dicunt: Nihil amplius oportere, nisi quod verbis synodi continetur, asserere, & quod hæreticos iudicent eos, qui consimiliter vt ipsi respondent, duas quidem naturas verbis aliis dicimus, vestris verò volumus vti sermonibus, ne aliis hæreticis occasionem dare videamur.

Cap. 2.



ESTORIANVS. I. Memini te & in superiori sermone, quum quæsitum fuisset, utrum in duabus naturis Christum crederes, respondisse, in duabus, sed naturali cōuentione vnitis. Quod quia subito in alterius quæstionis prorupit indaginem, dilatarū est ibi de eo aliquid quærere. Nunc vero quoniam nimis impium, & catholicis dogmatibus (quantum arbitror) creditur alienum, Deum Verbum naturaliter humane nature vnitum credere, quoniam hoc modo rectè posset intelligi, si placet, primitus inquiratur. CATHOLICVS. Multa quidem in superiore sermone differentes, nullum apud te profectum habere potuimus: quia mens non sanari, sed vincere cupiens, auersa ab his quæ dicuntur, ad nihil aliud intenta est, nisi vt inueniat, quod pro suis partibus eloquatur: quapropter oportebat quidem nihil vterius tecum de re summa disquirere. Sed ne nos hoc, defectu potius rationis quam modestia facere æstimes, cogimur contra propositum, tuis obiectionibus respondere. Itaque dixisti (ni fallor) deum verbum naturaliter humane nature vnitum credere, impium esse, & catholicis dogmatibus alienum, quapropter cur hoc arbitratus es, planius te conuenit explicare. N. Quicquid fit naturaliter, non voluntate, sed necessitate fieri intelligitur, & idè si naturaliter deus verbum propriæ carni vnitus est, non iam misericorditer, sed impulsu naturali hoc fecisse credendus est. c. Definis ergo vniuersa quæ naturaliter dicuntur, necessitate fieri non voluntate? N. Hoc arbitror, denique esuriam, sitim, somnum non voluntate, sed naturaliter patimur, quod autem non fit voluntate, geritur sine dubio necessitate nature. c. Hæc quæ dicis, compositæ & passibilis nature sunt propria, impassibili autem & incompositæ non est aliud naturaliter, aliud voluntariè quippiam facere, sed prorsus vnum atque idipsum est. Quia ibi non aliud est natura, aliud voluntas, sed natura voluntas est, & voluntas natura. Idcirco deus verbum, cui nulla voluntas est accidens, aut natura passibilis, quum dicitur naturaliter carni vnitus, non necessitate, sed voluntate creditur hoc fecisse. Alioquin quæro, utrum naturaliter deum credas esse, an voluntariè? Si enim voluntariè dixeris, sequitur vt non sit naturaliter deus. Si autem naturaliter pergis asserere, erit ergo iuxta vos deus necessitate, non voluntate, quod de deo credere magna dementia est. Et idè non est impium, nec à catholicis dogmatibus alienum, deū Verbum naturaliter propriæ carni vnitum credere, ad excludendos eos qui naturam inuiolabilem non credunt naturaliter vnitam naturæ passibili, sed personæ nescio cuius iam formate in vtero hominis deum secundum gratiam, siue secundum illustrationem, vel certè dilectionem fatentur vnitum. N. Compositionem quandam & confusionem mihi videris introducere naturarum, dicens naturaliter naturas vnitas. c. Quamuis ex diuinitate & humanitate deum nostrum Iesum Christum, compo-

Natura voluntas in Deo vni sunt.

Cap. 2.

situm siue vnitum esse fateamur, confusionem tamè naturarū penitus refugimus, quia vtraque naturas credimus manere perfectas. N. Compositio cōtraria intelligitur vnitari, quia aut confusionem efficit, aut non caret diuisione. Adificia denique omnia, quæ compositione constāt, nullo dubitante soluntur, ea verò quæ à pigmentariis è diuersis rerum naturis componuntur, confusa in se sunt, nec vlla res prorsus in eis obtinet proprietatē. Quomodo ergo vos indiuisas, aut inconfusas naturas in Christo potestis dicere, qui Christum compositum prædicatis? c. Omne compositum passibile an impassibile asseris? N. Omnino passibile. c. De non cōposito quid opinaris? N. Profectò impassibilitate subsistere. c. Christum passibilem an impassibilem asseris? N. Post incarnationem prorsus passibilem. c. Quis ergo Christum filium Dei viui refugis compositum confiteri, quem sine dubio dicis esse passibilem? N. Secundum humanitatem videlicet, Christum compositum fateor, quia & secundum humanitatem cum passibilem credo, secundum diuinitatem autè incompositum, quia & impassibilem. c. Quid igitur vnum eundemque fateris ex diuinitate & humanitate post incarnationem compositum, quem ante incarnationem constarū fuisse incompositum? N. Nō equidem, sed assumptum hominem compositum dico, eum verò à quo assumptus est, incompositum. c. Duos filios proculdubio credere deprehenderis, vnum compositum, alterum incompositum. N. Negas ergo tu diuinitatis naturam esse simplicem & incompositam? c. Nullo modo hoc denego. N. Compositum fateris hominem, an incompositum? c. Compositum prorsus. N. Quomodo ergo negas Christum compositum esse, & incompositum, quem sine dubio deum & hominem confiteris? c. Deum quidem & hominem filiū Dei confiteor: eos autem qui non eundem Christum, filium Dei & incompositum ante incarnationem, & post incarnationem compositum confitentur, valdè refugio. N. Contractionem quandam diuinæ nature prædicare cognosceris, eundem dicens, & ante incarnationem incompositum, & post incarnationem compositum. Quomodo autem potest incircumscripta & vbique diffusa natura circumscripæ & in paruo loco constitutæ nature secundum compositionem vniri, nisi fortè, vt dixi, aut diuinitatis contractionem aut carnis extensionem factam impie fateris? c. Opinor corpoream te credere diuinam essentiam, quam modo centrali ad carnem æstimas, modò extendi cum carne pronuncias. N. Absit hoc ab animo Christiano. c. Quid ergo sentis diuinam esse naturam? N. Virtutem proculdubio magnam, & vbique totam. c. Totam vbique secundum totam eam dicis existere. N. Non utique secundum totum vbique est, sed ab ea rationalia aliter, irrationabilia aliter, aut omni sensu carentia continentur. c. Tota secundum totum in vnoquoque rationali animali, ac particulariter esse cognoscitur. N. Particulariter certè inest, non secundum totum, quia singuli quique de plenitudine eius accipiunt. c. Quomodo ergo vbique tota est, quæ non est in vnoquoque rationali animali tota sed, particulariter: & quomodo particulariter, quæ nō est corpus, sed spiritus? N. Ipsa quidem ad seipsam tota, & secundum totum vbique est, quantum autem ad creaturam pertinet, non efficit, vt eam rationale animal simet

Cap. 3.

Anima in toto corpore

bimet adesse, aut inesse sentiat, nisi quantum ipsa indicauerit. c. Deum verbum in nullo dissimilem patri te credere opinor. N. Arrianorum & Eunomianorum, non Catholicorum dogma est, dissimilem Patri filium in parte aliqua credere. c. Perfectum enim, sicut est patri æqualis, propriæ carni dicitis vniri, an secundum aliquid vnitum, & secundum aliquid nō vnitum? N. Paulus docuit, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. c. Tota ergo & secundum totū, vt est perfecta dei verbi diuinitas æqualis patri, carni vnita est? N. Nullus hoc dubitat Christianus. c. Quid igitur contractionem diuinitatis, an extensionem carnis factā asseris, quia non potest, vt dicis, incircumscripta & vbique diffusa natura circumscripæ, & paruo loco constitutæ nature secundum compositionem vniri? N. Neque nature contractionem, neque extensionem humane nature factā assero, quia hoc propriè corporum est, nō autem spiritus & virtutis, quæ carni vniri secundum compositionem non potest, præsertim quæ incircumscripta sit, vt dixi, verbi diuinitas, & omnia continens. c. Cōpositum dicis subsistere hominè, an incōpositum? N. Cōpositum. c. Ex quibus rebus? N. Ex anima vitæ & carne. c. Animam consubstantiali carnem asseris, an diuersæ nature? N. Diuersæ omnino. c. Vtrum quia nō sit caro, & sit corpus, quia quamuis omnis caro corpus, non tamen omne corpus caro est? N. Nullo modo ego corpus dico animā esse. c. Quid ergo dicis? N. Spiritum sine dubio, sed nō incircumscripctum. c. Totam fateris eam diffusam per singula membra, an maiorem quidem partem eius in maiore membro, minorem verò in minore? N. Totam in vnoquoque membro corpori sui eā esse credo, quia licet sit circumscripctæ, partibus tamen eā constare nullo modo opinor, quia truncatis membris corporis, ipsa integra perseuerat. c. Si ergo anima, quæ non est corpus, sed spiritus, carni secundum compositionem vnita, nullam contractionem in minore, nullam extensionem in maiore patitur membro, sed sine sui confusione, tota in maiore, tota esse creditur in minore: quo pacto diuinitas dei verbi secundum compositionem propriæ carni vnita, contractionem aut extensionem siue confusionem sustinuisse credenda est? Exemplo enim anime ad carnem factæ vnitionis, quam secundum compositionem fieri nō negasti, omnes doctores Ecclesiæ & illustres viri dei verbi ad propriam carnem vnitionem factam docere monstrantur. N. Omne cōpositū partibus constare nulli dubium est, pars autem minus est quàm totum, est ergo deus verbum pars Christi, quem ex diuinitate & humanitate compositum asseris, & si deus verbum pars est Christi, & deus verbum iuxta vos minor Christo cuius & pars est, quod si pars Christi deus est, quomodo deus, si imperfectus est? c. Non est imperfectus deus verbum, quia nō vt perficeretur assumptione carnis indigni, sed vt caro perficeretur in melius cōmutata, carni se vnies, compositus factus est qui antè erat sine dubio summè simplex & incōpositus, perfectusq; per omnia, vt pote deus. Scriptū em̄ de eo est, quia bono rō nostrorum non egeat. Nihil enim illi contulit, aut detraxit, assumpta pro nostra salute humana natura, quæ vnitione sua ipse potius ineffabiliter glorificauit. Neq; minor est deus verbum Christo, quia ipse est Christus: nec seipso minor esse potest, & assumpta carne idè mansit deus sine dubitatione per-

Tom. 5.

fectus. Alioquin si & post incarnationem negatur Christus esse cōpositus, mansit ergo quod erat antea, simplex & incōpositus. Et quia res summè simplex & incōposita nullam omnino in se recipit passionem, sicut superius etiā ipse professus es, nō est ergo iuxta vos Christus pro humana salute perpassus. Si autè simplex manens & incōpositus passus est, iam nō simplex & incōposita natura est impassibilis. Quod si simplex & incomposita natura impassibilis non est, ergo passibilis est Christi diuinitas. Si autem Christi diuinitas impassibilis permanet, sicut & verum est, restat vt natura simplex & incomposita nō sit passibilis. Quia quamuis Christus diuinitatis sue simplicitatem & impassibilitatem etiam post vnitionem compositionemque conseruet, tamen propter vnitam sibi carnem iustè ad ipsam compositus esse credendus est. Quapropter dum non vis post incarnationem Christum fateri compositum, aut diuinitatis eius naturam compositam & passibilem conuinceris credere, aut certè Christum, quæ etiam post incarnationem simplicem & incompositū, vt erat antea, asseris, nullatenus passum pro humana salute testaris. N. Nec diuinam naturam passibilem credo, quæ summè simplicè & incōpositā dico, & Christū p̄ humana salute passum cōfiteor, quia nō deum tantum, sed & hominem eum agnosco. Quæro autè, utrum compositionem hanc in vulua virginis factā asseras, an postquā peperit filium suū primogenitū. c. In vulua prorsus. Nā quomodo deū natura crederè, quæ secundum compositionem carni vniti factor, si post partū compositionem naturarū adfererè: hæc enim nec cōpositio, nec vnitio creditur, sed alterius in altero habitatio. N. Docuisti certè, quod multis hæcenus verborū ambagibus tegere videbaris, cōpositionem nullatenus naturarū seruare proprietatē. c. Quo nā modò cōpositionem docui naturarū non seruare proprietatem. N. In eo quod inhabitatio eam contrariā iudicas. c. Sicut non confundit naturas vnitio, ita nec cōpositio, quia nec anime & carnis nature, quæ secundum compositionem vnite sunt, confunduntur in sese. Alterius autè in altero inhabitatio prorsus duorum est. Deus autè & homo non alter in altero est, sed idè deus idè homo est. N. Quamuis secundum vnitionem vnus idè que sit deus & homo, secundum naturas tamè alter deus est, alter homo. Nam si ipse deus homo est, etiā secundum naturas, quomodo non dicit: Soluite me, sed, soluite tēplū hoc, & in triduo suscitabo illud. c. Miror te voces euangelicas, quas tuis credis as-

Cap. 3.

Cap. 4.

Z Z z

Hoc autem dicebat de templo corporis sui. c. Corpus hoc Dei, an hominis esse dicis? n. Hominis sine dubio assumpti. c. si hominis assumpti hoc corpus est, corpus ergo hoc assumpti hominis templum est? n. Non est templum assumpti hominis, sed eius qui in ipso habitat inuisibiliter. c. Et quis est inuisibilis templum inhabitans? n. Deus proculdubio. c. Est ergo corpus, non hominis assumpti, ut asseris, sed dei, cuius & templum est. n. Si corpus esset exanime, in quo inuisibilis deus habitaret, esset utique corpus Dei, non hominis assumpti. Verum quia corpus animatum est, in quo habitat deus, est corpus non Dei, sed hominis assumpti. c. Non ergo corpus, sed homo replum est Dei, quia in corpore animato (quod est sine dubio homo) asseris habitare Deum inuisibilem. n. Num tibi hoc non videtur? c. Absit: hoc enim omnino contrarium est Evangelicæ expositioni, qui non dixit: Hoc autem dicebat de templo hominis sui, sed de templo corporis sui. n. Ut mihi videtur, animam non credis habuisse Christum. c. Procul à me omnino sit ista calumnia. n. Quomodo ergo quasi contrarium respicis, quod à nobis deus dicitur habitare in homine, si corpus animæ habere Christum fateris? c. Quia corpus non hominis assumpti, ut tu asseris, sed Dei confiteris, cuius & animam esse credo, & idem non Deum in homine, sed Deum in corpore, prædico. Alioquin nihil est aliud dicere Deum in homine, nisi hominem Dei, sicque non iam deus homo, sed homo Dei intelligitur Christus, quod de omnibus qui Deo fideliter seruiunt, dici potest.

cap. 5. n. Si corpus Dei est, non assumpti hominis, cur non dictum, nisi manducaueritis carnem Dei, sed, carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis? c. Quamuis caro sit filij hominis, ipsa tamen caro filij hominis caro Dei est. Nam si caro Dei non est, quomodo potest vitam æternam præstare credentibus? n. Quia hoc illi à Deo sibi vnito est præstitum: c. Si Deo vnita est caro, quomodo non est caro Dei? n. Quia contra manifestam Evangelij vocem inuicendè contendis, quæro, quis est qui ad passionem propterans, dicit discipulis suis: Accipite & edite ex hoc omnes, hoc est enim corpus meum, quod pro vobis frangetur in remissionem peccatorum.

Mat. 26. c. Ille est nimirum qui dixit: Ego sum via, veritas & vita. n. Vita ergo manibus comprehenditur impiorum, vita crucifigitur, postremo moritur vita, & si vita est mortua, quis vitam mortuis præstare credendus est? c. Si is qui vita est, non est crucifixus, & mortuus, sperare vitam mortuis nullatenus debent. Verum quia crucifixus est, & mortuus is qui est vita, non me, sed beatum Petrum ad Iudæos audi clamantem: Petistis, inquit, virum homicidam donari vobis, auctorem verò vitæ interemistis. n. Quamuis auctor vitæ, propriè deus esse credatur, tamen quia & homines auctores vitæ possumus appellare, qui disciplinam tradunt bene viuendi, manifestius doce, si vales, crucifixam vel mortuam vitam. c. Quamquam non homines, qui disciplinam tradunt bene viuendi, sed deus solus auctor vitæ non rectè credatur, tamen & si eum qui est vita, mortuum & crucifixum ex scripturis docueris, rursus ad alia te conuertens, dum non vis credere veritati, superfluas quæstiones mouere non desinis. n. Si nolum credere veritati, nunquam ea quæ me mouent, in mediū discutienda proferré. Tu verò, dum vales respondere objectis, nobis quasi superflua quærentibus insultas. c. Verū hoc omnino est, quod non ego,

sed ipse de quo agitur, tuis pro me respondit objectionibus, teque suum aduersarium notas loquitur, in Deuteronomio ad populum Israël. Et videbitis, inquit, vitam vestram pendentem in ligno, & non creditis ei. n. Et quomodo potest vita per se pendere in ligno? deus ergo à Iudæis est crucifixus?

cap. 7. c. Non mihi, sed Prophetæ crede dicenti: Si affigit homo Deum, quia vos configitis me gens tota. n. Falsum est omnino, nunquam hoc in ecclesiasticis libris legitur, quamuis scriptum sit in Malachia Prophetæ: Si supplantat homo Deum, quia supplantatis me vos gens tota. c. Non est dubium, ita ut tu dicis, in antiqua contineri additione, in nouella verò illud, quod à nobis est positum. Verum si tibi recens contemptenda videtur additionis auctoritas, audi Apostolum clamantem: Dominum gloriæ crucifixum.

Act. 17. n. Si Dominus gloriæ crucifixus, deus credendus est, crucifixus est ergo & Iacobus frater Dei, quia & frater Domini dicitur. c. At non est alter deus, alter Dominus, sed Dominus ipse est deus, Prophetæ dicente: Scitote quod Dominus ipse est deus. Et idem rectè omnino deus gloriæ à Iudæis creditur crucifixus, nec est secundum hanc Prophetæ vocem contrarium veritati, Iacobum fratrem Domini, fratrem dei dicere secundum carnem. n. Noua quædam & intolerabilis doctrina hæc vestra est quæ Deum passibilem prædicat, quum de eo qui à Iudæis est crucifixus, Petrus Apostolus in Actibus Apostolorum manifestè testificetur dicens: Notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israël, quia in nomine Iesu Christi Nazareni, quæ vos crucifixistis, quæ deus suscitauit à mortuis, in hoc iste adstare coram vobis sanus. Et iterum: Certissimè, inquit, sciat omnis domus Israël, quia Dominum & Christum eum deus fecit hunc Iesum, quæ vos crucifixistis. Quum ergo à Deo eum quem Iudæi crucifixum dominum Christum factum, testetur Apostolus, non in occulto est, qui sit dominus gloriæ intelligendus, vel certè qui à Iudæis credendus est crucifixus, neque enim in tantum erroris abruptum credo vos deuenisse, ut filium Dei deum à deo factum dominum esse credatis. Unde docemur per hanc Apostoli sententiam, & illam à te prolata Prophetæ vocem, domini nomen non semper deum significare, sed aliquando tantum deum, aliquando hominem tantum, aliquando verò Deum & hominem, idem non cogimur deum intelligere crucifixum, eo quod ab Apostolo dominus gloriæ dicitur crucifixus, nec quia Iacobus frater Domini dicitur, fratrem eum credimus Dei.

cap. 8. c. De Iesu Nazareno, quod deus sit, arbitror me sufficienter tam ratione quam etiam testimonio in superiore sermone docuisse, sed infidelibus, totum nihil est. De eo autem quod magnam errorem esse iudicas, Deum factum dominum à Deo credere, quia dictum est à Petro de Iesu crucifixo: quia dominum eum & Christum deus fecit, quæro, vtrum quum esset Iesus, & tamen non esset dominus, factus est à Deo dominus? an quum esset dominus, factus est à Deo dominus? n. Quomodo si esset dominus, à Deo fieret dominus, quum fiat nemo quod est? sed quia non erat dominus, idem à Deo factus dicitur dominus. c. Erat ergo quando non erat Iesus dominus? n. Non erat antequam fieret dominus. c. Quomodo ergo dixisti, si esset dominus, non fieret à Deo dominus, sed quia non erat dominus, idem à Deo factus est dominus? n. Quia antequam nasceretur, non erat qui fieret dominus, nec postquam natus est, factus est dominus, sed in ipsa profertur

profertur vltima, vnitione filij dei factus est dominus. c. Alter ergo est filius dei, alter Iesus qui vnitione filij dei sit dominus. n. Idem ipse est, sicut superius iam dixi, dignitate & auctoritate, non autem secundum naturas. c. Secundum naturas ergo duo sunt, sed dignitate & potètia vnus est filius, & qui ex his formam serui accepisse credendus est. n. Non sunt duo filij, ut tu somnias, sed vnus est filius dei, quæ tamen in duabus naturis vnitis credimus, qui etiam quum esset in forma dei, formam serui accepit. c. Accepit ergo filius dei, quum esset deus & dominus formam serui, an hoc credere errorem fateris? n. Qui hoc non credit, profertur paganus esse. c. Si ergo non est error, filium dei deum, quum esset deus & dominus, utpote æqualis Deo patri in forma serui, factum credere seruum, quia hoc etiam ipse de seipso testatur, dicens ad Patrem: Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ: non est omnino error, filium dei Deum, secundum id quod factus est seruus, credere à deo patre, dominum factum: & idcirco non ut tu dicis, aliquando deus tantum, aliquando homo tantum, aliquando verò deus, & deus intelligendus est dominus, quia non alter à deo factus dominus prædicatur, nisi is qui formam serui accipiens, factus est seruus, quum esset ante seculum dominus gloriosus, quem Paulus à Iudæis prædicat crucifixum. Hinc est quod exclamat ad Patrem: Pater glorifica filium tuum ea gloria, quæ habuit apud te priusquam mundus fieret. Nunquid vox ista non illius est, qui dixit: Discite à me quia mitis sum & humilis corde: Nunquid enim filius dei, deus à patre deo fieret dominus, nisi quum esset dominus, utpote, deus formam serui accipiendo factus esset seruus. Nec se glorificari precaretur à Patre, si non quum esset apud Patrem, priusquam mundus fieret, gloriosus, semetipsum spòte pro nostra salute humiliasset. Fit dominus, & glorificatur à patre Iesus filius dei deus, non ea gloria quam non habuit, sed quæ habuit apud Patrem, priusquam mundus fieret. Quapropter dubitandum omnino non est, natura deum esse Iesum, quæ sicut dominum à deo factum, ita etiam eum glorificatum à deo prædicat Petrus Apostolus, dicens: Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem negastis ante faciè Pilati, iudicante illo dimitti. n. Nisi hæc omnia propter vnitionem dei ad hominem facta credideris, diuinitatem proculdubio passibilem prædicare conuinceris. c. Diuinitatè quidem passibilem nullatenus prædico: Deum autem carne passum omnino confiteor, quia Iesum Christum Deum verum agnosco. n. Nullo modo deum passum carne profiteor, quod in scripturis sanctis nullatenus legitur, sed Christum passum carne, sequens Petrum Apostolum, fateor. c. Ego quidem vtrumque confiteor, & deum passum carne, & Christum passum carne, quia Christus super omnia deus est. Tu autè idem refugis deum passum carne dicere, quia Christum non credis deum esse. Quod si Christum deum esse non denegas, passum Christum carne, hoc est omnino quod deum passum carne dicere, quia Christus qui passus est, sine dubio deus est. n. Si idipsum est deum passum carne, quod Christum passum carne dicere: est ergo iuxta vos, non solum filius, verumeriam pater Christus, quia deus proculdubio etià ipse est. c. Non est pater Christus, quamuis sit deus, quia non idipsum est deus, quod est Christus. Filius autè idem est

Christus, quia non idipsum est, sed quia ipse est deus Christus. Hac de causa vtrumque confitentur catholici, & deum passum carne, & Christum passum carne.

cap. 10. n. Si deus est Christus, quis est qui dicit Iudæis: Quid me vultis occidere hominem, qui veritatem loquutus sum vobis? c. Ille omnino, de quo scriptum est: Quia quærebant eum interficere Iudæi, non solum quia soluebat sabbatum, sed quia dicebat patrem suum esse deum, æqualem se faciens deo. Nunquid relinquitur nobis adhuc vllus ambiguitatis scrupulus, quo non credatur natura deus esse Iesus Christus? quia si gratia, & non natura deus esset, nunquid se æquale faceret deo. n. Fallitur ergo Paulus, dicens: Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. c. Et quomodo per hominem potest esse resurrectio mortuorum, nisi sit ipse homo resurrectio, qui clamat in Euangelio: Ego sum resurrectio & vita. Et quia resurrectio & vita omnino non nisi deus est, proculdubio idem homo est, per quæ resurrectio esse Apostolus prædicat. n. Ignarus ergo omnino huius sacramenti deprehenditur idem Apostolus, dicens: Mediator dei & hominum, homo Iesus Christus. c. Sicut non est ignarus huius sacramenti Apostolus, ita nec sibi in seipso contrarius, dicens: Secundum aduentum magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Quum ergo homo Iesus Christus mediator dei & hominum magnus est, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, non est omnino contrarium, sed vnum idemque Deum passum carne, & Christum passum carne, modis omnibus confiteri. Unde etiam Ecclesia Dei, vnus eiusdemque mirabilia & passiones agnoscit. Quapropter si quis vtrumque non confiteatur, aut ut Iudæus fugiendus est, aut cauendus ut Manichæus.

Hebr. 2. n. Callida quadam & subtilissima fallendi arte hætenus tibi aditus fuit: nunc autè nullum tibi poterit esse suffugiū, vnus eiusdemque filij Dei prædicati mirabilia & passiones, quum Apostolus manifestè ad Hebræos, dominum Iesum Christum à Deo verbo per passiones doceat consummatum, dicens: Decebat eum propter quem omnia, & per quæ omnia, qui multos filios in gloria adduxerat, auctorem salutis eorum, per passiones consummare. Cernis à deo verbo, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloria adduxerat, auctorem salutis eorum proculdubio Iesum Christum, per passiones consummatum? Quomodo ergo vnus eiusdemque mirabilia & passiones credenda sunt, quum per passiones alter ab altero consummatur. c. Magnū mihi omnino dedisti suffugiū, magnaque mihi ad aperta est ianua, in qua, illo me ducere, ingressus, qui dixit: Ego sum ostiū, non callidis, ut asseris, ad fallendum artibus, sed verissimis potius documentis tuam imperitiā perfidiamque redarguam. Nam dum Apostoli sententia non intelligis, alterum passibilem, alterum impassibilem dei filium prædicare conuinceris. Nec enim, ut imperitè asseris, deus verbū auctore salutis nostræ consummat per passiones, sed deus pater, deum filium Iesum Christum, propter quæ omnia, & per quæ omnia, auctorem filiorum consummat per passiones. Quis enim hic auctorem salutis filiorum per passiones consummatū alii permittitur intelligere, nisi eum, qui multos filios in gloria adduxerat, propter quem omnia, & per quem omnia? Nā quum superius dixisset, eum qui modicum quàm angeli minoratus est, videmus

cap. 5.

10. 6.

Mat. 26.

cap. 6.

Act. 3.

cap. 7.

Act. 17.

1. Cor. 2.

cap. 8.

Philip. 2.

1. Tim. 2.

Mat. 11.

Act. 3.

cap. 9.

Iesum propter passionē mortis gloria & honore coronatū, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortē, fecutus mox intulit, dicens: Decebat enim, scilicet Deū patrem, eū propter quem omnia, & per quē omnia, auctore salutis eorum, videlicet quos in gloria adduxerat filiorū, Qui etiā cū esset æqualis deo, paulō minus q̄ Angeli minoratus, gratia Dei patris pro omnibus gustauit mortē, per passionē cōsummare. Sed manifestius hoc & lucidius in ipsius epistolæ principio perdocemur. Multifariē, inquit, & multis modis, olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissimē diebus istis loquutus est nobis in filio, quē constituit heredē vniuersorū, per quē fecit & secula. Qui quū sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suę, purgationē peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Tāto melior Angelis effectus, quāto differentius prae illis nomē hereditauit. Ecce auctor salutis, qui multos filios in gloriam adduxerat, purgationē faciens peccatorū, quæ nulla vti que potest fieri sine sanguinis effusione, Sicut alio loco idē docet Apostolus: Splendor gloriæ & figura substantiæ dei patris, portans omnia verbo virtutis suæ. Fit etiā ipse melior Angelis, & sedet ad dexterā maiestatis, per quē facta secula prædicatur, qui paulō minus q̄ angeli minoratus, gratia Dei patris, sicut dictū est: Pro omnibus gustauit mortē: de quo dictū est. Propter quē & per quē omnia, qui multos filios in gloria adduxerat. Non est ergo alter Deus verbū, propter quē omnia, & per quem omnia, nisi auctor salutis Iesus, qui purgationem faciens peccatorum, multos filios adduxit in gloriam à Patre per passionē consummatus, sicut idem Apostolus de eo ait: Qui proprio filio nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū. N. Nihil omnino agit intentio tua, nisi vt quantum in se est, Deū impassibilem & immortalem, passum & mortuū doceat. C. Quia negas Deum cum qui pro humana salute est crucifixus, quare, quem asseris incarnatum? N. Verbū proculdubio, sicut Euāgelista testatur, dicens: Et verbū caro factum est, & habitauit in nobis. C. Deus verbum qui incarnatus est, ipse & passus est, an alius incarnatus, alius verō passus est? N. Incarnatus quidem deus est, passus autē deus nō est, sed caro dei, c. Magnā nobis spē de te ipso dedisti. Nā qui hactenus carnē non Dei, sed assumpti hominis asserebas, nūc dei eā cōfessus es. Verū quia parū liquet quod dictū est, nō est Deus passus, sed caro Dei, si placet, hoc edillere manifestius. Nimis enī absurdū esse videtur, quod dicitur: Si enim caro Dei passa est, quomodo Deus carne passus nō est? & si deus passus nō est carne, quomodo caro dei est passa: nisi fortē carnē exanimē & desertā à deo, Iudæi crucifixisse credēdi sunt. Quod quia nimis stultū est, carnē sine anima à Iudæis credere crucifixā, restat vt caro animata Dei, à Iudæis crucifixā credatur, quod est proculdubio homo. Cui assertioni vestræ, hoc est, non deum carne, sed carnē Dei dicere passam, si credulitas admittatur, quid aliud creditur, nisi quia homo Dei est passus? q̄ etiā de Petro & Paulo dicere fas est, quia & ipsi homines Dei dicuntur, & pro ipso sunt passi.

N. Deus quidem passus nō est, quia Deum passibilem prædicare, sacrilegium est, sed Deus sui corporis fecit proprias passiones. c. Proprietas multis intelligitur modis. Nam & Ecclesia corpus eius dicitur, eiusdē que Ecclesiæ facit Deus proprias passio-

Heb. 2.

Heb. 1.

Rom. 8.

Iob. 1.

Cap. 13.

nes, pro qua etiā in cælo positus clamāt. Saule *Act. 9.* le, quid me persequeris? Et vnusquisque fidelium, me- *22. 2.* brum eius est, sicut idē docet Apostolus, dicens: Vos *26.* estis corpus Christi, & mēbra de membro: sed & pa- *1. Cor. 6.* nis ille, quē vniuersa Ecclesia in memoriā Domini- cæ passionis participat, corpus eius est. Quapropter quomodo Deum corporis sui proprias fecisse asseris passiones, exēplis te planum facere cōuenit. N. Faciam quātum potuerō, modo vt te ab hac intentione diuertā, quod vltierius definas deū verbū passum carne asserere, quamuis caro Dei sit passa, quæ non ita dicitur corpus Dei, vt Ecclesia, nec ita vt panis ille quē in memoriā passionis Christi participat vniuersa ecclesia: sed dei ita dicitur corpus, vt alicuius hominis proprium, quod indutus est vestimētū, quod quū ab aliquo scissum fuerit, iniuria ad eū refertur, qui in ipso indutus est. Secundū hanc igitur rationē facit deus corporis sui proprias passiones, c. Facit ergo proprias deus carnis suæ passiones secundum relationē, non secundū veram & intimā proprietatem: & quomodo fecisse proprias deus carnis suæ passiones prædicatur à vobis qui nō secundum proprietatē, sed secundum relationē facit carnis suę proprias passiones? Quā autem proprietatē potest habere vestimētū ad eum, qui ipso est indutus, quū nihil pertineat ad eius substantiā? Neque enim quū definimus, quid sit homo, etiam vestimētū eius cōplectimur, quod vti que non eiusdē cōstat esse substantiæ. Facit ergo Deus iuxta vos Ecclesiæ suæ potius proprias, quā sui corporis passiones. Illa enim corpus Dei dicitur, quia communicauit Deus carni & sanguini, & caput factus est Ecclesiæ. Ecclesiā verō per fidem rursus particeps eius efficitur, accipiendo Spiritum sanctum. A vobis autem corpus Dei instar creditur vestimēti, quod nihil ad diuinitatis vel carnis eius naturam pertinere videatur. Esaias autem vestimētum Dei nihil aliud prædicat, nisi carnē dei, dicens: Quis iste est, qui venit ex Edom rubicunda veste ex Bostra. Quod si & tu vestimētū Dei, nihil intelligis, nisi carnem Dei, super est vt siue scissionem vestimēti, siue passiones carnis ad eū retuleris, cuius vestimētum siue caro est: illius proculdubio iniuria & illius passio credatur esse, cuius caro seu vestimētum est.

N. Et vbi nam corpus Dei verbi in Scripturis sanctis legisti Ecclesiā, & non potius corpus Christi? C. Hac assertione tua, alterum facis Christum, alterum Deum verbum: quod si non est alter Christus, alter Deus verbum, sed deus verbum ipse est Christus, sicut dicitur corpus Christi Ecclesiā, ita dicitur corpus Dei verbi. Verū si corpus Christi non est corpus Dei verbi, quomodo dixisti superius carnem Dei passam? N. Carnem dei dixi passam, non autem dei verbi, quia deus est honore & dignitate Christus, cuius carnem dixi passam, propter inhabitantem in se deum verbum: Hinc denique & Deum negauī passum, & tamen carnem Dei passam confessus sum. c. Non est ergo deus verus Christus, sed propter inhabitantem in se deum verbum, honore & dignitate seu potius nomine tantum, secundum vos dicitur deus: & quomodo hoc non est contrarium illi sententiæ Ioannis Apostoli, qua dicit: Scimus quia venit filius Dei, & dedit nobis sensum, Hieremias Deum verum, & simus in vero filio eius Iesu Christo, hic est Deus verus & vita æterna: N. Si non propter

Cap. 14.

propter honorem & dignitatem inhabitantis Dei verbi, Deum dixeris Christum visum profectō & contrectatum facis ab hominibus Deum.

C. Si non est visus & contrectatus ab hominibus Deus, quomodo dicit idem Ioannes, quod fuit ab initio, quod audiuiimus, quod vidimus oculis nostris, & perspeximus, & manus nostræ tractauerunt de verbo vitæ & vita manifestata, & vidimus & testamur, & annunciamus vobis vitam æternam quæ erat apud patrem, & apparuit nobis: Percurre singula, & vide visum & contrectatū ab hominibus Deū. Denique verbū vitæ, quod fuit ab initio apud patrem, quod ex lege & Prophetis audierunt visum & perceptum oculis suis, propriisque manibus cōtrectatū testificatur tātus Apostolus. Et ne aliud verbū præter id quod est Deus apud Deū, quilibet visū & contrectatū tentaret asserere, mox sequitur: Et vita, inquit, manifestata est, & vidim⁹, & testamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. N. Mentitur ergo ipse Dominus, dicens: Deū nemo vidit vnquā. Et Apostolus loquens de Deo: Quem nemo, inquit, hominū vidit, sed nec videri potest. Et ad Moysen dicit Deus: Nemo potest videre faciem meam & viuere. C. Si non est Deus, qui visus est, quomodo ipse dicit: Ecce qui loquebar, adsum. Et Propheta: Deus manifeste uenit, Deus noster, & non absit: N. Cōtraria ergo sibi ipsi loqui credenda est Scriptura diuina? C. Non est Scriptura diuina sibi ipsi cōtraria apud eos qui eam piē intelligunt, sed illis videtur contraria, qui hæretico decepti spiritu, non possunt quæ uera sunt sapere. Nā quia nemo corporeis oculis potest videre naturā diuinitatis, quæ uerique non est corpus, sed spiritus, dictū est: Deum nemo uidit vnquā, & nemo uidet faciem meam, & uiuet. Rursus, quia uidēdus esset ab hominibus, Deus in assumpta carne, docet figuratio illa facta ad Iacob: Denique cū homine colluctatur in uisione idem B. Patriarcha, & benedictus ab eo dicit: Vidi Deū facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Hinc & Thomas post resurrectionem Domini palpians & contrectans per os domini dicit: Domine meus & Deus meus. N. Multum, licet nolēs, nostris partibus profusi: Nam quum diuina natura non sit corpus, sed spiritus, sicut tu quoque professus es, quæ natura uisā vel cōfossa sit, ambiguum nō est: dubitantibus namque de se discipulis, idem Dominus: Palpate, inquit, & uidete, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me uideris habere, Quapropter visus & palpiatus est Dominus Iesus Christus, qui & confossus est, quem quum agnouisset Apostolus, post resurrectionem exclamauit & dicit: Dominus meus & Deus meus. Hinc euidenter apparet, nō esse Deū Iesum Christū quem ex mortuis resuscitauit uidit & contrectauit Thomas, nisi propter inhabitantē in eo Deum quem nemo proculdubio hominum uider, & uiuet. C. Nullatenus propter inhabitantem, vt asseris, eū quem uidit & cōtrectauit Thomas, Deū appellat, quia procul est ab Apostolica fide, duos filios credere, sed ipsum prorsus, cuius ossuras contrectauit, Dominū & Deum suū esse testatur. Apostolorū enim Deus, non dignitate, sed natura est Deus. Apertissimē denique de eo qui visus & cōtrectatus est, quæ natura sit deus, Hieremias Propheta testatur: Hic Deus noster, & non æstimatur alter ad eum, qui inuenit omnē uiam disciplinæ.

cap. 15

1 Iob. 1.

1 Iob. 4.

Exod. 33.

1 Iob. 52.

1 Iob. 46.

Iob. 1.

Gen. 32.

Iob. 20.

Iob. 24.

2 Iob. 3.

& dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Posthac in terris uisus est, & cū hominibus cōuersatus est. Quapropter uisus & cōuersatus est Deus homo Iesus Christus, ad quē non æstimatur alter? N. Si nullus alius Deus æstimatur ad eū qui confossus & crucifixus est à Iudæis, quis est Deus qui resuscitauit Deū, quum non sit alter Deus qui æstimetur ad crucifixum? C. Nullatenus tu recedis à propria intentione, quo Christum non aliud aliquid nisi unū ex illis credas, de quibus dicit Deus: Quomodo inhabitabo in illis & ambulabo, & cre illorū Deus, & ipsi erunt mihi in populum. N. Sed de nomine illorū dictum est, quod de Christo testatur Apostolus, dicens: Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. C. Plenitudinem diuinitatis habitantem in Christo quid intelligis? N. Totam proculdubio Trinitatem.

C. Quartus ergo iam Christus est, in quo tota inhabitat Trinitas? N. Ergo mendacē facimus Paulū qui hoc asserit. c. Nō est mendax Paulus, quia nō Trinitatē dicit in Christo inhabitare, eū Christū nesciat extraneū à trinitate. N. Si nō inhabitat in Christo trinitas, quomodo in Christo omnis plenitudo diuinitatis inhabitat? Aut eū non inhabitat plenitudo diuinitatis in Christo, si nō inhabitat in Christo Trinitas: aut si habitat plenitudo diuinitatis in Christo Trinitas habitat, c. Et habitat plenitudo diuinitatis in Christo, & nō inhabitat in Christo Trinitas, ne sit nō trinitas, sed Quaternitas. Nā quū nullo dubitate, Pater & filius & Spirit⁹ sanctus sit trinitas, & idē non trinitatē Paulus in Christo docet inhabitare, dicens: Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: sed Patrem in Christo docet inhabitare. N. Si omnis plenitudo diuinitatis habitans in Christo, solus pater intelligēdus est, nō relinquitur filio & Spiritui sancto, vt Deus. C. Plenū & perfectū Deum asseris patrem, an perfectionē & plenitudinem eius filii & Spiritum sanctū esse testaris. N. Plenū proculdubio & perfectū. C. Non ergo relinquit plenus & perfectus deus pater vt sit deus, aut filius, aut Spiritus sanctus. Verū si hoc impiū est credere, restat vt non sit contrariū, imō potius valde congruum ueritati, patrem plenitudinē intelligere diuinitatis. Quia sicut ipse plenitudo sua est, similiter & filius plenitudo, & Spiritus sanct⁹ plenitudo, & simul omnes, hoc est, tota trinitas, nō tres, sed vna est plenitudo diuinitatis, quia & perfect⁹ pater, & perfect⁹ filius, & perfect⁹ Spiritus sanctus, & simul omnes, nō tres perfectiones, sed vna perfectio. Si enī filius, sicut de eo testificat Ioannes, dicitur plenitudo (nos, inquit, omnes de plenitudine eius accepim⁹) quomodo pater esse negādus est plenitudo? N. Vna est diuinitas trinitatis, & vnus deus trinitas, an tres Dij & tres Diuinitates? c. Vna proculdubio diuinitas trinitatis, & vn⁹ deus trinitas. N. Si ergo est vna diuinitas trinitatis, & vnus deus trinitas: quomodo nō inhabitat in Christo trinitas, sicut plenitudo diuinitatis habitās in Christo, quæ uera & sola est? c. Nō est dubiū apud nos Christum in duabus naturis vnitis subsistere, vna diuinitatis, & altera humanitatis. Et quia vna & sola est totius trinitatis diuinitas, est ergo iuxta vos Trinitas & humanitas Christus, qui ex diuinitate totius Trinitatis, quæ vna & sola est, & humanitate subsistit. Porro si trinitas & humanitas est Christus, iam non habitat trinitas in Christo, sed est ipsa trinitas Christus, Tom. 5.

2. Cor. 6.

Col. 2.

cap. 16.

Iob. 1.

cap.

17. N. Non est Trinitas & humanitas Christus, & tamen ex diuinitate perfecta & humanitate perfecta est Christus, & habitat Trinitas in Christo, & non est quartus, vt tu autumas, Christus, Pater enim nullo dubitante, in filio habitat, & filius in patre, à quibus non separatur Spiritus sanctus. Filius autem Deus, in quo inhabitat pater, ita est in Christo mundum reconcilians sibi, vt propter coniunctum sibi filiū, vnus & ipse sit filius & Christus: & hac ratione habitat Trinitas in Christo, & non est quartus Christus, c. Magna nimis est ista, non ratio, sed absurditas. Nam quum hætenus Trinitatem in Christo contendebas inhabitare, pro eo quod dictū est:

coloss. 2. Quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: nunc iam non totam Trinitatem, sed Deum tantummodo filium in Christo esse dicis, pro eo quod scriptum est: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. In quo tamen filio, quia habitat pater in eo, & ipse in patre, à quibus non separatur Spiritus sanctus, rursus totam Trinitatem secundum hanc videlicet rationem asseris in Christo inhabitare. Sed idē, inquis, non est quaternitas, quā vnus habitat in Christo Trinitas, quia Deus verbum ita inest Christo, vt propter cōiunctum filium vnus sit filius, & vnus Christus. Sed sine Trinitate, siue Deum verbū inesse dixeris Christo, quaternitatem omnino, non Trinitatem, prædicare conuinceris.

2. cor. 5.

N. Quoniam modo, siue Deum verbum in Christo inesse dixeris, quaternitatem, non Trinitatem, prædicare conuincor? C. Quia Trinitas Pater, & filius & Spiritus sanctus est, sicut superius iam diximus, qui si in Christo inhabitat, quartus intelligitur sine dubio Christus, in quo habitat Trinitas. Rursus, si inest in Christo deus filius, nō iam ipse est Christus: & si ipse non est Christus, duo sunt omnino, Deus filius & Christus in quo inhabitat: quamuis callidē ad decipiendos simplices vnus eos esse argumentaris. Apostolus namque superius docuit, Deū patrem, non Deum filium, inesse Christo, mundum sibi reconciliantem, denique ait: Si qua in Christo noua creatura, vetera transferunt. Ecce facta sunt omnia noua. Omnia autē per Deum, qui reconciliauit nos sibi per Christum, quod si videtur adhuc dubium, quem Deum dicat per Christū mundum sibi reconciliare, vtrum patrem an filiū, ab ipso Domino doceamur: Pater, inquit, in me manēs, ipse facit opera sua. N. Vna & æqualis, an diuersa est virtus & operatio Trinitatis? C. Vna prorsus. N. Vniuersa ergo quæ creantur, à tota Trinitate creantur, an tibi hoc non videtur? C. Omnia quæ facit pater, hæc eadem similiter & filius facit, nec sine Spiritu sancto pater & filius aliquid faciunt.

2. cor. 5.

Job. 14.

cap.

18. N. Omne mortale creatum dicis an increatum? C. Omnino creatū. N. Si ergo omne quod moritur, creatura est, ergo & Christus pro nostris peccatis mortuus, creatura est. Et quia nulla est creatura, quā non Trinitas operetur, profectō Christus, quē pro nostris peccatis mortuū credimus, à tota Trinitate creatus est, & resuscitatus à mortuis, quia vna est virtus & operatio Trinitatis. Quod si nō est contrariū veritati, Christū creatum & resuscitatum, sicut ratio docuit, à tota credere Trinitate, nec hoc erit contrariū veritati, totam Trinitatem pariter in Christo inhabitare, quem sine dubio resuscitauit à mortuis. C. Impia omnino & sacrilega, atque Arrianorū blasphemis hæc assertio cōæquanda est, quæ

Christū nō Deum prædicat, sed creaturā. Nec enim, vt impie argumētatus es, Christū pro nostris peccatis mortuum tota creat aut resuscitat Trinitas: quū Christus mortuus pro peccatis nostris, nō extraneus aut alienus, sed vnus ex ipsa Trinitate sit. Creatur quidē & resuscitatur à tota Trinitate, non Christus, sed caro sine dubio Christi: & quia caro nō alterius, sed ipsius est Christi, creat & resuscitat Christus semetipsum secundū carnem cū patre & Spiritu sancto, nā & Apostolus nō à Trinitate, sed à Patre resuscitatus Christū ita testatur, dicens: Paulus Apostolus, nō ab hominibus, neque per hominē, sed per Iesum Christū & Deum patrem, qui suscitauit eū à mortuis. Nec enim quia dixit: Non ab hominibus, neque per hominē, sed per Iesum Christū: Deum cum tantummodo, nō & hominē prædicauit, scribens Galatis, qui fuerant à Iudæorum pseudoapostolis penē decepti, sapiēter sermonē tēperat, vt nec Deū mortuū à deo patre resuscitatur audientes scandalizarentur, duos sibi deos æstimātes ab Apostolo prædicari, nec purū hominē crederent Christū à mortuis suscitatum. 19. N. Quū velut impiam & Arrianorū blasphemis cōæquandā assertionē meam arguas, quia dixi creaturam Christū, qui pro nostris peccatis est mortuus, quia omnis vique creatura mortalis, immortale autē est, quod increatum est, & quaternitatem prædicare me æstimes, eo quod dixi, eundem Christum à tota Trinitate creatū, & à mortuis resuscitatur: tu omnino iuxta Arrianos Homouision diuidere, & quaternitatem pro Trinitate prædicare es deprehensus.

C. Quamquam imperitē nimis omnem creaturam mortalem esse definias, vbi tamē me Homouision diuidere, aut quaternitatem pro Trinitate prædicare coarguis? N. In eo quum dicis vnū ex Trinitate. c. Doce ergo, quod dixi, quemadmodū hæc dicens, diuisionem ingeram Trinitati, vel quaternitatem in prædicatiōe Trinitatis inducam. N. Omnia quæ insunt factis, in factis inesse nō possunt. Insecta verō est Trinitas, & vt omitam cetera, inest factis etiam numerus, in numero autem ordo est primi & secundi, in ordine verō maioris minorisque gradatio potest accidere Trinitati, & ea ratione quæ ei nō insunt, quæ insunt numero, nec numerus inest ei. Quapropter non est omnino veritati congruum, vnū ex Trinitate dicere Christum, quia vnū, numeri cōstat esse vocabulū: & quia omnis numerus in diuisione est, diuidere est Homouision, vnū dicere ex Trinitate, quā constat in vnitatem, nō in diuisione subsistere. C. Multis & superfluis ratiocinationibus nihil prorsus egisti, nisi vt te post nimium laborem, Sabellianū ostenderes, qui sicut vnā naturā, sic vnā & subsistentiam siue personā asserit Trinitatis. Si enim, vt tu vis, in nulla parte aderit numerus Trinitatis, nō iam Trinitas, sed tantummodo vnio tota secundum totū est: & si tota secundum totum vnio est, quomodo Trinitas: nisi forte nominibus tantum, & nō subsistentiis siue personis Trinitatē iuxta Sabellianū, sicut superius dictū est, & Paulū Samaritanum esse contendis. Aut si rebus & subsistentiis fateris subsistere Trinitatē, & alium dicis patrem, aliū filium, alium autem Spiritū sanctum, quomodo Trinitas non numeratur? nam hoc ipsum quod Trinitas dicitur, nō nisi numerum significat Numeratur ergo Trinitas, & nō numeratur: non numeratur secundū naturam, quia de ea scriptum est. Et sapientia eius nō est numerus, numeratur autē secundū personas,

Gen. 1.
Job. 14.
Job. 10.

1. cor. 8.

cap.

1. cor. 2.

541
DIALOG. LIB. II.
personas, quia tres personæ Trinitas, Pater & filius & Spiritus sanctus. Ergo non solum singularis numerus in Trinitate, verumetiam pluralis admittitur, licet non omnia admitti queant, quæ insunt numero. Secundum pluralem namque numerum dictum est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: Et: Venimus ego & pater, & missionem apud eum faciemus. Et: Ego & pater vnū sumus, vnū secundū naturā, nō secundū personas. Hinc docemur, vnū non esse numerū, quamuis sit origo & principium numeri, quod solidū sēper indiuisumque subsistit. Alioquin si vnū à te reputetur in numero, non solum secundum personas, verumetiam secundum naturam Trinitas numerabitur. Et quia, vt dicis, omnis numerus in diuisionem cadit, à te potius, non à nobis Homouision diuiditur, qui vnū credis posse vel numerari vel diuidi. Sed si vnū, quod perfectum est & indiuisum, non potest in diuisionem numeri aliqua ratione recedere, non diuidimus Homouision, quum Christum vnū ex Trinitate esse veraciter confitemur. Neque enim omnia quæ numerantur etiam rebus pariter diuiduntur, quamuis omnia quæ diuiduntur rebus, simul etiam numerentur. Numeramus enim, quum dicim⁹ duas efficacias solis splendorem videlicet & calorem, nec tamen eas reuidimus, quia tantummodo eas cognitione percipimus. Similiter etiam numeramus, quum dicimus Christum Dominū nostrum in duabus naturis vnitatis, sed non idē rebus easdem naturas diuidimus, quas sola tantum cognitione discernimus. Trinitatem autem, sicut iam superius dictum est, secundum personas & discernimus & numeramus, quam tamen secundum naturam, quæ vna & sola est, nec discernimus nec numeramus: quia vnitatis siue singularitatis, seu certē (quod melius dici potest) vnio diuinitatis nec discernitur, nec numeratur. Dicitur ergo Christus vnus ex Trinitate, & nō diuiditur Homouision, quia non secundum id quod numeratur Trinitas, sed secundum id quo numeratur vnus ex Trinitate, Christus asseritur. Præcipue, quia vnū nequaquam, vt dictum est, reputetur in numero, & omnia quæ intellectū numerantur, non protinus rebus, etiam diuiduntur. Hinc & Paulus: Vn⁹, inquit, Deus pater, ex quo omnia, & vnus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia.

Quapropter tam ratione quam his diuinis testimoniis, vana & inanis docetur illa tua multis syllogismis collecta conclusio, quæ dicit, non conuenire veritati vnū ex Trinitate dicere Christum: quia vnū, numeri proprium est, numerus autem omnis in diuisione est.

20. N. Quicquid ex aliquo esse dicitur, aut per generationem, aut per processionem, alterum ostēdit ex altero: per generationē, vt à patre filius, Deus enim ex Deo dicitur: per processionem verō similiter Spiritus sanctus, nam & de eo scriptum est: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Quod si Christus ex Trinitate est, aut per generationem alter est, & est filius Trinitatis: aut per processionē alter est, quasi à Trinitate procedens. Et quod nos dicere putatis, vos quartum & extraneum à Trinitate Christum deprehendimini prædicare, dicentes eum esse ex Trinitate. Quapropter vnū in Trinitate Christum fateri, catholicum iudico, non autem vnū ex Trinitate. C. Sicut per generationem & per processionem al-

542
ter ostenditur ex altero, ita & per processionem proculdubio alter docetur ex altero, quia & de creatura dicitur, omnia ex Deo. Quapropter qui Christum à Trinitate creatum & resuscitatum asserunt, quartum cum euidenter extraneum à Trinitate per creationem statuunt. Quod quia tu superius asserere conatus es, idē hic per generationem & processionem, alterum docens esse ex altero, per creationem dicere noluisse ne contra teipsum agere videreris. Nos autem neque per generationem, neque per processionem, neque per creationem, sed iuxta numerum, Christum vnū fatemur ex Trinitate, sicut solemus vnū quemlibet ex duobus vel tribus pluribus ut specialiter demonstrare, iuxta quem modum nec diminutio sit, nec augmentum eius numeri, quo vnulquilibet specialiter demonstratur. Neque enim diminutus est vel auctus numerus Apostolorum, quū dicitur. Vnus ex vobis tradet me: aut seipsum Ioannes alienum facit à duodecim, aut tertium decimū probat, quum dicit de seipso: Et erat recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat plurimum: aut certē augmentum ibi, aut diminutio aliqua facta est duorum discipulorum euntium in Emaus, quum dicitur: Et erat vn⁹ ex illis Cleophas. Quapropter neque augmentum, neque diminutio sit Trinitati, Christum dicere vnū ex Trinitate, sed speciali assignatione vnū eum ex Trinitate esse monstrantes, & eos qui confusionem subsistentiarum prædicant, abiicimus, & eos qui cum extraneum credunt ex Trinitate, alienos à catholica veritate declaramus: quod quia tu veritati cōtrarium esse iudicas, aut subsistentiarum confusionem credere deprehenderis, aut extraneum à Trinitate Christum prorsus intelligis. Vnū autem in Trinitate dicere Christum, & vnū eum ex Trinitate denegare, non catholicorum, vt asseris, sed illorum est proprium, qui Christum à Trinitate creatū ita esse credunt in Trinitate, vt non sit de Trinitate, hoc est, nō eum secundum esse, sed secundum inesse cognoscant. Sicut & vnulquisque nostrum est in Trinitate, quia vnus est Deus, in quo viuimus & mouemur & sumus. Vel certē sicut dicitur, pater in filio, alter docetur in altero: ita quū esse dicitur Christus in Trinitate, alius præter Trinitatem inesse intelligitur Trinitati. 21. N. Nihil quod & tibi obiciā occurrit vltimus, nisi quia non vnū ex Trinitate, sed vnā personam Christum ex Trinitate melius arbitror confiteri, præcipue quia tres personæ sunt Trinitatis. C. Catholicos non latet, à quibusdam ita vnā personam dici Christum, vt tamen non ille qui pro nobis carne est crucifixus, vna sit ex Trinitate persona. Non enim ex duabus naturis naturaliter vnitatis, vnā credunt Christi personam, sed ex duabus personis per coniunctionem & gratiam copulatis, vnā personam Christi factam esse commemorant, dicentes Christum vnā ex Trinitate personam, vnū Christum ex Trinitate fateri nullatenus adqueſcāt, ex quibus te vnū esse probas, quia vnā personam Christum dicens ex Trinitate, vnā cum dicere ex Trinitate declinas. Quis enim tam stultus & vecors est, qui dicat: Petrus ex hominibus vna persona est, non est autem vnus ex hominibus Petrus? Quapropter catholica est definitio, Deum verbum dominum nostrum Christum cum propria carne, vnū fateri ex Trinitate, licet, non sit secundum carnem de substantia Trinitatis. N.

Nunquam ego Christum unum ex Trinitate confiteor, quia in nulla hoc scriptura Canonica legitur. Exemplum autem illud quod de Petro proferre voluisti, nihil ad causam pertinere cognoscitur, quia singuli quique homines ab inuicem sunt diuisi: quod de illa indiuidua & inseparabili Trinitate credere omnino impium comprobatur. Illud autem fatendum est, quia sine Christo Trinitas non est.

Cap. 22. C. Si nunquam nisi quod in scripturis Canonicis continetur, te dicere protestaris: vnum in ipsis legitur, vnum in Trinitate Christum, aut vnam personam ex Trinitate, vel certe, quod non sit Trinitas sine Christo? Quod quum dicitur, quis non intelligat, Quaternitatem eos qui hoc asserunt, predicare? Si enim non est Trinitas sine Christo, est ergo Trinitas cum Christo. Nam & cum vnoquoque nostrum est Trinitas Deus, qui non de ipso, sed in ipso sumus sicut iam superius, Apostolo teste, probauimus. Quartus est ergo Christus, cum quo & Trinitas pater & filius & Spiritus sanctus. Verum quia Christum vnum ex Trinitate dicere veritati contrarium iudicamus: cuius nam vocem illam esse dicis, quia dictum est: Factus est Adam tanquam vnus ex nobis. N.

Gen. 3. Dei proculdubio. C. Plures ergo & non vnus est Deus, ex quibus vnus dicit ad ceteros: Factus est Adam tanquam vnus ex nobis. N. Non sunt plures dii, sed vnus est Deus pater & filius & Spiritus sanctus. C. Quid ergo huius Dei, qui est pater & filius & Spiritus sanctus, vocem illam esse profiteris? & si huius Dei vox illa est, ad quem dicitur: Factus est Adam tanquam vnus ex nobis? N. Deus proculdubio pater ad Deum filium. C. Quum ergo Pater & filius, & Spiritus sanctus sit proculdubio vna Trinitas, quum Pater ad filium dicat: Ecce factus est Adam tanquam vnus ex nobis: non tibi videtur dicere, Tanquam vnus, hoc est, qui sumus trinitas? N. Licet hoc dicat Pater ad filium, ego tamen, quod dicitur a scriptura, & si nolens, fateor: quod autem ipse verbis non exprimit dicere omnino non audeo, sed sufficit mihi, vt calumnie contentione caream, hoc tantum de illo dicere, quod in Symbolo continetur, Deum scilicet & filium & vnigenitum patris natum de Spiritu sancto ex Maria virgine. c. Sed Deum natum ex virgine etiam ille dixit, qui apud Ephesum condemnatus est. Non quo vere & proprie natum confiteretur Deum ex femina, sed propter vnitatem Dei verbi ad hominem factum, quem virgo enixa est. N. Ego Deum verbum secundum carnem natum dico ex femina.

Cap. 23. C. Deum verbum quem natum dicis ex femina, extra Trinitatem, aut Trinitatem, aut vnum ex Trinitate profiteris? N. Neque Trinitatem, neque extra Trinitate Deum verbum confiteor, sed filium Dei Deum pro nostra salute ex femina secundum carnem natum passumque confiteor, tuis autem nolo vt sermonibus, nec cum vnum ex trinitate confiteor.

Cap. 24. C. Non meis, vt mihi videtur, vis vt sermonibus, presertim cum non mea, sed veritatis haec verba sunt, sed tuis potius vis abuti, more haeretico, hoc ipsum quod dicis, abnegando. Nam & Arriani nobiscum tres personas fatentur, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, sed nolentes Homouision dicere, damnati sunt. Similiter Homouision Paulianistae nobiscum praedicant, sed quia tres personas denegant

trinitatis, haeretici iudicati sunt. Aequum ergo & hi, qui Deum quidem verbum dicunt natum secundum carnem ex virgine, sed nolunt eum confiteri vnum ex trinitate, aut quum a Sabellio vnam personam totius trinitatis intelliguntur asserere, aut alium, nescio quem, Deum verbum praedicare, non eum qui ex trinitate est, confutantur. N. Sed aliud est dicere, tres personas, & trinitatem vnus essentiae denegare, aut Homouision confiteri, & tres personas nulla ratione recipere, quod rebus ipsis a veritate dissentit, & aliud est rebus congruere, & verbis tantummodo dissonare. c. Quid ergo catholicum esse dicis, & veritati congruum, vnum dicere Christum ex trinitate? N. Nihil volo de hac re ulterius tecum conquirere. C. Mecum conquirere ulterius non alia te causa prohibet, nisi quia sensu haeretico, nescio quem Deum Verbum, non eum qui ex trinitate vnus est, iuxta Manichaeos praedicare conuinceris. Si enim non in sensu, sed tantum in sermonibus dissonares, probares vtique catholicum esse, vnum ex trinitate Christum fateri. N. Non tibi videtur idiolum esse, quod tu dicis, & quod ego: an tu alium nescio quem non Deum verum Iesum Christum dicis esse vnum ex trinitate. c. Iesum sine dubio, nec alterum aliquando cognoui. N. Si ergo idiolum est, audes me haeretico dicere, si tuis sermonibus vt nolucero, ne dum tibi satis facio, aliis haeticis occasionem sui erroris videat exhibere. c. Si ob id non est Christus fatendus, vnus ex trinitate, ne dare occasionem videamur haeticis, non sunt confitendae tres personae, & trinitas, ne demus Arrianis occasionem: nec rursus confitendum Homouision, ne similes videamur Paulinianistis? Postremum negentur duae naturae, quia eas Nestorius semper & vbi que professus est: quod si fiat, quid confitendum sit, nescio. Verum tamen, si quis tibi dixerit, Christotocon beatam fateor Virginem, rheotocon vero dicere nullatenus acquiesco: catholicum hunc haeticum esse pronuntias? N. Haeticum proculdubio fateor, quia hoc iam synodus statuit, sicut & illa omnia quae a te superius sunt prolata. c. Rursus qui tibi dicit, vnam naturam Dei verbi incarnatam & animatam anima rationali & intellectuali Christum confiteor, duas vero naturas fateri non audeo: vel certe qui tibi dixerit, ex duabus naturis credo Christum, in duabus autem eum non possum credere, ne videat occasionem dare haeticis, quid de talibus censeres? Num audes eos haeticos dicere, quum aliis verbis duas fateri naturas intelligantur in Christo, sed ne videantur dare occasionem haeticis, duas non acquiescunt verbis ipsis exprimere? N. Tales ego non solum alienos a veritate iudico, verum etiam anathematizo, haec namque & non alia causa est, qua non communicamus Aegyptiis. c. Si ergo & hos qui aliis verbis duas naturas praedicant, sed nolunt hoc idem ipsis verbis exprimere, quamuis praeterea tu haeticos non solum censeres, verum etiam anathematizas, & eos qui Christotocon dicunt beatam Mariam, rheotocon autem eam fateri non acquiescunt, similiter damnas, quum constet Christum Deum esse, & Deum Christum, quomodo nos catholicos iudicabimus eos, qui dicant Deum verbum, natum secundum carnem de virgine, & passum carne pro nobis, & negant eum vnum esse ex sancta, & indiuidua trinitate, praecipue quia dicunt hoc

catho-

Catholicae fidei conuenire? N. Sed & duas naturas & rheotocon dicere Synodus definiuit, hoc autem nulla Synodus statuit. c. Nihil igitur arbitraris dicendum praeter id quod synodice literis continetur? N. Nihil omnino.

Cap. 25. c. Si tibi ab aliquo fuerit obiectum, vtrum Deum patrem genitum an ingentum fatearis, quid ei es responsurus? N. Ingentum proculdubio. c. Si tibi dixerit, hoc non accipio, quia nulla hoc statuit synodus? N. Respondeo, quia nec dicere vetuit, c. Rursus, si tibi obiecerit Trinitatem dici non debere, quia nulla synodus statuit? N. Hoc ipsum ei respondeo, & nihil aliud, quia sicut dicendum non statuit, ita nec omnino prohibuit: c. Contra si ille dixerit: Si cur non vetuit, ita & quod in verbis non continetur Conciliorum, dicere omnino non conuenit: quid ad ista respondebis? N. Haec de Patrum possum scriptis ostendere.

stendere. c. Sed & nos quod vnus ex trinitate Christus sit, ex Patrum scriptis ostendimus. N. Quaquam & hoc ex Patrum scriptis doceri facile credo, sed ego dicere nullatenus acquiesco, nec tecum ulterius sermonem conferam, sed meam tenaciter fouebo sententiam. c. Mirabar equidem ita vincere posse humanam gloriam, vt nulla te consilio superaret, quatenus congruam veritati sententiam, quam haecenus impugnaueras, diuina correptus auctoritate reciperes. Verum quia apud te definitum est, in tua te potius continere sententia, quam veram confessionem amote aeternae beatitudinis approbare, nec ego te vnquam aliud aliquid quam haeticum iudicabo, qui Deum verbum Dominum nostrum Iesum Christum, qui pro nostra salute, passus est carne, vnum esse ex sancta & indiuidua trinitate non approbas, cui honor & gloria in saecula saeculorum. Amen.

VITA B. VIGILII MARTYRIS ET EPISCOPI TRIDENTINI AVTHORE ANONYMO.

Vigilius patria Romanus, illustribus ortus parentibus, Athenis liberales artes & sacras literas didicit, breuique tantum sibi pietatis & eruditionis thesaurum per Dei gratiam comparauit, vt annos natus viginti ab Aquilegen Episcopo, ad quem diuina delatus fuerat providentia, pastor ordinaretur Tridentinorum, quibus mira fide & constantia Euangelium Iesu Christi praedicauit, & potentiam beneficentiamque eius miraculis in Christi nomine designatis commendauit. Ceteris enim visum & surdis audire reddidit, mutorum lingua soluit, & demoniacos & variis morbis vexatos sanauit. Praeterea stylum in haereses strinxit & haeticos, vt suauitatem doctrinae Apostolicae plene assereret, & puritatem Ecclesiae Christi conuaderet. Extant hodie quinque eius libri contra Eutychem, non extant quorum ins. lib. meminit. At enim se libros aliquot composuisse de conciliorum decretis, & nominum religiosa nouitate, contra Sabellium, Fotinum & Arrium. Porro cum diuina bonitati iam visum esset fidelem seruum in gaudium domini sui introducere, placuit ipsum prius Martyrij quoque corona decorare. Quomodo modum itaque haereses constanter impugnat, ita idololatriam nefariam funditus extirpatam cupiebat. Trostabat autem in valle illa quae flumen Sarcham fundit, Saturni aeterni simulacrum, quod incole homines feri & agrestes magna religione venerabantur. In hanc itaque ferendi Euangelii seminis gratia profectus Vigilius, Radenun fratrem Germani Claudiano & Maiorano, Iuliano item presbytero comitibus, peruenit, ac proinus in ipsum Idolum incidit. Zelo itaque Dei exarsit, spiritu letus & alacer, Saturnum aggreditur, ac spureum idolum deicit, frangit, & in praeter fluentem conicit, vt rumpisima rei vel memoria apud posteros interiret, solius autem domini nomen sanctificaretur & regnaret. Mox vero in basim seu sulcrum deiecti idoli residens vir Dei, verbum domini illis, qui eius sacrorum spectatores fuerant, praedicare cepit, testificans salutem veram non aliunde, vel sperandam, vel petendam esse, quam a Iesu Christo Dei & hominis filio. Ceterum barbari & impudololatrie Deum & religionem suam contumelia affectam putantes, concurrunt & seruum Christi, animam suam vari commendantem, lapidibus sternunt, obsequunt atque collidum, anno aetatis suae quadragesimo, Episcopatus vigesimo, floruisse videtur sub Imp. Anastasio, quo tempore & Gelasius Antistes Romanus & Fulgentius Apher claruerunt, circiter annum domini 500.

DIVI VIGILII MARTYRIS ET EPISCOPI TRIDENTINI CONTRA EUTYCHEN LIB. I.

Magnam & graue fidei periculum, quod nec facile sentiri, nec facile a plerisque valeat euitari. Quoniam est pietatis specie obumbratum, per multas Orientis ecclesias domestica contentione grassari comperimus, & eoultque pertinaci animorum obstinatione defendi, vt nec antiquorum Patrum traditionibus, nec religiosorum principum seueris sanctionibus possit vel potuerit amputari: Praeuentus enim falsae opinionis errore humanus auditus, ad veri ratione percipiendam durus & perdifficilis inuenitur, quantumque testibus vergeatur. Mauult enim praai dogmatis sententiam, qua semel infectus est, peruersus vindicare, quam hanc eandem tantis diuinarum humanarumque legum auctoritatibus & rebus salubribus immutare. Haec ergo perniciosissimi discriminis letalis & mortifera pestis intra venerandos Ecclesiae adytus, ita cuncta velocius populatur, vt eo plus no-

ceat, quominus nocere intelligitur. Sic enim teterimi anguis edocta magisterio, inuidiarum suarum ancipites laqueos dextra leuaque tetendit, vt super angustum & nimis arduum commitantibus, itineris callem reliquerit. Si enim paululum in veramque partem nutantia volueris inferre vestigia, illico capieris. Inter nestorij ergo quondam Ecclesiae Constantinopolitanae, non rectoris sed dissipatoris, non Pastoris sed praedatoris sacrilegum dogma, & Eutychetis nefariam & detestabilem sectam, ita seipentinae grassationis sese calliditas temperauit, vt vtrunque sine vtriusque periculo plerique vitare non possint, dum si quis nestorij perfidiam damnat Eutychetis putatur errori succumbere, Rursum du Eutychiana haeresis impietatem destruit, nestorij arguitur dogma erigere: sed has inanium accusatio-num nebulas illi ostundunt: praecipue, qui aut imperitiae vitio aut contentiois morbo egrorant, & dum petulantis animi supercilio eriguntur, antiquitas

Gen. 3. Mat. 7.

traditas à patribus fidei regulas ob hoc solum deficiunt, vt malè cõceptas nobilitatum suarum sententias Ecclesiã introritant: ob id etiam nobis, tãquam dialecticæ artis magistri, non tanquam vere Christi discipuli, ancipitis responsonis inuitabile syllogismum tendunt, arbitantes posse his propositionum laqueis animas venari Christianas, sed nihil nouum, nihil peregrinum Ecclesiæ fortitudo ex peritur, talibus pene ab vniuersis hæreticis questionum turbinibus agitata, triumphum de contrariis, & immobilitatem fortita de aduersis. Nam dum se contra Sabellium armigero certamine aptaret, filij atque spiritus sancti personarum extantias vindicat, quod alius sit qui gignit & alius qui gignitur, & alius sit procedens, alius de quo procedit, alius mitis, alius missus, alius Deus verbum qui de virgine nascitur, alius Pater qui permanet semper innatus, alius qui per dispensationem carnis, cuncta nostræ fragilitatis officia explet, alius Pater qui sine his omnibus manet. Videas illico Arrium tanquam triumphalis victoriæ suscepta materia latius insultare, & sub detestabili perfidia colla subiugare fidelium. Cognoscite, inquit, potiorum esse qui mittit, eo qui mittitur: inferiorem esse qui obsequitur, digniorem, cui munificentiã exhibetur. Manichæum idem cum de veritate dominici corporis obtudo, quod non fallaci simulatione & quibusdam illusione præstigiis fuerit susceptum, tumentem virginis aluum allego, præstolati temporis moras cum diuinitas intra materni vteri hospitium, vsque ad legitimum partus diem peregrit: in sinu puerperæ cunas, vagitum infantis, ætatis profectum, ad vltimum passionis ludibria, crucis patibulum, confixiones clauorum, apertis lateris cruorem, descensionem, sepulturam, resurrectionem, & quod ipse quoque ait, vultis me occidere hominem qui veritatem loquutus sum vobis. Et Apostolus, sicut per vnum hominem mors, ita & per vnum hominem resurrectio mortuorum. Et vnus mediator Dei & hominum homo Iesus Christus. Hac me contra Manichæum, perorantem, Fortius totum, vel vt præparet cibum, aut diotibus perfidiæ faucibus nititur transuolare. Rursus cum me contra eum armis viuificæ lectionis instruxero, & multa testimoniorum iacula filium Dei, Deum verum esse constantia vibrareo, necesse habeo inter cætera etiam illud opponere, quod in similitudine hominum factus sit & habitu inuentus vt homo. In quo me loco Manichæus stragulat, & ad se recursum fecisse cū tota ouantis animi exultatione vociferat, sed multum est, & nimis operosum, & talium sententiarum fraudulenta subreptio, libertatem catholicæ fidei mittitur captiuare. Et quo modo contra has omnes hæreticorum pestes plenissimè à nostris maioribus disputatum est, quod etiam si in erroris eorum destructionem nulli conderentur libri: hoc ipsum solum, quod hæretici sunt pronuntiat, orthodoxorum securitati sufficeret. Nunc istos videamus, quorum mentem anguis ille tereterrimus à castitate fidei, quæ est in Christo Iesu, ita corripit vt in apertum nefandæ prædicationis adulteriū frontem eorum impudentiæ callo obductam armauerit, vt iure in eis propheticum illud oraculum videat redundare, facies meretricis facta est tibi. Nam si non ita est, quid sibi ergo vult quod nec tantis Conciliorum decretis, nec tam plurimis antiquorum patrum sententiis cedunt? Accusant, dum vtriusque

Ioh. 8.
1. cor. 15
1 Tim. 2.
Eph. 6.
Philip. 2.
Rom. 3.

Hiere. 3.

naturæ Christum fatemur, tanquam duos Christos, vnum Deum, alterum hominem, iuxta infandum Nestorij errorem per dualitatem naturæ videamur adferere. Sed nos vnum Deum, eundemque filium: & hominis filium, non duos profiteamur, & ita Verbum intra virginis vteri secreta, carnis sibi initia conseruisse, id est, incarnatum fuisse, vt tamen Verbi natura non mutaretur in carnem. Item carnis naturam ita per suscipientis commixtionem in Verbi trāsisse personam, vt non tamen fuerit in Verbo consumpta, manet enim vtraque, id est Verbi carnisque natura, & ex his duabus hodieque manentibus vnus est Christus, vnaque persona. Quis enim sacrilega opinione indutus eoufque desipiat? Quis in tā abruptum erroris baratrum semetipsum inuicat, vt filium Dei, sine sua propria carne, quam in sacræ Virginis vtero ineffabili societatis permixtione ita sibimet adunauit, vt verbum homo & homo Deus, idemque vnus, non mutatis naturarum generibus fieret neget hodie federe ad dextram patris, veterumque iudicare viuos & mortuos, cum ipsum Deum dixisse non nesciat. Cum venerit filius hominis in gloria Patris sui? Nō quod vt sæpe diximus, alius sit filius hominis, alius filius Dei, sed vsque adeo ostendere voluit nostri generis naturam per commixtionis indiuiduam vnitatem non fuisse consumptam, vt se etiam in cælo positum filium hominis dicat, vt per veri appellationem nominis, veritatem agnoscat naturæ manentis. Si ergo nunc vsque manet verbi intemerata natura, manet etiam, quam idem, sine sui mutatione suscepit, humanitatis illibata natura. Quomodo defenditur hodie vna esse tantummodo Christi natura: si sic est, profecto igitur ex duabus abolita est vna. Quæ nam igitur? si humana, sola est ergo verbi natura, & falsum erit quia Christus Iesus sic veniet quemadmodum visus est ire in cælum. Corporeus namque per nostri generis speciem intuitum oculis, idem dominus apparebat, sicut rursus in eadem corporis forma confurgentium oculis in consummatione temporis sese demonstrabit. Nam si harum duarum vna extincta vel potius consummata, relicta est vna, id consequens erit, vt dominus Iesus Christus, aut Deus tantummodo, non vt homo idem, aut homo tantummodo, non & Deus idem impiissime prædicetur. Non itaque debemus per hanc stultæ prædicationis insaniam, dignationis dignitatisque cassare mysterium. Dignationis scilicet, quia Deus dignatus est fieri homo. Dignatus est autem, quia Verbi natura in adunatione immutabiliter permanente, per vnus personæ arcanum idem homo est Deus, & hic sensus catholicus naturarum in sese coeuntium vnitatem, non naturæ vnionem admittit, dum duabus naturis iisdem manentibus, vnus Deus idemque homo creditur Christus. Quia secundum istos qui vnam tantummodo contendunt esse naturam, aut verbi mutata est in carnem vt fieret vna, aut carnis in verbo consumpta est, vt extantia sui per sui abolitionem amittens omnino esse nō possit, vt sola verbi remaneat, quod quam sit impium, quamque sacrilegum aptissime imbi cognoscere videtur, quisquis Apostolica dogmata, non humana commenta sectatur. Quia vero idem Deus homo est, & idem homo Deus est, ex vtroque subsistens, vtroque non carens, apparet cum vtriusque esse naturæ, quia neutrum potest amittere. Cur autem isti, vel quomodo in ambabus naturis proprietatis

Ioh. 14.
Ioh. 16.

Act. 1.

Matth. 18
Luc. 17.

Matth. 17
Mar. 15.
Luc. 23.
Ioh. 16.
1. cor. 15

549
tatis nomen refugiunt, hescio, num eo vsque perfidia velamine obducuntur, vt non videant, non intelligant in Christo aliud diuinitati, aliud humanitati eius congruere, licet simul vtrumque commune. Ait nanque discipulis suis, si diligeretis me gaudeatis, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Et iterū. Expedi vobis vt ego eā si enim nō abiero, paracletus ad vos nō veniet. Et certe verbū Dei, virtus sapietia Dei, semper apud patrem & in patre fuit, etiam quando in nobis nobiscum fuit. Neque enim cum terrena misericorditer incoluit, de cœlesti habitatione recessit, cum patre enim vbique est totus pari diuinitate, quem nullus continet locus, plena sunt quippe omnia filio, nec est alius locus diuinitatis eius præsentia vacuus. Vnde ergo, & quo se iterum dicit, aut quomodo se ad patrem per recturum adferat, ad quo sine dubio nunquā recessit, sed hoc erat ire ad patrem & recedere à nobis, auferre de hoc mundo naturam quam susceperat ex nobis. Vides ergo eidem naturæ proprium fuisse vt auferretur & abiret à nobis, quæ in fine temporum reddenda est nobis, secundum adtestantium vocem angelorum. Hic Iesus qui receptus est à vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Nā vide miraculum, vide vtriusque proprietatis mysterium. Dei filius secundum humanitatem suam recessit à nobis, secundum diuinitatem suam ait nobis. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Si nobiscum est, quomodo ait: Venient dies quando desideretis diem vnum filij hominis & non videbitis, sed & nobiscum est, & non est nobiscum. Quia quos reliquit & à quibus discessit humanitate sua, non reliquit nec deseruit diuinitate sua, per formam Dei quæ non recedit à nobis in terris præsens est nobis, tamen & præsens & absens ipse vnus idemque est nobis. Audi & aliam vtriusque naturæ proprietatem, sepultū Dei filium omnes legimus, omnes credimus, omnes pariter prædicamus, nec vllus audeat ambigere Christianus. Iam hic si placet pacifica moderatione tractemus, quid vtriusque naturæ proprietatem, sepultū an anima, an corpus, an simul omnia? Sed per absurdum est aut verbum aut animam dicere lineis obuiolutam. Restat ergo vt solum corpus quod exanimatum erat, quod etiam sepelientium manibus sepelitur, fuerit in sindone circumdatum & in sepulchri gremio collocatum. Iam hinc argumentari non opus est, vbi se ipsa veritas prodit, verbum Dei excubiorem officio non eguit, anima sepeliri non potuit sola igitur caro sepulcræ officium habuit, & tamen Dominum Iesum Christum sepultum Apostolica autoritas docuit. Cernis ergo aliquid proprium esse carnis, quod verbi esse non possit, sed ideo etiam verbi esse, quia verbi est illa caro cui possunt hæc omnia aptius cõuenire, creuisse certe per ætatis curricula, & vsque ad robusta iuuenilis corporis membra peruenisse Dominum Iesum Christum Euangelia tradunt. O tu, qui nihil vis esse proprium carnis, putas ne verbum cum ea carne, quæ ex virgine natus est, per ætatum successiones, & per incrementa membrorum pariter creuit & in maiorem sui corporis molem solidatum sit. Noli, rogo te, caullari, elige vnum quod velis, crescere istud, & grandescere Domini Iesu Christi, vsque ad perfectam iuuenilis ætatem peruenire, cuius est: verbi an carnis, scio quas Angustias patiaris, quibus anheles æstibus. Si

dicis proprium esse carnis, proprietatem naturæ fatentis, si dicis & carnis esse & verbi, quod quidē verū est per vnitatem personæ, non per proprietatē naturæ. Si in quā dicas verbi esse hoc ætatis augmentū, mutabile introducis atque conuertibile Dei verbum, forte enim quædam portio eius virginalem, vterum oppleuerat, & ideo hæc exigua portio cum corpore suo sensit augmentum, dum illa maior quæ restabat, & quæ vterum virginis non intrauerat paulatim sese portioni suæ, quam in homine habebat, per incrementa ipsius corporis admiscebat, vt isto modo secundum vos, non totius neque perfectus, sed modicus natus est Deus, & per ætatum congruentias factus est magnus ac si hoc impium ac detestabile est aut verbi portionem dicere aut verbum credere augmenti aliquid insita natura sentire, dum tamen Iesum Christum, clarum est, ætatis profectū habuisse. Quis non videat hoc proprium carnis esse quod creuit, non Dei, qui nostri generis carnem adsumpsit. Si in illa gloriosissima passione dominus Iesus Christus vel capite plecteretur aut quibusque aliis membrorum abscissionibus mulcetur, putamus ne isti dicerent partem verbi cum capite amputatam, & aliam partem cum manibus detruncatam, & quia circumcisus est, cauendus est ne partem verbi cum illa membri expolitione opinentur pariter amputatam, quod nec hodie detruncatis hominibus verum dicat, quisquis salubriter & rectius sapit. Neque enim fas est opinari, quod cum hominis manus abscinditur, pariter animæ portio descendet, Lumen quoque illud visibile per quaslibet oculorum passiones aufertur ab homine, nec tamen illud lumen aufertur ab anima, quo valet inter iustitiam iniquitatemque discernere, vnum enim corporis, aliud animæ propriū. Illud interea est præcæteris animo cõtendū, quod si natura Dei eiusdem conditionis esset, vt per se atque secundum in aliquibus passionum generibus subderetur, nulla esset profecto humanum corpus suscipiendi necessitas. Quid enim opus erat Deum mortalium sibi naturam asciscere, si potuit natura eius mortis legibus subiacere. Quia vero mors quæ per transgressionis præuocationem obrepserat, morte peccata erat, sicut ipse dominus prædixerat dicēs: Ero mors tua o mors, necesse habuit Dei filius altiore atque profundo dispensationis suæ consilio, vt quia ipse naturæ est impassibilis, passibilis naturæ corpus susciperet, in quo iniuriis & passionibus eoufque afficeretur, vt vsque ad mortis dispendiū per mortis obnoxiam naturam perueniens mortem in suis sedibus perimeret, & cuncta inferni iura victrici congressionis triumpho copulans ad superos repederet. Vides ergo non ob aliud Deum naturæ nostræ se permisisse vt moreretur, nisi quia eius natura mortalitatis conditione nō teneretur, ac sic esse aliquid proprium Christo, quod diuinitati aliud, quod humanitati aliud conueniat, licet propter singularitatem personæ & mors ad diuinitatem, & immortalitas ad eiusdem Dei referatur humanitatem. Meruēdum sane est ne isti qui inanissimo metu vtriusque naturæ proprietatem idcirco nolunt accipere, ne videantur duos Christos inducere, Similiter nobis & de Trinitate questionem aliquam moueat, vt quia sunt quædam propria patris quæ nec ad filium nec ad spiritum sanctum pertinent, & sunt quædam propria filij, quæ nec ad patrem nec ad spiritum sanctū

Rom. 5.
Ios. 13.

Matth. 3. Luc. 9.

pertinent, & sunt etiam spiritus sancti nonnulla propria quæ nec ad patrem nec ad filium pertinere monstrantur, Tres à se inuicem separatos criminantur Catholicos, colere deos. sed ne forsitan inopinata quæstione turbetur, audi per singula. Suscepit carnis dispensatio nec ad spiritum sanctum, sed ad solum pertinet filium: proprie enim filius, non pater de Virgine natus est: rursus illa quæ audita est vox, Hic est filius meus dilectus, nec ad filium nec ad spiritum sanctum sed ad patrem pertinet solum. Item columbæ species quæ in Iordane apparuit, & signæ linguarum multi perita distributio, proprie ad sancti spiritus personam pertinere monstratur: sed ne adhuc de his proprietatibus dubites, audi manifestius, proprium Patris est genuisse, & proprium filij natum fuisse, proprium verò est spiritus sancti procedere, nec omnino recipi alteram personam, quod est vnicuique personæ specialiter proprium. Si ergo hæ tres personæ habentes singulæ proprietates suas, quibus significandæ distinguantur, non quibus separentur, vnus est Deus, quomodo filius salua vtriusque naturæ proprietate, non vnus est Christus? Nam & in homine si subtilius disputare velimus, pleraque inuenies ita proprietate quadam sequestratis distincta, vt si ibi calumniari volueris, de vna homine multos homines dicas, hominẽ ergo per ordinatas corporalium membrorum distinctiones quinque constare sensibus, nemo est qui nesciat, qui sensus ita officij sui proprietatem naturaliter obtinent, vt nihil secum habere commune, nihil ibi de alterius valeant vindicare. Et vt omnia specialiter commemorem, visus ita ministerij sui proprium officium gerit, vt nec audire, nec odorari, nec gustare, nec contrèctare possit. Auditus ita naturæ suæ administrat officium, vt nec videndi nec odorandi nec gustandi nec contrèctandi officium subbeat. Odoratus quoque sic famularus sui obsequio fungitur, vt nec videat, neque gustet. Gustus etiam nec videt, nec odoratur, nec contrèctat. Tactus denique qui est vltimus sensus, nec visione fruatur, nec auditum percipit, nec odorem caput, nec gustum discernit. Et cum sint hæ omnes membrorum species tam diuersæ, tam discretæ, ita naturalibus proprietatibus substitutæ, vt nihil communione, nihil societatis ad se inuicem habeant, sed priuato quodam & solitario iure propriæ functionis ministerij implent: Vnus tamen idemque est homo, qui quomodo quinque corporalibus sensibus, varia proprietate à se inuicem differentibus, constat, ita quinque secundum istorum deliramenta personarum habere debuerat, vt quæ sunt proprietates sensuum, tanta esset & numerositas personarum. Dehinc inedia affici, comedere, sitire & bibere, sedere & incedere, cubitum ire & de somno surgere, algorem perpeti & artibus vii licet non sint animæ passiones vt ea aut patiatur aut agat, tamen hæc carnis sunt propria. Item sapere, intelligere, obliuisci, in memoriam reducere, læticia efferi, tristitia deici, mansuetudine lenitate, furore atque ira immanescere, & quæ plura his similia, quæ persequi longum est, licet non sine corpore agantur in anima, tamen animæ sunt propria, nec tamen quisquam ausus est vel audet dicere, hominem duas personas habere, in quo tantas proprietatum differentias, temeritas quæ pro numero naturarum, diuersitatem ingerit personarum, Apostolica est autoritate frangenda, & peni-

tus conterenda. Apostolus certè nouerat Christum vtriusque esse naturam, dum eum & hominẽ & Deum, eundemque prædicat vnum. Hominem quidem dum dicit, vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, Et iterum. Sicut per vnũ hominẽ mors, ita per vnũ hominẽ resurrectio mortuorum. Et de filio inquit suo, qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnẽ, & memor esto Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundum carnem. Deum verò cum dicit, ex quibus Christus qui est super omnia Deus benedictus in secula, & quàm plura his similia quæ commemorare longum est. Qui ergo hunc eundem & Deum prædicabat & hominem, vt ex vtriusque naturis vnum eunderet Christum, Miror quomodo non moueat istos egregios nostri temporis calumniatores, quod vnã Christo personam adscriberet, dicēs. Ego si quid donauit in persona Christi. Illud etiam solita temeritatis audacia reprehendere solent, cum audiunt Catholicos dicere. Deus & homo, arbitantes huius syllabæ interpositione: duas posse significari personas: sed quàm ineptius id opinentur ausulta. Quid enim est Deus & homo? factus est quoque non amittendo quod suum erat, sed suscipiendo quod nostrum erat, cum enim præmittimus in confessione, Deus, & subsequimur dicentes, & homo, non solum deum manentem sed & hominem adserimus subsistentem, vt nec deitas à se se discedat, nec humanitas in deitate disperat. Videmus tamẽ ne forsitan autoritate diuina hæc syllaba fuerit interposita, nam ita legitur: & homo est & quis cognoscet illum? & iterum Dauid: Mater Sion dicet, homo & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Cur igitur non simpliciter sine prælatione huius syllabæ dixit, Homo factus est in ea, sed præposuit dicens: Et homo factus est in ea? Vel in alia prophetica cur præposuit, debuit enim secundum istos dicere, homo est & quis cognoscet eum? nisi quia sensus talis est, vt qui Deum confiteris, & hominem quoque factum simili confessione non deneges. dicuntur sancti isti, sitiam verum est, Christum vsque ad resurrectionem eius ex duabus confiteri naturis. Post resurrectionem vero, vnus eum esse fatentur: quod quàm sit absurdum quamque ineptum ipsa verum veritate monstratur, post resurrectionem enim ad demonstrandam sui corporis veritatem, & comedit & bibit, & contrèctandum se discipulis obtulit, dicens, Palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Sed forsitan adhuc in terra positus vtriusque erat naturæ, postea vero quàm caelos ascendit vnus cepit esse diuinæ. Et quid ergo ibi facit nomen filij hominis, si natura ibi non est humanitas, quomodo rei extanti inane nomen adscribitur? quomodo nominis veritas manet, si naturæ proprietates abest? Denique dicit. Cũ venerit filius hominis in gloria patris sui, Et iterum. Et sicut futurus exiet ab oriente & apparet vsque ad occidentem, ita erit & aduentus filij hominis. Et iterum. Veniens filius hominis, putas ne inueniet fidem in terra? Daniel quoque. Ecce ait in nubibus cœli filius hominis veniebat. Si amissa est ergo humanitatis natura, cur eius est recensum vocabulum, quia nomine opus erat, & res nominis tanquam non necessaria repudianda fuerat? sic desipiant quos nihil erroris sui atque ineptiæ pudet. Cæterum Dominus Iesus Christus vt ostendat nostri generis naturam non fuisse

1. Tim. 2. Rom. 5.

1. Cor. 15.

fuisse consumptam veraciter se filium hominis dicit, secundum quam etiam patrem interpellat pro nobis, iuxta Ioannis Apostoli verba dicentis. Si peccauerimus, apud patrem aduocatum habemus Iesum, ipse interpellat pro peccatis nostris. Dicite ergo o Doctores egregij, cum patrem hodie filius interpellat, secundum deitatem suam, an secundum dispensationem humanitatis postulat, sed quantum perfidia vestra intentio monstrat, qui perimentes humanam naturam solum adseritis esse diuinam, secundum deitatem interpellat, secundum deitatem aduocati officio fungitur, secundum deitatem faceretis ministerium implet, secundum deitatem etiam in nouissimo patri subiectus erit, quando eidem filio omnia subiecta fuerint, olim operiebamur, diutius præstolati sumus, vnde erroris vestri riuius originem trahat, & quo discursum faciat tandem reperimus Euthycianam amarissimam hæresim, sed Apollinaris amarissimo fonte deriuatam vsque ad cœnulentam Arrij voraginem turbidis ferri meatibus, quibus in tantum perfidisti copula iungitur, vt omnia ad diuinitatis confundiam referat, quæ Christus secundum dispensationem carnis aut loquutus est, aut peregit. Dum vnã tantummodo diuinitatis contendunt naturam. Vnde hortamur omnes homines nefandæ huius perfidie sectatores, dũ in vita manent, dum poeniteri licet, erroris sui vitare sententiam. Et Gregorij potius atque Basilij & Theophilij quoque & Ioannis ciuitatis Constantinopolitanæ opinatissimi antistitis nec non & Cyrilli Alexandrini Episcopi, & aliorum quàm plurimorum qui antiquitus in Ecclesia floruerunt, super vtriusque naturæ proprietate sectari doctrinam, quorũ meas de hac re sententias extrinsecus offerimus per legendas, quælo interea lectorem vtilitatem nostri sermonis non vsquequaque despiciat, quia & si fortassis elegantiori orationis genere fieri potuisset, sed nos ita stylum temperauimus vt rem potius quàm Verba legentibus commendaremus, & maxime hoc opus excogitatio mentis eloquio inflari nõ debuit, nec transferendi in Græcum necessitas aliqua adsit, quia difficilior integritas sensuum in aliã linguam pari potest sermonis veritate seruari.

D. VIGILII EPISCOPI ET MARTYRIS CONTRA EVTHYCEN, Liber Secundus.

Varius quidem & diuersus ex vno tamen fonte hæreticæ prauitatis error emerfit, cardo pessimus & origo malorum, quæ ex se se cunctarum impietatum occasiones peperit, hæc est dum cœlestium dictorum virtus vitio male intelligentium temerata, non secundum sui qualitatẽ sensus perpenditur, sed in alias res pro arbitrio & voluntate legentis, secius quam veritatis ratio postulat, deriuatur. Sed hoc ex omnium hæreticorum commentis cuique deprehendere per facile est, & alia impietatis occasio, quam mirum in modum minus cautus nimia pietas præstitit. Et eo multo satisque dolendum exitialis perfidie malum inde impium fieri, vnde alius pius existit, inde mirabiles captiuitatis fortissimi erumnas, vnde libertatis potestas acquiritur, ibi erroribus implicari vbi omnis ignorantia absoluitur error, inde perfidiam fieri, vnde alius fidelis est, eodem lumine obsecari, Tom. 5.

quo alius clarissime illustratur, & vt hoc ita esse documentis manifestioribus pateat, Sabellij & Arrij, Manichæi, & Fotini, Nestorij, & Euthycetis sententiarum dogmata conferamus, quibus ita eos sibi inuicem extitisse contrarios inuenimus, vt quod magis mirum sit eorum error veritati testimonium dicat, & inconsonæ perfidiorum sententiæ in vnũ reætæ fidei modulum concinant, trophæumque nostræ victoriæ eorum causâ certamina gignant. Sabellij enim perfidia Arrij damnat errorem, rursus, Arriani dogmatis error Sabellij impietatem excludit, siquidem Sabellij vnus naturæ probabilis quidem confessione deceptus, Trinitatis vnã putauit esse personam, vt ex hoc quod trium vna natura est vna intelligeretur esse persona. Contra Arrius tres substantias atque distinctas, sicuti vt vere sunt, personas accipiens, tres eorum dissimiles credidit esse naturas, & quod ad distinctionem pertinet, hoc iste ad dispatilitatem earumdem retulit personarum, quamobrem & meritis & gradibus longe auisus est definire. Huius igitur error ad confutationem Sabellianæ impietatis proficiat, audiatque Sabellius in tantum patris & filij & spiritus sancti tres esse personas vt eos Arrius & potestate dissimiles & natura diuersos audeat profiteri. Audiat rursus hic idem Arrius in tantum patrem & filium & spiritum sanctum vnus potestatis vniusque esse naturæ, vt Sabellius vnã eorum dicat esse personam. Malum ergo tuum o Arrius corrige malo, & malum suum de tuo corrige malo, vt bonum quod vterque nobiscum tenetis commune sit vobis. Nam bonum est quod tu Arri tres dicis esse personas, sed malum est quod eas & gradibus & naturis longius separas. Item tu Sabellij, bonum est quod vnã dicis esse naturam, sed malum est quod vnus naturæ veritas vnã cogit fateri personam, adfero disceptationi vestræ compendium. Immo non ego sed Christus qui litiũ vestrarũ controuersias, vt pote æquissimus cognitor, vna Verbi sententia censuit dirimendas, dicens. Ego & pater vnus sumus, dicendo igitur ego & pater, discreuit quod Sabellius male confundit, addendo autem vnus sumus, vniuit quod Arrius male discernit, vt vnus ad vnitatem naturæ, sumus ad distinctionem proficiat personarum, tale est illud. Baptizate gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. In vno, trium nomine, vnã deitatis insinuas esse naturam. Ita iudex optimus inter noxias & letales Christianorum contentiones salutiferam iudicis sententiam tulit, vt proprio peccat vitio, qui iudicis sententiam retractauerit. Item Manichæus dum tantarum virtutum miracula respicit, quæ Dei filius operatus est, non vult cum hominem confiteri. Fotinus dum in eo naturam nostri corporis adtendit, Deum non iudicat. Ille vt seminet virtutes, iste infirmitates repleat. Ille deitatis præconia, iste humanitatis allegat. Illum maiestas tanti nominis ab humanitatis professionem reuocat. Istum humilitas iniuriarum quas Deo cernit indignas in hominis tantum confessionem retractat. Illum miracula auocant, istum passiones retardant. Ille deitate fallitur. Ille humanitate offeditur. Ille dicit Deus est, iste dicit homo est. Grande miraculum, vt expugnatione sui veritas confirmetur, vt verum vterque dicat, dum vterque mentiatur. Audi ergo Manichæe quod Deus sit, verũ dicis quod & homo nõ sit, falleris. Audi Fotine vere homo est vt adseris

Matth. 28.

licet non sicut asseris, sed idē & Deus est, quod im-
 pic refugis, in tantum Deus vt Manichæus homi-
 nem neget, in tantum homo vt tu Deum esse non
 credas. Cum igitur ambo vobis contrarij sitis, am-
 bo nobiscum fatemini: longe separati estis, in me-
 dio est via quam reliquistis: vn^o hinc, alius inde huc
 ad nos venite, & vos inuicem conuenite: transeat
 vnus in alterius sententiam, ita vt non relinquar
 suam: sit vobis commune quod priuatim habetis:
 fateatur ille hominem, consistere tu Deum, & pro
 veritate à proprio tandem errore discedite. Venia-
 mus nunc & ad Nestorium at que Euthycen, qui ni-
 si solent per vniuersum orientem, serenitatem Ca-
 tholicæ fidei atris perfidiæ nebulis obumbrare, &
 licet scelerata doctrina cum suis fuerit authoribus
 refutata, eius tamen sectatores nefandi, amplam
 temporis occasionem nacti eo vsque perniciosa &
 letalia seu dogmatis venena diffundūt, vt quod au-
 thorum grassatio perpetrare non valuit, horum pe-
 stiferæ adseritionis late fauens morbus totam penē
 Ecclesiam faciaret. Quibus quoniam cōpeten-
 ter vno iam respondi libello, nunc strictim, breui-
 terque castas eorum sollicitudines & inanes timo-
 res ostendam. Certum est dominum Iesum Christū
 secundum Catholicam fidem & præconia scriptur-
 arum duas habere natiuitates, vnā de Patre sine
 tempore, alteram de Matre sine semine, & harum
 naturarum vtranque gerens naturam, Dei scilicet
 qua de patre natus est, & hominis qua est de Matre
 progenitus, vnus idemque Deus & homo est Chri-
 stus, gemina enim natiuitas, geminam vno Christo
 dedit naturam, dum qui Deus est de patre, idem &
 homo est de matre. Has itaque naturas, quas ex vtro
 que habet parente, Apostol^{us} duas nominat formas,
 dicens de ipso. Qui cum in forma Dei esset non rap-
 inam arbitratus est esse æqualem Deo, sed semetip-
 sum exininauit formam serui accipiens. De quibus
 formis, siue quam ex Deo patre habet, siue quam
 ex homine matre accepit prophetali vaticinio cla-
 rius constat expressum Esaia de seruii forma eius,
 quæ passionis vilitate quodammodo indecora ap-
 paruit, ita loquente. In gloriosius, inquit, erit inter vi-
 ros aspectus eius & forma eius inter filios homi-
 num. Et iterum, Vidimus, inquit, eum, & non erat
 in eo species neque decor, sed forma eius despecta
 & deficiens super filios hominum, & hæc quidē de
 seruii forma, in qua vniuersas passiones & iniurias
 pertulit, Esaia loquutus est. De Diuinitatis autem
 forma, quæ decorem suum per impassibilitatem
 retinens, licet passionis pulsata iniuriis, fœdari non
 potuit, Dauid euidentius cecinit, dicens: Specio-
 sus forma præ filiis hominum: Cernis in vna Chri-
 sti persona, vtriusque formæ, id est, vtriusque naturæ
 mysteriū cōtineri: Hoc forma serui indecora & des-
 pectā, & forma Dei speciosa in eo & pulcherrima
 predicat. Hæc alius quomodo libet accipiat, interim
 Prophetico atque Apostolico præconio docuimus
 Christum duas formas habere. Nunc doceamus in
 ambabus, vnā eandemque esse personam. Dicit Apo-
 stolus: & ego quod donauit in persona Christi. Cla-
 ruit igitur Christum ex duabus manentibus naturis
 in vnione persistere personæ. Nunc videamus quo
 fuerint Nestorius & Euthyces errore decepti. Nes-
 torius duas inducendo naturas, duas putauit esse
 personas, & ob hoc arbitrat^{us} est, eovt sacrilego dog-
 mate duos Christos induci: Euthyces respiciens vnā

Philipp. 2.

Esaia. 52.

Esaia. 53.

Psalm. 44.

1. Cor. 2.

A personā, vnā censuit esse naturam, & ob hoc hu-
 manam ausus est negare. Et quia est in Christo &
 naturarum proprietates & personæ vnio, Nestorius
 proprietatem attendendo naturarum, à personæ
 excidit vnione, & duos putauit Christos, vnū pas-
 sibilem esse. Et Euthyces vnā intuendo personā, à
 naturarū proprietate desciiuit, & ipsam diuinitatem
 adseruit passam. In tantū ergo non sunt duo Christi
 nec duæ personæ, vt Euthyces vnā dicat esse na-
 turam. Rursus in tantum nō est vna natura sed duæ,
 vt Nestorius duas Christos duasque personas
 dicat esse. Itaque Nestorius vt impietatem sui dog-
 matis muniat, quo alterum in passione vult intelli-
 gi Christum, illo vtitur Apost. testimonio, ad Heb.
 ita scribens: Nam paulominus quam Angelos mi-
 noratum vidimus Iesum gloria & honore corona-
 tum, vt sine Deo pro omnibus gustaret mortē. Rur-
 sus Euthyces vt deitatem subiciat passioni, testem ni-
 hilominus producit Apostolum dicentem de prin-
 cipibus seculi, qui sapientiam Dei non cognouerūt.
 Si enim cognouissent, nunquam dominū gloria cru-
 cifixissent. Vides quanti periculi res sit, aut vnā in
 Christo non credere personam, aut duas nolle pro-
 fiteri naturas. Magni ex vtroque latere insidiarum
 laquei prætenduntur, quos Prophetico spiritu Salo-
 mon caucius præcepit cuitandos, meritō dicens:
 Quia in medio laqueorum ambulant. Hinc enim
 Eutyces, inde Nestorius armati perfidiæ mucroni-
 nibus adstant, dum vnā contra Nestorium Chri-
 sti defendo personam, existimor secundum Euthycē
 humanam negare naturam. Dum contra Eutychem
 duas adsero naturas, existimor secundum Nestoriū
 duas profiteri personas, quia ille duab^{us} naturis duos
 Christos, duasque personas credidit adscribendas.
 Sed vt horum impios & detestabiles Catholicos sen-
 su refutemus errores, vtriusque naturæ proprietatis
 mysterium, & vnus personæ tractemus archanū.
 vnus est Christus, idem deus idemque homo, habēs
 in verbis & gestis. vnū quod humanitatis, aliud
 quod propriæ diuinitatis eius naturæ conueniat, li-
 cet vtrunque simul ad vnā eius personam vel sub-
 stantiam pertineat quod dictum est. In principio, e-
 rat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus
 erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum. Et
 quod ipse ait, Ante Abraham ego sum, non potest
 ad humanitatis eius referri naturam, quæ initium
 sumpsit ex Virgine. Rursus quod de eo dicitur, Puer
 autem crescebat & confortabatur, repletus sapien-
 tia & gratia Dei super eum & cum esset annorum:
 12. ascendit cum parentibus Hierosolymā, & quod
 infertur: Iesus autem proficiebat ætate & sapientia,
 & gratia apud Deum & homines, Non potest dei-
 tatis eius naturæ congruere, quia deitas nec ætatis
 profectum accipit, nec aliquod sentit augmentum,
 nec curriculo subiicitur temporū, nec numero cal-
 culatur annorū, & vt omnia breuiter dicam, non est
 vnus naturæ, licet sit vnus personæ. Patrem sibi æ-
 qualem dicere, & Patre se minorem adserere: ini-
 tium non habere, & ex initio subsistere, hæc est na-
 turarum proprietates, ex quibus vnus Dei filius, idem
 que hominis filius subsistens, vnā gerit perso-
 nam. Ergo hic vnus atque idem & æqualis Pa-
 tri secundum deitatem, & inferior est Patre secun-
 dum humanitatis naturam: atque ita nec initium
 habet, quia Deus est, & habet initium, quia idem
 Deus homo est. Si ergo me interrogas, vtrum
 Christus

Heb. 2. v. 8.

1. Cor. 2.

Ecl. 9.

1. Cor. 8.

1. Cor. 1.

1. Cor. 8.

Luc. 2.

1. Cor. 3.

1. Cor. 2.

Heb. 2.

Psalm. 8.

Christus habeat initium an non habeat, responde-
 bo tibi, & habet & non habet: habet secundū huma-
 nitatem suam, non habet secundū diuinitatē suam.
 Cum dico habet vel non habet, ad personam pertinet
 vnionem: Cum dico secundum diuinitatem & secun-
 dum humanitatem, ad naturarum pertinet proprie-
 tatem, qui sensus vt apertioribus clareat documētis,
 adhuc manifestiora ponamus. Verbū Dei credimus
 descendisse de cælo, sine carne, sine hominis appel-
 latione, sic tamen vt non desereret cælos. Hoc ver-
 bum virginali vtero incarnatum, non in carne muta-
 tum, hominis filium factum & appellatū. Si quis ali-
 ter credit, sine dubio anathema est. Si quis dicit ho-
 minem, id est carnem, de cælo descendisse, profecto
 anathema est. Quid sibi ergo vult quod idē domi-
 nus ait: Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo
 descendit, filius hominis qui est in cælo: Et iterū. Si
 videritis filium hominis ascendentē illum vbi prius
 fuerat. Ecce filius hominis legitur descendisse de cæ-
 lo, cum cōstet solum verbum, id est nudū sine carne
 sine hominis appellatione descendisse de cælo. Ec-
 ce caro, id est filius hominis legitur tūc fuisse in cæ-
 lo, quæ nunquā inde descendit, & quæ illuc necdū
 ascenderat, sed hoc est vnus personæ mysterium,
 hoc vnus Christi ex vtroque subsistentis sacramen-
 to, hoc vtrarūque naturarum proprietatis archanū.
 Quia enim verbum cum carne, ita est in explicabili
 modo vnium, vt ipsum verbū caro dicatur, Licet
 Deus non sit caro, quia non est in carne mutatum,
 vt caro dicatur Deus, licet non sit in Deitatis naturā
 mutata. Sed Verbum propter carnē suā homo fit, &
 caro propter verbum Deus fit, & quicquid est prop-
 rium Verbi sit commune cū carne, & quicquid est
 propriū carnis cōmune cum Verbo sit. Quomodo
 Verbum & caro vnus est Christus & vna persona. Id
 circo propter hanc cōmunionem, quā salua natura-
 rum proprietate, personæ vnio præstat, & verbum
 cum carne, id est filius hominis legitur descendisse
 de cælo, cum solum verbum sine carne descenderit.
 & Deus legitur sepultus & monumento tribus in-
 cuiſſe diebus, cum sola caro sepulta est. Ergo secun-
 dum proprietatem naturæ, sola caro mortem sensit,
 sola caro sepulture officium habuit. Secundum vn-
 ionem autem personæ Deus mortuus est, & sepul-
 tus, quia persona Verbi in carne est, quæ mortis dis-
 pendium sensit: ergo secundum proprietatem natu-
 ræ verbum descendit de cælo non caro, secundum
 proprietatem naturæ caro mortua est, non verbum:
 Item secundum vnionem personæ & caro descen-
 dit de cælo, & verbum est mortuum atque sepul-
 tum. Cum ergo dicimus, dominum passum &
 mortuum, non expauescat Nestorius, quia secundum
 vnionem personæ dicimus. Rursus cum dicimus,
 dominum nec passum nec mortuum, quia est omni-
 no impassibilis, non formidet Euthyces, quia secun-
 dum naturæ proprietatem dicimus, magisque nec
 nos dicimus, sed scripturæ loquuntur, nam domi-
 num passum symboli tenet auctoritas, & Apostolus
 tradidit dicens: Si enim cognouissent, nunquam do-
 minum gloriæ crucifixissent: rursus non Deum pas-
 sum, Apostolica nihilominus auctoritate docetur,
 Paulo ita ad Hebræos loquente, Nam paulominus
 minoratum vidimus Iesum paulominus quam An-
 gelos, propter passionem mortis, gloria & honore
 coronatum, vt sine deo pro omnibus gustaret mor-
 tem: Quid est igitur sine Deo gustare mortem, nisi
 quia Verbum immortale est, & passio secundum car-
 nem est: vnde & Petrus Apostolus ait: Christo ita-
 que passio carne: passio ergo proprie ad carnem per-
 tinet secundū naturam. Ad Verbum autem secundū
 personam, quia & verbi & carnis vnā est eadēque
 persona, ac per hoc Deus & passus est: non est pas-
 sus: passus secundū vnionem personæ, impassibilis
 secundum proprietatem naturæ. Et vt hoc ipsum ad
 huc manifestius clareat, euidentioribus testimoniis
 adprobamus. Constat dominum nostrum Iesum
 Christum sexta feria crucifixum, & ipsa die ad infer-
 num descendisse, ipsa die in sepulchris iacuisse, ipsa
 die latroni dixisse, hodie mecum eris in Paradiso. Caro
 igitur ipso die non fuit in Paradiso, nec in infer-
 no, sed exanimis iacuit in sepulchro, anima per illud
 triduum in inferno, non in Sepulchro: & iure tamē
 dicemus Dominum Iesum Christum in Sepulchro
 iacuisse, sed in sola carne dominum Iesum Christum
 non derelictum in inferno, sed in sola anima. Et cū
 in his omnibus Christus, & in his singulis Christus
 sit, vnus tamen est Christus, qui sic aliud fuit in Se-
 pulchro, aliud in inferno, vt tamen ipse vnus atque
 tot^{us} vbi que fuerit, cum separatim per loca seipsum
 dispensauerit, ergo dicimus dominum iacuisse in Se-
 pulchro, sed in sola carne: & dominum descendisse
 in infernum, sed in sola anima. Sicuti dicimus homi-
 nem audisse vocem, sed solis auribus: & vidisse lu-
 men, sed solis oculis: sic dicimus dominum passum,
 sed in sola carne, & dominum non passum, sed in so-
 la diuinitate, ac per hoc, quia & Deus vnus est Chri-
 stus, & passus est, secundum id quod homo est, &
 impassibilis mansit, secundum id quod Deus est,
 quod breui sermone concludam: passus est Deus in
 vnione personæ, non est passus in proprietate natu-
 ræ. Siquidem passionis iniurias etiam Diuinitas per-
 tulit, sed passionem sola eius caro persensit: sicuti So-
 lis radium, vel flammæ corpulentiam rectē dicimus
 posse quidem gladio secari, nō posse tamen dirimi.
 Ita verbum Dei iure dicimus passionis iniurias per-
 tulisse, non tamen passionem sensisse: dicam adhuc
 manifestius, confixa est diuinitas clauis, sed ipsa pe-
 netrari non potuit, si quidem vulnere locum caro
 patefacta adperuit, nam Deus inuisibilis mansit. Ita
 ergo suscipiendo passiones, & carum non cedendo
 effectibus, apparet Deum Verbū impassibiliter pas-
 sum, sed quia caro eius non solū pertulit, sed & sen-
 sit & cessit. Meritō ac iure dicim^{us} dominū his omni-
 bus passionum conditionibus sensibiliter affectum
 in carne sua, sine sensu vel mutatione diuinitatis
 suæ: ergo perferre passionem naturæ est vtriusque,
 sed ce dere passioni, non est vtriusque naturæ cum
 sit vnus denique persona. Hæc multi orthodoxo-
 rum minus attendentes, aut attendere nolentes, vel
 discernere non valentes, in duas sese partes, non di-
 uersitate sententiæ, sed vocis professione diuiserunt,
 vt id quod eodem modo pronuntiare formidant,
 inutili profectō atque superfluo timore, vt iure illud
 propheticum eis possit aptari, illic trepidauerunt
 vbi non erat timor. Nam plerique orthodoxorum
 sensū vtrarūque naturarū cum Catholicè exponāt,
 Catholicè retineant: Idē tamen duas nolunt dice-
 re naturas, ne secundū Nestorium duas putentur fa-
 cere personas, ac confessione vtriusque naturæ non
 corde, sed voce tantūmodo recedentes, quodā enim

tem : Quid est igitur sine Deo gustare mortem, nisi
 quia Verbum immortale est, & passio secundum car-
 nem est: vnde & Petrus Apostolus ait: Christo ita-
 que passio carne: passio ergo proprie ad carnem per-
 tinet secundū naturam. Ad Verbum autem secundū
 personam, quia & verbi & carnis vnā est eadēque
 persona, ac per hoc Deus & passus est: non est pas-
 sus: passus secundū vnionem personæ, impassibilis
 secundum proprietatem naturæ. Et vt hoc ipsum ad
 huc manifestius clareat, euidentioribus testimoniis
 adprobamus. Constat dominum nostrum Iesum
 Christum sexta feria crucifixum, & ipsa die ad infer-
 num descendisse, ipsa die in sepulchris iacuisse, ipsa
 die latroni dixisse, hodie mecum eris in Paradiso. Caro
 igitur ipso die non fuit in Paradiso, nec in infer-
 no, sed exanimis iacuit in sepulchro, anima per illud
 triduum in inferno, non in Sepulchro: & iure tamē
 dicemus Dominum Iesum Christum in Sepulchro
 iacuisse, sed in sola carne dominum Iesum Christum
 non derelictum in inferno, sed in sola anima. Et cū
 in his omnibus Christus, & in his singulis Christus
 sit, vnus tamen est Christus, qui sic aliud fuit in Se-
 pulchro, aliud in inferno, vt tamen ipse vnus atque
 tot^{us} vbi que fuerit, cum separatim per loca seipsum
 dispensauerit, ergo dicimus dominum iacuisse in Se-
 pulchro, sed in sola carne: & dominum descendisse
 in infernum, sed in sola anima. Sicuti dicimus homi-
 nem audisse vocem, sed solis auribus: & vidisse lu-
 men, sed solis oculis: sic dicimus dominum passum,
 sed in sola carne, & dominum non passum, sed in so-
 la diuinitate, ac per hoc, quia & Deus vnus est Chri-
 stus, & passus est, secundum id quod homo est, &
 impassibilis mansit, secundum id quod Deus est,
 quod breui sermone concludam: passus est Deus in
 vnione personæ, non est passus in proprietate natu-
 ræ. Siquidem passionis iniurias etiam Diuinitas per-
 tulit, sed passionem sola eius caro persensit: sicuti So-
 lis radium, vel flammæ corpulentiam rectē dicimus
 posse quidem gladio secari, nō posse tamen dirimi.
 Ita verbum Dei iure dicimus passionis iniurias per-
 tulisse, non tamen passionem sensisse: dicam adhuc
 manifestius, confixa est diuinitas clauis, sed ipsa pe-
 netrari non potuit, si quidem vulnere locum caro
 patefacta adperuit, nam Deus inuisibilis mansit. Ita
 ergo suscipiendo passiones, & carum non cedendo
 effectibus, apparet Deum Verbū impassibiliter pas-
 sum, sed quia caro eius non solū pertulit, sed & sen-
 sit & cessit. Meritō ac iure dicim^{us} dominū his omni-
 bus passionum conditionibus sensibiliter affectum
 in carne sua, sine sensu vel mutatione diuinitatis
 suæ: ergo perferre passionem naturæ est vtriusque,
 sed ce dere passioni, non est vtriusque naturæ cum
 sit vnus denique persona. Hæc multi orthodoxo-
 rum minus attendentes, aut attendere nolentes, vel
 discernere non valentes, in duas sese partes, non di-
 uersitate sententiæ, sed vocis professione diuiserunt,
 vt id quod eodem modo pronuntiare formidant,
 inutili profectō atque superfluo timore, vt iure illud
 propheticum eis possit aptari, illic trepidauerunt
 vbi non erat timor. Nam plerique orthodoxorum
 sensū vtrarūque naturarū cum Catholicè exponāt,
 Catholicè retineant: Idē tamen duas nolunt dice-
 re naturas, ne secundū Nestorium duas putentur fa-
 cere personas, ac confessione vtriusque naturæ non
 corde, sed voce tantūmodo recedentes, quodā enim

Luc. 23.

Psalm. 52.

circuitu expositionis vtuntur, vt duas se credere ostendant, sed duas nudo sermone non pronuntiant. Nam cum credant, atque fateantur non hominem sed verbum descendisse de celo, eundemque sic in virginis vtero incarnatum, id est, sic carnem adsumpsisse vt non mutaretur in carnem, sic verbum hominem factum, vt Deus verus maneret, sic nostram adsumpsisse naturam vt non mutaret, nec abiiceret & sua: Sic deum hominem, & hominem deum factum vt non fuerit tamen vtrumque consumptum, quis non videat hoc sensu duas aperte adstrui atque demonstrari naturas. Quod ergo vera fidei expositione colligitur, atque animi sententia retinetur, cur su perfluo timore vocis professione taceatur? Rursus alij timentes ne Apollinaris & Eutychemis dogma incurrant, nolunt dicere Deum passum & mortuum, cum vnam eius credant esse personam, & hunc eundemque ac Deum fateantur & hominem. Si ergo vnus est sciti & est, cur cum formidat dicere passum, quem non formidat credere vnum? Nec audeo dicere alterum secundum Nestorij impium sensum: Ecce sunt timores inanissimi & solitudines vanae, quas fecerunt orthodoxos haereticorum sibi nomina impingere, dum voce depromi palpatur, quod expressus corde clamatur, qui enim volunt duas ore fateri naturas, quas fidei expressione defendunt, Euthycianista reputantur: cum non sint. Item qui duas vnus Christi naturas publice profitentur, Nestoriani putantur esse, cum non sint, & videas eos luctuosius quibusdam & omni lamentatione dignis insultationibus haereticorum nomine se inuicem accusare. Tu inquit, Euthycianus es, & tu Nestorianus es, Apostolica sententia in totum obliuiscit: Videte ne cum inuicem accusatis ab inuicem consu, mamini. Rogo vos cum sensu incolumes sitis, cur vocibus insanitis, cur peruerso vocis timore erratis, qui recta fidei stabilitate mentis professionem in constitutis? Cur metuis duas dicere naturas, cum Apostolus non formidauerit duas dicere formas, Vnam qua Deus est, alteram qua idem Deus homo est? Cur formidas duas dicere naturas, quod Athanasius, omnium Ecclesiasticorum viro- rum iudicio probatissimus, dixit? In qua fidei professione cuncti graeca lingua tractatores, quod superiore libello commemorauimus, & omnes latini sermonis Apostolici viri, id est, Hilarius, Eusebius, Ambrosius, Augustinus, & Hieronimus caelestibus imbuti doctrinis, simul pariter que consentiunt? Et tu quare times dicere deum passum, cum hoc vbique Apostolica praeconia contestentur? Perpendite & libelli huius expositionem, & nolite metuere confiteri, quod non durum est corde sentire, quia nihil corde prodest credere ad iustitiam, nisi & ore confessio fiat ad salutem. Vnde Propheta ait: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: Veritatem tuam & salutare tuum dixi. Facemi ni igitur ore quod corde tenetis, vt diuina humanitas & humana diuinitas propicietur vobis.

D. VIGILII EPISCOPI ET MARTYRIS CONTRA EUTYCHEN, Liber Tertius.



Voniam Eutyichiana haeresis in id impietatis prolapsa est errore, vt non solum Verbi & carnis vnam credat esse naturam, verum etiam haec eandem car-

nem non de sacro Mariae Virginis corpore adsumptam, sed de caelo dicat, iuxta infandum Valentini & Marcionis errorem, fuisse deductam. Ita pertinaciter Verbum carnem adferens factum, vt per Virginem, ac si aqua per fistulam transisse videatur, non tamen vt de Virgine aliquid, quod nostri sit generis, adsumpsisse credatur: optimum duxit etiam hanc impietatis partem veritatis assertionem destruere, & omnem terti dogmatis nebulosam caliginem penitus dissipare. Maxime quod multum ad vtriusque naturae confessionis veritatem proficiat, diuini adprobare testimonii, filium Dei humanum corpus de virginis carne sumpsisse. Ergo quia isti secundum rectorum Catholicae fidei tramitem, & Niceni auctoritatem concilij, fatentur filium Dei, non extrinsecus, non ex nihilo, sed ex patre genitum, & eiusdem, cuius pater est, esse naturae, vt veritas generationis in eo praecipue cognoscatur, si in filio paternae naturae sunt proprietates non negatur. Admonendi secundum hanc confessionis regulam, hunc eundem filium de virgine natum, eiusdem profectio virginis, carnis habuisse naturam. Nec hinc eos Ariana haeresis insolubili quaestione laqueo retineat obligatos, tali obiectionis syllogismo vtens. Si filius Dei natus ex homine matre, nihil ex ea habuit quod humanae esset naturae, sine dubio, natus ex patre, nihil ex eo habuit quod eiusdem possit esse naturae, quia si verum, inquit, adferitis filium natum de Virgine, naturam materni corporis non habuisse, concedite & mihi pari conditione fatenti, eundem filium natum de patre, naturam Patris habere non posse. Quid igitur dicit Eutyichianista, cum submittitis validis obiectionibus perfidiae colla, & de mendacio transit ad mendacium, vt fateamini filium ex patre genitum, paternae diuinitatis exortem esse naturae, sicut fateamini eundem filium de matre genitum, materni id est humani corporis naturam non habuisse? Cur non magis, si aliquid sapientiae geritis, de veritate mendacium destruitis, vt, sicut creditis, & verum creditis, filium ex patre sine tempore natum, patris habere naturam? Ita credatis eundem ex matre sine semine natum, humani corporis habere naturam? Quid enim Angelus ad Mariam loquutus est? Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: Ideoque quod nascetur ex te (vt non quasi nudum quendam verbi transitum per Virginem indicaret) sed quod nascetur ex te, vt veritatem corporis sumendi ex Virgine, manifestius declararet: nam quae fuit causa Dei verbo, per vterum virginis transitum facere, si nihil inde quaerebar adsumere? aut quomodo ex semine David natus, vel factus creditur esse? Denique Paulus Apostolus sic ait: De filio suo qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Et iterum ad Galatas: Misit, inquit, Deus filium suum factum ex muliere. Quomodo is qui erat, factus est, cum fieri, eius soleat proprium esse, qui nunquam ante subsisterat, nisi quia factus quod non erat, id est, homo non aliunde carnem adsumpsit, nisi ex hominum genere ex quo factus est, quod non fuit? Vnde & ipse Filius formatum se ex vtero per Esaiam loquitur

loquitur, dicens: Et nunc, dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi. Quid itaque ex vtero formatum accipitis, verbum, an carnem? Si verbum, ergo aut informe fuit, aut penitus non existens, aut formatio ei, aut essentia dederat, vt subsisteret, aut ex subsistente informitate, materia in melioris status qualitatem prouexerat, vt perfectus & integer appareret. Quod opinari cum sit impium & sacrilegum, illud sine dubio restat vt caro ex corpore formata sit vteri virginalis, eaque secundum naturae suae veritatem diuinitati in eandem personam vnita est, propter quam vnione personae, cum sit Deus, seruus factus est patris, vnde ad eum dicit in Psalmo. O domine ego seruus tuus & filius ancillae tuae. Et iterum: De ventre matris meae. Deus meus es tu. Qui si de ventre Matris ancillae nihil acciperet, non eum, intra famuli appellationem, seruilis naturae conditio detineret. Sed iam videamus quibus Prophetia figuris vtatur, vt ostendat eum ex Matre ni corporis veritate, veram carnis adsumpsisse naturam. Dicit ergo Esaias: Egredietur virga de radice Iesse, & germen de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. Quis dubitet germen de natura eiusdem virgulti, vnde prorumpit, subsistentiae suae formam accipere, aut quis neget cuiusque ligni virgam, naturae suae germina propagare? Non enim aliud ex alio, sed sui generis speciem vnū quodque lignum producere, & vilitate rerum exempla testantur, & diuinarum literarum auctoritas docet, quae ita in Genesi loquitur: Et dixit Deus, Germinet terra herbas virentes, & facientem semen, & lignum pomiferum, faciens fructum iuxta genus suum, & cuius semen in semetipso sit super terram, & factum est ita. Si ergo generis sui, naturae germina, & fructum propriae qualitatis ex sese ligna producant, non dubium est, Iesseicae radices virgam, Beatam videlicet Mariam naturae suae germen, id est dominum Iesum, ex suae carnis materia protulisse. In cuius inelucti sacramenti mysterium, sacerdotis Aaron virga, absque opere & subsidio terreni cultus, absque consuetis & legitimis ruralis ministerij alimentis, in tabernaculo foederis posita germinauit, manifeste satis & aperto designans iudicio, Mariam virginem absque terreni, id est humani seminis officio, Christum dominum parituram. Quod & in Daniele certo futuri mysterij praesagio demonstratur, dum sine manibus excindi lapis de monte videtur, id est, Christus sine humani coitus opere, de virginis corpore nasciturus ostenditur. Quis tam stolidus, atque mentis erit alienus, vt lapidem credat de monte sine manibus excisum, & non credat Christum de corpore virginis sine semine natum, cum magis illud tantummodo visum, hoc autem veracissimum fuerit factum, qui vt crederetur quod mirabiliter futurum erat in Christo, mirabilis eiusdem facti praecessit imago, vt sicut lapis sine manibus excindi de monte, & sicut virga germinare potuit sine cespite, ita Christus de Virgine nasci potuit sine semine. Quod etiam Iacob in suis benedictionibus declarat, dum sub persona Iudae Prophetiam appellat, & dirigit in Christum, dicens: Ex germine filii mihi ascendisti, non ait ex semine, sed ex germine, illius sine dubio virgae, quae de Iesse orta per Tom. 5.

dice, nouo miraculi genere, Christum dominum germinauit. Videamus autem & ceteras similitudines, quibus ostenditur Christus, ex hominum genere carnis adsumpsisse naturam. Vitulum ergo vel bouem, agnum, & haedum, eundem dominum appellatum, nec ipsi audent haeretici denegare, legent itaque & inuenient, in principio Leuitici, vbi in mysterio futurae passionis vitulus ad ostium tabernaculi testimonij immolari praecipitur. Non simpliciter vitulum, sed vitulum ex bobus appellari, in quo vtrique Christum, non vt haereticis placet, corpus de caelo deduxisse, sed ex hominum genere carnem adsumpsisse, Prophetia demonstrat. Nam suffecerat dicere vitulum. Quid necesse fuit addere ex bobus, quis enim nesciret ex bobus vitulum nasci, nisi vt ostenderet Christum carnem ex hominibus habiturum. Abraham etiam huius non infelix sacramenti, vitulum de armento elegisse describitur, quem in typo dominicae passionis occidisse dinoscitur, sed & agnum de ouibus, & haedum de capris synagoga offerre, per quod vtrique sanctus spiritus perfidiae occasiones adimere volens, apertius & expressius Christi carnem ex hominibus adsumendam, his verborum adiectionibus declarauit, quam tamen sicut ex hominum genere futuram ostendere volens, ait, Agnum ex ouibus, ita eandem sine humano semine suscipiendam demonstrans, per Esaiam locutus est, dicens. Emitte agnum dominatorem terrae de petra deserti ad montem filiae Syon, vt in hoc quod iste agnus ex ouibus adsumi praecipitur, humanae naturae veritas cognoscatur: in eo autem quod idem de Petra emitti agnus iubetur, humani coitus ac seminis suspitio depellatur. Ita ergo ait agnum ex ouibus, & haedum de capris, & vitulum ex bobus, ac si diceret, hominem ex hominibus, quod quidem alio in loco Moyses apertius dixit, Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies in omnibus quae loquutus fuerit. Et iterum: Orietur stella ex Iacob, & exurgat homo ex Israel: Et Apostolus: Manifestum est, inquit, quod ex Iuda ortus est Dominus noster. Et ipse in Propheta: Vae illis, quoniam caro mea ex ipsis est. Manipulus quoque primitiarum ex fegetibus offerri Domino & consecrari iubetur, quis autem dubitet hunc manipulum primitiarum dominum esse Iesum Christum. De quo lex ait: Omne primitiuum quod aperit vuluam, sanctum domino vocabitur. Vnde Angelus ad Mariam: Propterea inquit, quod nascetur ex te, sanctum vocabitur, filius Dei. Hic itaque manipulus, ex fegete gentis iudaeorum adsumptus, Deo Patri est per passionem mortis oblatus. De quo Apostolus. Primitiae inquit, dormientium Christus. Et iterum: Initium Christus: Deinde hi qui sunt Christi, cuius oblata manipuli resurrectionis initium Ioseph etiam in sua visione designat, dicens: Videbam ligare nos manipulos in campo, & surrexisse manipulum meum, vestrosque manipulos adorare manipulum meum. Quod in Euangelio manifestissime cernimus adimpletum, cum resurgens a mortuis Dominus, a discipulis suis legitur adoratus: sicut & in consummatione seculi, quod illius campi significat messis, Tom. 5.

Gal. 5.

Rom. 10. Psal. 39.

Luc. 1.

Rom. 1. Gal. 4.

Psal. 115.

Psal. 21.

Psal. 21.

Gen. 1.

Num. 17.

Daniel. 2.

Isa. 21.

Gen. 49.

Leuit. 1.

Leuit. 1.

Gen. 18.

Isa. 16.

Deut. 18.

Num. 14. Heb. 7.

Leuit. 23.

Leuit. 23.

Luc. 1.

2. cor. 15.

Gen. 37.

Mat. 28.

Luc. 24.

ab omnibus in forma serui, cuius manipuli gestit imaginem, adorandus sit & videndus. Sicut ad huc multa in figuris & similitudinibus aptata, quae Christi indicent ex hominibus carnishabuisse naturam, sed ne hinc Fotinus, & ei similes, occasionem nutriendae perfidiae concitentur arripere, quod his testimonii, vnam tantummodo carnis Christi videtur declarari naturam, consequens & fidei necessarium duco, illa etiam replicare ac proferre testimonia, quae vtranque, id est diuinam & humanam, in vno Christo docent esse naturam. Dicit ergo Apostolus, quod omnes benedictionum promissiones, quae prophetia & lege continentur, ad Christi pertinent sacramentum. Na ita ait: Quotquot enim promissiones sunt. Videamus itaque quomodo omnes sponsonum benedictiones, mysticis in Christo figuris aptentur, & ibi reperiemus vtriusque sacramenta naturae, luce clarius emicare. Quia rata & firma benedictionis promissio esse non poterat, nisi perfecta fidei, qua Christus deus & homo futurus aduantiabatur, contineret archanum. Benedicens itaque Isaac patriarcha: Iacob & Esau filios suos, ad Iacob quidem sic loquutus est dicens: Ecce odor filij mei sicut odor agnicui benedixit Deo: Det tibi dominus de rore caeli, & pinguedine terrae abundantiam frumenti: vini & olei. Ad Esau vero: In pinguedine terrae, & in rore caeli erit benedictio tua. Quid apertius, quid lucidius de vtraque Christi natura poterit proferri? siquidem in rore caeli, verbum: in terrae autem pinguedine, caro eius significari monstratur. Iacob autem & Esau populigentium & iudeorum gerere figuram, nullum opinor ambigere Christianum. Primus ergo populus gentium, cuius Iacob praeformabat imaginem, à rore caeli, & à pinguedine terrae, id est Christo, qui est Deus & homo, benedictionis sortitus gratiam, frumenti, & vini, & olei est abundantiam cumularus, id est corporis & sanguinis Christi & christianitatis eius mysterio consecratus, cuius trina benedictionis multiplicem gratiam, David etiam sacro commemorat carmine, dicens: A tempore frumenti, vini & olei sui multiplicati sunt: Esau autem qui prior secundum carnem fuerat natus tyram Iudaici populi apertissime gestans, dum in agro legis diutius immoratur, vagis & fugacibus carnalium sensuum infestens venatibus, vel transitoriiis legis vmbri & imaginibus obsecundans, serus venit ad gratiam. Ipse est ille Evangelicus senior filius, qui dum ruris, id est legis exercitio occupatur, alacriore iunioris industria praeuenitur, & saginati vituli carnibus defraudatur. Casso igitur & inani semetipsum labore contentens, audit à patre: frustra in his omnibus exercebis, & vltra temporum conditionem legalium decretorum dogmatibus auocaris. Arbitrans te ex lege benedictionis gratiam consequi posse, cum & tempus carnalis ob seruandae legis emensum sit, & pro impossibilitate perficiendi quae lego iubentur, non tam benedictionem quam maledictum praeruaricatores legis eiusdem fortiantur. Quia scriptum est: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quae scripta sunt in lege. Ideo scire debes, quod in pinguedine terrae, & in rore caeli, id est, in Christo futura sit benedictio tua. Iacob etiam benedicens Ioseph filium suum, ab huius sacramenti mysterio non recessit, dicens: Benedicet te benedictionibus caeli desuper, & benedictionibus terrae habentis

omnia. quae est benedictio caeli, nisi verbum quod de caelo descendit, & quae est benedictio terrae habentis omnia, nisi Christi caro, quae de terra, id est, de terreno virginis corpore sumpta est, in qua omnium spiritalium gratiarum redundat veritas, & totius benedictionis fructus exuberat: in quo fructu, qui proculdubio Christus est, cunctorum fidelium benedictio consummatur, vt David ait: Terra dedit fructum suum, benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus. Quae est terra, quae fructum benedictionis dedit, nisi Maria, cui dicitur: Benedicta tu & benedictus fructus ventris tui. Et in Genesi, benedictiones, inquit, vberum & vuluae. Et in Psalmis: Filij merces fructus ventris. Et, de fructu ventris tu ponam super sedem meam. De quo fructu, hic idem sacri carminis auctor in alio Psalmo concinit. Veritas de terra orta est, & iustitia de caelo prospexit, & enim dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. In quo euidenter vtriusque naturae confessionem praedicans, per fidorum ora obtundit, dum veritatem de terra ortam, & iustitiam de caelo adferit prospexisse, quia Christus esse vtranque substantia habens, de caelo scilicet, quia de patre genitus: de terra autem, quia & de matre natus est, vtriusque parentis habet geritque naturam? A summo caeli egressio eius, summum enim caeli patet: & processio eius tanquam sponni de thalamo vteri virginis, quod mysterium vtriusque naturae etiam Esaias iisdem significationibus caeli & terrae, pandens sic loquutus est, dicens: Rorate caeli desuper, & nubes pluant iustum, aperiat terra & germinet saluatorem. Vide quam consonis, veritas inueniatur, prophetica auctoritate, sententia. Quod enim David ait, iustitia de caelo prospexit: hoc Esaias dixit, Nubes pluant iustum. Et quod ille subiunxit, Et terra nostra dabit fructum suum: Hoc iste ad didit, aperiat terra, & germinet saluatorem, per spicuo satis & aperto, immo proprio filij Dei nomine vsus, vt fructum & germen terrae sapius in Prophetia nominatum, natiuitatem Christi ex Maria esse nullus audeat dubitare, & quo germen vel fructu, idem adhuc Esaias loquitur, dicens. In die illa erit germen domini in magnificentia & in gloria & fructus terrae sublimis, relictus ne est vllus ambigendi locus, quin clarè & germinis & fructus nomine christus apertissime significatur, q in tanta gloria & magnificentia sublimatus est, vt in nomine eius omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.

Vnde quod ait Apostolus, propter quod & Deus illum exaltauit. Et nunc propheta: Et erit fructus terrae sublimis, manifestissime, id quod de terra id est ex Maria sumptum est, exaltatum & sublimatum intelligi voluit.

Ceterum id quod de patre est, semper sublime fuit, sed nec de rore caeli, quod in verbi Dei figura sit positum, vlla dubietatis patet occasio, cum ipse dixerit Esaias: Et nubes pluant iustum. Et alibi satis apertius imbri caelesti verbum suum patrem comparasse descripsit, nam ita ex persona eius dicit. Quomodo si descēdat imber aut nix de caelo, & illic nō reuertatur, sed inebriat terram, & facit eam germinare. Sic erit verbum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quae-

cunque volui, & prosperebitur in his, ad quae missum illud. Quis tam aperta & absolutissima diuinae praedicationis claritate flumen non aspiciat veritatis? Ecce verbum Dei sicut imber in terram, id est in gremio sinus Mariae influere dicitur, quam sancti spiritus chrietate fecundatam, in gremine dominici horti prorumpere faciat, & turgentis alui preciosissimum edere fructum. Quod verbum, quia incarnatum (quod est carne indutum) homo esse voluit, nudum & vacuum ad patrem, à quo fuerat missus, reuerti non potuit. Sed in eodem, quo indutus est corpore, caelestia penetrauit. Et idēd quo pater vacuū ad se dicit non posse reuerti, quia nefas est, ex quo in virginis terram descendit, nudum eum & hominem vacuum consistere, id est, absque humani corporis natura, solam eius adferere deitatem. Aequalis enim & eiusdem periculis res, ut diuinam eius tantummodo aut humanam fateri naturam, quia vnu sine alio non proficit ad salutem, quod & ipse dominus in Euangelio, sub tali similitudinis comparatione apertissime docet. Iterum inquit: Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenerit, abscondit, & praegaudium abiit, & vendidit omnia sua, & emit agrum illum. Non, quasi tibi videretur, huius inuentor thesauri, si uoluit priuēter egisse? Quid enim necessitatis vel impedimenti fuerat, vt inuentum thesaurum non statim auferret de agro, cum vtrique ipso illo ocio temporis & secreto, quo repererat auferre potuerit, etiam facili compendio, sine propriarum dispendio facultatum semendi agri necessitatem vitare? Sed cognouit vtrique prudentissimus homo inefficacem & inuilem, immo periculosam esse thesauri huius sine agro possessionem. Nam vide, quia sicut absconditum inuenerat, ita & ipse abscondit, nec agrum nudare ac vacuare thesauro ausus, omnia sua vendere festinauit, vt iure legitimo, & thesauro potiretur & agro. Igitur thesaurus in agro absconditus deus est, latēs in carne sua. Audi Apostolum dicentem de Christo: In ipso, inquit, sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Et idēd omnis est prorsus inutilis & impia confessio, quae dominum Iesum Christum, aut Deum tantummodo, non & hominem: aut hominem solum, non & Deum fateretur. Agrum autem carnem Christi figuratiternominari, & praesens indicat locus, & superius illata testimonii docent. De hoc enim agro maximè Isaac in suis benedictionibus prophetauit: Ecce, dicens, odor filij mei sicut odor agri, cui benedixit Deus. Corpus enim dominicum, magnis diuersarum virtutum flagrat odoribus, & sui benevolentia diuersa pigmenta, infirmos quosque viuificat. Vnde apostolus Christi inquit: Bonus enim odor sumus, de vita in vitam, his qui salui sunt, cuius tam praecipui & saluifici odoris suauitate illecta in Canticum canticorum, ad eum dicit ecclesia: Post te in odorem vnguentorum tuorum curremus. De huius agri pulchritudine & ipse loquitur in psalmo quadagesimo nono. Et species agri mecum est, per huius agri gloriam Ecclesia in praedicto Salomonis libro sodales adiurat, dicens: Adiuro vos in gloria & virtutibus agri. Agrum illum fortis & sapiens in proverbio Salomonis mulier, id est ecclesia, introducitur comparasse, sic enim de ea dicitur: Agrum vidit & emit illum. Preciosa est huius agri possessio, quae Christi,

intra se absconditam retinet deitatem. Duplicis enim naturae est Christus, & idēd, vt dixi, nec thesaurus sine agro, nec ager sine thesauro potest ab aliquo possideri. Nam Manichaeus & Euthyces, qui volunt thesaurum sine agro possidere, id est solam diuinitatem, sine carne fateri, vtriusque in Christo naturae confessionem refugiens, procul abiectus & exclusus ab hac possessione extorris habetur. Fotinus quoque & ei similes, qui agrum solummodo, non & thesaurum eius possidere, id est humanitatem Christi, non & diuinitatem fateri voluerunt, hac possessione privati sunt. Vnde merito sola illa, in prouerbis, mulier beatitudinis praerogatio digna habetur, quae hunc agrum comparans, duplicia pallia viro suo fecisse describitur: in palliis enim confessionis honor accipitur, naturae scilicet vtriusque. Quia nec dignaretur vir eius vnum ab ea confessionis pallium accipere, aut diuinitatis tantummodo, aut solum humanitatis suae: id enim non honoris, sed contumeliae est maximè, vnum horum sine alio offerre. Vnde alia repudians munera, quae vtriusque naturae confessione, non sunt gemina pariter & distincta, atque pro tempore & sacramento diuisa, dicitur ad Cain, si rectè offeras, rectè autem nō diuidas, peccasti. Quia ille solus rectè diuidit, qui non ignorat secundum quid filius aequalis est patri, & secundum quid, eodem minor est patre, secundum quid passus & mortuus est, & secundum quid immortalis pariter & impassibilis mansit, quia non solum confundere, sed & non rectè diuidere, reatus est criminis. In vno enim Euthyces, in alio Nestorij damnatur impietas, dum quod ille male confundit, pessimè iste discernit. De quorum diuersitate dogmatum, sibi inuicem aduersantium, quantum ex illis nostri ingenij facultate valuimus, duobus superioribus expressimus libris. Et quomodo isto etiam tertio irrefutabili, quantum opinor, diuinae scripturae auctoritate docuimus filium dei, sicut de patre, eandem diuinitatis, ita etiam de matre, humanitatis habere naturam, & quod ros caeli, & germen vel fructus terrae, propter vtriusque naturas fuerit appellatus, inuicta nihilominus & perspicua adferre non monstrauimus. Nunc ad defensionem Leonis epistolae & Concilij Calcedonensis styli nostri conuertamus officium, quod Catholicus in eis, atque Apostolicus refulgeat sensus, callatis haereticorum obiectionibus doceamus.

DIVI VIGILII CONTRA EVTHYGEN HAERETICVM, Liber quartus.

QUIDAM peruersa mentis homines, & inanis gloriae cupidi, nescientes, vt dicit Apostolus, neque quae loquuntur, neque de quibus adfirmant, habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes, indignati veritatis dogmatibus, & Ecclesiasticas fidei regulas non ferentes, Beatissimi Leonis Epistolae iuxta sensum euangelicae traditionis conscriptae, & decreto synodi Calcedonensis, prauis contradictionibus obuiandum putauerunt, nefanda commenta horribilibus verborum naufragamentis enomentes. Quae, quoniam simplicioribus quibusque nonnullum videntur dubietatis scrupulum excitare. Idcirco co-

Luc. 24.

Mat. 23.

Gen. 27.

Chrysm.

Isal. 4.

Gen. 25.

Luc. 25.

Deut. 17.

Gal. 3.

Gen. 49.

Luc. 1.

Gen. 49.

Isal. 116.

Isal. 131.

Isal. 84.

Isal. 18.

Isal. 45.

Isal. 49.

Isal. 4.

Philip. 2.

Isal. 55.

Luc. 13.

Coloss. 2.

Gen. 27.

1. Cor. 2.

Cap. 2.

Proph. 31.

ibidem.

Gen. 4.

1. Tim. 2.

Symboli
fidei Ro-
manum
Nicæno
antiquum

Ioan. 14

1. Tim. 2.

hortatione fratrum in auditorio domini Dei nostri, consideranda & refutanda suscepi, Illa primitus vno diluens volumine, quæ Leonis obiciuntur Epistolæ, cuius hoc sibi primo capitulum, iste nescio quis, proposuit fidelium. Vniuersitas profiteretur, credere se in deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius, dominum nostrum: huic capitulo ob id iste calumniatur, Cur non dixerit, in vnum deum patrem, & in vnum Iesum Christum filium eius, iuxta Nicæni decretum Concilij: sed Romæ, & antequam Nicæna synodus conueniret, à repositibus Apostolorum, vsque ad nunc, & sub beatæ memoriæ Cælestino, cui iste rectæ fidei testimoniū reddidit, ita fidelibus symbolum traditur, nec prædicant verba, vbi sensus incolumis permanet: magis enim cum domini Iesu Christi sententia hæc fidei professio facit, dicentis: Creditis in dominum, & in me credite. Nec dixit, in vnum deum patrem & in vnum me ipsum, quis enim nesciat vnum esse deum patrem, & vnum Iesum Christum filium eius. Miror tamē quomodo hūc locum iste notauit, & illū prætermisit, vbi vnicui filij cōmemorationem, idem beatus Leo facit, dicens: Idem vero sempiterni genitoris vnigenitus sempiternus, Natus de spiritu sancto, ex Maria virgine. Sed & hoc quoque mirādum est. Cur non simili demētia reprehendit, quod ait: Qui natus est de spiritu sancto ex Maria virgine, quomodo hoc verbum Nicæna synodus non posuit, & vt illi placet, hoc solum profiteri debemus, quod ibi scriptum inuenimus. Impiē autē calumniatur Leonem, quod in vnum quidem auctorem & verū filium dei verbum, & in alium recogitatum, & conglorificatū ex Maria hominē crediderit, hoc enim ita cum sensibile vel docuisse probari non potest. Magis enim vnum eundemque confessus est, dei & hominis filium dominum Christum dicens. Vnus enim idēque Dei & hominis filius. Et iterum: Vnus atque idem mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Hoc etiam capitulum mira impudentia, reprehensione dignum putasti, in quo ait: Verbo scilicet & operante quod verbi, & carne ex consequente quod carnis est, vnum horum coruscet miraculis, aliud succumbit iniuriis, & primo quidem intendendum est, quod non dixerit, vt tu imperitē calumniaris. Vnus horum coruscet miraculis, & aliud succumbit iniuriis, per quod sine vlla ambiguitate, duos videretur quoscumque separatos, vel duas significasse personas, sed ait: Vnum horum & aliud horum, quia in vnum, id est hoc & illud, non personarum diuersitas, sed generis distinctio demonstratur, verbi scilicet & carnis. Item dixit Leo: qui enim verus est deus, idem verus est homo, & nullum potest esse in hac vnitare mendacium, dum inuicē sunt, & humilitas hominis, & altitudo deitatis, quod tu solita malignitate in aliud detorsisti, dicens: Eum duos quosdam separatos induxisse, vicissim, quæ sibi sint propria operantes, cum ille altitudinem & humilitatem, id est vtranque naturam, velut duo quædam, non duos quosdam, in vno Christo manētes voluerit demonstrare. Miror autem quomodo non hac existimatione Apostolum quoque accusaueris Paulum, quia & ipse duo quædam esse dixit in vno homine, vicissim quæ sua sunt propria, operantes, & contra se inuicem nitentes, spiritum videlicet & carnem. Hæc, inquit, sibi inuicem aduersantur. Sicut ergo vnus est homo, in quo sunt duo quæ-

dam in se inuicem permanētia, & sua quæque propria operantia, nec potest alius dici, dum secundum carnem sapit & facit, & alius, dum secundum spiritum uiuit, sed idem ipse est, in vtroque habens in se vtranque: Ita & Christus, dum vnum in se habet, in quo succumbit infirmitatibus: & aliud, in quo radiat micatque virtutibus, id est caro & verbum, quæ duo Apostolus in eo distinguens, ait: Nam et crucifixus est ex infirmitate nostra, sed uiuit ex virtute Dei, non bipertitus, & alius atque alius, sed idem ipse vnus, atque idem apertissimē demonstratur. Verum tu, dum per vnus naturæ professionem humanam Christo conaris auferre naturam, videris tamē confiteri quod negas. Dixisti enim, ipse deus, qui in carne natus est, qui est Verbum dei patris, qui factus est inconuertibiliter, perfectus homo, permanens deus, filius vnigenitus, & deo similis in virtute, & nobis similis in infirmitate. Si deo similis est in virtute, & nobis infirmitate, similitudo autem deitatis in virtute proprietatis est diuinæ naturæ, proculdubio similitudo humanitatis in infirmitate proprietatis est humanæ naturæ, Non prudens est, in te simili dissimilia confiteri. Sed & cum dicis, qui factus est inconuertibiliter, perfectus homo, permanens deus, nostram immo catholicam, aduersus quam niteris, fidem confirmas. Si enim non est conuersus in carnem, & factus est homo permanens deus, hoc ipsum quod factus est homo, quia immutatio dici nō potest, adsumptio dicitur necesse est, ac si geminum quiddam erit id quod erat, & mutatum non est, & id quod non erat & factum est vel adsumptum, quia id quod erat non est mutatum in carnem, & tamen habet carnem, sicut ipse ait: Caro mea vera est. Cuius & Petrus, neq; caro eius vidit corruptionem. Qui ergo non est id ipsum haberi & habere, verbum quippe habet, habetur autem caro, perspicuē & liquido comprobatur Christum vtriusque esse naturæ, vnus verō personæ. Vnde quicquid copiosius & latius persequi voluisti, vt vnum ostenderes Christum, noueris te superfluis immoratum laboribus. In hoc sanē subtiliter & impiē, fidei Christianæ illudens, vt quia Christus vnus est, quod negari non potest, vnionem personæ ad præiudicium inflecteres vtriusque naturæ, dum vtranque natura vno semper nomine nuncupetur. Nam cum Iesus Christus non verbi, sed carnis proprium sit nomen, & Deus proprium verbi, non carnis constet esse vocabulum, tamen & verbum, propter carnem suam, homo Iesus Christus, & caro propter verbum, deus verbum est, Christi nomen ex eo illi est, quod ad eū propheta dicit: Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis, præ consortibus tuis, non enim verbi natura vncta est, quæ consortes secundum se habere non potuit. Vnde apparet ad id quod homo factus est, pertinere vnctionis, id est, Christi vocabulum. Ideo Apostolus ait: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Cum profectō antequam ab illo forma serui esset accepta, nōdum fuerit Christus, sed tantummodo verbum, id est, antequam esset homo, nōdum erat homo, sed tantummodo deus: nōdum erat Christus, antequam nostri habitus similitudine homo esset inuentus, & tamen Christus est in forma dei, Christus in forma serui, Christus æqualis patri, Christus inferior patre, idem deus,

Cor. 13.

Gal. 5.

psal. 44

1. Jo. 53.

Rom. 5.

Rom. 5.

1. cor. 15.

Phil. 2.

Deus, idem homo: vnde constat & diuinitatem humanitatis habere vocabulum, id est Verbum dici carnem, & carnem dici Verbum, non quia in se vtranque naturam sit, sed quia vtranque vna persona, id est vnus Christus, sit. Et ideo rectē credimus & prædicamus cum Apostolo, deum crucifixum & mortuum in humana natura, quæ ex vnti Verbi cōfortio, deitatis poscit & nomen. Ipse igitur vnus, idēque dei: filius dominus Iesus Christus, & mortuus est secundum formam serui, & non est mortuus secundum formam Dei. Idem Patri æqualis in forma Dei, idem Patre minor in forma serui. Quæ cum ita sint, quicquid de vtraque forma secundum tui sensus prauitatem disputare voluisti, noueris ista expositione cassari, qua sane imperitia, vel potius demētia, Euangelicum volueris immutare sermone, scias non esse ignotum. Quod enim ibi legitur de Christo, quando inter duos latrones crucifixus est, ex prophetæ testimonio dicentis, Et inter iniquos deputatus est: Tu dixisti, & inter mortuos deputatus est. Denique ista tua sunt verba vitæ, inquis, datorem & amatorem hominis deū, qui inter mortuos deputatus est, & corruptione & morte nunquam victus est, quin in inferno, vt obnoxius descendit naturæ, sine peccato. Vides quantum sacrilegij habeat vnus tantum confessio naturæ. Vides in quæ vos impietatis abrupta præcipit nouitas ista doctrinæ, quia e nim sic vultis videre deum incarnatū, vt nihil habeat humanæ naturæ, sed totum quod est deitatis, natura sit: Dei enim naturā, quæ immortalis est, scientes mori non posse, nec ei penitus mortis nomen congruere, elegistis à fide Apostolica exorbitare, dicendo: deum inter mortuos deputatum, quam eum fateri secundum hominem mortuum, vt Apostolus docet, dicēs ad Romanos. Sicut per inobedientiā vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita per obedientiam vnus hominis, iusti cōstituentur multi. hanc autem mortis esse, quam pro nobis in nostræ naturæ veritate suscepit, ipse nihilominus docet Apostolus dicens de Christo, Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Et iterum, Reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Et ad Corinthios: Tradidi inquit vobis, quod & accepi. Quia dominus Iesus Christus mortuus est, secundum scripturas. Quo ergo metu formidaueris, deum dicere mortuum, non est nobis ignotum. Noueris tamen te contra tuam professionem venire, dum dicis de Christo, qui in inferno descendit, vt obnoxius nostræ naturæ sine peccato. Si ergo nostræ naturæ obnoxius fuit, nostram profectō naturam habuit, aut si non habuit, ostendevnde obnoxius fuit. Nemo enim debet aliquid ei, à quo nihil accepit, sed & cum dicis in sequentibus, de Christo exponens, Hieremiæ testimonium. Et cū hominibus conuersatus est secundum humanam formam, ex Adam seruo suo, cuius nihilominus professionibus aduersaris. Apertissimē enim declarasti secundum humanam naturam adsumptionem, Deum inter homines conuersatum. Sicut enim dei forma, in qua est filius æqualis Patri, nihil est aliud, quam Dei natura, ita serui forma nihil est aliud quam humana natura, in qua est inferior Patre. Attende igitur vim dicti tui, & tibi magis ipsi quam nobis credito. Dixisti enim ex Adam formam serui habuisse, licet nolueris dicere accepisse, quod Apostolus ait: Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Sed

quid ad nos, si verbum refugeris, cuius sensum vitare non potuisti? Quod ergo ex altero est illi, non erat ipsius, priusquam id acciperet. Nemo enim ab altero mutuatur, quod in seipso habere dinoscitur. Vnde apparet Dei Verbum sic incarnatum, vt ex nobis, quæ nostra sunt, acciperet, nō vt suam naturam in carnem mutaret, ac sic in eo duplex erit natura: Verbi scilicet, quæ mutata non est, & carnis, quæ ex Adā seruo eius accepta est. Sed iam cætera tua, quibus catholicam fidem reprehendis, qualia sunt, videamus. Loquens enim ad Leonem, & ad omne cōcilium, ita eorum verba interponis. Dixisti enim, inquis, addens etiam hæc, Vnus atque idem est verē Filius Dei, & verē hominis filius. Quam sententiam talibus incusas verbis, & petulantibus niteris attenuare conuiciis. Auscultate obsecro, dicēs, venenatæ linguæ dolum, quomodo daos introducentes filios, præposuisti, vnus atque idem est filius, qui inconuertibiliter factus est homo, hoc dixerunt. Sed tu, aut non intelligis, aut quod magis verum est, impiē calumniaris. Nam cum dixisti tu, factus est homo, hoc illi dixerunt, idem est filius hominis, sed si tibi filij hominis displicet, dele Euangelium, ipsum filium male de se pronunciaſſe contende. Nam ipse vti que hanc fidei regulam dedit, ipse sibi vtranque nomen imposuit. Cæco enim à se illuminato sic ait: Tu credis in filium Dei? sed quod hic filius Dei ipse sit, & filius hominis, alibi ait: Cum venerit filius hominis, putas inuenier fidem in terra? & alia quàm plurima. Num ergo & ipse Christus seipsum diuisisse credendus est, qui se & filium dei & filium hominis confiteri dignatus est? Item calumniaris Leonem, quod quasi hominem quendam ex Maria dixerit natum, in quo Verbum inhabitauerit, ex illo eius testimonio, quo ait, Cooperatur enim vtrique naturæ cum communione alterius, quod propriū est, hominem quendam nunquam dixisse demonstras. Quod autem Verbum in carne sua, id est in homine, quod ipse factus est, habitauerit, Ioannem audi dicentem: Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, id est in nostræ naturæ carne. Nam posset dicere, habitauit nobiscum, si præsentiam eius ad homines, & non habitationem in sua propria carne, quæ ex nobis est, voluisset ostēdere. Sed quia nostræ naturæ homo factus, nostræ naturæ corpus incoluit, dictus est habitasse in nobis, & hinc iam in cælo esse, & ad dextram patris sedere, nos Apostolus docet, in ipso, qui nostræ naturæ verum corpus adsumpsit, ait enim: Et simul suscitauit, & simul sedere fecit in cælestibus, in Christo. Vnde ergo ibi sedemus, si naturam nostram in Christo nō ibi habeamus? Quod autem Christus non tanquam alius in alio inhabitat, dum id quod ipsius est proprium, id est in carne sua inhabitat, Apostolum audi dicentem de ipso: In quo inhabitat, inquit, omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et iterum, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et iterū, Soluens inimicitias in carne sua. De proprietate operationis vtriusque naturæ, iā superius disputauimus, quam & tu pari adſensione conuinceris profiteri, ais enim: confitemur filium hominis ex semine Abraham & Dauid, & infantem, & puerum, & Bethleemitem, & ex Nazareth, & si quid aliud voluntariæ paupertatis est propriū. Quæ est enim eius paupertas, nisi naturæ infirmitas, quia id quod ait Apostolus, Qui cum diues esset, pauper factus est. Quid 2. cor. 8.

Ioan. 9.

Luc. 18.

Ioan. 1.

1. cor. 4.

col. 2.

1. cor. 5.

Ephes. 2.

est aliud, nisi cum Deus esset, homo factus est, ac per hoc salua vtriusque naturæ proprietate, vnus atque idem est Christus, quod & ipse fateris, dicens. Diuinas operationes, & carnis passiones confitemur & credimus, dum enim passiones specialiter carni adscripsisti, proprietatem humanæ naturæ apertissime demonstrasti. Videamus & alia, quæ reprehendis. quid, inquis Leoni, secundum hoc & hoc in Deum & hominem, vnum dominum Iesum Christum filium diuidis, dicendo Deum secundum hoc, quod omnia per ipsum facta sunt, hominē autē secundū hoc quod factus est ex muliere? Si non licet dicere in Christo, secundum hoc inest, aut secundum diuinitatem, aut secundum carnem, quomodo de ipso dicit Apostolus, Qui factus est ex semine Dauid secundum carnem? At tu quomodo in subiectis ais, In nullo diuiditur Christus, neque secundum incarnationem, neque secundum coeternam naturam, neque secundum voluntarias passiones, neque secundum ineffabilem gloriam, si secundum hoc & hoc, diuisio tibi sonat? Ecce tu in quatuor partitiones Christum diuisisti, quem tamen, sicut est, indiuisum dixisti. Quod ergo simili modo præsumere ausus es, in alio reprehendere non debes. Stultitia enim est, id velle refutare, quod pariter conuinceris non negare. Quomodo autem & hoc volueris reprehendere non intelligo, quod idem beatus Leo adserit, dicens, Natiuitas carnis, manifestatio est humanæ naturæ: partus virginis, diuinæ est virtutis indicium: infantia paruuli ostenditur humilitate curarū, magnitudo altissimi declaratur vocibus angelorum, similibus est rudimentis hominum, quem Herodes impiè molitur occidere, sed dominus est omnium, quem Magi gaudent suppliciter adorare. Adseueras enim secundum prauitatem sensus tui, quod his verbis Leo duos voluerit ostendere Christos, quum ipsum quem dixit infantem, ob manifestationem humanæ naturæ inuolutum humilitate curarum, eundem ob indicium nihilominus diuinæ naturæ adseruit declaratum vocibus angelorum. Si enim diceret, alius iacebat in pânis, alius prædicabatur ab Angelis: alium Herodes querebat occidere, alium Magi gestiebant suppliciter adorare, rectius argueretur male sensisse. Cum verò eundem dicat curis inuolutū, quem milia prædicant angelorum, eundem Herodis insidiosi appetitum, quem callens, astris quæsiuit cura Magorum. Quid conaris ad diuisionis vitium reflectere, quæ de vno Christo ad demonstrationē dicta sunt vtriusque naturæ? Quid ea reprehendis, quæ ipse fateri conuinceris? Nam ita culpabiliter Leonē affaris. Cur inquis, non confiteris Deum Verbum in fantem natum propter nos, & permanentem similiter Deum, & inuoluta carnis suscepisse nostræ naturæ propter nos? Sic enim nobis similibus factus est per omnia sine peccato. Ecce quod vbiq̄ue arguis, quod vbiq̄ue exprobras, quod impium & facilem puras, opprellus veritatis molibus, cogere profiteri. Si enim inuoluta nostræ naturæ suscepit, profectò nostræ naturæ veritatem habuit. Neque enim pannorum inuoluta, & materni lactis alimentum in Deo nutrirī potuit, nisi quod in illo nostræ naturæ proprium fuit, nec in aliquo nobis poterat similari, si non id, quod ipsi sumus, in seipso dignaretur accipere. Adhuc autem quæ nostra sunt, immò quæ veritatis sunt, inuitus fateris, dicens: Glorietur nostra natura honorificata, videns eum qui

Gal. 4. Rom. 1.

1. Cor. 12.

Mat. 2.

est vnus substantiæ cum patre secundum diuinitatem, & nobiscum vnus substantiæ secundum incarnationem, ex Virgine incarnationem, sedentem in dextera magnificentiæ sui patris. Eius enim caro, naturalem & super omnem gloriæ splendorem, ineffabili lumine resurgens, gloriatur nostræ naturæ infirmitas. Confessus es diuinitatis diuinitatis eius, infirmitatem nostræ glorificatam esse naturæ; cuius glorificationis eius hanc esse adseris causam, quod hæc natura per vnitatem verbi glorietur sedere ad dextram Dei. Hæc si simpliciter sentiantur, rectè & Catholicè dicuntur. Dixisti etiam, quod sicut vnus substantiæ est filius cum patre secundum diuinitatem, ita vnus substantiæ est nobiscum secundum incarnationem. Qua professione, vt tecum simpliciter agam, duplicem in Christo fateris esse naturā. Quia si secundum diuinitatem vnus cum Patre substantiæ, & rursum vnus est nobiscum secundum incarnationem naturæ, geminæ est profectò naturæ. Si verò te rectius exagitem, & quæ sentis pressius ventilem, quanta sequantur absurda perspicias. Dixisti Christum sicut cum Patre, ita & nobiscum vnitatem habere substantiæ, vnam tamen vis cum habere naturam: vna ergo & Dei & nostræ est natura, & quid hac professione impiū magis erit? Deinde & patrum nostrorum auctoritate, communi omnium sapientium iudicio, non est vnus sed duorum, communionem eiusdem habere substantiæ. Ac si tu duos nobis quosdam Christos inducis, vnum qui cum Patre vnus sit secundum diuinitatem substantiæ, aliū qui nobiscum secundum carnem vnitatem habeat naturæ, quomodo vt dixi, nostræ & patris non est vna substantia, tu autem in Christo noluisse duplicem esse naturam, necesse ergo erit, secundum quod profiteris, alium esse Christum, qui cum Patre habeat vnitatem substantiæ, alium qui vobiscum. Quia si non vnus, vtriusque habet, cum duæ sint, tu autem vtriusque habere dixisti: duo sint necesse est, qui singulas habeant, & per id vos potius quaternitatem Ecclesiæ introducis, qui in vno Christo vtramque naturam fateri non vultis. Reperam adhuc, si valeo, plenius: Patres in Nicæno concilio profiterentes Patrem & Filium vnus esse substantiæ, duas vtiq̄ue personas in vnitatem naturæ intelligendas religiosissime tradiderunt. Igitur vos cum dicitis, Verbum & carnem vnus esse substantiæ, duas nobis Christi personas, duosque Christos inducitis. Quia sicut auctoritate Patrum nostrorum, qua non nisi inter duas personas vnitatem substantiæ accipi vel dici sancitum est, id ratio flagitat, vt si iuxta impiam vestram sententiam, vnus substantiæ sunt, Verbum & caro, duæ sint profectò personæ Verbi & carnis, communionem vnus habentes naturæ. Deinde necesse erit, vt & caro, sicut & Verbum, si vnus cum eo est naturæ increata sit, & inuisibilis, atque inconcretabilis, & initio carens, aliter enim cum Verbo vnitatem non potest habere naturæ. Sed quia carnem his conditionibus subiacere impossibile est, vnus autem vt dicitis cum Verbo naturæ est. Verbum enim erit, secundum Arrianos, creabile & concretabile atque visibile & ex initio subsistens, quia aliter cum carne non poterit vnitatem habere naturæ. Deinde si verbi & carnis vna natura est, quomodo cum Verbum vbiq̄ue sit non vbiq̄ue inueniatur & caro, namque quando in terra fuit, non erat vtiq̄ue in cælo. Et nunc quia in cælo est, non est vtiq̄ue in terra, & in tantum

Mat. 4.

in tantum non est, vt secundum ipsam Christū spectemus venturum de cælo, quem secundum Verbum nobiscum esse credimus in terra. Igitur secundū vos, aut Verbum cum carne sua loco continetur, aut caro cum Verbo vtiq̄ue est, quomodo vna natura contrarium quid & diuersum non recipit in seipso? Diuersum est autem & longè dissimile circumscribi loco, & vbiq̄ue esse: & quia Verbum vbiq̄ue est, Caro autem eius vbiq̄ue non est, apparet vnum eundemque Christum vtriusque esse naturæ, & esse quidem vbiq̄ue secundum naturam diuinitatis suæ, & loco contineri secundum naturam humanitatis suæ: creatū esse, & initium non habere: morti subiaccere, & mori nō posse, quorū vnus illi est ex natura Verbi qua Deus est, aliud ex natura carnis qua idem Deus homo est. Igitur vnus Dei filius, idemque hominis factus Filius, habet initium ex natura carnis suæ, & non habet initium ex natura diuinitatis suæ: creatus est per naturam carnis suæ, & non est creatus per naturam diuinitatis suæ: circumscribitur loco per naturam carnis suæ, & loco non capitur per naturam diuinitatis suæ: minor est etiam Angelis per naturam carnis suæ, & æqualis est Patri secundum naturam diuinitatis suæ: mortuus est natura carnis suæ, & non est mortuus natura diuinitatis suæ. Hæc est fides & confessio catholica quam Apostoli tradiderunt, Martyres roborauerunt, & fideles nunc vsque custodiunt, vnde impiissime, & Euthycianæ hæreseos veneno infecte, Leonem aude reprehendere, dum ex diuersitate gestorum vnus Domini Christi, veritatem edocet vtriusque eius naturæ, vt quod ille ad demonstrationem vtriusque protulit naturarum, professionem calunnieris duarum esse personarum. Denique eius ista sunt verba: Natiuitas carnis, manifestatio est humanæ naturæ: partus virginis, diuinæ est virtutis indicium. Et iterum: agit enim vtriusque natura, cum communionem alterius, quod proprium est, Verbo scilicet operante quod verbi est, & carne exequente quod carnis est. Et iterum: Quamuis in domino Iesu Christo Dei & hominis vna persona sit, aliud tamen est, vnde communis iniuria est, aliud vnde communis est gloria. Quæ verba tu inquis interpretationibus hoc modo reprehendis. Quis audiat, inquis, duobus propositis articulis & significationibus in duobus quibusdam nominibus, vnum Deo, & aliud homini in vnam posse conuenisse personam? In vna enim persona aliud & aliud & communiter nunquam dicitur, vnde manifestè alium Deum verbum, alium iniuriā passum hominem memorasti, dicens: Aliud est vnde communis est iniuria, aliud vnde communis est gloria. Nemo enim in vno homine communionem patientis carnis accipit, cum sit caro secundum naturam homo, quomodo aliud Verbum glorificationem, alium hominem iniuriā passum dixisse vel sensisse credendus est, qui subiectis ait: Quem, vt hominem, diaboli tentat astutia, eadem, sicut Deo, Angelica famulantur officia? Nunquid dixi, alium diaboli tentat astutia, & alij sicut Deo Angelica famulantur officia. Et iterum: Impassibilis Deus non dedignatus est homo esse passibilis. Et iterum: Qui enim verus est Deus, idem verus est homo. Nūquid dixi alius est Deus impassibilis, & alius est homo passibilis, alius est verus Deus, & alius est verus homo, sed qui verus est Deus, idem, inquit, verus est homo. Quæ cum ita sint, inhonesto vteris officio,

religiosis callidè insidiaris, vt superiora demendo ac sequentia non addendo, ita media eligas, vt verba sententiis exuens, de eorū nuditate pro arbitrio ludas. Redde igitur suis omnia locis, & propria sententiis indumenta restituas, & noli insidiosis fraudibus calumnias innectere, vt quod ad demonstrationem vtriusque dictum est naturarum, ad dualitatem nō referas personarū. Verum quia dixit in vno Christo aliud esse Verbi, aliud carnis proprium, sic tamen vt sit vtriusque cōmune, id est, vt & mors, quod est proprium carnis, pertineat ad Verbum, & vita, quod est proprium Verbi, pertineat ad carnem. Quia ex vtriusque Christus subsistens, vnus est in vtroque. Visum est tibi obicere quod in vna persona aliud & aliud, & communiter dici non possit, Quia nemo, inquis, in vno homine communionem patientis carnis accipit cum sit caro, secundum naturam homo. Requiritur quis in hoc Apostolicis congruet sensibus, vtrum tu, an Leo, qui sicut fidei regulam, ita & verba sequitur Apostolica. Dicit ergo Apostolus ad Romanos: Sicut in vno corpore multa sunt membra, omnia autem membra non eandem habent operationem. Quod ad Corinthios latius explicans dicit: Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa: si dixerit pes, quoniā non sum manus, non sum de corpore, non idè non est de corpore. Si dixerit auris non sum oculus, non sum de corpore, non idè nō est de corpore. Si totum corpus oculus, vbi est auditus? Si totum auditus, vbi est odoratus? Et infra: Nō potest dicere oculus manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput, pedibus, non estis mihi necessarij. Ecce Apostolus in vno homine, in vna persona, alia atque alia inesse dicit opera, multūque à se inuicem diuersa, sed ita vniuersiusque membra separata & propria, vt tamen cum alio membro habeantur communia. Neque enim quia diuersum est oculis audire & auribus videre, ideo non est vnus hominis vtriusque, aut quia diuersum est capiti & pedibus ambulare, idè non est opus commune. Sicut ergo diuersa habent opera caput & pedes in homine vno, & tamē vnus est homo, nec alius est in capite, alius in pedibus, sic diuersa sunt opera Verbi & carnis in Christo, nec tamen alius est in Verbo, alius in carne, sed ex vtroque, & in vtroque idem est Christus. Mori certè & non mori longè diuersum est, & tamen nos ipsi sumus qui morimur, & nos ipsi sumus qui mori non possumus. Ait enim saluator discipulis suis: Tunc tradent vos in tribulationem & occident vos. Sed vide quid iterum alibi dicit: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Ostendens in vno quoque nostrum vnum esse mortalem & alium immortalem. Caro quippe in nobis moritur, vnde & in Symbolo, carnis resurrectionem, non animæ confitemur, quam esse immortalem credere iubemur. Quia ergo saluator in vno homine duo ista diuisit, quibus & proprietatē qualitatis assignauit, nō idè putandus est, vnum hominē in duos homines diuisisse. Si ergo vnus est homo qui moritur ex vno, & non moritur ex altero, sic vnus est Christus, qui mortuus est ex carne, & non est mortuus ex verbo. Quia secundum naturam, quæ in eo mortalis fuit, mori potuit: secundum illam autem quæ in eo mori nō potuit, semper immortalis permanfit. Igitur vos qui eum vnam tantummodo naturam habuisse, vel habere fatemini,

Rom. 1. 2.

1. Cor. 12.

Mat. 24. Mat. 10.

ostendite nobis quomodo idem potuerit mori. Nō enim potest vna natura eadem mori & eadem non mori, qui si immortalis est, hoc ipso quo est immortalis non moritur, & si mortalis est, eadem mortis conditione moritur, non potest in vna natura esse vtraque, & quia Christus habuit vtraque, vtriusque profectō erat naturæ, ex quibus in eo inuenitur vtrumque, aut si non habuit vtrumque, id est, & vitam & mortem in seipso, sed aut vitā aut mortem tantummodo, quia alia est natura mortis, alia natura vitæ. Vos autem dicitis Christum vnus esse naturæ, dicite euidentius, quæ ex his duabus naturis vna in eo fuerit natura, si vitæ, id est verbi. Quia Verbum est vita, ergo Verbum, id est vita, mortua est in seipsa, sed quia est Verbum, id est vita, mori non potest. Christus autem mortuus est, nihil aliud restat secundum vos, nisi vt Christus aut omnino nō fuerit mortuus, vnam tantum verbi, id est vitæ habens naturam, quæ mori non potuit, aut si verè mortuus est, quod negari non potest, mortis tantum, id est carnis habuerit naturam, quæ mori potuerit. Agnoscite igitur, o miseri, quæ perfidia, quantæ impietatis sit, vnam in Christo fateri naturam, per quam cum aut mortuum credere conuincimini. Aut falsum idē non ibi eum consistentes mori potuisse, vbi potuit mori, an forte ista nescio qua vestra natura ita ex verbo & carne cōcreta est atque compacta, vt ex vtroque subsistens, vtrumque amitteret, in vtraque esse quæ neutrum ex vtroque, id est, vt nec Verbum retinuerit naturam suam, commixtione carnis humanæ, nec caro proprietatem naturæ commixtione naturæ diuinæ, atque ita nec homo nec Deus sit Christus, vtroque in vtrumque fraudatus. Quod quanto sacrilegio cogitetur quæso reminiscimini, hoc enim vnus naturæ professio cogit intelligi, sed si secundum quod & ipsi fatemini, ita est Verbum caro factum, vt nō fuerit tamen in carne mutatum, atque conuersum, retinens & non amittēs proprietatem naturæ suæ, in qua vnione carnis suæ, quam miro & ineffabili modo operatus est in vtero matris suæ, & rursus, caro eius non amisit, nec perdidit proprietatem naturæ atque generis sui in communionem Verbi diuini, quis non videat istam vnionem Verbi & carnis non auolutionem singularis profecisse personæ. Nam cum & vos dicaris, sicuti & verè dicendum est, eundem perfectum Deum, perfectum hominem, eundem verum Deum, verum hominem, vnde erit perfectus verus in vtroque, nisi per veritatem & proprietatem vtriusque naturæ, sed ne putemur calumniari vobis, dicendo vos ita credere, sicut fortasse non creditis, verba vestra ponamus, quibus si pudoris aliquid geritis, resistere nō debetis. Ita enim in eo libro, quem contra Calcedonense Concilium casto labore confecistis, habetur expressum. Sic em̄ qui ex Maria nat⁹ est saluator, inconuertibiliter incarnatus, cum esset Deus, factus est homo, & dictus est filius hominis, qui est ante secula Deus Verbum, immutabilis permanens in natura Dei. Vnde & vnus filius Dei, in vna persona digne piēque est confitendus, sine enim Deo Verbo segregata carnis natura non subsistit in virgine, & ita inenarrabiliter vnitum est carni Deus Verbum, vt incarnatum, & caro immutabiliter factum, verè & inconfusè perfectus fieret homo, vnde cum hominem simul & deum confitemur, hominem, quidem propter quod ex nobis est vera incarnatio,

Deum autem eundem propter immutabilem eius, etiam post incarnationem, ex Deo patre naturam. Ecce dicitis Verbum inconuertibiliter incarnatum: & hominem factum, dicitis Verbum carni vnitum: dicitis inconfusè hominem factum, dicitis eundem hominem simul & Deum, hominem quidem, propter quod ex nobis est vera incarnatio, Deum autē eundem propter quod & post incarnationem immutabilis permāsit eius ex Deo Patre natura. Quis ita stolidus & exigui sensus, contra sua vnquam militat verba? Quis eoufque insipientia labitur, vt fidem suam ex ipsa defensione, qua vindicat, arguat? Dicitis in Christo vnam esse naturam, & ecce idipsum quantis destruitis Verbis? Fateri enim Verbum inconuertibiliter hominem factum, atque eum carne inconfusè vnitum, professionem vnus naturæ apertissime destruit, cum & vniri duorum soleat esse, & hac ipsa vnione non mutari, neque confundi integritatem, & proprietatem indicet vtriusque naturæ. Item cum dicitis eundem hominem, simul & Deum, quid aliud, nisi in vno duo quædam ostenditis? Nemo enim de qualibet re singulari rectè dixerit, simul. Item cum dicitis, ob hoc Verbum hominem propter eius ex nobis veram incarnationem. Et ob hoc, rursus verum Deum, propter immutationem diuinæ ex patre naturæ, etiam post incarnationem geminas profectō integras, immutatas, inconfusas Verbi & carnis fatemini esse naturas. Quia si Verbi natura non est mutata, neque confusa in carne. Et rursus, carnis natura non est mutata nec confusa in Verbo, sed tenet vtraque integram & incorruptam veritatis suæ proprietatem, non possunt vtraque dici vna. Si autem dicatur, sequitur illic vt corruptionem sui pertulerint, & mutatae sint in id, quod ita vnum sit, vt vtrumque esse non possint. Quod cum meritō fugiatis, quia est impiū, & detestabile, cur vno verbo in id inciditis, quod multis detestamini verbis? Cur pium & Catholicum sensum, quem de verbi immutatione, & carnis eius veritate tenetis, hac vna infanda professione destruitis? Credite igitur vobis ipsis, & cum orthodoxis pari confessione fatemini Deum Verbum, in vtero virginali, carni suæ vnitum, quod est caro factum, vt ipse vnus sit in vtroque, habens in seipso vtrumque, & naturam Verbi, qua Deus est, & naturam carnis, qua idem Deus homo est. Aliter enim stare non poterit, quod nobiscum creditis, ita eum factum fuisse quod non erat, vt non amitteret quod erat. Quod erat autem, & quod non erat, non est vnus naturæ, ac per hoc Dei filius naturæ & vtriusque, non amittendo vtramque. Quia sicut Dei filius dici non potest, nisi ex veritate naturæ Verbi quæ illi est ex Deo patre, ita idem filius hominis dici non potest, nisi ex veritate naturæ, quæ illi est ex homine matre. Quid sibi autem velit tanta professionis vestrae varietas, vt quod vna manu ædificatis, alia iterum destruat, non intelligo, nisi quia veritatem religionis mendaciorum fucis eluditis, aliud ore, aliud corde gestantes. Nam qui paulo ante Dei Verbum inconuertibile fassi fueratis, rursus id, nescio qua conuersione mutatum adferere vultis. Ita enim de ipso dixistis: Volens Dei Verbum liberare hominum genus, vtpote creator sui figmenti semetipsum replasmavit, incarnatus de nostra substantia. Quis tam nefandæ opinionis latentem non aspiciat dolorem. Immo magis apertum? Ergo ne Dei Verbum seipsum

577
 Prof. 9.
 Ioh. 2.
 Hier. 18.
 Ioh. 2.
 Es. 49.
 Ioh. 4.
 Ioh. 1.
 Ioh. 1.
 Ioh. 1.

seipsum replasmavit, & nō carnem sibi in vtero matris creauit? cui se ineffabili modo vnuit, iuxta Salomonis verba, dicens: Sapientia ædificauit sibi domum, quæ post mortem destruit, sicut ipse in Evangelio ait: Destruite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Hoc, inquit, dicebat, de templo corporis sui. Si ita, qui se ipsum replasmavit, plasmatus ergo ante, non genitus fuit. Nos autem filium Dei ante secula de Patre non plasmatum, sed genitum confitemur, qui si, vt vos adseritis, nouissimis temporibus seipsum in vtero virginis replasmavit, plasmatus ergo, vt dixi, id est factus vel creatus, nō genitus fuit. Ac sic obtinuit Arrianū dogma, secundum istum impiū sensum, facturam adserens filium Dei. Deinde si seipsum replasmavit, destruxit ergo semetipsum, id est, id quod prius fuit, & replasmavit se in id, quod ante non fuit. Replasmavit enim, sine destructione prioris formæ non potest intelligi. Et audi Hieremiam: Dixit inquit, dominus ad me, descende in domū figuli, & ibi audies verba mea: descendi in domū figuli, & ecce ipse faciebat opus suū super rotam, & exterminatum est vas quod faciebat, in manibus eius, & cōuersus replasmavit id in aliud, sicut placuerat oculis eius. Vides ergo replasmationem nouissimi operis, interitum demonstrare prioris. Ita ergo & Verbum Dei sine abolitione & interitu status sui prioris, replasmare seipsum nō potuit in vtero matris. Sed vt concedamus, quod huius sententiæ cōditio non sinit, sine sui abolitione seipsum replasmavit, nihil iam inuenitur sumpsisse de virgine, & quid querebat ipse replasmare, vnde potuit nihil accipere? sed si accepit, quia Apostolus ait: Formam se sui accipiens, illud sine dubio, quod non erat, veniendo sibi plasmavit. Sicut & Pater ad eum per Esaiam loquitur, dicens: Plasmavi te, & dedi te in testamentum gentium, & ipse in eodem Prophetâ, pari voce testatur. Et nunc dicit dominus, formās me ex vtero seruum sibi. Vnde mira impudentia, & detestabili prauitatis errore Verbum Dei replasmatum audetis adserere, cū hoc diuinis cōscriptum literis, nusquā potestis ostendere? Et quia longum est, se vel in istum vestrum impiū sensum subtilioribus coartare quæstionibus, & ostendere quæta eum nefanda, quanta sequantur absurda. Nūc illud videamus, quod vos Arriano sensu dixisse manifestū est, nō posse in Christo aliquid maius & minus intelligi, cupientes ei solita calliditatis argumētatione, humanam inferre naturam, & quæ possit inferior inueniri. Denique ista vestra sunt verba: Quomodo autē in Christo nihil magnū, nihil minimū intelligi possit, etiā si nostris condescendit mēsuris, per suam voluntatem, manifestat etiam diuina trecentorum decē & octo Patrū deliberatio, cōtinens in vnū domini Iesum Christū filium Dei credere, quem & incarnatū, & vnus substantiæ cū Patre cognoscunt, nō diuidentes minorē in Christo humanitatē, & æqualem Patri iterū deitatem. Vtinam solos vos in hoc errare sciretis, et non etiā patres temeritate facilega in simili erroris crimine vocaretis. Nicæna enim Synodus dominū Iesum Christū, secundum id quod ante secula de Deo Patre genitus est, vnus cum eo dixit esse substantiæ, quia nisi secūdū hoc eum fateri nolunt, vnus esse naturæ. De qua enim vobis videntur natura dixisse vel dicere Arriani. Erat quādo nō erat, & antequam nasceretur non erat, proculdubio de natura Verbi. De ipsa igitur responsum accepit.

perunt quod semper esset, & initium non haberet, ex nihilo non esset. Neque enim Arriani naturam carnis Christi ex nihilo factam asserunt, quam ex virgine procreatam, non vtrique nesciebant. Denique posteaquam sufficienter de hac diuina filij Dei natura disputauerunt religiosissimi Patres, in sequentibus etiam, naturæ carnis eius commemorationem fecerunt, dicentes eum descendisse, & incarnatum esse. Non ergo, sicut tu eos accusare voluisti, præposterō ordine posuerunt vt prius dicerent incarnatum, & postea vnus cum Patre substantiæ, sed prius vnus substantiæ vocabulum posuerunt, quod pertinet ad illam Verbi naturam, de qua quæstio vertebatur, & postea incarnatum dixerunt, quod pertinet ad carnis eius naturam, de qua nihil fuerat mutatum. Qui ergo & tempus & ordinē & distinctionem inter *οὐσίαν* & incarnationem seruauerunt, *οὐσίαν* dicentes coeternam Patri, incarnationem autem ex tempore factam, Euidenter in vno codemque Dei filio, duas confessi sunt esse naturas. Vnam qua est de Patre ante tempora genitus, & aliam, qua est ex muliere in fine temporum factus. Vnam in qua est Patri coeternus, aliam in qua est tempore posterior inuentus. Vnam qua cum ostendit Patri æqualem, aliam qua docet Patre esse minorem. Quæ cum ita sint, qua auctoritate audetis adserere, non posse inueniri in Christo aliquid maius aut minus, cum ipse dicat: Pater maior me est: & ego, Pater vnus sumus: Et Lucas Euangelista de ipso refert, Puer autem crescebat, & confortabatur: Quæ vos videtis professione vnus naturæ contraria esse, quia non potest vna natura, & maximè diuina, detrimentum augmentūque recipere, & maior vel minor pariter appellari. Elegistis aperta impudentia, contra fidem scripturarum, de Christo mentiri, quàm duas cum habere naturas Catholicè confiteri, per quas, idem magnus, idem minor, non potest denegari. Illud etiam libet pertractare capitulum, in quo tota effrenati furoris vestri erupit infania, id intentātes adserere, quod Verbum Dei per naturam diuinitatis non per naturam incarnationis suæ, palpabile seipsum & visibilem dignatus est demonstrare. Hac enim sunt verba vestra: Quod is, qui in principio erat Deus Verbum, qui per Prophetas nunciatus, caro factus, super terram visus, & cum hominibus conuersatus, visibilis & palpabilis factus, vita aeterna & natura Deus sit, adtestatus beatus Ioannes, dicens: Quod erat ab initio, quod audiuius, quod vidimus oculis nostris, quod aspeximus, & manus nostræ tractauerunt, de Verbo vitæ. Quantum ego in his verbis intelligere potui, hoc mihi videmini velle astruere, quod Trinitatis natura, quoniam est Verbi natura, quæ inuisibilis semper & incontractabilis permanet, in ipsa se Verbum Dei & palpabile præbuerit, non in natura carnis, quæ sibi in vtero matris vnuit. Quod si ita est, quid hac professione impiū, quid sacrilegum erat, vnde nos tantæ perfidia & temeritatis detestantes errorem, Ioannis Apostoli verba, quæ isti ad patrociniū prauitatis suæ pessimè abutuntur, non alio quam eiusdem Apostoli sensu tractemus, constringentes prius, & coartantes istorū imperitiam, vt respondeant, quomodo, si in natura diuinitatis suæ visus & palpatus est Dei filius, & Quare cum soli Apostoli vidisse & palpasse credendi sunt, cum pari visione & palpatu, milites quoque, qui cū

Ioh. 14.
 Ioh. 10.
 Luc. 1.
 Ioh. 1.
 Ioh. 1.

crucifixerunt, contrectauerint & viderint, & per hoc patrem quoque videre poterunt. Quia ipse ait: **1. Ioh. 14.** Qui me vidit vidit & patrem. Quid hac professione impij erit? Deinde quid necesse fuit Apostolo dicere, Quod vidimus nunciamus. Cum omnes illi qui tunc aderant, & in eum crediderant, similiter viderint eum? Quod cum ita sentire absurdum & vanitate plenum sit, spiritalia Apostoli verba spiritaliter aduertamus, quibus se no oculis & manibus corporeis, sed interioris hominis mēbris vidisse & palpasse Verbu Dei testatur. Quia quibus naribus odor eius hauritur, & quo ore suauitas eius gustatur, ipsi oculis & auribus & manibus contrectatur. Denique dicit ad eū Ecclesia: Vnguentum effusum nomen tuū: & post te in odorem vnguentorū tuorum curremus. Et Paulus inquit: Christi bonus odor sumus. Et David: Gustate & videte quoniam suauis est dominus. Credere ergo in filium Dei, hoc est videre, hoc est audire, hoc est odorare, hoc est gustare, hoc est contrectare eum. In tactu autem firmitas credulitatis insinuat, cui sensui præ cæteris sensibus maior fides habeatur. Nam & oculi phantasmate, & aures mendacio sæpè falluntur. Hoc ergo sensu Apostolus ita cum tetigerat, id est, ita in eum fundatissimè crediderat, vt nunquam de eo posset aliquando dubitare. Et idè ait: **1. Ioh. 1.** Quod oculis nostris vidimus, & manus nostræ palpauerunt. Nam viderunt utique & contrectauerunt etiam increduli filium Dei, per naturam carnis eius, sed soli Apostoli agnouerunt & naturam diuinitatis eius. **Quod**, vt noueris Apostolum Ioannem, tactum, vel visionem pro mētis credulitate possuisse. Audi quid in sequentibus dicat: Filioli, necdum apparuit quid erimus, cum autem apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est: Certè palpauerat, certè viderat eum. Quid se igitur pro magno beatitudinis munere visurum præoptat, & ibi totam sui laboris mercedem constituet, si eum videat. Non enim ait, vidimus, sed videbimus eum sicuti est. Nec ait apparuit sed apparebit, nisi quia filius nō apparuit sicuti est, sed sicuti factus est, vidēdus in futuro sicuti est. Credēdo ergo, nō videndo, ait Apostolus vidisse se id quod ab initio est, vidit per fidei speculum in ænigmate, visurus manifestius relecto velamine, de qua visionis manifestatione, quæ solis fidelibus referuatur, ipse Dominus in Euangelio dicebat: Qui diligit me, diligitur a Patre meo, & ego ostendam ei meipsum. Si videbant eum Apostoli, quomodo ob dilectionis meritum, ostensurum se eis in futuro polliceretur, nisi quia videbant & nō videbant eum. Videbant eum sicuti factus est, & non videbant eum sicuti est. Credebant tamen in eum sicuti est, & idè videbant eum sicuti est. Merces enim credulitatis, manifestatio est visionis: si autem huic expositioni obstinatissimè resistere vultis, adferentes Verbum in sua natura Apostolorum manibus contrectatum, date nobis huius intelligentiæ integram verborum consequentiam. Non enim ait Apostolus: Et manus nostræ tractauerunt Verbum vitæ, sed tractauerunt, inquit, de Verbo vitæ. Nō ergo ipsum, sed de ipso tractauerunt, q non ad cōtrectationē visibilis tractus, sed ad tractum mentis inuenitur manifestissimè pertinere. Deinde nunquid Apostoli, at in hoc totius fidei auctoritatē cōstituebant, vt crederemus Dei Verbum, visibilibus manibus contrectasse? Vnde correptus est dubius ille di-

scipulus, qui talivoluit experimento dominum perentare, aut quomodo cum eis huius gratiæ societatem habere possumus, non valentes palpare Christum, sicut illi palpauerunt? Quod, inquit, vidimus & audiuius, adnunciamus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscum. Societas autem cum eis, hinc erit nobis, si credamus, sicut & illi, in filium Dei, quem secundum diuinitatem fide cordis intellexerunt, & quem secundum humanitatem corporeis oculis aspexerunt, & quoniam omnibus obiectis, à te contra Leonis epistolam capitulis, competenti, vt arbitror, responsione occurrimus, & inanum questionum nebulas, fulgido veritatis lumine effugabimus. Nunc & illa videamus, quæ contra Concilium Chalcedonense contumeliosis vocibus acclamatis, quorum refutationem alio ordiemur initio.

DIVI VIGILII EPISCOPI ET MARTYRIS CONTRA EUTHYCEM hæreticum, Liber Quintus.



SCIENS beatus Apostolus Paulus profana & noxia letalis doctrinæ instituta posse veri specie obumbrari, & latentibus intrinsecus dolis, arguta verborum superficie, serpentine grafationis virus obducere, nec facile veneniferum poculum, mellis dulcedine oblitum siue permixtum, in ipso primo libantis gustu sentiri atque discerni, magnum nobis & singulare indagandæ fraudis indicium dedit, vt ex cuiusq; doctoris morū qualitate doctrinæ sinceritas exploretur. Nāque vt facili & præopta sagacitatis attentione sceleratæ doctrinæ præfigia deprehendere valeamus, ipsorū nobis auctorum vitia probrosi & indigni voluptatū moribus perpetranda depinxit, dicēs: In nouissimis temporibus instabūt tēpora periculosa, & erūt homines seipsos amantes, cupidi, superbi, blasphemii, parētibus non obediētes, ingrati, scelesti, perfidi, sine fide, sine affectu, criminatores, pacem non cultodientes, & cætera. Non est ergo ambigū ex impietate hæreticæ prauitatis descendere, parētibus nō obedire, eisdemque falsis criminationū iaculis appetere, hinc enim tales perfidos & sine fide, Apostolicus sermo notauit, quod parētibus non solū inobediētes, verū etiam acerrimi eorū criminatores existāt, Quæ cū ita sint, nulli erit profectò ambigū, istos hæreticos esse, qui sancti, ac venerabilis Concilij Chalcedonensis decreta respūit atque cōtemnunt, tantorūque Parrū religiosi cōstitutionibus audaci temeritate resistūt, à fide eos Catholica declinasse ore sacrilego criminantes: & primo quidem eos de personis, nunc de Concilio eiectis, iterūque post temporum interualla receptis accusant, quasi verò non sit Christianum & Apostolicum, cum, qui fortassis ob contentiois vitium de Concilio fuerat eiectus, debere iterum, ob pacis & concordie gratiam recipi. Hac enim ratione potuerunt & Paulum Apostolū accusare, quod dum Ioannem, qui cognominatus est Marcus, de suo comitatu abiicisset, ita vt nec roganti Barnabæ adquiret, pari cum societate in ministerio Verbi adquiret, Quam obrem inter tantos, & tā egregios viros talis contentio orta est, vt discederent ab inuicem. Rursum autem Paulus eundem Marcum, quē dudū abiecerat, recepit scribēs Timotheo: Marcum

cum adsumē & adduc tecum, est enim nō in vtilis in ministerium. Ita ergo & illi patres, quos dudū fortassis de Concilio ob aliquam noxam eiecerāt (quoniam Salomon ait: Eiece contentiosum de Concilio, & cum eo vadit contentio eius: iterum eos emendatiores factos, in pacis gratia receperūt, Si tamen ita est, vel verum est, vt isti petulantii supercilio intendunt. Deinde alia noua, quàm quæ Concilio Nicæno statuta fuerant, Chalcedonensem Synodum decreuisse criminantur. Nescientes regulam & consuetudinem Conciliorum Catholicorū, sic noua posterioribus Conciliis, prout necessitas emergentium hæreticorum exegerit, sancire decreta, vt tamen inuicta mancant, quæ dudum antiquioribus Conciliis contra veteres hæreticos fuerant promulgata. Nam si post Nicæni Concilij statuta nihil amplius licet recipere, qua auctoritate Spiritum sanctum vnus cum Patre substantiæ audemus adferere, quod ibi constat omnino tacitum fuisse? Et quanquam de Conciliorum diuersis sanctionibus, & nominā religiosè additis nouitatibus, plenissimè in eis libris quos aduersus Sabellium, Fortunū, & Arrium, sub nomine Athanasij, tanquam si præsentis cum præsentibus agerent, vbi etiam cogitoris persona videtur induta, conscripsimus, à nobis fuerit expressum, tamē & nunc perpaucā studio breuitatis inserimus. Ex quibus istos clareat nimium imperitis & temerarios esse, qui neciāt multas fidei constitutiones, post Nicænā Synodum cōtra nouorum hæreticorum insanas eruptiones, diuersis in locis congregatos Episcopos edidisse. Et primo quidem apud Alexandriam Athanasius, Eusebius, Lucifer per legatum, & aliquanti qui nuper de exilio fuerant redacti, conuenientes, quanquam essent numero pauci, sed meritis magni, plenissimā contra Macedoniu, de sancti Spiritus Deitate confessionis regulā conscripserunt. Eiusdem eum, cuius Parer est & Filius, substantiæ demonstrantes: cōtra quos ille, sicut & isti faciūt, Nicæni Cōcilij auctoritate nitēbatur, adserēs eos à Patrū sententiis declinasse, noua, & vt ipse dicebat, impia de Spiritu sancto decernendo, quæ ibi cōstat tradita non fuisse. Quæ impietatis præscriptione, Apollinaris quoque de incarnati Verbi pessima interpretatione contra Ecclesiā vitur. Deinde aduersus sacrilegā impiæ professionis vnitatē, quæ per Osum, Valentem, Vrsaciu & Germiniu, cæterorūque similis prauitatis apud Syrmium fuerat conscripta, vniuersi orientales Episcopi conuenientes, alias, id est, duodecim sententiarum definitiones ediderunt, quæ Nicæno Cōcilio non cōtinentur. Item apud Sardiā omnīū prouinciarum Episcopi congregati, id est, ex vrbe Roma, Hispaniis, Galliis, Italia, Campania, Calabria, Aphrica, Sardinia, Pannonia, Mysia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiris, Thracia, Rhodope, Asia, Caria, Bithunia, Helleponto, Phrygia, Pisidia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, altera Phrygia, Pamphylia, Lydia, insulis Cycladibus, Ægypto, Thebaide, Lybia, Galatia, Palestina, & Arabia. Hanc inquit, exposuimus fidem, in qua reperiuntur septem definitionum capitula Nicænæ expositioni addidisse, quæ illi negabant, cōtra quos concilium fuerat congregatum. Illius verò Catholici Concilij apud Syrmium contra Fortunū ex toto Oriente congregati, quis sufficiat multiplices fidei sanctiones comprehendere, quæ apud Nicæ-

nam Synodum, quia talis rei necessitas fuerat, nulla non sunt omnino sancita, quæ nullus fidelium audeat respicere, aut cunctatur recipere, si non vult cum Fortino anathematis eorum sententiæ subiaceret: Sed iam illud videamus, quid isti de duabus naturis adferant quæstionis, quarum nusquam ab antiquis Ecclesiæ tractatoribus factam adferunt mentionem, sed à Diodoro & Theodoro & Leone Episcopis velut nouum dogma fuisse inuētum, per quod Iudaismi simul & gentilitatis error fuerit introductus, dum in Christo aliquid esse creatū factūque suadet cōfiteri, O imperiti & omni veritatis sacramento ignari, Ergo ne nusquam antiqui Patres duarū in Christo naturarum faciunt mentionē? legitè dī miserī, quid Athanasius, Hilarius, Ioannes, & Ambrosius confessores: quid Theophilus, Gregorius, Basilus, Cyrillus & Augustinus de duabus naturis edisserant, & tandem ab Appollinaris & Euthycetis definire errore, Sequentes egregios & clarissimos, & in fide Catholica, totius mundi iudicio probatissimos viros, quorum sententiā necesse nos erit, vbi opportunam viderimus, adnectere. Nunc illud est diuini edocendum testimonij, & creatū esse Christum secundum veritatē humanæ eius naturæ, & eundē esse in factum secundū proprietatē nihilominus diuinæ eius naturæ, secundū quod isti diffidentur properemus ostendere. Petrus ergo in Actibus Apostolorum ita dicit: Certissimè sciat omnis domus Israël, quia & dominū illum & Christum Deus fecit hunc Iesum quē vos crucifixistis. Item Paulus ad Romanos: De filio, inquit, suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Item ad Galathas: Cum autem venit plenitudo tēporum, misit Deus filium suum factum ex muliere. Item ad Hebræos: Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei qui fecit illum. Item ibi: Tanto inquit, melior Angelis factus, quanto excellentius præ illis nomen accepit. Et ipse per Elaiam filius: Et nunc, inquit, dicit dominus, formans me ex vtero secum sibi, per Salomonem etiam creatum se hoc modo testatur: Dominus creauit me initio viarum suarum: Quod secundum humanitatis naturam, quam in temporis plenitudine suscepturus erat, anticipans præloquutus est. Cum ergo clareat Christum creatum vel factum esse secūdu nō id quod homo dignatus est fieri, aut concedite hoc humanæ eius naturæ, aut si cōcedere non vultis, naturam diuinitatis, creatam esse adfirmabitis, ac sic vos cum Arianis, vel cum gentilibus conuincemini creaturam venerari & colere. Item ad destruendam vtriusque naturæ professionem isto quasi inenitabili gloriatur syllogismo, adferentes non esse naturam, quæ non propriam habeat personam, neque rursus personā quæ non propriam habeat naturam. Hoc idè intendūt, vt quia duas Christi habere naturas, vna autem quæq; natura propriā secundum ipsos cōstet habere personā, necesse sit, iuxta duarū professionē naturarū, duas Christi habere personas. Nec tamē exemplis aliquibus, ipsi isti docere curauerūt, vnāquamque naturā propriā habere personam, sed tantūmodo quæstiones intēdentes transferunt ad hoc, vt & veritati nebulas offunderent, & periculum disputationis, silentio præterirent: Sed videte obsecro quomodo dum laqueos innecunt inextricabiles, ipsi quæstionū nodos incurrūt. Respōdeāt igitur arianis,

quomodo, si vnaqueque natura propria habet personam, & vnaqueque persona propria habet naturam, non tres sunt in Trinitate naturae, sicut & tres demonstrantur esse personae, ac si tres sunt personae & vna natura, falsum est quod dicunt, Vnamquamque personam propriam habere naturam. Nam vsque adeo falsum, vt cum in homine alia sit natura animae, alia corporis, vna tamen sit hominis eademque persona. Vnde necessarium iudico hic paulo latius propagare sermonem, nec restricta vti penitus breuitate, vt res necessarii aperierdas, nequaquam ipsa breuitatis angustia inuoluamus. Superioribus libris sufficienter, quantum opinor, de duabus Christi naturis disputantes ostendimus, quemadmodum rectas Catholicae professionis lineas Nestorius & Euthyces ad impietatem sui dogmatis abuterent, densissimas erroris caliginis vniuerso obdlexerint Orienti. At quia in domino Iesu Christo Verbi & carnis vna persona est, dualque naturas, ea quae negari non possunt negando introducere moliti sunt: Nestorius enim occasione professionis duarum naturarum, duas natus est in Christo personas ostendere. Euthyces autem vnus personae patrocinio fulcitur, vnam eandemque verbi & carnis delirauit esse naturam, & ita vterque veritatem religiosae professionis ad impietatem sui traxit erroris: qui si diuino veretur magisterio & praenios in suis doctrinis sequerentur Apostolos, agnoscerent vtrique & duas in vna persona, & vna in duabus naturis posse esse personam. Siquidem negari non potest, vt superius dixi, hominem ex duabus constare naturis, animae scilicet & carnis, Nemo tamen nisi insipiens, & totius rationis expers, recte hominem dixerit duas habere personas: aut quia rursus vna est hominis persona, recte opinatus sit vnam esse carnis animaeque naturam, non esse autem vnus naturae corpus & animam, saluator in Euangelio docuit, dicens: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Quid ergo inauditum, quid a scripturis canonicis alienum & peregrinum, vt sicut credimus & experimur vnum esse hominem animam rationabilem & carnem, ita credamus vnum esse Christum Deum & hominem, sicut Apostoli docuerunt, & sicut nobis viri Apostolici tradiderunt? Et quia nunc nobis in tercio contra eos est maxime, qui errore vnus naturae sectantes, decreto Concilij Calcedonensis pertinaci obstinatione resistunt, commodum puto ad eorum inanes contradictionum, vitraqueque sententias, veritatis malleo obtendendas. De humana filij Dei natura, quam in eo modis omnibus negant, pauca repetere, & qua non sint Christiani, & ab ipse salutis aeternae penitus alieni demonstrare. Regula est fidei Catholica, vnum eundemque dominum Iesum Christum sicut verum Deum, ita verum hominem consistere, vnum esse ex vtroque, non duos in vtriusque, ipsum sine tempore natum de Patre, ipsum ex tempore natum de virgine: ita vt vtraque natiuitas sic vnum teneat Christum, vt in nullo sui perulerit detrimentum, retinens in se quod est sui generis proprium, id est, vt & Verbi natura non mutaretur in carne, & carnis natura non fuisset in Verbo consumpta. Hinc dominus Iesus Christus idem verus est Deus, idem verus est homo, ex duabus ineffabiliter in Virginali aluovnitatis in vna naturis existens: quae naturae, quomodo in illa mirabili coniunctione non sunt in eo abolita, ad demonstrandam vtrarumque proprietatis extan-

*Hominis
duae sunt
naturae,
vna autem
persona.*

*Sententiae
vtriusque.*

tiā, in vna seipso vtriusque, res locutus est atque egit: non voces diuidens, non effectus partiens, non gesta fecerens, sed ipse vnus in seipso, quae sibi ex vtraque & in vtrunque conueniens, & proprium fuerat loquens & peragens, & vt quod dicimus planum fiat, aliquo vramur exemplo, Verbi gratia. Ego ipse sum, qui oculis corporis album colorem nigrumue discerno, & ego ipse sum rursus qui malum iniquitatis, & iustitia bonum mentis obtutu diuidico, nec tamen alius atque alius ero, quia vtrumque mihi est ex diuerso. Non enim ipsis oculis video variari colorem, quibus video variari sermones, & tamen ego sum ipse qui vtraque ago, vtrumque meum est, non videre iustitiam nisi oculis mentis, & meum est non vocem oculis audire, & meum est non videre lumē auribus, meum est non discernere naribus gustum, & meum est palato non percipere odoratum: Et cum totum meum sit in me ipso, id est, videre, audire, odorari, gustare, & tamen aliud est mihi vnde video, aliud vnde audio, aliud vnde gustum odorisque discerno, & cum sit in me totum quodam priuato iure diuersum atque diuisum, ego tamen ipse diuidi & separari non possum. Ita ergo & Christus ipse vnus atque idem est & creatus & non creatus, habes initium, & initio carēs, aetate atque intellectu proficiens, & intelligētia aetatisque augmenta non recipiens, mortē perpetuam, & mortis legibus non subiacēs, honores ob meritum accipiens, & nullo honore indigens, & cum haec omnia diuersa sint in seipso, ipsius tamen sunt propria, & idem voces, affectus, & gesta vtrique rei congruentia in seipso non diuidi. Et quia ipsius est vtriusque quod habet, sed vnum illi est ex natura verbi, quam Deus permanēs non amisit, & aliud illi est ex natura carnis, quam homo factus accepit. Adhuc dicamus manifestius propter eos qui per imperitiā sensus naturarum proprietatem & comunione, quemadmodum dicatur in Christo non intelligētes abutuntur & refugiant haec nomina. Diuersum est atque alienum, initium non habere, & ex initio subsistere: Morti & mori non posse: & tamen sicut ipsi Christo proprium est vtrumque, ita non ipsi sed in ipso est vtriusque commune. Si enim dicamus, quia ipsi est commune, necesse est vt exigatur a nobis dare & ostendere aliud, cum quo ei sit hoc ipsum commune, quae professionis necessitas in Nestorij vergit impiū dogma. Melius igitur & Catholicē dicimus, in ipso & non ipsi esse commune. Et melius ipsi, & non in ipso dicimus proprium esse. Ergo proprium est illi mori, propter naturam carnis, quae mortalis est, & proprium est illi non mori, propter naturam Verbi, quae mori non potest. Item propter ineffabile mysterium vnionis vtrarumque naturarum, communis in ipso fuit mortalitas carnis Verbi naturae, quae mori non potuit, & communis in ipso est immortalitas Verbi naturae carnis, quae morti succubuit. Ergo sicut illi mori & non mori ex vtriusque naturis est proprium, ita commune est in ipso vtriusque naturis, quod illarum est proprium, & vt exempli gratia dixerim, proprium mihi est notam liuoris cuiusque verberis gestare in corpore meo, per naturam carnis meae, & proprium mihi est hanc eandem notam non gestare in spiritu meo, per naturam animae meae. Item proprium mihi est plagam verbi, id est, sermonem durum gestare in mente mea per naturam animae meae, & proprium mihi est eandem plagam non portare in corpore meo per naturam carnis meae: Et cum sit mihi vtriusque proprium & corpori

& corpori & animae meae, vtrumque alienum, quia nec durum corpus laetumue sermonem intelligit, nec anima flagelli vulnere lucefcit: vtrumque tamen commune est in me ipso, & animae & corpori meo, quia nec anima extra corpus sit, ad quod ei sentire proprium fuerat sensus, nec corpus extra animam confortium, plagarum indicia gestauit: quod ergo proprium mihi est in singulis, & alienum est singulis, id commune in me ipso singulis, quod proprium est singulis, & tamen ego ipse vnus sum in singulis mihi me ipso propriis. Quae cum ita sint, series nobis diuinarum percurrenda est literarum, & plurima testimonia congerenda, quibus demonstratur, quam sit impium & sacrilegum, ea quae sunt propria carnis Christianae, naturae verbi proprietatem referre, & quae sunt propria Verbi, ad proprietatem naturae carnis adscribere: & quam sit homini impium, ea quae sunt propria carnis, per exceptionem proprietatis alienare a verbo, & quae sunt propria Verbi, eadem exceptionis lege alienare a carne, cum sit eis vtrumque in Christo commune, & Christus sit vtrumque. Et quoniam vnus naturae professores, hac sibi confessione blandiuntur, dicentes: Quid impossibile aut inconueniens fuit dignationem filij Dei, in natura diuinitatis suae, ob nostrae salutis redemptionem quae vellet indigna & humilia sustinere, & per quae magis ampliorē nobis ad se diligendum charitatis excitaret affectum, ea pro nobis in natura sua perperit, quae ei probantur esse indigna? Exigendum ab eis est, cur is qui morte sua perperurus erat mortem, sicut & propheta praedixerat, dicens: Ero mors tua o mors. Si hoc ei possibile fuit, id est, in natura sua mori, quid ei opus erat de virgine nasci? Sed vtriusque est admiranda eius benignitas in hoc. Magnus ergo in nos pietatis eius demonstratur affectus, vt quia mors eius nobis fuerat necessaria, ipse autem in natura sua mori non poterat, dignatus est naturam nostram adumere, in qua pro nobis mori posset, quod fuerat necesse. Sed concedamus eis contra totius scripturae fidem & Catholicā veritatem, vt in natura sua pro nobis mori dignatus sit, quod est omnino impossibile, & omnes humanae fragilitatis pertulerit passiones: Nūquid & honoribus sublimari, & dignitatis profectibus augeri natura eius indigebar, vt humilitatis & obedientiae ac mortis merito sublimiū meritorū tenere fastigiū, & potestatem caeli ac terrae mereretur accipere, tanquam qui antea non habuit? an forte negabunt domino Iesu Christo ob meritum passionis & mortis, haec omnia fuisse collata? legant Apostolū dicentē de ipso: Humiliauit seipsum factus obediens vsque ad mortem, mortē autem crucis: propter quod & Deus illum exaltauit, & donauit illi nomē quod est super omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum. Et Dauid: De torrente, inquit, in via bibet, propterea exaltabit caput. De torrente in via, id est, de fluuio mortis humanae, propterea exaltauit caput, quia mortem gustauit. Et ipse in Euangelio: Propterea, inquit, diligit me pater meus, quoniam animā meam pono pro ouibus meis. Quid igitur vobis videtur? Natura Verbi vel vacua magnitudinis & gloriae honoribus fuit, aut imperfectae aut exiguae dilectionis apud patrem in aeternitate manebat, Et idcirco talia subire quae sunt, per quae acceptior & honorabilior esset, atque excellentioris mentis emineret: Exaltauit, inquit, cum & dona-

19.

2.

109.

10.

2.

Tom. 5.

uit illi nomen quod est super omne nomen. Ergo ne Verbum ad illud vsque tempus non habuit nomen quod est super omne nomen, sed meruit operibus quod natura non habuit? Item ad Hebraeos: Tanto, inquit, melior Angelis factus, quanto excellentius nomē pra illis accepit. Quis in tantā impietatis voragine prouat? Quis eouque amēria nube caecatus in id decidat, vt opinetur Christū secundū diuinitatis naturā meliorem angelis factum? neque enim Angelis diuina potest eius conferri aut comparari natura, quorū quasi collatione reperitur excellentior, atque melior, cum sit omnibus naturis incomparabiliter praestantior. Sed & qui ait: Melior Angelis factus, posterius vult intelligi, id quod melius praecedentium relatione factum est. Quod quid aliud erit nisi humana eius natura? Nomē quoque eū melius accepisse describit, quod omnino ad diuina eius non potest referri naturam. Quis enim naturae Trinitatis superior & melior potuit inueniri, qui ei melius Angelis nomen & daret & imponeret, quoniam meliorum est inferioribus nomina impertire. Quis ergo non videat haec in Dei filio naturae carnis eius congruere, secundum quam & exaltatus est, & honoratus, & coronatus, & melioris nominis dignitatem adeptus est, is qui secundum naturam Verbi horum nihil eguit aliquando? Persequamur ergo omnes adhuc beatitudinis eius munera, passionis eius merito aduista, quibus luce clarius apparebit, non posse ei, secundum quod natura Deus est, sed secundum quod natura homo factus est conuenire. Dicit ergo Esaias propheta: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen per longum, & voluntas Domini in manu eius dirigeret, pro eo quod laborauit anima eius. Videbit & saturabitur in scientia sua, iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit: propterea ipse possidebit multos, & fortium ipse diuider spolia; pro eo quod tradidit in morte animam suā, & cum sceleratis deputatus est, & peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Vide quanta eū ob meritum passionis adeptum propheticus sermo describit. Videbit, inquit, semen longum, videbit lucē & saturabitur scientia, possidebit multos, & fortium diuider spolia. Quae omnia ei secundū naturā Verbi non conuenire puto, quod superfluum est demonstrare, eū se ipsa rerū euidētia manifestet. Item quod potestatem caeli & terrae & hereditatem gentium, & subiectionē vniuersorum ex tempore acceperit, & ipse de ipso in Euangelis, & propheta loquuntur. Nunquid ergo potestatem & dominium creaturae suae, vtpote omnium conditor non habebat, vt temporibus nouissimis haec omnia muneris gratia potiretur? Dicit ergo post resurrectionem suam: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Quam potestatem olim pater promiserat, dicens: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Quam petitionē filij, & largitionē patris, tempore passionis expleta fuisse propheta Esaias testatur. ex persona patris itaque nunciantis, sic dicit, inquit, dominus: In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tibi, & plasmaui te, & dedi te in testamentū gentium, vt constitueres terras, & possideres hereditates desertarum, diceſq; his qui in vinculis sunt, exite: & qui in tenebris, reuelamini. Itē ipse filius in eodē propheta, & nūc dicit Dñs formās me ex vtero seruū sibi, vt reducā la-

Heb. 1.

19.

Mat. 20.

Psal. 2.

Isa. 49.

Isa. 49.

B Bb iij

cob ad eum, & glorificatus sum in oculis domini, &
 Deus factus est fortitudo mea. Et dixit, magnum ri-
 bi est vt sis mihi seruus ad fuscitandas tribus Jacob,
 & dispersiones Israël congreges. Ecce posui te in te-
 stamentum generis in lucem gentium, vt sis salus
 vsque ad extremum terræ. Quis ita stolidus & mé-
 tis erit alienus, vt non videat, non intelligat for-
 mari ex vtero, & mereri seruum fieri, & tempore
 opportuno exaudiri, atque auxilium spectare pater-
 nū, & confortari in domino, & possessionem terrarū
 ex tempore accipere, ad naturam carnis Christi pro-
 priè pertinere? Adhuc autem, si ociosam non est,
 pauca profecerimus, quæ penitus ad diuinitatis eius
 non possunt referri naturam: Sic igitur de eo pater
 per Esaiam loquitur: Ecce seruus meus, suscipiam
 eum, & electus meus complacuit sibi in illo anima
 mea, dedi spiritum meum super eum iudicium gen-
 tibus proferri. Ipse quoque de seipso similiter: Spi-
 ritus, inquit, domini super me, propter quod vnxit
 me, euangelizare pauperibus misit me. Et Dauid ei-
 dem: Propterea inquit, vnxit te deus deus tuus oleo
 exultationis præ confortibus tuis. Et ex persona Pa-
 tris: Posuit adiutorium super potentem, & exaltaui
 electum de populo meo. Et Petrus de ipso: Lapidē,
 inquit, ab hominibus reprobatum, à deo autem ele-
 ctum & preciosum. Nunquid Dei filius ex ea natu-
 ra qua Deus est, & non ex illa potius qua homo fa-
 ctus est, electus poterit adpellari, vt inde natura di-
 uinitatis eligere, quæ vna est, & quæ in pluribus
 non potest deputari? Dicit enim ecclesia in Cantico
 Canticorum: Fratruelis meus electus de pluribus.
 Et pater: Exaltaui electū de populo meo. Dicit igitur
 o vos vnus naturæ professores, cum vna sit Dei
 natura, quomodo, vel vnde dicatur electa? Quis il-
 la superior potuit eam de pluribus eligere? An for-
 tē ipsa de medio populi sese elegit, & quanquam
 nemo seipsum eligat, & aperte huius electio à
 Deo facta esse dicatur: Tamen se ipsa nouissimis
 temporibus elegit, in omni illo superiori tempore
 incerta fuit, & incognita, populi & sociorum con-
 fusione permixta, de quorum consortio eligi, & san-
 ctio Spiritu vngi meruit. Quia Dauid ait: Vnxit il-
 lē præ confortibus tuis. Eligitur ergo, & vngitur. &
 super se habet spiritum sanctum diuina natura, De-
 di, inquit, spiritum meum super eum. Et ipse filius:
 Spiritus, inquit, domini super me, propter quod vn-
 xit me. Et quomodo æqualis est filio Spiritus san-
 ctus, cum super eum esse describatur? Dicit autē de
 ipso Esaias: Er requiescet super eum Spiritus domini
 & implebit eū Spiritus sapiētiae. Et Lucas in Euāge-
 lio: Puer autē crescebat & confortabatur & imple-
 batur sapientia. Vnde manifestū est, filium Dei non
 secundum naturā verbi eligi de pluribus aut confortari,
 aut impleri sapientia. Nō enim natura Verbi est
 confortari, cū ipsa sit virtus: Nec crescēdi augmenta
 suscipere, cū perfecta sit in seipsa: Nec sapientia im-
 pleri, cū ipsa impleat omnia: Nec eius eligi, cū ipsa
 magis eligat, & vnde eligatur nō habeat. Quia ergo
 Verbi naturæ ista nō conueniunt in Christo, carni
 eius congruant necesse est, secundū quam iure dicitur
 seruus electus, iure confortatus, iure sapientia im-
 pletus, iure creuissē, iure Spiritum sanctum per se
 habere. Quod vt adhuc euidentius clareat, pauca sub-
 neemus. Dicit de ipso Esaias, priusquam sciat puer
 respicere malum, & eligere bonum, Antequam co-
 gnoscat puer vocare patrem aut matrem, accipiet

Esai. 40.
 Esai. 92.
 Luc. 4.
 Psal. 44.
 Psal. 88.
 2. Pet. 2.
 Psal. 88.
 Psal. 44.
 Esai. 42.
 Esai. 61.
 Luc. 4.
 Esai. 11.
 Luc. 2.

virtutem Damasci, & spolia Samariæ. Nunquid natu-
 ram verbi tantæ audentiam ignorantia subicere,
 cui nec præterita, nec futura habentur occulta? Et
 iterum Lucas, Iesus autem proficiebat ætate, & sa-
 pientia, & gratia apud Deum & homines. Si Verbi
 in eo proficiebat natura, ergo mutabilis facta est
 per profectū: Quod enim proficit, mutatur in me-
 lius. De potestate quoque & gloria regni, & iudicij
 autoritate, quam ex tempore, ob meritum passio-
 nis, secundum naturam carnis accepit, breuiter ali-
 qua dicamus. Gabriel in Euangelio ita de ipso dicit.
 Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris sui,
 & regnabit in domo Iacob, & regni eius non erit
 finis. Ad Dauid quoque ista sunt verba patris de ip-
 so. De fructu ventris tui ponam super te, & thronum
 Item, & ponam in sæculū sæculi sedem eius, & thronum
 eius sicut dies cæli, & primogenitum ponam
 illam excelsum præ regibus terræ. Item, manus e-
 nim mea auxiliabitur tui, & brachium meum confortabit
 eum. Et ponam in mari manum eius, & in flumi-
 nibus dexteram eius, & dominabitur à mari vsq;
 ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis ter-
 ræ. Et Dauid de ipso ad Patrem. Gloria & honore
 coronasti eum, & constituisti eum super opera ma-
 nuū tuarū. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Item
 posuisti super caput eius coronā de lapide precioso.
 Vitā petiit, & dedisti ei longitudinem dierum in sæ-
 culum sæculi. Iuxta illud Esaiæ. Si tradiderit in mor-
 tem animam suam, videbit semē longæuum. Item
 propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam
 præcede & regna. Et Daniel. Ipsi datus est principa-
 tus, honor, regnum. Quæ omnia cur accepit non
 taceat. Nam ipse meritum tantæ dignitatis accepit
 præ demonstrans, ait. Vincenti & seruanti opera
 mea, dabo potestatem super gentes, & reget eas in
 virga ferrea, sicut & ego accepi à patre meo. Item,
 qui vicerit dabo ei sedere mecum in sede mea, sicut
 & ego vici, & sedi cum Patre in sede ipsius. Cui vi-
 ctoriae omnis cælorum exercitus adtestatur, dicens.
 Dignus est agnus qui occisus est accipere gloriam,
 & honorem, & sapientiam, & fortitudinem, & po-
 testatem. Hæc de regni gloria & potestate, quam ex
 tempore ob meritum passionis Dei filius secundum
 naturam carnis suæ accepit. Cum secundum Verbi
 naturā nihil egerit. Multo breuius dicamus, quan-
 quam in sede regni non aliud quam iudicis auctori-
 tatis demonstraretur, Propheta tamē sic de ipso ad
 Patrem loquitur. Deus iudicium tuum regi da, &
 iustitiam tuam filio regis. Et ipse. Cum accepero tē-
 pus ego iustitias iudicabo. Et in Euangelio potesta-
 tem, inquit, dedit ei, & iudicium faciendi, quoniam
 Filius hominis est: horum sacrorum eloquiorū me-
 liorem interpretem, quam ipsum dominum nō in-
 uenimus, qui nobis tantorum honorū libimet col-
 latorum causas & meritum valeat referare. Cesset
 omnis humanæ argumentationis calliditas, nec se
 audeat imperita peritia vltra modum diuinæ expo-
 sitionis extendere. Ipse Dei filius sacro diuinitatis
 ore perdoceat. Cur vel secundum quod tantis à Pa-
 tre sublimatus honoribus, qui sic incarnatus homo
 factus est, vt in id quod erat immutabiliter perma-
 nens, nihil eorū amitteret, quæ prius habebat. Dicit
 ergo, cur ex tempore potestatem accepit, qui sem-
 per habebat. Et potestatem, inquit, dedit ei, & iudi-
 cium faciendi, quoniam filius hominis est. Quid igitur
 Domine Iesu Christe, alius & alius nobis appa-
 rebis,

Luc. 2.
 Luc. 1.
 Psal. 131.
 Psal. 88.
 Psal. 8.
 Psal. 20.
 Esai. 53.
 Psal. 44.
 Dan. 7.
 Apoc. 2.
 Apoc. 3.
 Apoc. 5.
 Psal. 71.
 Psal. 74.
 Ioan. 5.

rebis, cum nos te vnum eundēque filiū Dei & filium
 hominis fateamur? Cur itaque non dixisti: & pote-
 statem dedit ei, quoniam filius Dei est? Vnus, inquit,
 & idem sum, nec diuidi possum. Sed quare vel vi-
 de acceperim, quod semper habui, voluit demon-
 strare. Secundū naturam enim, qua Deus Verbum
 sum, nihil egui, nihil accepi, quoniam filius Dei
 sum, & honoratus sum, secundum naturam autem
 carnis, qua Deus Verbum incarnatus homo factus
 sum, & egui, & accepi, quoniam filius hominis sum
 & ad hoc natus sum. Et quanquam hæc suffecerint,
 pro sui firmitate roboris, ad demonstrationem in
 Christo vtriusque naturæ, tamē vt magis magisque
 veritatis claritas elucescat, liber etiam illum Apo-
 stoli tractare sermonem, quo pro nobis Christum
 mediatorem adserit factum. Quod officium, nisi ex
 veritate naturæ carnis, quam ex nobis habuit, im-
 plere non potuit. Quoniam per ipsam inter Deum
 & homines medius apparuit. Et quia, vt Apostolus
 ait, & rerum veritas docet, mediator non est vnus.
 Habens autem Christum secundum vos vnam natu-
 ram, ostendit vnde sit medius inter nos, & illam,
 quia si, vt impie sapitis, vna est eius natura mediato-
 ris, in eo quod est vnum, & singulare salutis nostræ
 remedium, frustrabitur sacramentum. Vnde enim
 medius erit, si vtramque non habuerit. Quia nisi ta-
 lem dederis inter Deum & homines, qui ita sit me-
 dius, vt ex vtroque vtrumque sit, id est, vt & Deus
 sit propter diuinitatis naturam, humana diuinitis quæ
 aduorsum reconciliatur non habuerit, Nam quia
 transgressione mandati, inimici Dei extiteramus, &
 in contrarium animis discordantibus vergebamus
 à supernis declinantes, & ad ima tendentes, necesse
 fuerat interuenire misericordiam diuinæ, solutis inmi-
 citiis, contraria in vnum reuocari. Et supernis ima re-
 stitui, quod non aliter fieri potuit, nisi talis medi-
 ator existeret, qui de cælestibus veniens, cōiuniretur
 terrenis, retinens in se id quod non erat. Quivnus fieret
 in vtroque, & ita per vtriusque naturæ communio-
 nem, in vna eademque persona, & humana diuinitis,
 & diuina sociaret humanis, prius vtrumque, sine v-
 triusque abolitione, veniens in seipso. Dein omnes
 fideles patri reconcilians Deo. Et quia reconciliatio
 nis sacramentum, immaculatum flagitabat sacrifi-
 cium, talis hostia requirenda fuerat, quæ ita media
 esset inter Deum & homines, vt & morti succumbe-
 ret per illud, quod homines habebat, & mortem re-
 uinceret per id quod in se diuinitatis tenebat.
 Vnus igitur est ante incarnationem Verbi Deus,
 & qui in humanitate mansit, in qua erat, & erit. Nō
 discernendo igitur, vnum Dominum Christum in
 hominem seorsum, & seorsum in Deum, sed vnum
 eundemque Iesum Christum esse dicimus, nō igno-
 rantes differentias naturarum, sed eas inconscie in-
 ter sese seruantes. Et quoniam isti vtriusque naturæ
 professionem nouam esse calumniantur, cunctos
 Ecclesie tractatores in medium deducamus, ex quo-
 rum multiplicibus dictis pauca & breuia exceperim,
 huic operi subnectimus, ad latiores seorsum, &
 diffusiores de hac confessione tractatus, quos bea-
 tissimus Leo, in vnum testimoniorum cumulum,
 prouida diligentia congeffit, studiosos quosque imi-
 tantes, & vt nobis duplex in tantorum & talium te-
 stium productione nascatur utilitas, eorum senten-
 tias, Leonis sensibus coaptemus. Dixit Leo, quod
 maxime isti reprehendendum existimant. Operatur

vnaqueque natura cum communionem alteri quod
 proprium. Hoc & Hilarius confessor in libro vno
 cōtra Arianos. Natus ergo vnigenitus Deus ex Vir-
 gine, homo secundum plenitudinem temporum,
 in semetipso prouecturus in Deum, hominem. Hic
 pet omnia Euangelici sermonis quod modum te-
 nuit: vt se Dei filium credi doceret, vt hominis fi-
 lium prædicari admoneret, locutus & gerens vni-
 uersa quæ Dei sunt, loquens deinde & gerens vni-
 uersa quæ hominis sunt, ita tamē, vt ipso illo vtrius-
 generis sermonem nūquam nisi cum significatione
 & hominis loquutus & Dei sit. Ecce aperte commu-
 nionem vtrarumque docēs naturarum, & Verbum
 dixit loqui & agere quæ carnis sunt, & carnem quæ
 Verbi sunt. Cui sententiæ & Beatus quoque con-
 gruens Ambrosius ita dicit. Consort vtriusque natu-
 ræ, id est humanæ atque diuinæ, in natura homi-
 nis subiit passionem, vt indiscrète & Dominus ma-
 iestatis dicatur esse qui passus est, & filius hominis,
 sicut scriptum est, qui descendit de cælo, perspicuē
 enim is & communionem operis, & proprietatem
 vtriusque naturæ descripsit. Dum & caro propter
 Verbum de cælo descendit, & Verbum propter car-
 nem mortem subiisse diuina restantes cloquia, cum
 nec caro de cælo descendit, nec Verbum mori
 potuerit. Itē dixit Leo, esurire, sitire, lassescere, at-
 que dormire, euidenter humanum est; & non est
 eiusdem naturæ, flere miserationis affectu amicum
 mortuum, & eundem ad vocis imperium excitare
 rediuuum. Hoc & beatus Gregorius Nazanzenus
 Episcopus adseruit, dicens. Cum ergo processisset
 ex Virgine Deus, in ea quam adsumperat, humana
 natura, vnum è duobus in inuicem contrariis exi-
 stens, aliud in Deum adsumitur, aliud deitatis gratia
 præstat. Missus est quidē, sed vt homo, duplex enim
 erat in eo natura. Inde denique & laborauit ex itine-
 re, Inde esuriit sitiuit, & contristatus est, & fleuit hu-
 mani corporis lege. Item dixit Leo. Natura inuola-
 bilis, nature est vnica passibili vt quod nostris reme-
 diis congruebat, vnus atque idem mediator Dei &
 hominum homo Iesus Christus & mori posset ex
 altero, & non ex Verbi natura clavis affigi posset.
 Hoc & beatus Cyrillus in Epistola totius synodi
 ad Nestorium. In ipsa inquit, vulua, vteroque Vir-
 ginali sese Verbum cum carne cōiunxit, & sustinuit,
 generationem carnalem carnis suæ natiuitatem suā
 faciens, sic illum dicimus & passum esse & resur-
 rexisse, non quia Deus Verbum in sua natura passus
 sit, aut plagas, aut clauorum confixiones, aut alia si-
 milia vulnera (Deus nanque incorporalis extra pas-
 sionem est) Sed quia corpus illud quod ipsius pro-
 prium factum est, passum est, ideo hæc omnia pro
 nobis ipse dicitur passus, inerat enim in eo corpore
 quod patiebatur Deus, qui pati non poterat, simili
 modo & mortem ipsius intelligimus, immortale
 enim, & incorruptibile est naturaliter viuificas Dei
 Verbum, sed quia corpus ipsius proprium, Dei gra-
 tia, iuxta Pauli vocem, pro omnibus mortem gustauit:
 idcirco ipse dicitur mortem gustasse pro nobis, non
 quod ipse mortem esset expertus quantum
 ad ipsius naturam pertinet (insania est enim hoc sen-
 tire vel dicere) sed quod vt supra dixim⁹ caro ipsius
 mortem gustauit. Item & resurgente carne, eius re-
 surrectionem dicimus, non quia in corruptionem
 ceciderat, absit, sed quia eius resurrexit corpus. Ita
 Christum vnum & Deum confitemur, nō tanquam

1. Tim. 2.
 Gal. 3.
 Christi incarnationem quem necesse est esse
 2. Cor. 5.

1. Tim. 2.
 Rom. 5.

hominem cum verbo coadorantes, ne diuisionis quædam species inducatur, sed vnum iam eundem adorantes. Hoc & beatus Hylarius paucis explicat verbis. Vides ne, inquit, Deum & hominem ita prædicari, vt mors homini, Deo verò, carnis excitatio deputetur: naturam Dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce, & cum sint vtraque vtriusque gesta naturis, vnum tamen Iesum cum memento esse qui vtrumque est. Et quia perspicue, quantum opinor, claruit beati Leonis Epistolam cum Cyrilli synodidicis congruere literis, Quid etiam ceteri Ecclesiæ tractatores de vtriusque naturis Christi sententiam, breuiter intinemus. Sanctus Ioannes in homilia de Ascensione Domini ita dicit. Deus nobis iuste irascebatur, & nos contemnebamur iratum, & clementem Dominum declinabamus, & se medium Christus ingessit, & sociavit vtraque, & nobis, quod imminere supplicium ipse sustinuit. Item cognoscamus igitur quæ natura est, cui dixit, Sede ad dexteram meam, & esto meæ pariceps sedis, illa nimium natura quæ audierat, terra es, & in terram ibis. Hoc & Augustinus, gratulandum, inquit, fuerat humanæ naturæ, eo quod sic adsumpta est à Deo Verbo, vt mortalis constitueretur in cælo, atque ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis sederet ad dexteram patris. Item beatus Basilius Cæsariæ Capadocia Episcopus. Cum ergo quædam in Christo ita videbamus humana, vt nihil à communi mortalium fragilitate distare videantur, quædam ita diuina, quæ nulli alij quàm ineffabili naturæ conueniant diuinitatis, hæret humani intellectus Angustia, & tantæ admirationis stupore percussa, quo declinet, quid teneat, quo se conuertat, ignorat. Si hominem putes, deuicto mortis regno, cum spoliis redeirem à mortuis cernis, propter quod cum omni metu & reuerentia contemplandum est, vt in vno eodemque, ita vtriusque naturæ veritas demonstraretur, vt neque aliquid indignum & indecens in diuina illa & ineffabili substantia sentiat, neque rursus quæ gesta sunt, falsis illius imaginibus existimetur. Quia hinc exitur, quo rursus euaditur, quibus commentis, quibus argumentorum præbigijs tantæ potest authoritas veritatis obumbrari? Ita omnes Ecclesiastici tractatores, in vtriusque naturæ proprietate cõsentiant, vt in vno eodemque Christo nihil falsum existimetur. Nihil indignum, ne filium Dei Deum Dominum Christum secundum diuinitatis suæ naturam credamus morti subiactum. Nihil falsum, vt eundem secundum carnis suæ naturam credamus mortuum esse, vt quia vere mortuus est, dignitatis sit, naturæ Verbi, honorem dare immortalitatis: & naturæ carnis, veritatē adscribere mortis. Vt ita vtrūque vnius eiusdem sit Christi, id est & mori & non mori secundum naturam diuinitatis suæ. Sed iam vltimum decreti capitulum videamus ex Decreto synodi Calcedonensis. Vnum eundemque Christum Dominum vnigenitum in duabus naturis, inconfuse, incovertibiliter, indiuisē, inseparabiliter cognoscendum, nusquam duarum naturarum diuersitate euacuata propter vnionem, saluam magis proprietate vtriusque naturæ in vnam personam atque substantiam conuenientibus, non vt in duas personas

diuisum aut segregatum, sed vnum eundemque vnigenitum filium Deum Verbum Dominum Iesum Christum, in hoc Capitulo hoc eis displicet quod dixerint, salua proprietate vtriusque naturæ, vel non euacuata naturarum differentia: quæ vt firma esse perdoceant: conuicta verborum prolixitate, & inani adfectione videntes, Multa de Cyrilli capitulis interponunt testimonia, quibus ille non duas in Christo negat naturas, sed vnam docet esse personam. Ne igitur eos nostra disputatione refutemus, Cyrilli etiam nos verba ponamus, vt quomodo Cyrillo teste nituntur, Cyrillo teste vincantur. Ex synodis Cyrilli ad Nestorium literis. Non enim dicimus, inquit, quod diuina natura conuersa vel immutata, facta sit caro: nec quod in totum hominem, quod ex anima est & corpore transformata sit, sed illud magis quod carne in animatam rationabile sibi copulauerit Verbum substantialiter, ineffabiliter & indeprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis. Non nudæ tantummodo voluntatis, sed nec adsumptione sola personæ, sed quod diuersæ quodammodo naturæ in vnum conuenerint.

Vnus tamen ex ambabus Christus & filius, non euacuata aut sublata diuersitate naturarum, per coniunctionem. Sed quia simul nobis effecerunt vnum Dominum & Christum & filium, id est diuinitas & humanitas, per arcanam illam ineffabilemque copulationē ad vnitatem. Quid hoc manifestius, quid clarius ad consonantiam synodici Decreti Calcedonensis, & literis Cyrilli potuit demonstrari? Ecce nec dicta dictis, nec sententia sententiis aduersantur, sed sicut vno fidei sensu, ita iisdem penne vsi sunt verbis. (Dixit sancta synodus.) Nusquam duarum naturarum diuersitate euacuata. (Dixit beatus Cyrillus.) Non euacuata aut sublata diuersitate naturarum per coniunctionem. (Dixit sancta synodus) Vtriusque naturis in vna persona conuenientibus. (Dixit beatus Cyrillus.) Non nudæ tantummodo voluntatis sed nec adsumptione sola personæ: sed quod diuersæ quodammodo naturæ in vnum conuenerint. (Dixit sancta synodus) Non in duas personas diuisum, sed vnum eundemque Christum (Dixit beatus Cyrillus.) vnus tamē ex ambabus, scilicet naturis Christus filius. Et iterum. Sed quia simul nobis effecerunt vnum Dominum Christum & filium, diuinitas & humanitas.

Et quia perspicua vt reor & clarissima veritatis luce ceteræ falsitatis effugatae sunt tenebræ, ac ruinosum prauis dogmatis ædificium, quod contra Leonis, Epistolam & Calcedonense Concilium, cassis perfidie nistibus, erigebatur, valido Catholicorum testimonio impetu exagitatum irreparabiliter cecidit, Demus Deo gloriam & honorem; cuius munere vel dono victoria conceditur, & falsitas superatur. si quid sane in his opusculis defensionum, minus à nobis haud secus quàm oportuit dictum est, veniam postulamus, aut enim verborum nobis copia defecit, vt id quod sentiebamus exprimere nequidem: aut quæ sentienda fuerant, exilitate ingenij & mentis infirmitate sentire non valuimus, sed si opere displicemus, saltem studio placeamus. Sit acceptum voluisse, si displicet non potuisse nostrum.

IONAE AVRELIANENSIS ECCLESIAE
EPISCOPI LIBRI III. DE CVLTV IMAGINVM.

Ad Carolum Caluum, Aduersus hæresim Claudij Præfulis Taurinensis, ante annos D. CC. conscripti.

Et lectu dignissimi quod is pulchre refellantur vniuersa τὸν εἰκονομαχῶν argumenta.

PRÆFATIO IONÆ AVRELIANENSIS EPISCOPI SVPER SE-
QVENTI OPVSCVLO CAROLO REGI PORRECTO.



Ileto Carolo, inelyto Regi, tonis minimis famulorum Christi famulus geminam optat salutem. Quamuis, Dominus noster gloriosissimus genitor Vester, Deo dilectissimus, Iodouicus Cæsar religiosissimus, in fidei sinceritate, totius bonitatis virtute, proborum morum claritudine, sapientia ac sanctitatis dote, diuini que amoris ac timoris fervore existeris, & in Ecclesiasticis negotiis (Domino adminiculante) ad honorem & cultum diuinum pertinentibus augmentandis & gubernandis emicueris: quantumque imperium paternum (quia sic Deus voluit) iure æquissimo sortitus, relictissimo infamia libramine tenueris, & contra hostium impetus militanter munueris, & Ecclesiam Christi ton. præsioso sanguine redemptam, suo que regimini diuinitus commissam (morem patris, tui videlicet pij & omonymi viri Caroli nobilissimi Augusti, imitans, immo supergrediens) disciplinis liberalium artium educaueris, & vtriusque Testamenti sancti paginis atque eximiorum Patrum dictis, ad propellenda hæreticorum dogmata venenata, & instruxeris, & instrui feceris, cunctis catholica Apostolica fidei filiis perpicuum esse non ambigitur, quomiam reuera id quod dicitur, in promptu esse cernitur. Is namque Deo dilectissimus Princeps, inter cetera bonitatis suæ studia, erga diuinum cultum amplificandum multiplici modo feruentia, quendam Presbyteri natione Hispani, nomine Claudij, qui aliquid tēporis in Palatio suo in Presbyteratus militauerat honore, cui in explanandis sanctorum Euangeliorum lectionibus quantulacunque notitia inesse videbatur, vt Italice plebs Taurinensis (quæ magna ex parte à sanctorum Euangelistarum sensibus procul aberat) sacre doctrine consultum serret, Taurinensi presbiteris quis lem subrogari fecit Ecclesia. Sed quàm pestiferum dogma, & ab Ecclesia auctoritate abhorrens, in plebem sibi transfuderit com fuerit, missam, libellus quem ad Theodemirum venerabilem Abbatem, se charitate imperante corrigentem, eumque à superstitiosa doctrina auertere volentem, scripsit, eundem legere & nosse volentibus patenter demonstrat. Memoratus denique libellus eidem Domino nostro, genitori Vestro, sincerissime ac religiosissime Orthodoxam fidem colenti, ob defensionem Sanctæ Mariæ Ecclesiæ quæ ab eodem Claudio, sicut textus suarum literarum prodit, hostiliter impugnabatur, delatus est. Qui ab eo, si uique valatij prudentissimis, ac sapientissimis viris examinatus, iusto iudicio est repudiatus. Quem (licet ego nec legern, nec viderim) quoddam ramentum ex eo Excerptum, eodem genitore Vestro mittente, suscepi. Præcipiens & monens memoratus, Deo charus Cæsar, vt ad referenda & improbanda eiusdem Claudij, quæ in eodem Excerpto peruersissima continebantur dicta, & in blasphemiam virtuperationemque sanctæ Dei Ecclesiæ irreuerenter erant iaculata, secundum tenuitatem sensus mei (quantum Deus annuisset) nulla tenus rescribere omitterem. Cuius in fisioni libentissime & obediensimè parens, prout Deus posse dedit & facultas temporis stuit, quoddam opusculum digere ceperam, & magna ex parte digesseram. Sed audiens eundem Claudium iuxta humanam conditionem vltimum clausisse diem, ab eodem opere persificendo stylum meum serendum statui. Rebar enim quod illo moriente, pariter eius error nusquam comparuisset, & secundum Domini sententiam diceris: Delebo memoriam Amalech de sub caelo, nihil minus memoria illius peruersæ doctrine deleta fuisset in omnium virorum prudentium peccore. Sed quia vt relatione veridica didici, non modo error (de quo agitur) in discipulorum suorum mentibus reuincit, quin potius (eo docente) hæresis Arriana pullulare deprehenditur, de qua fertur quedam monumenta librorum congestisse, & ad simplicitatem & puritatem fidei Catholice & Apostolice oppugnandam in Armario Episcopij sui clandestina calliditate reliquisse: non sum ausus, quin monitu & hortatu filiorum sanctæ Dei Ecclesiæ, opus quod prætermiseram, enucleatum discutendum repeterem, & singulis que supererant peruersis obiectis, rationalibus atque pijsimis antiuicibus ad liquidam abiuarem. Quod ego pro viribus executus, idem opusculum iuxta imperium Patris Vestri, ob capacitatem mei sensus digerens, vobis offerendum sperito iudicavi: vt quod Patri Vestro imperanti reddere non quini, id vobis & illi, pariter reddam. Sufficere namque Claudio poterat ad cumulatum miseriarum suarum error quem secutus est, duorum scilicet hæreticorum, vniuersi & Vigilantij. Sed his geminis pestibus minime contentus, alitari perditionis suæ baratro sese præcipitem dedit, dum in se ipsi hostis sanctæ Dei Ecclesiæ Arrij se sectatorem discipulumque, & in vita, & in morte existisse monstravit. In vita quidem, docendo & prædicando: in morte quoque, in nephandis codicibus suis eundem errorem à se scriptum relinquendo. Secta quippe eiusdem Arrij olim à sanctis Patribus damnata, Catholico que mucrone sub perpetuo anabemate confossa, quæ ab eodem Claudio dicitur resuscitata necesse est, vt sagacissimo que sit & diligentissimo scrutamine, extet inuenta, & in lucem per ferenda, & cum resuscitatore cuius mensuo ab Ecclesiasticis viris rursus sanctarum scripturarum telis ferenda atque frustranda. Nec quod absit) si delinuerit, simplicium mentibus in processu temporis virus mortiferum propinet, & in perpetuam damnationem inducat. Humiliter igitur flagro, ut clementiam serenitatis Vestre, Rex prudentissimè: vt si quid in eodem opusculo vitilitatis inuenierit, vtrantier suscipiatis, neque vtiemque habeatis, & haberi faciatis, vosque legatis, & vobis legi iubeatis. Excerptum porro mihi missum, ideo inter hanc præfationem & opusculum subsequens inter serui, vt quisquis idem legere & scrutari voluerit, primum rogo, hac præfatione leonperere o Et, idem excerptum legat & examinet. Et tunc demum ad memoratum opusculum aut probandum, aut improbandum manum pias mittat. Et que quid minus responsum, minusque præmissis prauis obiectis contrarium repereris, sua sanioris, vberioris que intelligentiæ scriptis et dictis, ob honorem et defensionem sanctæ Dei Ecclesiæ suppleat.

OPVS IONÆ AVRELIANENSIS EPISCOPI.

Quod, imperante Iodouico gloriosissimo Cæsare, edidit aduersus blasphemias Claudij Taurinensis Ecclesiæ Episcopi.

Causa in hoc opere legenda est.

Hyperpæ-

For. Pro-

Exo. 17.

Claudius Taurinensis, sis Teonomachus et Arrianus.

For. proferenda.

Excerptum cuius mensuo munit deservatur, ro eo mansuetudine, neque vtiemque habeatis, & haberi faciatis, vosque legatis, & vobis legi iubeatis. Excerptum porro mihi missum, ideo inter hanc præfationem & opusculum subsequens inter serui, vt quisquis idem legere & scrutari voluerit, primum rogo, hac præfatione leonperere o Et, idem excerptum legat & examinet. Et tunc demum ad memoratum opusculum aut probandum, aut improbandum manum pias mittat. Et que quid minus responsum, minusque præmissis prauis obiectis contrarium repereris, sua sanioris, vberioris que intelligentiæ scriptis et dictis, ob honorem et defensionem sanctæ Dei Ecclesiæ suppleat.

quum singula eius excerpti verba impugnet atque in se quentibus.



Hertissimos viros & eloquentissimos, atque Catholicæ & Apostolicæ fidei inuictissimos defensores Hispaniam protulisse, manifestum est. Quorum imitanda exempla & documenta sequenda, quia in promptu habentur & Ecclesiæ amplectuntur, ab his

Christo fauente: non ab iure sancta salubriter instruitur & fouetur Ecclesia. Sed quoniam sepissime & Hæresiarthas simplicitatem Catholicæ fidei per uentis dogmatibus commaculare conantes, & multifariis superstitionibus Auctoritati sanctæ Dei Ecclesiæ contracuentes creauit, & hæcenus creare nõ cessat, cunctis valde fidelibus dolendum est. Vt igitur ceteros omittam, emerit ex eadem Hispania, tempore sanctæ memoriæ Caroli piissimi atque inuictissimi Augusti, quidam Felix nomine, actu infelix, Vrgelitanensis ciuitatis Episcopus, Qui iuncto suo sceleratissimo errori Eliphanto Toletanæ urbis Episcopo, secundum humanitatem non esse proprium filium Dei, sed adoptiuum prædicare ausus est. Et hac virulenta doctrina, vterque Hispaniam magna ex parte infecit. Deinde Apostolorum Christi actus imitari, videri volentes: cum ipsi non Apostoli Christi, sed præcones essent hostis antiqui, vnus quisque separatim diuersas prouincias, eadem sua infana doctrina imbundas, appetuere. Eliphantus scilicet Asturias & Galliciam, cuius discipulos apud Astures me aliquando vidisse memini, quos & Catholicorum virorum regionis illius qui eorum vesanæ doctrinæ secundum sanam doctrinam rationa biliter renitebantur, relatu, perspicuitatis que mæe probata, secundum eorum actum & habitum, certissimos Antichristos esse liquido deprehendi: manifestè cernens in illis illud B. Ambrosij compleri: *Habitus mentis, in corporis statu cernitur. Et illud cuiusdam: Frons hominis, propriæ mentis depromit amicum. Qualis vultus erit, talia corda gerit. Quibus verissime & apertissime cognitis, & quia iam secundum Apostolicum præceptum, vt ab eadem sua erronea prædicatione desisterent, admoniti fuerant & tamen in eodem errore permancbant, vt hæreticos deuitari. Porro idem Felix, cum multis apud Septimaniam, eundem haustum pestiferum propinauerit, eum tamen Gallia Germaniæ que quantum in illo fuit, propinare voluit. Sed diuina gratia adimiculante, nullum apud Galliam Germaniamque eius error locum inuenire quiuuit, quoniam nõ solum apud Germaniam studium literarum & amor sanctarum scripturarum, verumetiam apud eandem Galliam (quæ sola, teste Hieronymo, monstrata non habuit, sed vitis semper fortibus, & eloquentissimis abundauit) eiusdem memorabilis vici solertissimo studio & feruentissimo desiderio actum est, vt Domino opem ferente, in sibi commissa Ecclesiæ filii & liberalium artium adprime disciplina, & diuinarum scripturarum perfecte polleret intelligentia. Quibus milites Christi, vt pote inuictissimis armis muniti, eius vesanam doctrinam propulsaerunt. Eiusdem namque Principis iussu in vnum coacti, adhibita etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Auctoritate, eundem Felicem damnauerunt, immo cum Auctore sui erroris Nestorio quæ imitatus est, perpetuo Anathemati mancipauerunt. Memorato au-*

Ambrosij Cap. 3. 1. Tim. 1.

Synodus etate Caroli voluisti Magni coira Felicem.

tem Orthodoxo principe Carolo rebus humanis exempto, gloriosus filius eius Lodouicus, pietate, sapientia, & fortitudine, tanto non impar Genitori, paternum (quia sic Deus voluit) triumphaliter sortitus est imperium. Quo felicitate imperante, idem Felix in quodam discipulo suo nomine Claudio, vt pote (vt verbis B. Hieronymi vtar) Euphorbus in Pythia gora renascitur, qui vtique & si non vt pridem fidei Catholicæ regulam, Ecclesiasticas tamen traditiones quàm venenatis telis per eundem discipulum suum iaculari nisus sit, breuiter memorandum est. Antiquus etenim hostis, inimicus generis humani, Ecclesiasticæ quietis impatiens, qui nõ cessat lolum malitiæ suæ quantum sibi diuinitus permittitur, in agrum sanctæ Dei Ecclesiæ iugiter superferere, exagitant memoratum Claudium, quibusdam insidiarum suarum furis, & in tantam audaciam prorumpere suasit, vt contra Ecclesiæ Auctoritatem nonnulla friuola & inepta scriptitaret, quæ in subsequenribus demonstrabuntur. Reor igitur eum opinatum, quod obeunte piæ memoriæ, pio principe Carolo, adeo ab Ecclesiâ, quam sanctis præcedentibus meritis, idem inelytus filius eius (nutu diuino) regendam tuendamque suscepit, cognitionem diuinarum scripturarum labefactauerit, vt eam suæ vesanæ doctrinæ artribus conquaret, & ad sibi cedendum passim conuertere posset. Sed quantum hac opinione seipsum irriterit, liquido claret. Quoniam eiusdem piissimi principis solertissimo studio, ira quotidie Domino opiculante ad meliora succrescit, vt omnibus sanæ fidei perspicuum sit, eam & in fidei sinceritate salubriter roborari, & in cognitione diuinarum scripturarum sapienter dilatarî, & spiritaliter fructificari. Quæ etiam ita super firmissimâ Petram fundata consistit, vt nec portæ inferi ei praualeant, nec vis fluminum, nec flatus ventorum à suo eam fundamento possint quoquo modo amouere. Vnde non inconuenienter de illa illud decantatur Euangelicum: Venerunt flumina, flauerunt venti, & non poterunt eam mouere, fundata enim erat supra petram. Quia igitur idem charissimus Deo Princeps, diuino que plenius amore succensus, & cælesti gratia adiutus, eandem Ecclesiam sibi creditam instanter erudit, armis que spiritalibus munit, & dictis & exemplis incessanter ad alta fastollit: dignum est, vt sicut Pater illius, magistri eiusdem Claudij adhibita sanctarum scripturarum auctoritate damnauit errorem: ita nihilominus iste gloriosus filius eius, nulli pietate, sapientia, & fortitudine secundus, discipuli eiusdem Felicis vâsanâs damnet blasphemias diuinarum que scripturarum telis confodiat, Ecclesiamque sibi commissam, Christo secum pugnante, ab his & huiuscemodi erroribus immunem liberamque reddat. Quod quidem qualiter eius pio sagacissimo que studio actum sit, in processu huius operis, Deo annuente patebit. Is itaque, de quo agitur, exortus ex eadem Hispania, eiusdem que Felicis discipulatus ab incunte ætate inhærens, per aliquod temporis in palatio memorati gloriosissimi ac serenissimi Deoque amabilis Augusti, in officio officio Presbyteratus militauit. Sed vt aliorum vitii tati, doctrina prædicationis Euangelicæ, quæ illi admodum inesse videbatur, consuleret: ipsius piissimi Principis clementia Præsul Taurinenensis subrogatus est Ecclesiæ. Qui dum super gregem sibi creditum pro viribus superintederet, eum que prædicationis

Mat. 16.

Mat. 7. Luc 6.

Carolus Magnus, damnauit errorem Claudij, Economiam, scripturam, thortitate, tantum & best vt scripserit libellum lib impium, qui ex ha reticorum

ne contra Imagines Ann. 1549.

Imagines crucis & sus in Ecclesiâ.

Mat. 17.

Reliquiæ sanctorum non conueniunt.

Vigilantius & Eustathij hæretici.

B. Hieronymi laus.

suæ instantia ad amorem cælestis patriæ, quantum videbatur, accendere satageret, vidit eum inter cætera quæ emendatione digna gerebat, superstitione, immo perniciosæ imaginum adorationi, qua plurimum non nulli illarum partium laborant, ex inolita consuetudine deditum esse. Vnde immoderato & indiscreto zelo succensus, non solum picturas sanctarum rerum gestarum, quæ non ad adorandum, sed solummodo (teste B. Gregorio) ad instruendas nescientium mentes, in Ecclesiis sunt antiquitus fieri permittæ: verum etiam cruces materiales, quibus ob honorem & recordationem redemptionis suæ sancta consecuta videtur Ecclesia, à cunctis Parochiæ suæ Basilicis dicitur delemisse, euertisse, & penitus abdicasse. Sed quia errorem gregis sui, ratione corrigere neglexit, & eorum animis scandalum generauit, & in sui derelictionem eos quodammodo prorumpere coëgit. Nam si B. Gregorij dictis ad Serenum Massiliensem Episcopum scribentis obedienter pareretur, nec non & Apostoli Pauli salubria facta sequi voluisset, nequaquam tam irrationabili facto se præcipitem dedisset. Sicut enim ex libro Actuum Apostolorum didicimus, atque Historiæ tripartitæ auctoritate astipulante cognoscimus: Cum venisset idem B. Paulus Athenas, & ciuitatem repletam idolis conspexisset, aras ab illis honoratas non destruxit, sed ratione ignorantiam redarguit, veritatis iura monstrauit. Dicitur etiam Claudium eundem aduersus Reliquias Sanctorum, non contemnendas (vt pote, quorum mors preciosa in cõspectu Domini, eorumque Sepulchra, vt à Sanctis Patribus traditum est, honoranda) quædam nephanda dogmatizasse, & vsque nunc dogmatizare. Quæ licet ferries literarum suarum manifestè non indicet, ex his tamen quæ innuit, & ex veridica quorundam fidelium relatione, ita se tē habere liquido claret. Quapropter verisimile videtur huius Nouicij sanctæ Ecclesiæ hostis animam, ex duorum animabus peritorum compactam, atque vno corpori indeptam, Vigilantij videlicet & Eustatij, qui (vt verbis Sedulij vtamur) ambo errore pares, quæquæ sunt, diuersa secuti. Licet enim in plurimis ab alterutro desciuerint, in contemnendis tamen sanctorum Martyrum reliquiis, eorumque Sepulchris dehonorandis, & non nullis Ecclesiasticis traditionibus reprehendēdis, vnum peruersissimè senserunt. Quorum alterius error à Beato Hieronymo sanctæ Dei Ecclesiæ eximio doctore, veritatisque fidelissimo assertore, & vâsanis erroris experientissimo execratore strenuè superatus: Alterius, verò in Gangrensi concilio perpetuo anathemati à sanctis Patribus est destinatus. Necesse est ergo, vt quicumque huiuscemodi damnatorum errores imitatur, & Canonica Auctoritate percellatur, & eorum perpetuò anathemati societur. Is quippe de quo agimus, quia non simpliciter graditur, sed à recto tramite oberrans, sanctorum Patrum terminos iactanter transgreditur. Nõ frustra, sed quodam vt creditur vaticinio, Claudij sortitus est nomen. Quoniam, quanquam Magistri sui (quod, qui nos regit, longè faciat) non videatur aperte se qui errorem in eo tamen quod Ecclesiasticæ Auctoritati claudicando contrarie nittitur, non immeritò nomen Claudij sortitur, eorumque numero iure adsciscitur, de quibus Psalmista. Filij (inquit) Valeni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Quidam sane sanctæ Religio-

nis proposito venerandus, & honestate vitæ imitandus, debitoque honore nominandus Theodemirus Pater Monachorum, nunc iam rebus humanis ex- prus, cum iam longe lateque fama crebrescente ab eodem Claudio talia geri, & prædicari contra Auctoritatem Ecclesiasticam didicisset: charitatis officio ductus, & vnica gentis amore prouocatus, eidem Claudio vt ab his se, quæ reprehensibiliter agebat, & docebat, compesceret, literis charitate refertis, mandare curauit. Ille contra fraterna admonitionis impatiens, turbidaque indignatione permotus, nõ solum in illum iuste se redarguentem, verumetiam in omnes sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ sincerissimos cultores, Galliam Germaniamque incolentes, Christoque Domino deuotissimè militantes, & ab imaginum superstitione adoratione immunes, diuersarum reprehensionum ac vituperationum iacula intorsit, eosque & idololatriæ abominatione, & falsæ Religionis superstitione, & innumeris aliis sceleribus irretitos, sicut textus suarum literarum demonstrat, appellare non crubuit. Vnde mirari satis hominem nequeo, vt qui disciplinam recte loquendi nescit, non solum docere, verum etiam alios reprehendere, & quod his ineptius est, in reprehensionem peritorum virorum librum præsumpserit euomere. Verum nisi ob eius errorem vâsanum refellendum & quorundam simplicium deceptionem cauendam, videlicet ne illius pestifera doctrina eorum quoquo modo miserabilis fieret ruina, nequaquam illius imperita scripta in manibus forent sumenda. Quoniam si ab his qui literaria arte imbuti sunt, vel tenuiter discuntur: penè nihil in eis reperitur, quo ars rectè loquendi & scribendi non offendantur, exceptis his, quæ de aliorum opusculis furrim surripuit, & quibusdam subtractis atque mutatis, compilatoris vâs officio, vt sua, suo inscruit operi. Ferrur interea in suggillationem eiusdem Abbatis, totiusque Gallicanæ Ecclesiæ, tantæ prolixitatis euomuisse libellum, vt magnitudine sua, quinquagenis Psalmis Davidicis superauerit Psalterium, de quo non nisi quoddam Excerptum, in manus paruitatis nostræ est perlatus, cuius hoc est exordium: Titulus libri.

Apologeticum atque Rescriptum Claudij Episcopi, aduersus Theodemirum Abbatem.

Quam absurdissima & ridiculosa, quamque auribus virorum peritorum tituli istius sit fastidiosa constructio, ipsorum puerorum, qui adhuc liberilibus iniantur disciplinis, facile aperteque potest probari iudicio. Sed idcirco certæ personæ eiusdem tituli rusticitatem patenter non ascribimus, quia incertum habetur, vtrum dictatori an scriptori, vel certe exceptori adscribenda sit. Ad sequentia ergo quæ propria tua, ô Claudi, esse non ambigimus, Apostrophen facimus, & non de his quæ in eodem opere tuoperuerse scripsisti cum aliis, sed magis tecum manum volumus conferere. Ais namque contra memoratum Theodemirum venerabilem Abbatem.

Epistolam tuam, cum adiumentis super capitulis, plenam garrulitate atque stoliditate, per quædam accepi rusticum portitorem, in quibus capitulis denuncias te turbatum, uam quiens, eo quod rumor abierit ex Italia de me per omnes Gallias, vsque ad finem Hispaniæ, quasi ego sectam quandam nouam prædicauerim, contra Regulam fidei Catholicæ, quod omnino falsissimum est.

Claudius Ionomachus Vir grammaticus.

Esto hæc apologeticè Theodemiro Abbati scripseris, cur à cæterorum læsione, intemperantior infontes nãuis inficis fallitatis? Nam si diligenter eadem scripta tua animaduersa fuerint, proculdubio non solum in eundem Theodemirum Abbatem, sed etiam in Italos & Gallos atque Germanos, venenum quod lætaliter potasti, utique lætaliter cruciatuæ reperiens. Enimuero si per singula, môstruorum verborum tuorum constructiones reprehendendo discutere cœperimus, magni erit operis executio, oportunique temporis superuacua impensio, quas lætoris prudentissimo iudicio tempore suo reprehendendas relinquentes, quæ sensum textus litterarum tuarum contineat, pro captu intelligentiæ nostræ scrutari nitamur. Videris iraque primum in earundem litterarum tuarum exordio impatientiæ & leuitatis atque iracundiæ arguendus, eo quod fraternæ dilectionis immemor, postposita moderata dictione, & grauitate Sacerdotali, tibi amicabiliter familiariterque scribentem, garrulitatis & soliditatis elogio denotaueris. Ais etiam post pauca.

Mec mirum est, si de me ista dixere Diaboli membra, qui ipsum caput nostrum & seductorem, & demoniacum proclamauerunt.

Quos itaque hoc loco Diaboli membra, qui ipsum caput nostrum & seductorem & demoniacum proclamauerunt, solutis moderationis habentis, vocitas, nisi Gallos, ad quos superius tuum rumorem peruenisse, & in subsequenti ora sua ad te blasphemandum aperire scripsisti: Vnde patienter te interrogo quinam potius Diaboli membra vocandi sint, vtrum ne illi, qui nec hæresi, nec schismate, nec alio quolibet errore ab Ecclesiastica autoritate sciuntur, an illi qui superbæ fastu elati, ei quodammodo resultare præsumunt. Qui cum responderis: insultatores, immò impugnatores merito Diaboli membra appellari, alteri huiuscemodi erroribus subactæ, non Gallicanæ Ecclesiæ, tam sanctum nomen poterat aptari, quæ caput suum Christum non more infidelium Iudeorum demoniacum, quod utique illorum proprium est, eorumque, qui spiritu agitantur immundo, sed in Spiritu sancto demonum eiectionem & fideliter credit, & veraciter prædicat. Seductorem porrò, quem stylo inerti in malam absolutè posuisti patrem, demonstras te in hoc dicto, sicut & in aliis multis, inficium Ecclesiasticæ traditionis fore, quæ seductorem, iuxta documenta sanctorum Patrum, & in bonam, & in malam accipit partem. Patet enim de dicta beati Augustini in expositione Evangelij Ioannis Euangelistæ, de cuius dictis nil te latere iactabas, penitus ignorasse. Quæ ita se habent. Alij dicebant: Bonus est: alij autem, nò, sed seducit turbas. Dicitum est enim hoc ad eorum solatium, qui postea prædicantes verbum Dei futuri erant vt seductores, & veraces: Si enim seducere, decipere est: nec Christus, nec Apostoli eius, nec quisquam seductor debet esse Christianus. Si autem seducere, aliundè aliquem ad aliud persuadendo ducere est, querendum vnde & quòd. Si à malo ad bonum, bonus seductor est. Si à bono ad malum, malus seductor est. Si tanti viri, ò Claudi, dicta nota tibi fuissent, non tam præcipitanter apertore: spumosisque labijs seductorem solummodo in malam partem posuisses. Quapropter quia constat nos veraciter caput nostrum Christum, non vt mèbra Diaboli (sicut scripsisti) sed cum magis vt illius

Aug. tract. 29

10m. 7.

fidelia membra bonum seductorem credere & proclamare, & prædicare: proculdubio æquissimum est quòd tam detestabile vitium non excranti, sed potius infideliter iaculanti adscribendum sit. Sequitur in eodem opere tuo.

Ego enim (inquis) non sectam doceo, qui veritatem teneo et veritatem proclamo, sed sectas, & schismata, & superstitiones, atque hæreses in quantum valui compressi, conuicti, expugnati, & expugnare in quantum valeo, pro versus Deo auxilian te, non cesso.

Mirati satis nequeo, quantum artis Grammaticæ ignarum, vtrunque tamen exercitatum in diuinis scripturis sensum habentem, tãta obliuione captum, vt te neges sectam docere, & vnitatem profiteri tenere, & veritatem proclamare: cum utique Prædicator Christi & sectam docere & vnitatem Catholicæ fidei tenere & veritatem possit prædicare. Illam sectam dicimus, quæ finem boni læctatur. Vnde ait B. Augustinus in libro de ciuitate Dei: Nulla est igitur causa Philosophandi, nisi finis boni, quamobrem quæ nullum boni finem læctatur, nulla Philosophiæ secta dicenda est. Item idem paulo post: Proinde quoniam Marcus Varro has quatuor adhibens differentias, id est, ex vita sociali, ex Academicis nouis, ex Cynicis, ex isto vitæ genere tripartito, ad sectas ducentas octoginta octo peruenit & quæ aliæ possunt similiter adici his omnibus, quoniam de læctando summo bono nullam infertit quæstionem, & ideo læctæ nec sunt, nec vocandæ sunt &c. Hæc B. Augustinus de læctæ quæ solum modo summum bonum læctatur, aduersus Philosophos dixerit. Cæterum, quod læctæ & in bonam & in malam accipitur partem, Apostolico instrumit documento. In bonam siquidem, sicut habes in Epistola ad Timotheum: Scẽctare verò iustitiam, veram fidem, charitatem, pacem cum his qui inuocant dominum de corde puro. In malam autem, sicut habes in Epistola eiusdem Apostoli Galathas: Qui inter cætera opera carnis, læctas quoque duodecimo ponit loco. Scẽctæ igitur Latine, Græcè dicuntur hæreses: A læctando quippe læctæ nominantur. Quod autem ais te & schismata & superstitiones pro viribus compressisse, videris proculdubio tibi contrarius existere. Ille namque, qui irrationabiliter subiectarum sibi plebiu mentes scandalizare, traditiones quæ Ecclesiasticas tam impudenter reprehendere, & tot tantisque sanctæ fidei sincerissimis cultoribus, abominationum nomina non metuit adscribere, nequaquam compressor, sed potius erector & auctor schismatum ac superstitionum iudicandus est. Quod verò dicis læctas & hæreses te contriuisse & expugnasse, magna tibi fallaciter promittis. Si contritæ sunt, cur instinctu Diabolico rursus emergunt? Si expugnatae, cur redeunt, & Ecclesiasticæ auctoritatis pacem iaculantur? Verum si Catalogus illustrium virorum qui in prociectu fidei vitiliter decertauerunt, & hæretica agmina cateruatim subruere, exactè recensentur, nequaquam tuum nomen in eo reperitur. Hæreses porrò quas adhuc, vt dicis, expugnare non cessas, cum nusquam in tota mundi latitudine à se expugnati aut sciuntur, aut audiantur: nullos cõpendiosius quàm auditores tuos opinari possis, quos fortè quia schismati tuo socios facere nequis, idcirco vt hæreticos te expugnare scribis. Sequitur:

Hæc autem (inquis) idcirco pronenit, quia post quam conatus sus-

Aug. lib. 19. cap. 1.

1. Tim. 9.

2. Tim. 2.

Galat. 5.

Iosua. 7.

Destru pro de- struere po- tuit.

Et suscepi sarcinam Pastoralis officij, missis à Pio Principe sanctæ Dei Ecclesiæ filio Lodouico, veni in Italiam, ciuitatem Taurinis, inueni omnes Basilicas contra ordinem veritatis) for- dibus anathematum, & Imaginibus plenas.

Horum verborum valde informem constructionem Barbarissimis ac Solæcissimis oppletam, spernendo omitimus, sensus vt possumus indagantes Verū est (inquam) quod intulisti, quod à pio Principe sanctæ Dei Ecclesiæ filio, Domino Lodouico Taurinensi Ecclesiæ Prælatus sis: vtrum coactè, vt afferis an sponte, soli Deo relinquitur. In eo verò quod inerti constructione profeceris, ita inquis: Inueni omnes Basilicas sordibus anathematū & imaginibus plenas, calūnias Prædecessores tuos easdẽ Basilicas, nõ feruiture diuina, sed anathematibus repleuisse, & nõ solum illos, verum etiam plebẽ illius Parochiæ in eiusdem Basilicæ anathematibus, non cultibus diuinis catenus deseruisse. Quod si verum est, vt omnis clericalis ordo Parochiæ tuæ saluto cultu diuino, pro Deo sordes anathematum colat & adoret: largissimis fidelium lachrymis lugendum & plorandum est, Deique immensa misericordia suppliciter exoranda, vt huiusmodi à salute propria aberrantes, cito resipiscant, & ad viã veritatis redeant, cumque, qui iure colendus & adorandus est, colant & adorent. Sed credibile est, quod licet & in cultu & adoratione imaginum ignorantia fallente aliquid temporis insumpserint, nullo tamen pacto ab vnitate fidei Catholice defecisse, & ad idola conuersi esse credendi sunt. Vnde constat, quod huiusmodi errorem, non tã granditer & indilcrete sordibus anathematum comparare, sed magis tẽperato vsus sermone, ignorantia debueris deputare. Porro si quippiã prædecessores tui salua fide Christi simpliciter tenuerit, nequaquã decuerat eos, iã in caelestis Patris familias domo quiescẽtes, à successore suo tã arrogãter lögẽ lateque diffamari & elogio anathematis denotari: præsertim cū nil obesser sanæ doctrinæ p̄sentiu, simplicitas incauta p̄sceptorū. Quãti autẽ sit delicti, quãtã ve arrogãtia, qui, vt sua laudabiliter statuat aliorū errata indilcrete, & irrationabiliter reprehendit: nõ est meum dicere. Sanctorum inde Patrum documenta affatim præ manibus habẽtur, legantur discutiantur, eorūque dictis, ne in talibus delinquatur, salubriter obediatur. Reor itaque, si corã affore, Claudi, te forte responsum: idcirco imagines anathemata appellasse, eo quod læctæ adoratione adorantes, quæ soli Deo deberet, anathema efficiunt. Bene quidem responderes, quia nobiscum, immo cum omni Catholica Ecclesia in hac sc̄tã sobriè cõcordares. Omnis quippe res diuinitus prohibita, & si nõ natura sui, eadem tamẽ prohibitione, qua prohibita est, se se contra phas appetentem, colentem, adorantem, in exitium anathematis demergat, necesse est. Vnde illud in libro Iosue. Anathema in medio tui Israel. Ob cuius reatu Achan dominici præcepti transgressor, grandine lapidum occubuit. De qua re, multa alia in diuinis cloquiis exempla reperiri possunt. Verum quanquam hæc ita se habeant, in vituperationem tamen ac reprehensionẽ prædecessorū tuorum: & in eo quod eundem errorẽ discrete & rationabiliter ac patienter corrigere detrectasti, quã pro caciter ac culpabiliter egeris, nemo nisi qui sanū nõ sapit, ignorat. Subnecis post hæc in p̄secutione tua, et quia quod homines colebant, ego destrui, solus capii. Veritus es forsitan, ne Afinos putareris dicere, ideo volui-

Tom. 5.

sti, homines nescio quid colentes, ex superfluo ponere: & quanquã conici datur, subaudiri voluisti, aut Imagines, aut Cruces, aut reliquias sanctorū Martyrū, aut certe preciosa corpora eorū. Sed quid horum subaudiri volueris ignorantes. Hoc nobiscū te scire scimus, quod cultus diuersarū rerū sit, proprieque, rationalium creaturarū. Bruta verò & irrationalia animalia, non colunt, sed coluntur: idcirco quã superflue homines posueris, ipse videto. Si igitur à cultu superstitiosarū rerū, homines rationabiliter (vt de cœrat) auertisses, laudabiliter utique, egisses, & reprehensione indilcretæ actionis caruisses. Sed quia hoc facere renuisti, reprehensione dignus existis. Quod verò ais: Ego destrui solus capii, cū dictionẽ tuã forsitã schemate quod vocatur ὁμοίωσις λέγουσιν ornare voluisti, in viciũ solæcismi incidisti. Iam itaque quẽ litteræ tuæ sensum cõtineant, discutiamus. In eo quod ais: Ego destrui solus capii, videamus an fortè spiritu Prophetiæ afflatus, ad ruinam tuã: tam incompositæ dictionis hoc texeris: sed in eo quod te solum destruere dixisti, proculdubio veritati contraxisti. Quoniã non tu solus, sed alij quilibet in suis frivolis & ineptis dictionibus destruendi sunt, & non solum in huiusmodi dictionibus, verum etiã in his quæ malè & peruersè sentiunt. Discutiamus etiã secundū modum, quẽ te dicere voluisse arbitramur, quoniã aliud propositū tuum atque materia tendit, aliud dictionis decurrit. Vt enim artis Grammaticæ nescius, pro infinito actiue significationis, quod est, destrue re, posuisti infinitum passiuæ, quod est destrui. Struere quippe verbum, habet contrariū, destruere. quap̄ propter quoniã structuram cultus quẽ te destruxisse gloriaris non præmisisti, idcirco valde imperitè, atque inconueniẽter, destruere verbum, posuisti. Nã & in eo quod te solum destructorem dixisti, vtrum ne bonarum an certè sinistrarum reprædicis rerum euerfere, ancipiti nutare quisque poterat sc̄tã, nisi fortè in eo cam absolucere nitaris, quo verbis S. Helia Prophetæ videris aburi, ita dicentis: Domine altaria tua destruxerunt, Prophetas tuos occiderunt, & remansi ego solus, & querunt animã meam. Sed quid Helias à Domino audivit, optime nobiscū nõ sit. Quãtã verò, dum tibi soli tanta attribuis, eximius doctõribus sanctæ Dei Ecclesiæ iniuriam ingeras, tibi cõsulendo necesse est perpẽdas, si tu solus, ò Claudi, destructor es peruersorū dogmatū, rerūque superstitiosarū, ergo excipiuntur omnes doctores, qui pro sola Catholica Ecclesia fortiter agonizauerunt, & agonis sui brauium iam feliciter adipiscuntur. Et si cæteros excepisti, B. Augustinum, quem constat inter omnes Latinos doctores disertissimum ex titifese doctorem, sanctæque Dei Ecclesiæ fortissimum defensorẽ, & propugnatorem, excipere nullatenus debueras: Is enim, et si non solus, diuina tamen sibi suffragante gratia, aliis facundius copiosiusque, diuersarum hæresum & schismaticorū peruersa statuta, fortiter rationabiliterque euerit, destruxit atque substravit. Quẽ, quia eius salutaris doctrinis iugi meditatione assuefactus, inter cæteros, magnarū laudipræconiis merito efferre solitus eras, nullo pacto excipere debueras. Verū si eius documẽtis cõtentus esse voluisses, nunquã te solum male structarū rerū, destructorem gloriatus fuisses: & si illū saltem tibi socium adfiscere dignatus esses, destructio tua quia illius doctrina duce rationalis foret, tãta utique haberi potuisset. Igitur quia non solum B. Aug. sed

3. Reg. 19.

2 C C C

etiam aliis eximiiis doctoribus te superciliose pratu-
listi, merito solitaria destructionis tue gloriatio, in
immensum sese extendens, in irritum deducitur. Væ
nam que eidem gloriationi tue (iuxta illud Eccle-
siasticis) imminet, quia non habens forum ex cõfor-
tio aliorũ, frigore solitario torpet, & cum ceciderit,
non habebit subleuantem. Quod verò subnectis:

*Idcirco aperuerunt omnes ora sua ad blasphemandum me, et
nisi adiunxisset me Dominus, forsitan vivum deglutissent me.*

Id nulli, nisi tibi, imputandũ est. Debueras siquidẽ
cauere ne sectatores Christi, tã infauste reprehende-
res, eis que sacrilegij notam inureres, traditiones que

Traditio-
nes Patrũ.

quas sibi à S. Patrìb. traditas, S. simpliciter tenet Ec-
clesia, & si non v o r o tuo, saltem silentio, grauitate
magistra comprobare. Oportet nãque, vt vnusquis-
que fidelis iniuriam sibi illatã, æquanimiter ob Dei
amorem ferat. Ecclesiasticã verò auctoritatis vitu-
perationem ac reprehensionem, sanctorum que Dei
contemptũ patienter quis ferre potest? Restat igitur
te auctorem esse huius delicti, qui in suggilla-
tionem auctoritatis Ecclesiasticæ, eius que deuoto-
rũ famulorũ tã blasphemata verba euomisti, nõ eos,
quos propter hæc ad te (vt astruis) blasphemandũ,
tuisque nẽniis rationabiliter resistendũ sua ora ape-
rire compulisti. Sequitur Paulo post in eisdem scrip-
tis tuis. Cum enim distinetur dicatur: non faciendã similitudi-

Exo. 20. *nem omnium quæ in celo sunt, aut quæ in terra, non de solis
similitudinibus alienorũ deorũ intelligitur dictũ, sed de
caelestibus creaturis.* Hæc itaque & nostra sententia est.

Verum est (inquam) sanæque fidei congruentissimũ
nullam prorsũ similitudinem omnium quæ in celo,
vel quæ in terra, vel quæ sub terra sunt, facien-
dam, cui cultus aut adoratio quæ soli Deo debetur,
quodammodo exhibeatur. Quia igitur Deus vbiq;
est omniaq; continet, & nusquã cõtinetur, estq; inui-

1 Tim. 1.
6.

sibilis (teste Apostolo) omni creaturæ eius, idcirco
ne corporeus credatur, & horũ quæ dicta sunt simili-
tudine nobis facere inhietur. Sed cũ huiusmodi sentẽ-
tiæ manifestus sit sensus, qui vtrique à S. Patrìbus no-
bis copiosissime cõstat expositus, & non satis ad rem
de qua agitur pertineat, intencudũ est, ne forte simili-
tudinis nomine, imagines sanctorũ & historias rerũ
gestarum in Ecclesijs ob pulchritudinẽ & recorda-
tionem depictas, volueris comprehendere. Quod

Exo. 37.

si ita est, quaro abs te, cur præcipiente Domino; Mo-
ses, duos Cherubim aureos, & cetera quæ in exodo

3. Reg. 7.

leguntur, in tabernaculo Domini fecerit, & Salomõ
in domo Domini similitudines bouũ & leonũ ex-
presserit: Quod cum responderis (sicuti te responsu-
rum credimus) hæc in mysteriorum figura præcessis-
se: nullatenus tamen negare poteris quin similitu-
dines caelestium terrestriũ que creaturarũ extiterint.
Et si illa non à Deo ad adorationẽ, sed vt typos fu-
turorum prætenderet, in Tabernaculo in domo Do-
mini sunt facta, sinantur à te imagines sanctorũ &
historia: queque sanctorum, non vt adorentur, sed
potius vt quandam pulchritudinẽ reddant, & qua-
rundam præteritarum rerum memoriam sensibus
imperitorum ingerant. In Ecclesijs depingi. Crea-
turam verò adorari, eique aliquid diuinæ seruitutis
impendi, nephas ducimus, huiusque sceleris parru-
tozem detestandum & anathematizandum, libera
voce proclamamus, isque quã sit punitionis, Do-

Exo. 22.

minus terribiliter intonat dicens. Sacrificans, nisi
Domino soli, eradicabitur. Quod verò subiungis,
ita inquiring.

Aut quæ in honore Creatoris humani sensus ponit excogitare.

Quo sensu accipi queat, non satis elucet. Nihil au-
tem de Deo sibi corporeum, vt videris voluisse in-
telligi, humanus sensus cogitando permittitur ima-
ginari. Illud quoque satis mirari non possũ, cum de
omni similitudine non faciendã, secundũ Decalogi
præceptum assumperis, quandam lasciuam, agilita-
te præcipitatus conclusionẽ eiusdẽ præcepti, quam
prætermisisti, exponere tentaueris, quæ huiusmodi
est: Non adorabis ea, neque coles, ego sum Domi-
nus Deus tuus, fortis, zelotes, & cetera quæ sequun-
tur. Liqueo igitur (vt pace tua dixerim) in eodem fa-
cto te minus peritẽ egisse, quod enim adorationem
& cultum multiplicibus & incongruentibus verbis
exponere voluisti, & regulam recte locutionis offẽ-
disti, & ad sensum quem expleri voluisti, non plenẽ
peruenisti. Debueras siquidem sanctorum patrũ in
eisdem verbis explanandis expositionem, non tuam
propriam sequi, quod quia facere renuisti, vt dictũ
est, vim proprietatemque eorundem verborum nõ
satis expressẽ declarasti. Alia quippe est adoratio quæ
non nisi soli Deo debetur: Alia quæ à mortalibus hu-
militatis & subiectionis gratia, equè mortalibus ex-
hibetur. Rursum alius est cultus, quod non nisi diuinæ
potentiæ famulandum est, & alius est qui nõ solum
rationabilibus, verum etiam irrationabilibus crea-
turis iuxta modum proprium impenditur. De diuer-
sitate itaque cultus, habes vnã nobiscum beatum
Augustinum in libro de ciuitate Dei decimo plenissi-
mẽ docentem: Hic est enim (inquit) Diuinitati, vel
si expressius dicendum, Deitati debitus cultus, prop-
ter quem vno verbo significandum, quoniam mi-
hi satis idoneum non occurrit Latinum, Græco (vbi
necessẽ est) in sinuo quid veli dicere. *Λατρεία* qui-
pe nostri, vbi cũ que sanctorũ scripturarũ positũ est,
interpretati sunt seruitutẽ, sed ea seruitus quæ debe-
tur hominibus, secundum quam præcepit Aposto-
lus seruos Dominis suis subditos esse debere, alio no-
mine Græcẽ nuncupari solet. *Λατρεία*, verò secundũ
consuetudinem qua locuti sunt qui nobis diuina e-
loquia condiderunt, aut semper, aut tam frequenter
vt penẽ semper, ea dicitur seruitus, quæ pertinet ad
colendum Deum. Proinde si tantummodo cultus
ipsẽ dicatur, non soli Deo deberi videtur. Dicimus
enim colere etiam homines, quos honorifica vel re-
cordatione vel præsentia frequentamus. Nec solum
ea quibus nos religiosa humanitate subiicimus, sed
quædam etiã quæ subiecta sũt, nobis perhibet colli.
Nã ex hoc verbo, & agricolę, & coloni, & incolæ di-
cuntur: & ipsos Deos, non ob aliud appellat callico-
las, nisi quod caelum colant, nõ vtq; venerando, sed
inhabitando tanquã caeli quosdã colonos: Non si-
cut appellantur coloni, qui conditionẽ debent geni-
tali solo, propter agriculturã sub Domino possessio-
re, sed sicut ait quidã Latinus eloqui magnus Auctor:
Vrbs antiqua fuit, Tyr̄ij tenuere coloni. Ab incolen-
do enim, colonos vocauit, non ab agricultura. Hinc
& ciuitates à maioribus ciuitatibus velut populorũ
examinihus cõditę, coloniã nũcupatur: & per hoc,
cultũ quidem non deberi nisi Deo, propria quadam
ratione verbi huius omnino verissimum est. Sed
quia & aliarũ rerum dicitur cultus, idcõ Latinẽ vno
verbo significari cultus Deo debitus non potest.
Nã & ipsa religio quãuis distinctius non quemlibet
sed Dei cultũ significare videatur, vnde isto nomine
interpretati sunt nostri eã quæ Græcẽ *θεοπροσκεία* dicitur tamen

A

B

C

D

E

Exo. 10.

Adora-
tio mul-
tiplex, et
cultus.

cap. 1.

λατρεία
quid sit.

1. Pet. 1.

Virgil.

tur: tamẽ quia Latinẽ loquendi cõsuetudine, nõ im-
peritorũ, verũ etiã doctissimorum, & cognitionib;
humanis atque affinitatibus, & quibuslibet necessi-
tudinibus dicitur exhibenda religio: non eo voca-
bulo vitatur ambigũ, cũ de cultu diuinitatis verti-
tur quæstio, vt fidenter dicere valeamus religionem
non esse nisi cultũ Dei: quoniam videtur hoc verbũ
à significanda obseruantiã propinquitatis humanæ
intelligi solet, quæ Græci *θεοπροσκεία* vocant. Hæc tamẽ
& erga Parentes officiosẽ haberi dicitur. More autẽ
vulgũ hoc nomẽ etiã in operib; misericordię frequẽ
tatur, quod ideo arbitror euenisse, quia hæc fieri præ-
cipiẽ inãdat Deus, eaque sibi, vel pro sacrificiis, vel
præ sacrificiis placere testatur. Ex qua loquẽdi cõsue-
tudine factũ est, vt & De^o ipse dicatur pius: quẽ sanẽ
Græci nullo suo sermonis vlti *θεοπροσκεία* vocant, quãuis
θεοπροσκεία, p. misericordia, illorũ etiã vulgus vsurpet.
Vnde in quibusdã scripturarũ locis, vt distinctio cer-
tior appareat, nõ *θεοπροσκεία*, quod ex bono cultu, sed
θεοπροσκεία, quod ex Dei cultu cõpositũ resonat, di-
cere maluerunt. Verũius autẽ horũ nos vno verbo enũ-
ciare non possumus. Quæ itaque *λατρεία* Græcẽ nõ
cupatur, & Latinẽ interpretatur seruitus. Sed ea quæ
colimus Deũ: vel quæ *θεοπροσκεία* Græcẽ, Latinẽ autẽ
religio dicitur, sed ea quæ nobis est erga Deũ vel quã
illi *θεοπροσκεία*, nos verò non vno verbo exprimere,
sed Dei cultũ possumus appellare: Hanc ei Deo tantũ
deberi dicimus, qui verus est Deus, facitque suos cul-
tores Deos. Quicunq; igitur sunt in caelestibus habi-
tationibus immortales & beati, si nos nõ amant nec
beatos esse nos volũt: colendi vti que nõ sũt. Si autẽ
amant & beatos volũt, pfectõ inde volũt, vnde & ip-
si sunt. Satis igitur abũde que sufficit Lectoris pruden-
tia, de diuersitate cultus, hæc que à B. Aug. dicta
protulimus. Porro de adoratione quæ mortalibus
humilitatis & subiectionis gratia, equè mortalib;
hibetur multa in diuinis eloquiis exẽpla reperiuntur,
Gen. 23. è quibus illud est in lib. Genesios: Surrexit (inquit)
Abrahã & adorauit populum terræ, filios videlicet
Herh. Et alibi in eodem libro: Cum que adorassent
Gen. 24. Ioseph, fratres sui, & cognouissent eos, quasi ad alienos
durius loquebatur. Et Paulõ post: Igitur ingres-
sus est Ioseph domum suam, attuleruntque ei mune-
ra, & adorauerunt eum in manibus, & adorauerunt proni in
3. Reg. 1. terram. Et in libro Melachim: Inclinauit (inquit) se
Berfabee, & adorauit Regem. Et Paulõ post: Nuncian-
taueruntque Regi, dicentes: Adest Nathan Propheta. Cum que
intraisset ante conspectum Regis, & adorasseteum pronus
in terram, dixit Nathan Regi ea quæ ibi sequeuntur. Hæc paucis
dicta sint. Cæterum cui cordi fuerit diuinarum scripturarum pa-
ginas diligenter legere, huiusmodi Adorationis ve-
beriora potest perfacile testimonia reperire. De ado-
ratione verò quæ soli Deo debetur, multa & innume-
ra in vtroq; Testamẽto extat saluifera documenta.
Quæ cũ plurima, & innumera sint, adẽ vt nõ facile
etiã ab ipsis peritissimis, & eloquentissimis viris ex-
plicari queat: restat, vt expositiones eorũ quæ à san-
ctis Patrìbus sancto Spiritu afflatis digestæ sũt & ad
nostrã notitiã perlata: paucas de multis, breuitati stu-
dentes, huic operi subnectamus. Scribit vtiq; Orige-
nes in expositione Epist. ad Rom. Cũ possẽt (inquit)
homines Deũ agnoscere, ab eius cultu declinantes, ad
Imagines hominũ adorandas & animalũ se diuerre
rũt. Vt em̄ breuiter, & omnia in vnũ collecta defini-

Pietas
quid sit.

1. Lib.

tione, dicamus: Adorare aliũ præter Patrẽ & filiũ &
spiritũ sanctũ, impietatis est crimen. Itẽ idẽ in eodẽ
opere: Ego sic arbitror accipiendũ, quod verbi cau-
sa, si quis in quolibet metallo, auri vel argenti vel li-
gni vel lapidis facit speciem quadrupedis alicuius vel
serpentis vel auis: & statuã illã, non idolũ, sed simi-
litudinẽ fecit, vel etiã si picturas ad hoc ipsũ statuat,
nihilò minus similitudinem fecisse dicendus est. Ser-
mo Dei vnũersa complectens, simul abiurat & abiur-
cit, & non solũ idolũ fieri vetat, sed & similitudinẽ
omniũ quæ in terra sũt, & in aquis, & in celo, ad-
dit autẽ & dicit: Nõ adorabis ea, neque coles. Aliud
est colere, aliud adorare. Potest quis interdũ & inui-
tus adorare, sicut nonnulli Regibus adulescentes, cum
eos in huiusmodi studia deditos viderent, adorare
se simulant idola cũ in corde ipsorũ certum sit, quia
nihil sit idolũ. Colere verò est toto hic affectu & stu-
dio mancipari. Vtrumque ergo refecat sermo diui-
nũ, vt neq; affectu colas, neque specie adores: Hiero-
nymus in expositione Daniëlis Propheta: Notum
tibi sit, inquit, Rex quia Deos tuos nõ colim, & sta-
tuam auream quã erexisti, non adoramus. Siue sta-
tuam, vt Symmachus, siue imaginem aureã, vt cæte-
ri transfulerunt, voluerimus legere, & principes Dei eã
adorare non debent. Ergo iudices & Praeceptes se-
culi, qui Imperatorum statuas adorant, & imagi-
nes, hoc se facere intelligant, quod tres Pueri face-
re nolentes, placuerunt Deo. Et notanda proprie-
tas: Deos coli, Imaginem adorari dicunt, quod
vtrumque seruis Dei non conuenit. Itẽ idẽ in expo-
sitione Ezechielis Propheta: Et septuaginta viri de
senioribus domus Israel, & Ichonias filius Saphan,
stabat in medio eorũ stantibus ante picturas, & vnũ-
quisque habebat thuribulũ in manu sua, & vapor ne-
bular: de thure confurgebat. Quando dicit septua-
ginta viros fuissẽ de senioribus domus Israel, qui te-
nerent thuribula manibus, ostẽdit multos alios fuissẽ
se Presbyteros, qui hoc non faciebant, sed forsitan
peccatis aliis tenebantur: vnumque nomine Ichonias
filiũ, Saphan stantẽ in medio eorũ quasi princĩ-
pem sceleris, atque sacrilegiorũ, qui omnia reli-
gione Dei, colebant idola, & in tẽplo non adorabãt
Deũ cuius erat & tẽplũ, & pictura parietũ. S. Aug.
in lib. septimo de ciuitate Dei: Vnũ verũ Deũ, id est
omnis animæ corporisque creatorem colere, quif-
que contendat. Non ideo peccat, quia non est colẽ-
dus quem colit, sed quia colendũ, non vt colendus
est, colit. Qui verò & rebus talibus, id est, turpibus
& sceleris, & nõ Deum verum, id est, animæ corpo-
risque factorem, sed creaturam quamuis non vitio-
sam colit, siue illa sit anima, siue corpus, siue anima
simul & corpus, bis peccat in Deum, quod & pro
ipso colit, quod nõ est ipse: & talib; rebus colit, quali-
bus nec ipse colendus est. Itẽ idẽ in lib. 10. de ciu. Dei: Multa
denique de cultu diuino vsurpata, sunt quæ honoribus
deferuntur humanis, siue humanitate nimia, siue adulatione
pestifera: ita tamen, vt quibus ea deferuntur, homines
haberentur, qui dicuntur colendi, & venerandi, si autẽ
multũ eis additur, & adorandi. Quis verò sacrificandum
censuit, nisi ei quẽ Deũ, aut sciuit, aut putauit, aut
sinxit: Itẽ idẽ in eodem opere lib. 10: Putauerunt quidã
Angelis deferendum honorem (vel adorandum vel sacrificando)
qui debetur Deo & eorũ sũt admonitione prohibiti,
ti, iussique hæc ei deferre, cui vni fas esse nõ uerunt.
Imitati sũt Angelos sanctos etiã facti homines Dei.

Exo. 20.

Dan. 5.

Ezech. 8.

Acto. 4. Nā Paulus & Barnabas in Lycaonia factō quodam miraculo sanctis putati sunt dij, eisque Lycaonij vitimas immolare voluerunt, quod à se humili pietate remouentes, eis in quem crederent annūciarūt Deū. Et post pauca: Quæcūq; igitur immortalis potestas, quantalibet virtute prædita, si nos diligit sicut seipsā, ei vult esse subditos (vt beati simus) cui & ipsa subdita, beata est. Si ergo non colit Deū, misera est, quia priuatur deo, si autē colit Deū, nō vult se coli pro Deo: illi enī porius diuinæ sētētæ suffragatur, & dilectionis virib' fauet, quia scriptū est: Sacrificās diūs eradicabitur: nisi soli Deo. Nā vt alia nūc taceā quæ pertinet ad religionis obsequiū quo colitur Deus, sacrificiū certē nullus hominū est, qui audeat dicere deberi, nisi Deo soli. Itē idē in eodē opere libro 10. Non itaque debemus metuere, ne immortales & Beatos vni Deo subditos, nō eis sacrificādo offeramus: quod enī nisi vni verō Deo, sancti debent scire cui & ipsi adhæredō beati sunt, proculdubio neq; per vllā significatē figurā, neque per ipsā rem q̄ sacramentis significatur sibi exhiberi volunt. Dæmonū est hæc arrogātia superborū atque miserorum, à quibus longē diuersa est pietas subditorū Deo. Itē idē in eodē opere. Nos autem Martyribus nostris nō templa sicut diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorū apud Deū viuunt spiritus, fabricamus. nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus Martyribus, sed vni Deo, & Martyrū & nostro sacrificiū immolamus, ad quod sacrificiū sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione vicerunt, suo loco, & ordine nominantur, non tamē à Sacerdote qui sacrificat inuocantur, Deo quippe, nō ipsis, sacrificat, quāuis in memoriā sacrificet eorū, quia Dei sacros est, non illorū. Ipsum verum sacrificiū, corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt & ipsi. Item idē in libro quæstionum veteris ac Noui Testamētī: Christiani (inquit) vrpote pauperes quos stultos vocant: vnum Deū colūt in mysterio ex quo sunt omnia, nec aliquid, quod ab eo cōditū est, venerantur. Ipsum enī solū sufficere sibi & abū dare sciūt ad salutē. Itē idē post pauca: Non ergo nobis videtur vt quod homo facit, adorari debeat. Factor enī à factura, non factura à factore adorari iudicatur. Itē idē in expositione Ps. 113. noli ergo addere manus hominū, vt ex eodē metallo, quod fecit verus Deus, velis facere falsum Deū, immō falsū hominē quem pro vero venereris Deo, quē quisquis pro vero Deo in verā amicitia recipere, insaniret: ducit enī & affectū quodā infirmo rapit infirma cordamortalium formæ similitudo, & mēbrorū imitata cōpago. Itē idē in eodē opere Psal. 96. Homines autē in sanctos attendite, qui sunt similes Angelis. Cū inueneritis hominē aliquē sanctū seruū Dei, si volueritis illum colere, & adorare pro Deo, prohibet te, nō vult tibi arrogare honorē Dei, non vult tibi esse pro Deo, sed tecū esse sub Deo. Et post pauca: Sic & sancti Angeli, illius gloriam quærent quē diligunt, ad eius cultū ad eius adorationē, ad eī cōtēplationē omnes quos diligunt rapere & inflāmare student, ipsum illis annunciant, non se, quoniā Angeli sunt, & quia Milites sunt, nō norunt gloriā querere, nisi Imperatoris sui. Itē post pauca: Nemo dicat: Timeo, ne irascatur mihi Angelus, si non illum colō pro Deo meo. Tunc enim tibi irascitur, quādo ipsum colere volueris, bonus est enim, & Deum amat. Quomodo dæmones irascuntur, si non colantur: sic Angeli indignantur,

A si pro Deo colantur. Item idem in Epistola ad Maximum Grammaticum. Scias (inquit) à Christianis Catholicis quorū in vestro oppido etiam Ecclesia constituta est, nullum coli mortuorum, nihil denique adorari quod sit factum & cōditū à Deo, sed vnu ipsum Deum qui fecit & condidit omnia. Item idem in lib. de vera religione inter cetera ita dicit: Ad percipiendam veritatem nihil magis impedire quā vitā libidinibus deditā, & falsas imagines rerū sensibiliū quæ nobis ab hoc sensibili mūdo per corpus imprefe, varias opinionēs erroresque generarent: nec errorē in religione esse potuisse, si anima pro Deo suo non coleret animā, aut corpus, aut phantasmata sua quæ nihil sunt aliud, quā de specie corporis corporeo sensu, attracta signata. Itē in eodē: Non sit nobis religio, humanorū operū cultus, meliores enim sunt ipsi artifices qui talia fabricantur, quos tamē colere nō debemus. Nō sit nobis religio in phantasmatibus nostris, melius est enim qualecūque verū, quā omne quicquid pro arbitrio fingi potest: & tamen animā ipsā, quāuis anima vera sit, cū falsa imaginatur, colere nō debemus. Melior est vera stipula, quā lux inani cogitatione pro suspicantis voluntate formata, & tamen stipulam quā sentimus & tangimus, demētis est credere colendam. Itē idem in Sermone Euangelico, de potestate data dæmonibus, vt abiret in porcos: Noli (inquit) inclinari Angelis, vt eis sacrificandum putes, nolunt enī: quando facis, nō in telligunt, diligunt si cum eis adores quē adorant. Itē idem in libro de quantitate animæ: Homo autē qui liber alius, quamquam sapientissimus & perfectissimus, vel prorsus qualibet anima rationis cōpos atque beatissima, amanda tantūmodo, & imitanda est, eique pro merito & ordine, quod ei congruit deferendū, nā dominū Deū tuū adorabis, & illi soli seruiēs. Item idē in libro de vera religione: Nō nobis religio, corporū æthereorū atque cœlestiū cultus: sed eius cuius cōtēplatione beati sumus. Neque enī & nos videndo Angelū beati sumus, sed videndo veritatē qua etiā ipsos diligimus Angelos, & his cōgratulamur. Nec videmus quod eo paratiōres & nullis modestiis interpedientibus perficiuntur, sed magis eos diligimus quoniā & nos tale aliquid sperare à eōmni Domino iussū sumus. Quare honorari eos charitate, non seruitute. Nec eis templa nolunt enim se sic honorari à nobis, quia nos ipsos cū boni sumus, templa summi Dei esse nouerūt. Fulgentius in lib. de Fide ad Donat. Quia ipse Deus sibi soli præcipiēs tantūmodo seruendū, seque iubens à fidelibus adorandū, prorsus interdixit, ne quis audeat creaturam, adorare, creatureque seruire: propterea in sine illius præcepti, de omnibus quæ creauit ita loquitur: Nō adorabis ea, nec seruiēs eis. Et post pauca: Vera enī religio, in vnius cōstat Dei seruitio. Itē idē post pauca: Si veraciter vnu Deū cū patre filiū vera fides adorarat, quæ sic Deo nouit à creaturis omnibus seruicidū vt nouerit creaturæ nō debere diuinæ seruitutis obsequiū: Firmianus Lac. lib. 2. de falsa religione, Duplici ratione (inquit) peccatur ab insipientibus. Primū quod elemēta, i. dei opera deo pferūt: deinde quod elementorū ipsorū figuras humana specie cōprehensas colunt. Itē ipse: Nihil aliud adoremus, nihil colamus, nisi solius artificis parētisque nostri vnicū nomē. Itē. Supra ergo, nō infra est Deus, nec in ima, sed in summa potius religione querendus est. Et infra: Nihil colēdum est, quod oculis mortalibus cernitur.

Pote-

Poterant siquidem de cultu & adoratione quæ soli Deo debetur, vberiora sanctorum Patrum dicta sufficienter proferri, nisi ob prolixitatem vitandam prætermitterentur. Sequitur ex opere Claud. *Dicunt isti (inquit) contra quos Ecclesiam defendendam suscepimus.* Optima & egregia gloriatio tua. Supra dixisti magna tibi tribuendo, te sectatorem, & schismatū superstitionūque atque hæresium compressorem, & cōtorem, existere: & nunc infers, & contra imaginum adoratores, Ecclesiam Dei defendendam te suscepisse. Pluraliter scilicet eorum personam assumens, ita inquit: Dicunt isti contra quos Ecclesiam Dei defendendam suscepimus, & singulariter eis respondens, Paulū post subiicit. *Cui respondemus.* Omittimus itaque hanc dictionem vitiosam tuā, quæ apud Grammaticos, solæcismus per numeros vocatur, eamque ceteris vitiosis & incompositis tuis dictionibus sociandam relinquimus, intellectu tantūmodo eius qui vitiosus vitiosè prolatus est, rimantes. Beatus igitur Aug. contra paganos agens, Ecclesiam Dei defendendam se suscepisse non immeritō scribit, quorum infidelitatem potenter rationabiliter redarguit, Sanctāque Ecclesiam ad eorū infidelitatem refellendā, ac superandā, saluberrimis instruit, immō armis spiritualibus affatimunit, tu verō nihil tale vspiam legeris fecisse. Vnde mirari non satis possum, cur gloriatu fueris te Ecclesiam Dei defendendam solum suscepisse. Sed quoniam eiusdem doctoris verbis abutens, Imaginum adoratores Parochiæ tuæ tanta inuectione percellendos iudicasti, cultores tamen sincerissimos sanctæ Dei Ecclesiæ Galliæ incolentes, & ab hac superstitione immunes (quos tam in præcedentibus quā in subsequētib' scriptis tuis, falsæ religionis atque superstitionis cultores vocitas) in eadem persecutione tua minime videris excepisse. Illud quod Imaginum adoratores, tibi, ad suum errorē muniendum, respondisse scripsisti, ita inquitens. *Non putamus Imagini quam adoramus, aliquid inesse diuini, sed tantūmodo pro honore, cuius effigies, talis eam venerari adoramus.* Vna autem reprehendimus ac de testamur, quia cum eorum scientiam non subterfugerit, imaginibus nil inesse diuini, maiori digni sunt inuectione, eo quod debitum honorem diuinitati, impenderint infirmo & egeno simulachro. Quantūque huiusmodi erroris sectatores ac defensores à vera exorbitent religione, nō opus est per singula, mea declarare narratione. Idiptum etiā nonnulli Oriēta liū qui eodē sceleratissimo mancipantur errori, se oburgantibus respondere solent. Tribuat Dominus sua gratuita pietate, vt tandem aliquando & isti & illi ab eadē eruantur superstitione, & Apostolicis disciplinis salubriter instructi, traditioni reuocentur Ecclesiastica. Illud autem quod adnectis, *Quia sanctorum imagines in demonum cultum venerantur, non idololatriæ, sed nomina mutauerunt.* Et continū subiungis: *si scribis in pariete, vel pingas imagines Petri & Pauli, Iouis et Saturni sive Mercurij, nec isti sunt dij, nec illi Apostoli, nec isti, nec illi homines, ac per hoc nomen mutatur, error tamen & tunc et nunc idem ipse permanet semper.* Quis non intueatur in hac prosecutione tua, leuitatis & indiscretionis plena sicut & in ceteris fecisti, Galliæ te quoque complexū. Quæ vtiq; imagines sanctorum ob præmissas causas & habet & habere sinit: eas vero adorari, & in demonū cultū ve-

Tom. 5.

nerari, magnæ detestationi & abominationi habet. Non igitur (vt asseris) colit idola, & nomen mutauit, quia reliquit Diabolū, & secuta est Christum, ac de infideli facta est fidelis. Porro imagines sanctorum, vt dictum est, habet, non tamen eas in demonum cultum veneratur. Nam & illi qui nimio, & in discreto amore ob honorem sanctorū, eorum imaginibus supplicat, nescio an temerè idololatræ sint vocandi. Videntur sanè potius ab hac superstitione, adhibito rationis moderamine reuocadi, quā idololatræ, cum vtiq; sanctæ Trinitatis fidem veraciter credant & prædicent, nuncupandi. Cetera verò in eadem assertionem tua faciunt nobiscum, excepto eo quod in ea vltimum posuisti, ita inquitens: *Ac per hoc nomen mutatur, error tamen, & tunc et nunc idem ipse permanet semper.* Quod superioribus vbi dixisti: *Non idololatriæ, sed nomina mutauerunt:* Non inconuenienter aptari potest. Item ais: *Certe si adorandi fuissent, vni potius quā mortui, vt tu posuisti, adorandi esse debuerunt.* Vt ponere debueras, adorandi fuissent, aut certè adorari debuerant. *Id est, vbi similitudinem Dei habent.* In his verbis nobiscum sobriè sentis: de qua re sufficientia diuinæ scripturæ testimonia habentur, quæ hic breuitatis causa non ponuntur. Quod autem illico subnectis. *Non vbi pecorum, vel quod verius est, lapidum, sive lignorum vita sensu et ratione, vt tu posuisti, carentem.* Vt ponere debueras, carentem. *Similitudinem habent.* Quantum ab his qui sanum sapiunt peruersè dissentias, res ipsa liquidò prodit, plena quippe sunt blasphemiarū verba, quæ in contemptum sanctorū impudenti ore protulisti. Nimiū ergo & infeliciter errando à sensu cūctorū fidelium discrepasti, quando sanctorū preciosa corpora quæ Deo dicauerūt, & in quibus officiosissimè ei seruiuerunt, quæ vtiq; organū Sæcū spiritus extiterūt, pecoribus, & vt verè te scripsisse dixisti, lapidibus & lignis cōæquasti. Hac quippe prosecutione, tua, qua te sanctorū corpora defectū habere manifestas, errorē Eustachij & Vigilantij omninò sequi conuinceris. Vterq; igitur, si Reliquiarum contemptores ita præmissū est, reliquias sanctorū contēndas alia multa, cōtra statuta Ecclesiastica insaniedo dogmatizauit, & idcirco merito subperpetuo anathema te hæreticorū collegio datus est. Si igitur (vt astruis) sanctorū corpora similitudinē pecorū habent, ergo nō more humano terre mandāda sunt, sed iuxta cuiusdam erroneū dogma (Diogenē scilicet, & Cynicū dico) feris auib'que proiciantur, aut certè quaquaversū velut lapis inutilis & lignū infructuosū dispergantur. Quis Catholicorū, rogo te, tā impia, tāque blasphemata verba patiēter vel legerel audire possit? Quis (inquam) nisi mētis inops tā prophana non excreretur dicta? An nescis pagani moris fuisse, ossa Martyrum quos diuersissimis generibus mortuum Martyrū necabant, ne à Christianis honorabiliter sepelirentur, diuersissimis modis oculuissē, aut igni concremasse, aut certè feris auib'que exposuissē: hoc videli à Paganis cer per eos quātū eis possibile fuit, cauētib' impuris tractaretur spiritibus, ne per cineres sanctorū augmētaretur bestiarum nescia mortalitū, cōfūderetur pertinacia infidelium, & detegeretur dolositas ipsorū. ad sanctorū quippe cineres, vt B. Hiero. aduersus Vigilantiū scribit, dæmones Hiero. rugiūt, & de obsessis corporib' aufugiūt, & alia multa innumera eorum interuentu suffragante, & Christi

2 C C c iij

Hi gratia cooperante sunt. Ad pecorum verò cada-
 uera, & ad lapides, & ad ligna nil tale fieri haud du-
 biū est. Scribit itaque beatus August. in libro ciuita-
 tis Dei 8. Nemp̄e (inquit) spiritus fallax, cuius instin-
 ctu Hermes ista dicebat, per eum ipsum coactus est
 confiteri, iam tunc illam terrā Sepulchrorum mor-
 tuorum, quos pro diis colebant, fuisse plenissimam,
 sed dolor demonum per eum loquebatur, qui suas fu-
 turas pœnas apud sanctorum Martyrum memorias
 imminere mœrebant. In multis enim talibus locis
 torquentur & cōfitentur, & de possessis hominū cor-
 poribus eiiciuntur. Ioannes Chrysostomus in home-
 lia de Natali Machabæorū: Quam speciosa (inquit)
 & grata festiuitas nobis enituit, & totius anni dieb̄
 splendiddior illis hodierna præfulget? Nō denstatis
 solis radiis illuminata præclarior, sed de lumine Mar-
 tyrum supra coruscū fulguris micantem illustrata
 sublimis, multis enim Solibus illustriores sunt Mar-
 tyres, & magnis luminaribus clariore, propterea ho-
 die si dici potest, cælo ipso ornatio terra lætatur.
 Sed in hac comparatione non attendas cinerem san-
 ctorum corporum, nec fauillam reliquiarū carnis,
 omniaque ossa consumpta tēporibus, sed aperi oculo
 fidei, & vide eos diuina virtute & gratia Spiritus
 sancti amictos, & diuini luminis claritate radian-
 tes. Hi ergo ipsi de superno Solis circulo in terram ra-
 dij, Christo emittente iaciuntur, & a corporibus suis
 profusientes corusca luce fulgoris, sicut speciem Ec-
 clesie gaudentis illustrant, ita faciē Diaboli inuiden-
 tis obsecant. Nam vt audaces latronū duces, siue im-
 pij Sepulchrorū efflores, si forte dū prædas agūt,
 aut spolia capiēda cōquirunt, in arma vel ornamēta
 Imperatoris incurrerint, quam libet cupidi præ-
 darum, tamen agnitis Regis insignibus deterrentur
 vt fugiāt, neque cominus accedere vel attingere au-
 deant, vnde sibi non compendium procedere, sed
 periculum prouident imminere, si quid inde audeāt
 vlturpare. Ita profecto & demones qui verē latronū
 & Principes & Magistri sūt, vbi coronatorū Martyrū
 corpora viderint posita, lōgē illico a cōspectu eorū
 pauidi fugiūt & absiliunt. Nō em̄ naturā eorū adtē-
 dunt, sed in arcana dignitatē & gloriā Christi, qui
 in agone certaminū, induta corpora Martyrum suo-
 rum sicut arma portauit. Huiusmodi enim arma, nō
 Angelus, non Archangelus, non vlla alia creaturæ
 virtus induta est, sed ipse Dominus virtutū & Ange-
 lorum, sicut Paulus clamabat, 2. Corinthiorū. 13. di-
 cens: Si experimentum quæritis præliantis in me
 Christi. Præciosa enim sunt Martyrum corpora, quo-
 niam plagas pro Domino susceperunt, & quia stig-
 mata propter Christum membris suis impressa fe-
 runt. & sicut corona Regalis vndique decorata, ful-
 gores varios emittit, ita & sanctorum Martyrū cor-
 pora, sicut pretiosis lapidibus acceptis pro Christo
 vulneribus distincta, omni regum diademate præ-
 tiosiora, & spectabiliora redduntur. Hæc ille. Quis
 igitur his & innumeris aliis sanctorum Patrum do-
 cumentis declaratur, quod sanctorum corpora præ-
 ciosa sint, & a cunctis fidelibus veneranda & hono-
 randa: liquet profecto, quia infidelium est, ea contē-
 nere, & fidelium, ea humaniter terrē mandare, & ob
 eius amorem, pro cuius nomine passi sunt, honora-
 re. Quorum alterum impietatis est quidē: alterum
 verò pietatis constat esse iudiciū. Quapropter quis-
 quis ea contēnenda iudicat, aut corporibus pecorū,
 vel lapidibus, aut certē lignis simillima esse contē-

dit, non Christianus, sed Eustathianus, & Vigilanti-
 anus & quod verius fatendum est, infidelis habē-
 dus est. Quod si (vt peruersissime sentis) præcio-
 sa corpora sanctorum, pecorū vel lapidum & li-
 gnorum similitudinem habent, quid dicitur es de
 miraculis, quæ Christi potentia operante apud eo-
 rum memorias mirabiliter sunt? Manifestum est e-
 nim cunctis fidelibus, eorundē sanctorum corpora,
 multis magnisque miraculis diuinitus honorari, nec
 immerito. Equū quippe est, vt qui corpora sua mē-
 bra iustitiæ vtiliter exhibuerunt, & in eis Diabolum
 triūphauerunt, tam evidentibus coruscant miracu-
 lis, quatenus præclaris diuinæ remunerationis appa-
 reat indicis, quā preciosa sit mors in cōspectu Do-
 mini, & quod magna sit eorū virtus apud altissimū.
 At si nunc corpora sanctorū in puluere cinerem ve-
 iam penē redacta, tantis diuina pietate munerantur
 miraculis, quāntis putas resurrectionis tēpore perpe-
 tuis donabuntur præmiis? Quod autē corpora de-
 functorum, maxime iustorū, nō sint abiicienda, sed
 potius terræ mandanda, docet B. Aug. in libro de ci-
 uitate Dei primo: Nec contēnenda sunt (inquit) &
 abiicienda corpora defunctorū, maximeque iustorū
 atque fidelium quibus tanquā organis & vasis ad om-
 nia bona opera sanctus Spiritus vsus est. Si enim pa-
 terna vestis & annulus, ac si quid huiusmodi tanto
 charius est posteris, quanto erga parentes maior ex-
 tar affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpo-
 ra, quæ vtrique multo familiarius atque coniuncti-
 quā qualibet indumenta gestamus. Quod verò
 corpora sanctorum sint a fidelibus honoranda, Scri-
 bit B. Hieronymus ad Riparium contra Vigilantiū:
 Honoramus (inquit) reliquias Martyrum, vt eū, cui-
 us Martyres sunt, adoremus. Honoramus seruos vt
 honor seruatorum redundet ad Dominum, qui ait:
 Qui vos suscipit, & c. Tatorū autē doctorū salutaris
 declaratur documentis, quod sanctorum corpora
 non sint, (secundum nēnias & ineprias tuas) peco-
 ribus, vel lapidibus & lignis coæquanda, sed magis
 a cunctis fidelibus pio amore amplectenda & hono-
 randa. Quia ergo liquet te negare nō posse, quod
 sanctorum corpora non sint his rebus quas scripsisti
 comparanda, sed magis ab Ecclesia Catholica fi-
 liis honoranda, & quod ob meritum prærogati-
 uam, tot tantisque rutilent miraculis: necesse est, vt
 omni obstinatione remota, humiliter confitearis te
 errasse, quando ea pecorum & lapidum & lignorum
 similitudinem habere dixisti: & licet pertinaciē de-
 ditus hoc facere contempseris, veritate tamen & ra-
 tione euidenter errasse conuinceris. Vtrum autem
 ipsi exanimis corporibus suis præsto sint, cum be-
 neficia præstantur mortalibus, nec ne: B. Augustini
 salutaris documentis, scribentis in libris de ciuitate
 Dei, & in libro de cura agenda pro mortuis: nec nō
 beati Gregorij libro Dialogorum plenissimē instrui-
 mur, ad quorū lectionē, diligenter curiosūque mit-
 timus Lectorem. Sequitur in eodem opere tuo.
 Ex quare (inquis) summo pere pensandum est, quia si opera
 manuum Dei non sunt adoranda et colenda, quanto magis opera
 manuum hominum adoranda et colenda non sunt? Profusus
 nec in honore eorum, quorū similitudines esse dicuntur. In huius
 sententiæ sensu nobiscū sobriè sapis. Verū est (in-
 quā) quia neque opera manuum hominū sunt adoranda
 & colenda, illo videlicet cultu & adoratione, qui soli
 diuinitatis est. Op̄ nāq; manuum dei, corpora factō-
 rū, præcedētia opusculi tui te dixisse pro dū, quæ nō
 adorantur.

Demoni
pœna ad
Martyriū
memorias

Chryso.
Hom. de
Natali
Machab.

Demonis
fugium
corpora
Martyriū.

Gal. 6.

Sanctorū
corpora
preciosa.

adoranda adoratione diuinitati debita, sed pio sunt
 amore amplectenda & honoranda: vt pote sancti
 Spiritus templa sacrata. Sed & illud quod subiūgis:
 Quia si imago, quam adoras, Deus non est, nequaquam ve-
 neranda est pro honore sanctorum, qui nequaquam diuinos
 sibi arrogant honores.
 Omnino approbamus, congruūque fidei Ca-
 tholicæ esse iudicamus. Item pauld post:
 Et idēd (inquis) sciendum summo pere est, quia non solum
 qui visibilia signa atque imagines colit, sed etiam quam-
 libet, siue celestem, siue terrenam, siue spiritalem, siue corpo-
 ream creaturam vice nominis Dei colit, & salutem animæ
 sue quæ a Deo solo est, ab illis sperat, de illis est, de quibus dicit
 Apostolus: Et coluerunt & seruierunt creaturæ potius quam
 creatori.
 His tuis verbis breuiter respondemus, nos signi-
 ta & imagines non colimus. Imagines tamen & ha-
 bemus, & habentibus non præiudicamus. Quisquis
 verò visibilia signa, atque imagines, & siue cæ-
 lestem, siue terrenam, siue spiritalem, siue corpo-
 ream creaturam pro Deo colit, creaturæ non
 creatori seruire conuincitur. Salutem sanæ animæ
 nostræ a solo Deo dari fideliter credimus, sed quia
 meritis nostris præpeditentibus eam ab eo nancisci
 non meremur, si suffragiis cœlestium siue spiritua-
 lium creaturarum illius nos compotes fore veraciter
 confidimus, nequaquam creaturæ (vt scripsisti)
 sed potius creatori seruire comprobamur. At si per
 suffragia cœlestium sanctorum suffragia salus animarum non acquiritur,
 vt quid eorum intercessio in Missarum celebra-
 tionibus & cæteris humillimis supplicationibus, a-
 penitur in p̄d diuinam Maiestatem flagitatur? Salus igitur a-
 nimæ, scimus quia non nisi a Deo datur, sed fide-
 liter credimus, quod per eorum interuentum nobis
 immeritis ab eo largiatur, & pro eo quod id credi-
 mus & speramus, non creaturæ, sed creatori nostro
 seruimus. Item ais:
 Quid te ad falsas imagines humilias & inclinas? Quid an-
 te incepta simulachra, & signa terrena captiua, corpus in-
 curuas? Rectum te Deus fecit, & cum cætera animalia prona,
 & ad terram situ vergente, depressa sint, tibi sublimis sta-
 tus & ad cælum, atque ad Dominum vultus rectus est. Illic
 intueri, illic oculos tuos erige, in supernis Deum quare: vt
 carere inferis possis, ad alta & cœlestia suspensum petrus at-
 tolle. Quid te in lapsum mortis cum insensata imagine, quam
 colis, sternis? Quid in ruinam diaboli per ipsa, & cum ipsa ca-
 dis? Sublimitatem serua, qua natus es: perseueras talis, qualis a
 Deo factus es.
 Cyprian. Hæc non tua Claudj, sed Beati Cypriani sunt
 Martyris verba, è quibus quædam subtraxisti,
 quædam immutasti, & vt tua propria posui-
 sti. Scribit itaque idem eximius doctor ad De-
 metriannum idololatriæ cultui deditum hæc verba,
 ita inquit: Quid te ad falsos Deos humilias, & in-
 clinas? Quid ante incepta simulachra & signa
 terrena captiuum corpus incuruas? Rectum te fecit
 Deus, & cum cætera animalia prona & ad terrā situ
 vergēte depressa sint, tibi sublimis status, & ad cælū
 atque Deū tuū vultus erectus est, illic intueri, illic
 oculos tuos erige, in supernis Deum quare, vt care-
 re in feris possis. Ad alta & cœlestia suspensum pe-
 tetus atolle. Quid te in lapsum mortis cum serpen-
 tetis quem colis sternis? Quid in ruinam diaboli per
 ipsum & cum ipso cadis? Sublimitatem serua, qua
 natus es, perseueras talis, qualis a Deo factus es: cum
 statu oris & corporis animum tuum statue, vt co-

gnoscere Deum possis, te ante cognosce. Mirari te
 nequeo satis, quod tam clanculo alterius verba fu-
 rari volueris, & quod idem furtum alios latere pos-
 se ratus sis. Nescisne quid Dominus de furantibus
 verba sua per Prophetam dicat: Credō etiam te le-
 gisse Cassiodorum, qui quale officium sit compila-
 torum, in explanatione plenissimē exequitur Psal-
 morum. Constat igitur te in hoc facto, impetire, &
 reprehensibiliter egisse & idcirco necesse est, vt in-
 genuē fatearis te in eodē facto errasse. Verum qui-
 cunque sua errata confiteri detrectat, aliorum pro-
 culdubidō libera fronte, nec reprehendere, nec cor-
 rigere valet, audiens a Domino: Quare tu enarras
 iustitias meas, & assumis Testamentum meum per
 os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti
 sermones meos retrorsum. Et in Euangelio: Quid
 ergo vides festucam in oculo fratris tui, trabem au-
 tem quæ est in oculo tuo non consideras? & reliqua.
 Quia ergo certum est, te alterius verba, tua pro-
 pria fecisse violenter, quæ abs te, cur in loco
 vbi Beatus Cyprianus posuit: Quid te ad falsos deos
 humilias & inclinas? Tu falsas imagines scripsisti?
 Ille falsos Deos dixit, quia veri non sunt: Imagines
 porrò, si imagines sunt aut hominum, aut quarum-
 libet aliarum rerum, quomodo falsum sit, eas ima-
 gines non esse, non satis video. Quod si responderis
 eas falsas esse idcirco, quia nihil veritatis in se habēt,
 quoniam cum habeant similitudines humanorum
 corporum, non tamen vera sunt corpora, idcirco
 eas merito falsas appellari: Imagines tamen in veri-
 tate eas esse nullatenus negare poteris. Quod cum
 non possis, iusta reprehensionē superuacue falsas eas
 posuisse denotaris. Nam & in eo quod pauld post
 posuisti: Quid te ante inepta simulachra & signa
 terrena captiua, corpore incuruas, vt quid signi-
 ta terrena captiua dicere volueris, necesse est vt ex-
 ponas. Quid signa terrena sunt, non ignoramus:
 captiua verò quomodo dici possint, merito quaeri-
 tur. Si captiua sunt, a quo in huiusmodi captiuita-
 tem deuenerunt? Quod cum tua expositione non
 egeat, quia ipso dictū absurdum est: constat te tam
 vesano furore correptum, vt profusus nescias quid
 dicis. Exant & alia quæ de verbis eiusdem sanctissi-
 mi viri furtim vsurpasti, & nō eo ordine verborum
 quo ab ipso posita, vel eo sensu quo dicta sunt, sed
 ad peregrinum quendam intellectum violenter pro-
 libitu tuo retorquisti. Quæ si, vt à te immutata & po-
 sita sunt, lectoris prudentia discuti & examinari
 coeperint, quantæ absurditatis, quantæque reprehē-
 sionis sint: & quàm coactē fluenta, quælympida
 haussisti, pede praui intellectus turbaueris, liquidō
 patebit. Item ais:
 Sed dicunt isti falsæ Religionis atque superstitionis cultores:
 Nos ob recordationem saluatoris nostri Crucē pictam, at-
 que in eius honorem imaginatam colimus, veneramur atque
 adoramus.
 Quos supra membra diaboli, hos hinc inausito &
 impudenti ore falsæ Religionis atque superstitionis
 cultores appellas, causamque protinus reddere vi-
 deri vis, cur falsæ Religionis atque superstitionis
 cultores appellentur, eō quod scilicet ob memo-
 riam passionis Christi crucem pictam atque in eius
 honorem imaginatam colant, venerentur atque a-
 dorent. Quod ergo ob recordationem redemptionis imago ex
 sue sanctæ Ecclesie ex sanctorum Patrum traditio-
 ne crucem Christi veneretur, adoret, colat non cul-
 ditio.

Rom. I.

suffragia
cœlestium
sanctorū
intercessio
penitur in
p̄d diuinam
Maiestatem
flagitatur?
Salus igitur
animæ,
scimus quia
non nisi a
Deo datur,
sed fide-
liter credimus,
quod per
eorum inter-
uentum nobis
immeritis
ab eo largiatur,
& pro eo
quod id credi-
mus & speramus,
non creaturæ,
sed creatori
nostro ser-
uimus.

Math. 10.

Cyprian.

culius
qui soli
Deo debet
adorari.

Hic. 23.

Cassiod.

psal. 49.

Mat. 7.

Luc. 6.

Sic solent
Hæretici:

tu & adoratione quæ solius diuinitatis est, sed eo potius unde satis abundeque supra dictum est nemo nisi qui ab Ecclesiastica traditione dissentit, ignorat. Vnde ob recordationem salutiferæ passionis Dominicæ annuatim in sanctissimo die Parasceues secundum traditionem Ecclesiasticam Crucem Christi adoratur, id est, supplicando salutar, quæ etiam rotam diffusa per orbem in Christi laudem prorupens gratulabunda canit: Crucem tuam adoramus domine, & sanctâ resurrectionem tuam laudamus, & glorificamus. Et iterum: Ecce lignum crucis, in quo salus mundi pendit, venite adoremus. Et B. Gregorius, de cuius dictis nemo inuicem salutaris suæ ambigit, in libro sacramentorum ita meminit: Deus qui uirginem tuam Domini nostri Iesu Christi precioso sanguine humanum genus redimere dignatus es, concede propitius, ut qui ad adorandam uirginem crucem adueniunt, à peccatorum suorum nexibus liberentur. Quæro abs te, Claudii, si aliquando hanc orationem domino decantasti, cum à te ventum fuit ad locum adorandæ crucis, quid ibi dixeris: sed reor te imitatum Iudæos quos Apostolus scendo inimicos crucis Christi dicit, ad eundem crucis inimicum factum, ut Verbum adorandæ crucis aut penitus præteritis, aut certe immutando iuxta familiarissimum tibi modum aliud pro alio dixeris, sicut in Verbis B. Cypriani Martyris cõuinceris fecisse, quapropter sicut in euerendis imaginibus sanctorum & ab Ecclesiis penitus pellendis, B. & excellentissimi Doctoris Greg. scribentis ad Serenum Massilien. Episcopum, saluberrimis dictis contumaciter contraisti: ita nihilominus in abdicandis ab Ecclesia Christi crucibus & despectui habendis, eiusdem Doctoris factis & dictis irreuerenter imprudenterque comprobatis obuiaffe. Scribit itaque idem Doctor ad Ianuarium Episcopum, ita inquit: Iudæi, de ciuitate uestra huc uenientes, questi nobis sunt quod Synagogam eorum quæ Caralis sita est, Petrus qui ex eorum superstitione ad Christianæ fidei cultum, Deo uolente, perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis, sequenti die Baptismatis sui, hoc est, * dominica ipsa festiuitate Paschali, cum graui scandalo sine uestra occupauerit uoluntate, atque imaginem illic Genitricis Dei, Domini que nostri, & uenerandam crucem, uel pyrum albam qua de fonte surgens indutus fuerat adposuisset. Et paulo post: Cõsiderantes (inquit) hac de re uestræ uoluntatis intentum ac magis iudicium, his hortamur assatibus, ut sublata exinde, cum ea qua dignum est ueneratione, imagine atque Cruce debeatis quod uolenter ablarum est, reformare. Item idem ad Recharedum Regem Vvisigothorum scribit inter cætera ita: Crucem quoque latiori præsentium dedimus uobis offerendam, in qua lignum dominicæ crucis inest, & capilli B. Ioannis Baptistæ, ex qua semper solatium nostri Saluatoris per intercessionem præcuratoris Domini habeatis. Scribit etiam Beda uenerabilis Presbyter, modernique temporis huius peritissimus ac præclarissimus Doctor in historia Anglorum, qualiter eodem B. Gregorio dirigente salubriterque docente, Augustinus Episcopus cum sociis suis, Britanniam uenerit, Regemque Anglorum adierit, ita dicens: Post dies ergo aliquot uenit ad Instulam Rex, & residens sub dio, iussit Augustinum cum sociis ad suum ibidem aduenire colloquium. Cauerat enim ne in aliquam domum

ad se introirent, ueterem usum augurio ne superuentu suo si quid maleficæ artis habuissent, eum superando deciperent. At illi non demoniaca sed diuina præditi uirtute ueniebant, Crucem pro uexillo ferentes argenteam, & imaginem Domini Saluatoris in tabula depictam, litaniaeque canentes, pro sua, simul & eorum, propter quos uenerant, salute æterna Domino supplicabant. Et post pauca: Fertur autem quia appropinquantes ciuitati, more suo cum cruce sancta & imagine magni Regis Domini nostri Iesu Christi hanc litaniam consona uoce modularentur: Deprecamur te Domine in omni misericordia tua, ut auferatur furor tuus, & ira tua à ciuitate ista, & de domo sancta tua, quoniam peccauimus, alleluia. Attende, hortor te, Claudii patienter, quantus qualisque doctor, & superius crucem iuxta præmissum modum adorandam, & in scriptis crucem uenerandam alitruat, uenerationis causa ac Benedictionis, Recharedo Regi crucem miserit, quantaque doctrina discipulum suum Augustinum sociosque eius imbuerit, ut crucem & imaginem Dei nostri Iesu Christi, ad fera corda gentilium domanda, & prædicanda, & ad fidem Christi conuertenda fecum ferret: & perpende quia sanæ sobriæque eius doctrinæ, tua insana & inepta refultat doctrina. Quoniam quod ille de cruce & imaginibus sanctorum disertissima assertione & cautissima institutione tenendum docuit, homo tu portentoſis disputationibus labefectandum oblaras. Scito ergo quia nisi tua errata humiliter cõsiteri & corrigere præpropere studueris, proculdubio ad periculum salutis tuæ & ad ruinam gradus tui, tati doctoris excellentissimis dictis & discretissimis institutionibus cõtraria dogmatizasti. Ut quid, rogo te, tam uesano furore raperis, ut Iulianum apostatam imitatus, crucem imaginem Christi gestatam ab Ecclesia abstuleris, ac ne à fidelibus, iuxta traditionem Ecclesiasticam, in Basilicis Christi haberetur, inhibueris? Ut quid etiam uexillum crucis exhorrescis? Nescisne quia demonum est eiusdem crucis uexillum exhorrescere? Quid (rogo) fordui tibi tantum crux Christi? Puto sanè, quia si te cruce Christi redemptum fideliter credidisses, nunquam te in festum eius inimicum & execratorem atque abdicatorem constituisses. Per crucem namque mortis auctor superatus est, & mortalibus uita reddita est. Et nemo fidelium nisi spiritaliter cruce Christi uectus, mare huius seculi transire, & ad portum salutis æternæ ualet peruenire. An ignoras quia arma fidelium est crux Christi? Hoc uexillo frontes fidelium muniuntur. Hoc quippe uexillo hostes inuisibiles pelluntur. Per hoc signum cuncta nobis sanctificantur. Vnde scribit B. Augustinus in expositione Euangelij Ioannis homelia sexagesima quarta. Quid est (inquit) quod omnes nouerunt signum Christi? quod signum nisi adhibeatur siue in frontibus fidelium, siue ipsi aquæ, ex qua regeneratur, siue oleo, quo chrismate unguuntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil horum ritè perficitur. Sed nunc interim de mysterio crucis, quod Apostolicus sermo exequitur, & B. Augustini copiosissima, imò salutifera expositione scribetis in lib. de doctrina Christiana, necnon & in paulo antè memorata homelia Euangelij Ioanis plenissime instrumur. Non est nobis propositum, ut aliquid hic disputetur. Quantæ uero uexillum crucis uirtutis, quantæque laudis sit, quia me imparem materiæ tate præsentio ad intelligendum,

† de quo

Greg. in lib. Sacra.

Phil. 3.

Greg. ad Serenum Massilien. Episcopum. Idem ad Ianuarium Episcopum. Episcopi lib. 7. epistola 5. * dominica in ipsa.

Ibid.

Idem lib. 7. epist. 126.

Beda in historia Anglorum

Augusti in Episcopi litania.

1. cor. 1. Gal. 2. 6. 7. Eph. 2.

dum, & linguam ad proferendum, satis ratus sum interim meis temperare uerbis. Attamen cum ad eum locum uentum fuisset, ubi in dehonorationem crucis, asinum adorandum docuisti, & multa, ut mentis inops deliramenta, subtexuisti, quid inde Sancti & eximij doctores exponendo dixerint, ad tua inconcinnam dicta referenda, prout Deus annuerit, breuiter subdendum est. Constat igitur & euidenti ratione declaratur, non illos qui crucem Christi, iuxta superius præmissum modum uenerantur & adorant: sed te potius eius execratorem, falsæ Religionis & superstitionis cultorem existere. Quia ergo pauca per excessum diximus, necessario ad locum literarum tuarum, unde digressi sumus, redire cogimur. Vbi inquit:

Quibus nihil aliud placet in Salvatore nostro, nisi quod et impius placuit, obprobrium passionis et irrisio mortis: hoc de illo credunt, quod et impij homines, siue Iudæi siue pagani qui eum resurrexisse diffidunt, et non nouerunt de illo aliud cogitare, nisi eum totum et mortuum, et semper in passione positum in corde suo credunt et retinent, et non attendunt, neque intelligunt quod ait Apostolus: Et si noueramus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus.

Poterat, ô Claudii, si tibi cordi fuisset, iam stilus tuus imperitus & incultus ferari, suæque immoderate & intemperatæ dictioni limitem quodammodo figere, qui neque submissio neque temperato dicendi genere contentus, sed semper granditer loquens, & sine lege furens, nullamque Italum, neque Gallum, neque Germani catholici excipit, quin in omnes, amissis rationis & discretionis habenis se præcipitem inuehat, diuersarumque superstitionum atque abominationum tela nequicquid intorqueat. Poterant etiam tibi affatum ad rabiem furoris tui fatiandum, tot tantæque obprobriorum & irrisionum præcedentia uerba, quæ in nos iniuste iaculatus es, sufficere. Quanta autem sit impietatis, quantæque fallitatis, commentum quod imperitis, imò uitalentis sermonibus eructas, quod impertit à Christiana abhorreat Religione quod loqueris, omnis qui rectè credit, rectèque intelligit, facile animaduertit. Si nihil aliud nobis placet in Salvatore nostro (ut fallaciter argumentaris) nisi quod & impiis placuit, obprobrium scilicet passionis & irrisio mortis, & cætera quæ exequeris, ad eundem blasphemiae tuæ execrabilem pertinentia sensum, ergo sine causa pro salute nostra Christum in ea mysterium redemptionis nostræ pertulisse profitemur. Veraciter autem fideliterque ea Christum pro ereptione nostra pertulisse credimus & fatemur. Non igitur nobis cum impiis, eius ludibria, quæ ab eis in passione sua ignominiosè, imò innocenter perpeſsus est, uel displicent, uel abs re placent nec de illo hoc solum credimus quod & impij, siue Iudæi, siue pagani credunt, qui eum resurrexisse diffidunt. Euidenter itaque impudenterque postposito aliquo reuerentiae obstaculo, nos impietatis atque infidelitatis arguis, & cum Iudæis & paganis Christum resurrexisse à mortuis diffidere scribis. Scio certè & certissimè credo, quia si uexillo crucis, quod, ut series literarum tuarum demonstrat, execraris, interius exteriusque munitus fuisses, nunquam ille spiritus qui mendax est in ore pseudoprophetarum idololatæ Regis Achab, tanti iuris in tuo ore esse potuisset, ut te tam sacrilega & prophana dicere persuasisset. Quod uero ais diuersa ludibria redemptoris nostri, contu-

meliasque & irrisiones, quas in passione sustinuit, cū paganis & Iudæis nobis placere, uerè fateor quia fallum loqueris. Neque enim cum eis nobis placet, quia nec nos eorum communicamus infidelitati: nec illi, nostræ redemptioni. Hac porro ludibria & cætera quæ delirando alienata mente exæstuas, impiis spectacula, pijs autem ingentia mysteria, & fidei extricunt grandia munimenta. Constat autem nos ueram sinceramque pietatem erga fidem redemptoris nostri Iesu Christi inuolubiliter tenere, & impietatem Iudæorum siue paganorum execrari. Vnde meritò tuæ nequissimæ assertionis tela, scuto fidei repellimus, gladioque sancti Spiritus confodienda tradimus, imò, perpetuo anathemati mancipamus. At si cum Iudæis & paganis Christum resurrexisse diffidimus, & non nouimus de illo aliud cogitare, nisi eum totum & mortuum, & semper in passione positum in corde nostro credimus & retinemus, & non attendimus neque intelligimus quod ait Apostolus: Et si noueramus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus: Ergo, ut uerbis Beati Pauli utar, miserabiliores omnibus hominibus sumus. Non nostris igitur, sed eiusdem Apostoli uerbis obiectionem tuam falsissimam, & impietatis plenissimam conuincimus atque refellimus. Verè si Christum resurrexisse diffidimus, nullatenus Resurrectionem credimus. Quia si Christus non resurrexit, neque mortui resurgent & inanis est fides nostra, inanis est eiusdem egregij doctoris prædicatio. Fideliter itaque Resurrectionem mortuorum credimus, quia nullatenus Christum resurrexisse diffidimus: & quia membra eius sumus, quo caput nostrum præcessit, eò nos utique peruenturos minime ambigimus. Illud uero quod in conclusionem eiusdem capituli tui posuisti, ita inquit: Neque attendunt, neque intelligunt quod ait Apostolus: Et si noueramus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus, cum ceteris naniis tuis reiciamus, falsumque esse uerissimam assertionem fidei Catholice, quam tenemus, comprobamus. Attendimus liquidem & intelligimus quod Apostolus dicit: Et si noueramus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Nouimus quippe secundum carnem Christum, quoniam is qui in substantia sua apud Patrem æternaliter inuisibilis & impassibilis atque immortalis: secundum carnem autem illum iam nunc non nouimus, quia sicut idem Apostolus ait: Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi uestra non dominabitur. Reliqua operis tui uideamus:

contra quos, inquit, respondendum est, quia si omne lignum schemate crucis factum uolunt adorare, pro eo quod Christum in cruce pependit, & alia multa illis conuenit, quæ Christus egit per carnem. Vix enim sex horis in cruce pependit, & tamen nouem mensibus lunariibus & super undecim diebus in uero uirginis fuit, qui simul sunt dies Solares ducenti septuaginta sex, id est, nouem menses & supra dies Iuc. 2. sex. Adoretur ergo puella uirgines, quia uirgo peperit Christum. Adoretur & præsepia, quia mox natus, in præsepio est Mat. 9. reclinatus. Adoretur & ueteres panni, quia conuulsum cum Iuc. 8. natus esset, pannis ueteribus est inuolutus. Adoretur & nauis, quia frequenter in nauibus nauigauit, & de nauicula iterum Mat. 8. bas docuit, & in nauis dormiuit, & in dextera nauis uigilauit, quando perpeſsus illa magna captiua facta est Mat. 21. mittere iussit, & in nauis dormiuit, & in dextera nauis uigilauit, quando perpeſsus illa magna captiua facta est Mar. 11. pifici. Adoretur & asini, quia aſellum sedendo ad Hierusalem Mar. 11.

3. Reg. 22. Gal. 2. 6. 7. Eph. 2. 18.

1. cor. 6.

2. cor. 5.

Rom. 6.

Luc. 9. *Et sic pervenit. Adoretur agni, quia de illo scriptum est: Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi: sed isti peruersiorum dogmatum cultores agnos vnos volumus adorare, & in pariete pictos adorare. Adoretur & leones, quia de illo scriptum est: Picti leo de tribu Iuda radix David. Adoretur Mat. 27.* *Et petra quia quando de cruce est depositus, in saxo sepulchro est positus. Et de illo dicit Apostolus. Petra autem erat Christus. Sed Christus, petra, agnus, leo, tropicè non propriè est dictus, per significatiuam, non per substantiam. Adoretur Mar. 15.* *Et spinæ ruborum, quia exinde spinæ coronæ tempore passionis capiti eius imposita est. Adoretur & arundines, quia ab Ioan. 19.* *et colaphis à militibus caput eius casum est: Postremo adoretur & lanceæ, quia vnus militum lanceatus eius aperuit, unde fluxit sanguis, & aqua, sacramenta, unde formatur Ecclesia.*

Cum debuertis, Claudi, memor salutis tuæ esse, tandè que vanissimæ garrulitati tuæ modum imponere, & contrariò in barathrum blasphemiarum eò vsque miserabiliter demergeris, vt virtutem veterationemque Crucis quibusdam absonis comparationibus & frivolis declarationibus atque argumentationibus quodammodo adnullare nitaris. Quia igitur prosecutionis tuæ assertio, & secundum literarum disciplinam, & secundum Catholicum intellectum fragili structura constabita est, nõ habens fundamentum supra petram, meritò in vitroque labefactatur. Reprehensiones porò quæ secundum artis Grammaticæ peritissimos scriptores huic insunt pericopæ commentii tui, breuitati studentes omittimus, & quid in eadem prosecutione tua stolidissima innuere volueris, pro modulo capacitatis nostræ discutere nitamur: ais namque.

Luc. 2. *Si adoratur crux, adoretur & puellæ virgines, quia virgo peperit Christum*

Attendite, obsecro, pietatis & auctoritatis Ecclesiasticæ sincerissimi cultores & amatores, quàm Metaphoricè & Syllogisticè loquitur Doctor iste. ab inanimati enim faciens transformationem ad animale argumentatur & dicit: Si adoratur crux, adoretur & puellæ virgines, eò quòd Virgo peperit Christum. De adoratione quippe & veneratione Crucis, quàm discretè o bmemoriam passionis Dominicæ tenendum agendumque sit, B. Gregorius eximius Doctor, sicut in superioribus iam dictum est, plenissimè docet. Vt autem puellæ virgines & præsepia, & veteres panni, & naues, & agni, & leones, & petrae, & spinæ ruborum, & arundines & lanceæ adoretur, nemo Doctorum, nisi furiosus & mente captus, Claudius solus docet. Quapropter vbi secus, quàm beatus Gregorius, Claudius iste de Cruce dicit, ab omnibus Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ filiis omninò B. Gregorius, non Claudius sequendus est. Noua verò & inepta quæ solus persequitur adoranda, cum eo modis omnibus non solum sunt reiicienda, verumetiam detestanda. In hoc sanè libello breuitati studentes, tuam ò Claudi, absurdissimâ doctrinâ de Crucis & Asini Adoratione, quàm Syllogistica declamatione æquè fieri docuisti, resellendam statuimus. Cætera verò quæ ad iniuriâ Crucis adorandæ scripsisti, in sequenti libello, commo-diùs improbanda decernimus. Est præterea stupendum & admiratione dignum, imò nouum & inauditum, & (vt verius inquam) cachinnis puerorum aptissimum huiuscemodi adorationis documentum. Fortè enim eidem adorationi, Crucis videlicet & Asini, alias nenas adorandas subrexiisti, vt si in me-

morata adoratione contemptui & abominationi habeeris, sicut & haberis, facilius ad eas adorandas auditores tuos prouocare valens. Ais itaque si adoratur Crux, adoretur & Asini, & illico reddis causam, eò quòd asello sedès Dominus Hierusalem Mat. 21, vsque pervenit. Quia ergo Asinos adorandos proponis, necesse est, vt tales nobis quæras, quales adorari deceat. scis enim quia Italici & Germanici malè sunt auriti, & ob deformitatem & exiguitatem corporis non merentur adorari. Manifestum est autem quia regionis tuæ Asini magnorum sunt corporum, magnarumque aurium, suâque pulchritudine in se oculos intentantium spectabiliter conuertunt. Quia igitur adorandos Asinos prædicas, ex his duos ad instar Hieroboam Regis idololatrarum assume, quatenus sicut ille vt populum Dei à cultu diuino auerteret, duos vitulos aureos fabricans vnum in Dan, alterum constituit in Bethel: ita quoque tu illius exemplo plebem Christi à traditionibus Ecclesiasticis auertens, duos (vt dictum est) Asinos adorandos eis eligas, quorum alterum in vrbe Taurinensi, quem Italia, alterum verò in aliqua ciuitate Galliarum, quem non solum eadem Gallia, sed & Germania supplex adoret, constituas. ò detestanda & abominanda prædicatio, ò inconcinna & absona Crucis & Asini comparatio. Quæ te, ò Claudi, dementia cœpit, vt ad tam vesana, tamque cunctis Catholicis execranda scribendo & prædicando proruperis? Apostolus quippe non Asino, sed in Cruce gloriatur, dicens: Mihi autem abutè gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, & cætera quæ de Cruce in eiusdem Apostoli reperitur verbis. Et tu ex obliquo eidem Apostolo resiliens, quid videris dicere in eo quod ais: Si adoretur Crux, adoretur & Asinus, nisi vt si quis gloriatur in Cruce, æquè gloriatur in Asino? Videre itaque mihi videor te in scæna tergore aselli adoperum quaquam versum pueriliter agitari, multisque te vndique circumsepientibus, imò contuentibus esse miraculo, secumque mutuò de te digitulo protento sermocinari: Ecce homo qui cum in honore positus esset Episcopali, non intellexit, per hoc Asino comparatus, similis factus est illi. Nõ enim ò Claudi putaris absque alicuius certa ratione mysterij, asinum adorandum proposuisse. & in eo ita vt in Cruce, gloriandum prædicasse. Quia profectò in adoratione Asini quam docuisti magnam stultitiæ notam adquisisti. Asinus quippe stultum significat hominem iuxta illud Deuteronomij: Non arabis in boue simul & in Asino, id est, stultum in prædicatione, sapienti ne socias. Verum cum de Asino æquè vt Crucem adorando in præsentii libello tuis ineptiis vtanque sit obuiatum, breuitèrque & in sequenti, Domino in cuius manu sumus nos & sermone snobis tribuente, de eadem Crucis videlicet & Asini hinc venienti adoratione, & aliis insensatis rebus, quas insensata mète, vt Crucem, adorandas proposuisti, latius prolixiusque sit tractandum. Adhuc tamen conclusionem tuam quam eisdem rebus secundum tuam doctrinam adorandis subrexiisti, discutendam statuimus, vbi inquis:

Ridiculosi ista omnia sunt, & lugenda potius quàm scribenda: cogimurque contra stultos stulta proponere, & contra lapideam corda, non verbi sagittas, vel sententias, sed lapideos prouocare istus.

Verum est quod asseris, quia ridiculosa sunt omnia, &

nia, & potius lugenda, quàm scribenda, quæ de Asini adoratione, & Crucis execratione, & cæteris quæ in reprehensionem Ecclesiasticæ traditionis alienata mente scripta sunt, tibi que, vtentes verbis Salomonis, iuxta stultitiam tuam, ne tibi sapiens esse videaris, responderes, & ad penetrandum atque confodiendum lapideum cor tuum, & ad subruendum erroris tui dogma peruersissimum, diuini Verbi sagittas acuteras eligere, sanctorumque Patrum sententias congerere, hisque vt pote siliceis ictibus os tuum blasphemum oppilando conterere. Patenter ergo tua propria tela, quæ in nos iaculari nisus es, viriliter in te vibrando, versa vice retorquemus, & his vt nauis superbissimum Goliath te tuo lætifero dogmate trucidamus. Rursum Prophetico ex parte abutens alloquio, ita inquis:

Redite præuaricatores ad cor, qui recessistis à veritate, & diligitis vanitatem, & estis vani facti.

Et illicò Apostoli Pauli scribentis ad Hebræos subnectis documentum, ita subinferens:

Qui rursus crucifixus filium Dei, & ostentui habetis.

Deinde quia non alienis, sed tuis propriis vteris verbis, inerte atque incomposita dictionem subinfers, ita subnectens:

Et per hoc catervatim animas miserorum socias factas demonum habetis, alienando eas per nephanda sacrilegia simulachrorum à creatore suo, habetis eas deiectas & proiectas in perpetuum damnationem.

nia, & potius lugenda, quàm scribenda, quæ de Asini adoratione, & Crucis execratione, & cæteris quæ in reprehensionem Ecclesiasticæ traditionis alienata mente scripta sunt, tibi que, vtentes verbis Salomonis, iuxta stultitiam tuam, ne tibi sapiens esse videaris, responderes, & ad penetrandum atque confodiendum lapideum cor tuum, & ad subruendum erroris tui dogma peruersissimum, diuini Verbi sagittas acuteras eligere, sanctorumque Patrum sententias congerere, hisque vt pote siliceis ictibus os tuum blasphemum oppilando conterere. Patenter ergo tua propria tela, quæ in nos iaculari nisus es, viriliter in te vibrando, versa vice retorquemus, & his vt nauis superbissimum Goliath te tuo lætifero dogmate trucidamus. Rursum Prophetico ex parte abutens alloquio, ita inquis:

Redite præuaricatores ad cor, qui recessistis à veritate, & diligitis vanitatem, & estis vani facti.

Et illicò Apostoli Pauli scribentis ad Hebræos subnectis documentum, ita subinferens:

Qui rursus crucifixus filium Dei, & ostentui habetis.

Deinde quia non alienis, sed tuis propriis vteris verbis, inerte atque incomposita dictionem subinfers, ita subnectens:

Et per hoc catervatim animas miserorum socias factas demonum habetis, alienando eas per nephanda sacrilegia simulachrorum à creatore suo, habetis eas deiectas & proiectas in perpetuum damnationem.

Vbiunque in opusculo tuo quod discutimus alienis vteris verbis, constructio dictionis literariam vim, quam à conditore suo accepit, retinet: sensum tamen proprium (vt pote cauponis prauitate corruptum) heu, proh dolor, amittit, quoniam nõ eo modo quo posita, vel eo sensu quo dicta vel intellecta sunt, à te ponuntur, vel intelliguntur. Vbiunque verò tuis propriis verbis aliquam niteris construere dictionem, quia litura artis Grammaticæ, quam cõtemptui habere diceris, non leuigatur, quàm fragilis sit, quàmque ruina vicina, illicò agnoscitur. Meritò quippe absque paleis linitur ruina, ei olim à propheta prædicitur. Verum quâquam locutionis ignarus, quia assiduitate tamen lectionis admodum detritus es, diuinorum eloquiorum paginas, & nõ solum sanctorum Patrum, verumetiam gentiliũ philosophorum accurata dicta enucleatim scrutare, & nequaquam in eis constructionum tuarum exempla valebis reperire. Vnde magnæ admirationi haberis, & cum rectè loqui nescias, te quoque nescire non intelligas, nec tacere stulticia impellente queas, secundum prudentissimi viri consilium: Stultus si tacuerit, sapiens reputabitur, & si compresserit labia sua, intelligens. Quapropter necesse est vt tibi prospicias, & ab huiuscemodi constructionibus, quibus extraordinariè vteris te cohibeas, scilicet vt ea quæ non didicisti non doceas, & libros condere nequam præsumas, quoniam cum in manus peritorum deuenerint, minimè morsu reprehensionis ac viruperationis carebunt. Recurramus igitur ad id quod intulisti, vbi cum Prophetæ ais: Redite præuaricatores ad cor Sæpissimè namque dominus hunc sermonem per Prophetam inculcat, & replicat, meritoque populum suum præuaricatorem appellat, eò quod à cultu legis diuinæ auersus, ad idola se conuertit, eumque, vt ad cor redeat, admonet, scilicet vt relicta idololatrarum superstitione ad Deum ex to-

ro corde redeat. Quomodo autem hic sermò propheticus nobis fidem Catholicam, & Apostolicam inconcussè tenentibus, traditionisque Ecclesiasticas, quas à sanctis Patribus accepimus, incorruptè seruauit conueniat: cum nullis indicij nullisque documentis approbare valeas, restat profectò, vt nõ nos, sed te potius præuaricatorem, qui statuta Ecclesiastica aultu temerario conuellere conaris, intelligas; & ad cor, id est, ad sensum Ecclesiasticæ traditioni congruentem quantocius redire festines, scies quoniam impune non cedit omni ab eo aliorum peregrinanti, & cum extraneo fornicanti. Quod agens, probabis non nos (sicut scripsisti) sed te magis à veritate recedere, & vanitatè diligere, & vanum factum esse, sicut tua inepta scripta demonstrant. Repetamus etiam Apostolicum sermonem, quem vt tuum proprium posuisti, quo ais: Qui rursus crucifixus filium Dei & ostentui habetis. Idcirco enim nos Apostolico sermone, percellere putaris, rursusque crucifigere filium Dei, & ostentui habere calumniam, eò quòd ob memoriam passionis dominicæ imaginem crucifixi Christi in auro argentove exprimus, aut certè in tabulis, diuersorum colorum fucis depingimus. Quòd si ita est, quantum à sensu Apostolico sensus iste abhorreat, quisquis scrupulosissimè præcedentia, & sequentia epistolæ eiusdem Apostoli legerit, perspicue animaduertet. Apostolus quippe his qui per gratiam baptismi semel fuerant illuminati, & cætera quæ enumerat sancti Spiritus dona consecuti, hæc loquimur. Hi namque qui peccata quæ post baptismum admiserant, non nisi baptismatis iteratione dilui posse putabant, meritò ab eodem Apostolo arguuntur, eò quòd rursus sibi metipsis crucifigerent filium dei, & ostentui haberent, quod omninò impossibile esse asseruit. Ille enim qui secundò se baptizari posse putat, rursus Christum (sicut à Patribus traditum accepimus) sibi metipsum crucifigit & ostentui habet. Sicut igitur impossibile est rursus crucifigi Christum, hoc est, ostentui cum habere, quoniam, vt Apostolus ait: Christus resurgens à mortuis, iam non moritur. mors ei vltra nõ dominabitur: ita nimirum impossibile est, peccata quæ post baptismum admittuntur, baptismatis iteratione purgari. Quia sicut Christus semel mortuus est carne in Cruce: sic & nos semel morimur in baptismo, non carne, sed peccato. Ac per hoc sicut ille rursus crucifigi non potest, ita & nos rursus baptizari nequimus. Peccata porò quæ post baptismum committuntur, penitentia lachrymis, & eleemosynarum largitionibus diluantur. Quia igitur ita tenemus & credimus, nequaquam (vt mēdacier adstruis) rursus filium Dei nobis crucifigimus, & ostentui habemus. Ac per hoc in hac prosecutione tua, sicut & in cæteris te delirasse euidentibus indicij declaratur. Telum verò ridiculosæ constructionis tuæ, quod ex tuo sensu fabricatus es, quo ais: Et per hoc catervatim animas miserorum socias factas demonum habetis, alienando eas per nephanda sacrilegia simulachrorum à creatore suo, habetis eas deiectas & proiectas in perpetuum damnationem, quia in nos frustra iaculatur, iure obtundetur, meritoque in auctoris sui caput exactuè retorquetur. Dignum namque est vt quia in nobis nihil quod feriret inuenit, ad eum à quo frustra directum est, redeat, atque confodiat. Quoniam non nos animas miserorum socias fecimus demonum easque

Traditiones Ecclesiasticæ.

Heb. 6.

Imago crucifixi; aurea vel argentea.

Heb. 6.

Rom. 6.

per nephanda sacrilegia simulachrorum à creatore suo auertimus, & in damnationem perpetuam deicimus: sed ille potius dæmonibus eas sociavit, atque in perpetuam damnationem deiecit, qui corpora sanctorum contemptui haberi, & vexillū Crucis abominari, cæterāque Ecclesiasticas traditiones, contra phas sperni, & Asinum eos docuit adorare.

Cogimur aptis congruisque responsionibus vanas & ineptas refellere obiectiones, quod quia per singula prolixitate vitanda in hoc libello facere omitimus, tandem ei hinc finem imponimus. Et ne quippiam tantarum natiarum indiscussum præterisse videamur, ea quæ restant, in sequenti libello discutienda distulimus.

IONÆ AVRELIAN. EPISC. IN LIB. 2. DE CVLTV IMAG. PRÆFATIO

De præcedenti libello, d. Claudi porcentuos nostræque religioni indecentissimè obiectionibus tuis, quatum diuinitus datum, ex parte refragatum esse constat. nam & quod Asinus salutiferæ Crucis venerationi & adorationi non sit coequalis, euidenti ratione breuiter probatum, & adhuc prolixius probandum est. Restat igitur ut ea quæ licet memorata, indiscussa tamen ommissa, & ad hoc opus usque sunt dilata, quæ scilicet in dehonorationem crucis, & quæ de Cruce, adoranda docuisti, enucleatim discutiantur. Per singula ergo, quæ casu adnullanda crucis, æquiparare conatus es, ventilatio discussionis nostræ percurrat, & quid vni quod que inceptari contineat, ad liquidum disquirat, & quare Ecclesia filiis, his posthabitis, Cruce venerationi habeatur, simplicibus contemplerur obtinuit. Videmus tamen primū qualiter Doctor gentium in Cruce gloriarī, adq. eius mysterium comprehendendum nos salutariter instruat, per quem magnam diuine pietatis dignatio armaturam sua fortitudinis nobis subministravit, quæ etiam cum de persecutore prædicatore, & de vase iniquitatis, Gal. 6. 2. cor. 1. 2. has nobis tribuit electionis, quique raptus usque ad tertium cælum, audiuit archana verba, quæ nec homini loqui licet. Qui etiā celesti reuelatione edoctus, et sancti spiritus gratia inebriatus, inter cætera prædicationis suæ documenta, non in Asino, sed in cruce ad instar sui nos gloriarī perdoctus, dicit: Mihi autem absque gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et ad Ephesios scribens, non aut caudam, aut latera tui comprehendis hortatur affelli: sed stectendo genu orat et obsecrat, ut in charitate radicati & fundati, possint comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit eius crucis non Asini, latitudo, longitudo, alitudo, sublimitas, et profundum. In quibus verbis mysterium crucis non Asini ab eodem PAVLO Apostolo sibi tradita sancta tenet ecclesia. Quibus verbis, quàm sit absurda Aselli tui, et viuifica crucis nostræ comparatio, aperte comprobatur, et cunctis christum veraciter colentibus manifestum habetur. Neque enim ait idem Apostolus, quod christus Asello tuo principatus et potestates tenebrarum harum quæ sunt spiritalia nequitiæ in cælestibus, sed cruce eas triumphans deuicerit, Asellus itaque tuus, claudis, rudis fame, aut lupi terrore stimulatus, cruce christi, purpureo preciosoque sanguine eius rubet: in qua vitæ vera pependit, ex cuius botro stirps crucis conuulsa ruit, & quadratumq. orbem suis sacratis Gen. 22. quatuor cornibus circumfovet, & fidelium frontibus defixa, procul ab eis propellit demonum præstigias. Nam si Isaac non Asinum ad iugulandum futurus ipse hostia, sed ligna portauit: nec vitæ verus Isaac nos, Asellum tuum, sed cruce bauiulauit, futurus ille salutifer hostia patris. In Evangelio quoque secundum Mattheum: Et tunc parabit (inquit) signum filij hominis in celo, non dicitur Asinus claudis, sed signum filij hominis. Mille præterea, & eò amplius inueniuntur, tam in veteri Testamento, salutiferæ crucis in Typum præcedentia, quàm in nouo, honore iam eiusdem longè latèque, iam eisdem in quatuor scilicet plagas mundi, quæ etiam quatuor cornibus eiusdem crucis aptari non inconuenienter possunt. Postremo multa sunt quæ nos sancta ecclesiæ sicut à maioribus tradita sunt, & derelicta, quadam insita atque natia celebratione frequentat. Neque enim nostro tempore usus irrepit, figuram crucis in basilicis sanctorum statui, sed nos antiquæ obseruationis legitimus id instituit, ut cunctis sapientibus & rusticis, non solum memoria spiritalem deformeret quandam imagine crucis figuram, sed etiam corporalis ipsius intuitus crebram menti præfigat dominicæ passionis victoriam. Si enim quantitas tanta venerabilis ligni, in quo dominus & saluator noster pependit, foret, ut ex eo minutatim diuisa cuncta Deo dicata templa possent imaginem crucis habere, nulatenus ex aliis lignis eiusdem formâ in basilicis sanctorum statui, sed nos ad idem locaremus. Nec tamen idem crucis & Dominum adoramus, sed magis eum qui per crucis mortis destruxit imperiū, cuiq. chyrographis peccati nostri affixit, pacificans in ea sanguine suo, sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt. Porro & si oscula infigimus, non vitæ causa ligni, sed potius amore illius id à nobis agitur, qui in ea veteri ligni damna restaurauit. Miror si inquam legi Dei, quæ vitæ pellibus & atramento digesta habetur, caput suppositi, & oculum dedisti, forte respondebis si tamen veritatem profiteris, multotiens te id egisse. Pulo ergo ut mihi respondeas, cuius causa caput inclinasti, pellium, vel atramenti, an Dei auctoris legis eiusdem, nam sacra religionis usus in sancta ecclesia adhuc seruat, si tamen apud te, ut perlecta sacri Evangelij lectione, ab episcopo vel presbyteris, cæteris que sacri ordinis religiosis, codex in quo Evangelij lectio recitata est, multiplicibus oculis veneretur: sed hoc cuius causa, nisi illius, cuius esse verba creduntur, agimus? At per hoc quicquid cruci exhibemus, ob honorem & amorem illius ac venerationem qui in ea pependit, totum agimus, atque vitam tanto quanto decerete, am honore veneremur. Desine itaque seplasariorum pigmentulis potionari, ut non talia canniendo, mansuetis incutis terrorem volucibus, quæ necdum fortiori pennarobusta, aëra sudium transcendere potuerunt, illud vitæ applicans ex latere tibi, quia qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit ei, ut suspendatur mola Asinaria in collo eius, hac voce & demergatur in profundum. Nam quod maiores scandalizare nequeas, manifestissimum est, cum nec literarum te eruditio Lampri adhuc imbuerit, nec sanctorum pagina doctorum usque adeo instruxerint, ut iure id facere queas. Cautè ergo de te sentiri odis in portet à te, ne dum terminos patrum transgredi niteris priorum, ad terminum usque venire non possis, unde sessus in via, sempe statum imbribus obruaris, non perueniens ad domum quæ est supra firmam petram immobiliter constructa.

IONÆ AVRELIAN. EPISCOPI DE CVLTV IMAGINVM

LIBER SECVNDVS.

Cum iam tempus exigit, & locus cõgruit, ut sicut paulò superius polliciti sumus, de laude & virtute Crucis, pauca de pluribus sanctorum Patrum dicta adnectamus. Scribit itaque Origenes in expositione Epistolæ Pauli ad Rom. lib. 6.

Est enim (inquit) tanta vis Crucis Christi, ut si ante oculos ponatur & in mente fideliter retineatur, ita ut in ipsam mortem Christi intentis oculis mentis aspiciatur, nulla cõcupiscentia, nulla libido, nulla superbia possit inuidia, sed cõtinuò ad eius præsentiam, totus ille quem supra enumerauimus, peccati & carnis

Chryf. Tom. 5.

carnis fugatur exercitus. Scribit Ioannes Chrysostronus in homelia de Cruce & latrone: Hodierna (inquit) die noster Dominus pependit in Cruce & nos festiuitatē eius eximiam nimia læritia celebremus, ut discamus Cruce totius spiritualis gratulationis esse substantiam. Et enim ante ipsum vocabulum Crucis pœna fuit, sed nunc ad gloriam nuncupatur. Antea condemnationis ferebat horrorem, nunc salutis indicium est, Crux enim nobis totius beatitudinis causa est. Hæc nos à cæcitate liberauit erroris, hæc ex tenebris reddidit luci, hæc debellatos quieti sociavit, hæc alienatos Deo coniunxit, longè cõstitutos proximios præsentauit, hæc peregrinantes ciues ostēdit, hæc discordia amputatio est, hæc pacis firmamentum, hæc honorum omnium abunda largitio. Et post pauca. Volo & alia ratione cognoscas. Crux non solum reliquit in terra, sed secum eam leuauit ad cælum. Sed ais: Hoc vnde demonstratur? Et id eò audi, quod cum ipsa veniet, cum ipsa secundam gloriosam suam præsentiam faciet, id eò gloriosam Cruce nuncupauit. Item post pauca: Et tunc signum videbitur filij hominis in celo. Vidisti gloriam signi, id est, Crucis, solis lumen reddetur obscurum, lunæ non dabitur gratia, sed illud lumen radiabit & lucebit. Et sicut Imperatorum Regalis pompa præcedit, & militaris ordo præeundo vexilla humeris portare consueuerat, & eius declaratur aduentus: sic Dominus de cælo veniente Angelorum cõrtes & Archangelorum multitudo illum signū humeris portabit excelsis, & Regalem nobis aduentum annuntiabit. Sola enim Christi Crux est quæ dissoluit tenebras, & regnum dæmonum dissipauit, & omnē terrorem malignitatum abstulit. Crux sanctitatem prouidit, Crux nobis sol iustitiæ facta est, ut illuminati misericordia eius, glorificemus Patrem & Filium idē in homelia de Cruce dominica. Esi nosse desideras charissimè virtutē Crucis, & quanta possim ad eius laudem dicere, audi: Crux spes Christianorum, Crux resurrectio mortuorum, Crux cæcorum dux, Crux desperatorū via, Crux claudorū baculus, Crux consolatio pauperū, Crux refrenatio diuitum, Crux destructio superborū, Crux malè viuientium pœna, Crux aduersus dæmonas triumphus, Crux deuictio diaboli, Crux adulescentiū pædagogus, Crux sustentatio inopum, Crux spes desperatorū, Crux nauigantium gubernatio, Crux periclitantium portus, Crux obsestorū murus, Crux Pater orphanorū, Crux defensor viduarum, Crux iudex iniustorū, Crux iustorū consiliarius, Crux tribulatorū requies, Crux paruulorū custos, Crux virorū caput, Crux senum finis, Crux lumen in tenebris sedentium, Crux Regū magnificentia, Crux scutorū perpetuū, Crux insensatorū sapientia, Crux libertas seruorū, Crux Imperatorū præconizatio, Crux annunciatio Apostolorū, Crux Martyrum gloriatio, Crux Monachorum abstinentia, Crux virginum castitas, Crux gaudium sacerdotum, Crux Ecclesiæ fundamentū, Crux orbis terræ cautela, Crux templorum destructio, Crux idolorū repulsio, Crux scandalum Iudæorū, Crux perditio impiorum, Crux inualidorum virtus, Crux ægotantiū medicus, Crux emudatio leproforum, Crux prædicatorum requies, Crux esurientium panis, Crux sitientium fons, Crux nudorū protectio. Nuditatem autē cum dixerō, non corpoream æstimes, sed inf-

delitatis pœnam, cum autem in Christum crediderit, vestitus inuenietur. Perpende quæso Claudi, rogo te, quàm mirabilis quàmque eximius doctor, cuius saluberrimam doctrinam sancta veneranter recipit Ecclesia, præconando assereret, quod in secundo aduentu æterni iudicis, Angeli atque Archangeli in humeris excelsis Cruce non Asinum gestaturi sint, & quod per Cruce, non per Asinum diuersa nobis virtutum charismata, quæ idem doctor enumerat, cõferantur. Et erubescere quod de cæso furore correptus Cruce Asino æquiparaueris. Audi etiam quod Eusebius in historia Ecclesiastica, inter cætera quæ de actibus Constantini Imperatoris laudabiliter refert, ac de Cruce scribit. Erat quidem (inquit) iam nunc Christianæ Religionis fautor, Deique veri venerator, nondum tamen, ut solenne, nostris initiatus signum Dominicæ passionis asseperat. Cùm igitur anxius, & multa secum de imminentis belli necessitate peruoluens iter ageret, aque ad cælum sapius oculos eleuaret, & inde sibi diuinū precaretur auxilium, vidit per soporem ad Oriētis partem in celo signum Crucis igneo fulgore rutilare. Cùmque tanto visu fuisset exterritus, ac nouo turbaretur aspectu, astare sibi vidit Angelos, dicentes: Constantine, in hoc vince. Tum verò lætus redditus, & de victoria iam securus, signum Crucis quod in celo viderat, in sua fronte designat, & ita cõstitus ad sidem inuitatus, non mihi videtur illo inferior, cui de cælo similiter dictum est: Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Iesus Nazarenus: nisi quia hic non adhuc persequens, sed iam consequens inuitatur. Exinde signum quod de cælo sibi fuerat demõstratum, in militari vexilla trāsformat, ac Labarū, quem dicunt draconem in speciem Crucis dominicæ exaptat, & ita armis, vexillisque religionis instructus, aduersum impiorum arma proficiscitur. Sed in dextera sua nihilominus Crucis, ex auro fabricatū signū habuisse perhibetur. Scribitur etiam in historia tripartita lib. 1. In his igitur sollicitudinibus cõstitutus, in somno vidit Crucis signū cælo splendide collocatum, mirantēque visionem, aliterunt Angeli dicentes, d. Constantine, in hoc vince. Fertur autem & ipsum Christum apparuisse ei, & signum Crucis monstrasse, ac precepisse, ut figuram similem faceret, & in præliis hoc auxilium haberet, quod victoriæ iura conquireret. Eusebius itaque Pamphili, cùm iureiurando, ipsum Imperatorem dicentem audisse se refert, quia circa meridiem declinante iam sole Crucis signum ex lumine factum, & scripturam cõsertam ei dicentem: In hoc vince: Vidisset ipse & milites qui cum eo tunc essent, Pergenti namque aliquid cùm exercitu per iter, hoc (inquit) ei miraculum est ostensum. Dùmque cogitaret quid esset, superuenit nox, dormienti christus apparuit cum signo quod in celo vidit, insirque ut fieret eius significatio, quæ foret auxilium in congressionibus præliorū. Item idem in eodem: Hoc enim signum bellicum inter alia preciosius erat eò quod Imperatorem præcedere, & adorari id à militibus moris esset. Vnde præcipue Constantinum reor nobilissimum decus imperij Romani in signum mutasse Crucis, ut frequenti visione atque cura desuescerent à priore more subiecti, & eum solum arbitrentur Deum quem coleret Imperator, vel quo duce atque auxiliatore vteretur aduersus hostes. Semper enim hoc signum

Angeli Cruce in extre-mo iudicio.

As. 9.

Eph. 6.

declaratio.

idem.

Crux en-cena ex Chryf.

metela.

paraly-ticorum.

proponeretur ante ordines vniuersos, quod maxime laborantibus aciebus in praeliis adesse præcipiebatur. Constituit itaque certos signiferos qui in eò laborarēt, quorum opus erat, vt vicibus, humeris eum vherent, & omnes acies transfustrarent. Fertur enim quidam eo quod aliquando ferens hoc signum repēte hostibus inuadētibz expauescit, dedissetque illud alteri vehendum. Cūque se de praelio subtraxisset, & iacula declinasset, subito percussus interiisse. Ille verò qui sacrum suscepit trophæum, multis se iaculantibus permansit illæsus. Mirabiliter enim Diuina regente virtute, sagittæ hostium figebat in signo, & à signifero inter pericula protin^{us} euolabāt. Dicitur autem neque alium vnquā huius signi ministrum (vt solet) in bello vulnere mortuum aut cladem captiuitatis perpeffum. Item libro secūdo operis eiusdem: Audiui & Probianum virum in Palatio habentem militiā medicorum, crudeli podagræ passione detentū, ibi doloribus liberatum, & que apparuisse sanctam mirabiliter visionem. Cum enim dudum paganus esset, factus postea Christianus, aliquatenus dogma sequebatur. Totius verò salutis causam, i. sacratissimam Crucem volebat adorare. Hanc habenti sententiā diuina virtus apparens, signū monstrauit Crucis, quod erat positam in altario eiusdem Ecclesiæ, & apertè palam fecit, quia ex quo Christus est Crucifixus, omnia quæ ad utilitatē humani generis facta sunt, quolibet modò (præter virtutem Crucis adorandæ) gesta nō essent, neque ab Angelis sanctis, neque ab hominibus. Item in eodē opere lib. 9. Eadem siquidem tēpestate plurimi inter Episcopos effulgebant, sicut Donatus Hiperi, de quodum prouiciales miracula multa testētur, maximum tamē est, quod de dracone gessit. Is enim circa pontem in via publica iacens, cibum habebat, oues, capras, equos, boues, homines arripiens deuorabat. Ad quam bestiam Donatus sine gladio, sine quolibet iaculo veniens dum illa leuasset caput, quasi voratura virum, tum ille vexillum Crucis ante faciem eius, digito designans in aëre in os eius expuit. Bestia verò sputum in ore suo suscipiens expirauit. Scribit etiam B. Augustinus in libro ciuitatis Dei. 22. In Carthagine (inquit) Innocentia religiosissima de primariis ipsius ciuitatis in mamilla cancrū habebat, rem sicut medici dicunt, nullis medicamentis sanabilem. Aut ergo præfidi solet, & à corpore separari membrū vbi nascitur: aut, vt aliquanto homo quieritūsiuiat, fomentis est pestis mitiganda frequentibus. Nam vt inde mortem quantumlibet tardius affuturam confidamus secundum Hippocratis (vt fertur) sententiam, omnis est omittenda curatio. Hoc illa à perito medico acceperat, & suæ domui familiarissimo, & ad solum Deum se orando conuerterat. Admonetur in somnis appropinquante Pascha, vt in parte fœminarum obseruanti ad baptisterium, quæcunque illi baptizata primitus occurrisset, signaret ei locum signo Crucis Christi: fecit, & confestim sanitas secuta est. Hieronymus in expositione Epistolæ ad Ephesios libro primo, de Cruce ita scribit: Cæterum (inquit) qui illud Apostoli legit de Christo memorantis, pacem faciens per sanguinem Crucis suæ, his quæ in terra erant, & his quæ in cœlis & cætera, quæ in eodem dicuntur loco: Non putabit nos qui iuxta spiritum, Israël vocamur, fuisse longè, & Iudæos, qui tantummodò Israël nuncupen-

tur in carne fuisse propè, & hanc totam intelligentiam ad Angelos virtutesque cœlestes, ad animas temperabit humanas, quod in suo Christus sanguine, & terrena & cœlestia copularit, quæ inter se antea dissidebant: & bonus pastor morbidam ad montes reuocans ouem, fecerit esse cum cæteris: drachmāque perditā drachmis quæ saluæ fuerant copularit, & mandata legalia ad illa retraxerit dogmata, ad quorum typum & imaginem, Moyses, quæ essent in tabernaculo fabricanda conspexit, atque ita fieri, vt Crux Domini non solum terræ, sed & cælo profuerit: non tantum hominibus, sed & Angelis, & omnis creatura Domini, suo cruore mundata sit. Scribit autem Cassiodorus in expositione primi Psalmi. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarū. Benè (vt arbitror) ligno fructifero cōparatus est Dominus Christus, propter Crucē quam pro hominum salute suscepit. Quæ merito lignū vitæ dicitur, quādo ibi Dominus Christus qui est vita nostra, suspensus est, & latroni in ea consenti dictū est: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Denique & hodie omnis in eam credens, æternæ vitæ dona consequitur, nā sicut terrestris aqua decurrēs, vita est lignorum virentiū, sic aqua spiritalis signum Crucis inūdat, quæ salus esse fidelium cognoscitur animarū. Item in expositione quarti Psalmi: Signatum est super nos lumen vultus tui domine, sicut nūmus Imperatoris portat imaginē, ita & fidelibus signa cœlestis principis imprimuntur: hoc munimine diabolus multiformis expellitur, & fraudulenta machinatione non præualet superare tentatum, quē habuit primi hominis suasionē captiuum. Crux est enim humillimum inuicta tuitio, superborum deiectio, victoria Christi, perditio diaboli, infernorum destructio, cœlestiū confirmatio, mors infidelium, iustorū vita. Ecce vera munitio, ecce dona præsentia, quibus medicorum lingua damnatis faucibus instruant. Item idem subiungit: Lumen vultus tui Domine. In Crucis impressione, lumen est vultus Dei, quia semper in eis nocetur radiare, qui se aliqua non eligunt prauitate polluerent, sicut dicit Apostolus: Nolite cōtristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redēptionis. Item in explanatione. 21. Psalmi: Sed antequam (inquit) ad passionis veniamus exordium, percutandum est, cur talem elegerit sibi mortem qui dixit: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Primum quod Crucis ipsius positio talis erat, vt pars eius superior cælo spectet, inferior terras non deserat: fixa, ima contingat, & velut quibusdā brachiis extēsis, latitudo eius totius partes appetat mūdi, iacens verò, quatuor cardines orbis designat. Sic in paruo posita, cuncta videtur esse complexa. De Cruce Domini dico, quæ de pœnali loco peccatorum, facta est honesta redēptio, postea tribuens salutis bonum, quæ pridem dabat interitum, patibulum salutare, mors indicans vitam: humilitas, diuinitatis proclamans summitatem: vt Christum in cælo, Christum in terra, Christum per cunctum orbem Christum quoque ad inferna per figuram Crucis esse cognoscas. Quod si alia qualibet morte præuentus fuisset, quo signo (rogo) diabolus pelleretur, quo vexillo frons Christianorum tuta mansisset, qua figurā, corporis & animæ firmaretur infirmitas? Nulla mors tantæ maiestati melius conuenire potuit, nisi quæ nobis

Aug. c. 8

Hiero.

Gal. 1.

nobis perfectæ salutis indicia dereliquit. Quapropter merito à Christo electa est Crux, in qua & singulariter occuberet, & cōmuni forte moteretur.

SECVLVS IN TERTIO LIBRO PASCHALIS CARMINIS.

Pax crucis ipse fuit, violentaque robor a membris Illustrans propriis, panam vestiuit honore, Suppliciumque dedit signum magis esse salutis, Ipseque sanctificans in se tormenta beavit. Nēne quis ignoret speciem Crucis esse colendam, Quæ Dominum portauit ouans ratione potenti, Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis. Splendidus auctoris de vertice fulge Eois, Occiduo sacra labuntur sidere planta, Arcton dextra tenet, medium lava evigil axem. Cunctaque de membris viuit natura creatis, Et cruce complexum Christus regis vndique mundum.

PAVLINVS IN LIBRO OCTAVO GESTORVM SANCTI FELICIS MARTYRIS.

Nos crucis inuicta signum & confessio munit. Armatique Deo memini, non quærimus arma Corporis, & quanquam membris videamur incermes, Arma tamen gerimus, quibus & sub pace serena. Contra incorporeos animis decernimus hostes.

ITEM IN EODEM OPERE LIBRO DECIMO.

Ipse domum remeans, modicum, sed grande salutis, De Crucis æternæ sumptum mihi fragmine lignum. Promo, tenēsque me manu aduersis procul ingero flammis, Et clypeum reuincens pro pectore quo tegebam me. Arceremque hostem collato fœbone reliquum. Credite, nec donate mihi, sed reddite Christo Grates, & iustas date laudes omnipotenti. Nostra salus æternam in Cruce Christi & nomine constat. Inde fides nobis, et in hac Cruce nixa, periculo Profuit, & nostram cognouit flamma salutem. Nec mea vox aut dextra illum, sed vis Crucis ignem Terruit, inque loco de quo surrexerat ipse, Vt circumseptam prescripto limite flammam Siderē, & extingui fremitu moriente cœgit, Et cinere exortam cineri remeare procellam. Quanta Crucis virtus, vt se natura relinquat Omnia ligna vorans, ligno Crucis virtus ignis. Multa manus crebris tunc illa incendia vasis Aspergens, largis cupiebat vincere lymphis. Sed licet exhaustis pensarem fontibus imbres, vi maiore tamen lassus spargentibus, omnem vicerat ignis aquam, sed ligno extinximus ignem. Quamque aqua non poterat, vicit breuis hastula flammā.

Rursum obsecro perspicaciter Claudii aduerte, quanta laus, quantæque virtus adorandæ Crucis, non Asini à tot tantisque insignibus doctoribus describatur, & salubriter confundere, quod Crux, Asino & veteribus panis & præsepibus, & sentibus & cæteris quæ insana mente profectus es, cōparaueris. An ignoras quod non per hæc quæ enumerasti, sed per Crucē pacificantur cœlestia cum terrestribz, & terrena cū cœlestibus? Sicut enim Apostolus dicit: In ipso cōplacuit omnem plenitudinē diuinitatis cor-

idem.

Col. 2.

poraliter inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum pacificans per sanguinem Crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Quapropter omissis typicis figurationibus, quibus in veteri Testamento multifariè eadem Crux figurata est, quæ iam in veritate completa sunt, luce clarius contestari nō ambigimus, quod nobis omnia per signum Crucis, non per Asinum, sanctificantur. Illius nempe armis muniti, malignos spiritus à nobis propellimus, & sanctorum Angelorum præsentiam nobis quodammodo conciliamus. Sed & per vexillum Crucis, nō per Asinum, innumeros sanctos viros & mortuos suscitasse, demones ab obsessis corporibus effugasse, cæcos illuminasse, & multa his similia fecisse, legimus. Liqueat igitur quod nullus fidelium tantæ demeriti tantæque extiterit fœcordiæ, qui huiusmodi comparationes aliquando Cruci, nisi tu solus, aptare tentauerit: & hoc idcirco fecisse crederis, quia vt patenter conici datur, vexillum Crucis nihili pendis. Maioris namque honoris & reuerentiæ (quod non sine magno animi dolore prosequimur) idem vexillum Crucis apud paganos, quàm apud te nocescit fuisse. Legitur itaque in historia tripartita libro secundo quod de hoc ligno Sibylla dixerit apud paganos, o ter beatū lignum, in quo Deus extensus est. Et alibi in eodem opere libro sexto capite secundo, quod Iulianus Imperialia sceptrā desiderans, & à Christianitate ad Paganitatē paulatim deficiens, inuenerit virum, qui ei desiderata se dicere fastus sit, isque eum perducēs ad quendam idolorum locum, & intromittens in adytum, seductores demones euocauerit, quibus solenniter apparentibus, terrore compellitur Iulianus in fronte sua Crucis formare signaculū. Tunc demones trophæi Dominici figuram respicientes, & suæ recordati deuictionis, repentē disparuerunt. Legitur etiam in Dialogorum libro tertio capite septimo, quod quidam Iudæus fidem Crucis minimè habens, signo tamen Crucis se munire curauerit. Qui, dū necessitate ductus, iuxta Apollinis templum se ad manendum contulisset, & repentē malignorum spirituum turba adesset, iussit spiritus nequam, qui cæteris præerat, vt requirerent quisnam esset ille, qui iacere in templo eodem præsumpserat. Ad quem maligni spiritus pergentes, & subtilius intuentes, Crucis mysterio signatum viderunt, mirantēque dixerunt: Vah, vah, vas vacuum, sed signatum. Quibus hoc renunciantibus, cuncta illa malignorum spirituum turba disparuit. O admirandam potius quàm enarrandam laudem virtutemque Crucis! Quis mortalium tantæ intelligentiæ compos, tantæque dicendi facundia erat præditus, qui eius virtutem & laudem aut sensu comprehendere, E aut verbis valeat explicare? Si hoc vexillum, infidelium, imò inimicum Crucis, ab hostibus inuisibilibz tantopere muniuit: & à loco idololatriæ sordibus polluto, turbam malignorum spirituum abesse cōpulsit, quāto magis putas illud piè amplectentis virtus & saluatio atque tuitio est: stultè autē illud ex horrentibus atque abominantibus, fiat infelicissima perditio? Vnde est illud Apostoli: verbū enim Crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui sunt, virtus Dei est. Poterant quippe copiosiora de laude & virtute Crucis sanctorum Patrū colligi dicta, sed ad tuum errorem manifestandum, & rationabiliter conuincendū, sufficiunt ista, quanquā

1. Cor. 1.

magna sis pertinaciâ quæ breuiter sunt congesta. His igitur de laude & virtute Crucis breuiter expo-

fitis, reliqua operis tui videamus. Ais namque:

Aliud enim Deus iussit, aliter isti faciunt.

Non subterfugit scientiam peritorum, quàm in-

140.3.

conuenienter hoc colon texteris. Debueras enim ponere ita: Aliud Deus iussit, aliud isti faciunt. Aut certe ita: Aliiter Deus iussit, aliter isti faciunt. Sed quia ita non posuisti, te imperitè locutū fuisse cognosce.

Sensum ergo huiusce incōuenientis dictionis tuæ ri memur, verum est, fatcor, q̄ his verbis te sentire demōstras, quia aliud deus iussit, & aliud facimus. Nul-

lam quippe Apologiã ad id quod intulisti, obtendere possumus, quin in multis offendamus, Apostolo Iacobo attestãte: In multis enim (inquit) offendimus omnes. In eo sanè quod diuina præcepta non adimple-

mus, delinquimus: in eo etiam quod prohibita gerimus, peccamus. His etenim malis cum Patre nostro Adã à paradysi sedibus sumus expulsi, & in hac plorationis vallem demersi. Cùmque ab hac ruina per Christi gratiam sumus erecti, & per adoptionem filij Dei effecti: Proh dolor, rursus, vtpote homines fragilitate carnis circūdati, multa quæ faciēda sunt, delinquendo omittimus, multa quoque quæ prohibita sunt, peccando admittimus. Sed cum ita se habeat humana cōditio, rogo te, vt si hominem te esse cognoscis, humanæ fragilitatis prorsus consortem te esse memineris. Porro si illius consortem te esse negare nequis, non nostræ imbecillitati tam arroganter instare, sed potius cōmunis fragilitatis, imò fraternæ charitatis memor, nobis quodammodo cō-

pari debueras. At si te putas in habitaculo huius mortalitatis adeo soliditate virtutum roboratum, vt ruina humanam nullatenus pertimescas, frustra blanditis, non attendens illud Propheticum: Maledictus vir, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor illius. Et illud B. Hieronymi in expositione Ezechielis Propheta: ita scribentis: Semper (inquit) timendum est & cauedum, ne veterem gloriam & solidam fumitatem, vnus horæ procella subuertat. De qua re plura & innumera poterant testimonia aggregari, quæ ob prolixitatem vitandam prætermittimus. Subiū-

gis etiam paulò post:

Deus iussit Crucem portare, non adorare: Isti volunt adorare, quia volunt nec spiritaliter nec corporaliter secū portare. Quod Deus Dei filius suis sequacibus Crucem portare iussit, nec quempiam sine illius gestamine & baiulatione suo discipulatu posse adherere, seq̄ dignum existere docuerit: sanctorum Euangelistarum paginis plenissimè instrui, eximiorumque Patrum copiosissimis ac facundissimis vtitur expositionibus. Quapropter prolixitatem cauentes, imò breuitati studentes, Euangelica testimonia & sanctorum Patrum dicta omittimus hinc inferere. De gestamine tamen Crucis, quomodo à nobis & corporaliter & spiritaliter teneatur, satis dictum sit. Porro de adoratione eius, non illa quæ solius diuinitatis est, sed illa potius, vnde satis abundè que in præcedentibus dictum est, & in subsequētib; restat dicendum, supersedendum ducimus hoc in loco friuolæ obiectiōni quippiam respondere. Duorum verò quæ coniunctim paulò post sub-

nectis, ita inquis: Isti volunt adorare, quia nolunt nec spiritaliter, nec corporaliter portare secum,

in altero verum loqui tu probaris, in altero autem mendacij & falsitatis argueris. Volumus siquidem more Ecclesiastico ob recordationem passionis do-

Crucis minicæ iuxta superius præmissum modum Crucem adorare. i. salutare. Apostolico verò documento edocti, stigmata Iesu in corpore nostro circumferentes, Crucem eius & spiritaliter & corporaliter, prout ipse qui iubet, annuerit, nobiscum portare, & desiderabiliter optamus, & optabiliter desideramus. Quod autem duobus modis Crux Christi portanda sit, nec nostra indiget expositione, nec tua vllomodo opus habebit portentuosâ ostensione. Beatus quippe Gregorius, doctor eximius, qualiter & corporaliter & spiritaliter portanda sit, plenissimè in expositionibus exequitur Euangelicis. Illud autem subtilius discutendum est, quod turbidus oris tui fonticulus ebullit: nos scilicet Crucem Christi nec spiritaliter, nec corporaliter velle portare. In eo igitur quod nos generaliter neutro modo illã portare velle scripsisti, te vtique singulariter, imò iactatè præ ceteris mortalibus vtroq; modo eam portare iactasti, prospice ergo tibi, moneo te, & perpede, quàm superciliose quàmque arroganter ceteris mortalibus te his verbis prætuleris. Videor itaque mihi videre te ad instar Pharisæi superbi tumore arrogantiæ inflatū, in Ecclesia Christi stantem, despectisque aliis sanctorum operū merita tibi singulariter tribuentem, ac dicentē: Deus, gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri hominū, Galliam scilicet Germaniamque incolentium, Crucemque Christi, quã ego & spiritaliter & corporaliter porto, portare nolentium: & ob id iurè illis præferor qui mihi in portandæ Crucis virtute & sanctitate æquiparari nō merentur. O cauendum detestandamque singularis iustitiæ tuæ tumorem. Liquer enim nullique dubium extat, quin huiuscemodi arrogantiæ morbo laborans, à propria salute deficiat, quia dum mentiri se nescit, aliusque præferri gestit, pœna elarionis subuectus, eò vsque in alta se subripit, donec in foueam miseræ humiliatiōnis corruat, domino attestante atque dicente: Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Rursus paulò post inquis:

Tumor inflatiō singulari

Tumor inflatiō singulari

Tumor inflatiō singulari

Tumor inflatiō singulari

Tumor inflatiō singulari

Tumor inflatiō singulari

Tumor inflatiō singulari

Ille enim

Ille enim dixit: Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Videris astipulari voluisse, nos ideo post Dominum non venire, nosmetipsos non abnegare, crucemque eius non portare, eumque nolle sequi, quia videlicet eius Crucem, nec spiritaliter, nec corporaliter nobiscum volumus portare. Quid, inquam, est aliud nos Crucem Christi nec spiritaliter nec corporaliter nobiscum portare, nisi aperitè dicere: Nos post eum venire, nosmetipsos abnegare, eius Crucem portare, eumque sequi contemnere? Luce clarius igitur pater, quia nemo nisi gestator & baiulator Crucis Christi, eius sequax, imò discipulus esse meretur. Quia enim à nobis nihil bonæ voluntatis nobis inesse, nihilque virium nos habere posse scimus, quoniam non volentis neque currētis, sed miserentis est Dei: sed ab illo potius cui inniti, cuique adherere bonū est, à quo etiam & velle nostrum & posse existit: Ab eo (inquam) nobis tanti roboris vires administrari nō diffidimus, quibus exhilarari, & confortari, post Dominum venire, nosmetipsos abnegare, crucemque eius tollere, eū sequi valeamus, quatenus illo digni esse mereamur. Taverè stolidissime mortaliū, nullatenus te Christum sequi existimes, quādiu tanto inanis iactatiæ morbo vexaris. Ad instar enim illius, cui dictū est: Nunquid tu sapientior es Daniele? adeo superbiæ fastu raperis, vt te solum Christum sequi glorieris, & contra disciplinā Christianorū, Ecclesiasticæ auctoritati impudenter contraire nitaris. Audi ergo B. Augustinum in libro de sermone Domini in monte ita scribentē: Non enim (ait) Christū sequitur, qui non secundum veram fidē & Catholicā disciplinam Christianus vocatur. Quāquam ergo aperitè verā Catholicamque fidem impugnare non videaris, in eo tamen quod contra disciplinam Christianorū Ecclesiasticā statuta conuelleret moliris, Christū sequi contemnere cōprobaris. Hac itaque quæ paulò post subnexuisti, & nō satis cōueniēter præcedētib; aprasti, & solito more, cōpiatoris vsus officio, vt tua posuisti, quæ ita se habent.

Quia videret, nisi quis à semetipso deficiat ad eum, qui super ipsum est, non appropinquat, nec valet apprehendere quod ultra ipsum est, si nescierit manere quod est.

Quia stilo & sensu nullo modo tibi congruunt, quoniam B. Gregorij propria noscuntur, omnino approbamus, laudumque præconiis ad alta sustollimus. Post adorationem quippe Asini quem Crucem adorandæ & venerandæ malè laua mente coæquasti, prima vt tibi videtur Syllogistica tua conclusio ita se habet:

Si adoratur crux, adorantur puella virgines (et illud red didisti causam.) Eo quod scilicet virgo pepererit Christum. Quid rogo te, hac conclusione absurdus, quidue ineptus esse potest? Si adoratur, inquis, Crux, adorantur & puellæ virgines, quia virgo peperit Christum. Crux itaque iuxta præmissum modum adorandæ salutatur. Virginem porro quæ peperit Christū, non adoramus, sed sanctam Dei genitricem congruo honore veneramus, eiusque intercessionem apud diuinam Maiestatem humiliter flagitamus. Nec immeritò: quippe, quoniam per eam auctorem vitæ suscipere meruimus, & pro eo quod eadē sancta & intemerata virgo Maria vtique Deum & hominem nobis ædidit, Dominum videlicet Iesum: à cunctis fidelibus pio colitur amore, & debito veneratur honore, vt autem puellis virginibus a-

doratione, sicut stertendo prædicas, impendamus, ineptissimum ducimus, imò peruersissimum iudicamus. Liber igitur de hac absurdissima, quam prædicas, adoratione adhuc subtilius loqui: Norunt quippe vnus virginis, videlicet sanctæ Ecclesiæ filij, semper Virginē, auctorem vitæ suscepisse, & sine Crucis ascensione, eiusdem virginis partum sibi non fuisse profuturū. Meminerunt etiam antiquæ virginis ascensione, in exilium, à quo per Crucem redempti sunt, se deuenisse, ideòque virgini cuiquam adorationem non impendant, quia ab altera earum mortē, ab altera verò gustauēte salutem. At verò de rementa quæ virginis primæ sensere suasionē, sciunt & credunt per Crucem se recuperasse, inimicūque qui semet in duræ captiuitatis vincula coniecerat, eius virtute percussum, necnon cœlestis sibi patriæ aditum patefactum. Norunt etiam fide armati, hoc vexillo Crucis omnia nequissimi inimici propulsare tela, & idcirco tantum ac tale Regis sui Trophæum (quod vident mortalium captiuitatem soluisse, paradysi damna reparasse, inferna dānasse, inimici virtutem contriuisse, primæ virginis delictū non tam per secundæ virginis partum, quàm delinuisse per Crucis mortem) iure omnia adoratione quarumcunque puellarum virginum, decernunt venerandum. Inter hæc considerandum videtur, quanta perspicuitate nouicios venerandæ crucis hostes iam dudum Apostolus sacer præuiderit, eorumque lætiferam doctrinam Spiritu sancto calamū verbi regente depinxerit. Ait namque: Obseruare eos qui ita ambulant, quos sæpè dicebam vobis, nūc autem flens dico, inimicos Crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiūt. Quàm bene, quāque eleganter Crucis Christi inimicos, Deum ventrem & gloriam dixit in confusione habere? quia videlicet venter distentus superfluis epulis, eructat spumam libidinis, cui est puella familiaris, quoniam (vt verbis B. Hieronymi vtat) ventrem cibo distentū & diuersis potionibus irrigatum, statim voluptas sequitur genitalis. Hi ergo, inimicos Crucis Christi dico, antequam nascerentur, notati sunt, qui nunc diabolo auctore pullulāt, virtutemque Crucis, puellis, confusione i. libidini amicissimis æquiparant. At contra de amatoribus Christi, ita idem Apostolus: Qui autem (inquit) sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis suis & concupiscentiis. Perpende, quæso, Claudi, quantum hæc comparatio inepta à Crucis virtute seiungatur, cum Apostolus dicat vnumquemque eorum, qui Christi est, mēbra sua crucifixisse: & intellige, quia Christi non esse cōuincitur, qui crucifixionem membrorum abhorret, & puellas adorare suadet: nemo enim potest & in confusione sua, & in Cruce gloriari. Quod si vt Crucē, puellas præcipis adorare, debes eas nobis ostendere, quæ à nobis tūto donētur honore, quæ fortassis alicubi hæctenus delitescunt & ad instar Montani, à te, loco Maximillæ & Priscæ pro Vatibus habētur. Sed sit cui placet, Crucis inimico, deus venter, & vt gloria ei in confusione esse possit, puella sit adoratu. Nos qui Christi esse optamus, membra nostra crucifigimus, & crucifixum honoramus religione sibi debita, & amici Crucis & esse & cognominari gratulamur, ac per hoc non puellas, sed Crucem veneramus. Secunda propositio tua hæc continet:

Tom. 5.

Tom. 5.

Phil. 3.

Gal. 5.

DD d iij

DD d iij

DD d iij

DD d iij

DD d iij

Adorentur & præsepia, quia mox natus, in præsepio est reclinatus.

Attonitum me, tam indecens reddit comparatio, vt putem talia scriberem, aut somno altissimo stertentem hæc somniasse, aut certe mero aded indultisse, vt memoria excelsisset, quia Salomon, inter cætera quibus Deum offendit, narratur quod plurima præsepia equorum contra Dei legem habuerit: tacite inuente, vt motis ei est, Diuina scriptura: quod spiritibus nequã, qui equorum nomine ceñentur, passu tam in se, quàm & in aliis, quibus exemplo ad malũ fuit, præbuerit. Ille igitur, equis, impuris videlicet spiritibus, præsepia fabricat, qui aliquod dogma peruersum aut schisma quo diabolus delectatur & pascitur, posthabito timore & amore diuino construit. Ergo non quilibet Catholicæ fidei sincerissimus cultor, sed magis huiuscemodi fabricator præsepiorũ, dignus existi adoratur. Horũ porò equorum per Crucem Dominicam salubris olim à Domino reprobatur ruina, cum per Zachariã Dominus testatur dicens: Sic erit ruina equi & muli, cameli, & asini, & omnium iumentorum quæ fuerint in castris illis, sicut ruina hæc. His verò ita cognitis, Crux à nobis congrua moderatione veneratur, præsepia autem non digna nostro adoratione iudicamus, sed magis vt utilitati sint animalibus, fabricanda decernimus. Post hæc inquis.

Adorentur & panni veteres, quoniam mox natus, pannis veteribus est inuolutus.

Familiaris est tibi Claudii ex aliorum opusculis quædam surripere, quædam subtrahere, quædam immutare, quædam etiam his de tuo contra phas superaddere, tuisque dictionibus vt tua propria furtim aptare, quod in præcedentibus huius operis persepe fecisse probaris, & ob id merito reprehensionis telis iacularis. Nemo quippe ad libitũ suum in verbis sancti Euangelij quippiã superaddere, aut mutare aut detrahere, nisi ad ruinã salutis sue valet. Vbi, rogo te, legisti, quod Dominus natus, mox pannis veteribus sit inuolutus? Fortassis enim sicut traditionibus Ecclesiasticis impudenter inultas, ita & Euangelicæ translationi quæuimus, irreuerenter communicare detrectas: vt sicut habes traditiones schismaticas, quibus nostras caluniaris, ita habeas & Euangeliorum interpretes, quos Catholica nõ recipit Ecclesia, quorum lectioni assuefactus, Dominũ pannis veteribus inuolutũ fuisse contendas. Tu his (si placet) contentus esto. Nos verò sicut Luca Euangelista narrauit didicimus, ita fideliter tenemus, tenendumque cũctis fidelibus prædicamus. Air enim: Factum est autẽ cum essent ibi, impleri sunt dies vt pareret, & peperit filium suũ primogenitum, & pãnis cum inuoluit, & reclinauit eũ in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Et paulo post: Et dixit Angelus: Nolite timere, ecce enim Euangelizoyobis gaudium magnũ, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate David, & hoc vobis signum: inuentis infantem pannis inuolutum, & positũ in præsepio. Hoc Euangelico oraculo instrui mur, nõ vt tu somnias, pãnis veteribus, sed absolutè, Dominum natum pannis fuisse inuolutum. Credo etiã, quia nisi mentem tuam heberasset obliuio, aut certe quacũque rationis iactura, nõ credo te obliuisci potuisse Paulum Apostolum tã crebro præcepisse, nos veterem hominem cum actibus suis exuere, & nouum

Zach. 14.

Luc. 2.

Col. 3.

induere. Nam si horum recordatus es, mirum, vt cũ ille semper nouis nos præcipiat indui vestimentis, tu econtrariò dogmatizatus es vt eo cultu quo Crucẽ veneramus, etiam pannis veteribus famulemur. Crucem namque assidue in fronte pingimus: veteribus pãnis, aut ipsi vt algoribus resistamus, membris aptamus: aut certe vt pauperum profuit visibus, charitate cogẽte eos largimur. Sane si ad mysteriũ recurritur, Cruce, inimici fugamus incurfionem. Et si holosericam, quam à Domino nouam in baptifmate accepimus, in pannos veteres peccando redeamus, per virtutem Crucis eã renouare cupimus. Adoret ergo pannos veteres, qui maculare peccando Christi tunicam non veretur: & quam nec miles scindere potuit in Passione, in Ecclesiã laceret pace. Nos noui hominis tunica indutos gratulamur: nouam & sanam, id est, à peruersitate Hæretica immunem conferuare, quantum ipso donante possumus, satagimus, aut maculas eius per crucẽ diluere: & rugas vetustatis, vt porè Christo in ea cõfixi extẽdimus, vt membra Ecclesiæ esse possumus, de qua dicit Apostolus: Vt exhiberet sibi (haud dubium quin Christi) Ecclesiã gloriosam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi. Cui ergo cordi est, veterem, cum suis pannis veteribus, colat hominem. Nos verò nouum hominem induentes, noua eius insignia, mundum mundique principem victoriosi sumẽ triumphantia, veneramus. Post hæc in fers.

Adorentur & naues, quia frequenter in nauis nauigauit. Mat. 9. & de nauicula turbas docuit, & in nauis dormiuit, & de nauis uenit imperari, & in dexera nauigij rete mittere iussit. Luc. 5. quando præpedita illa magna captura facta est piscium. Mat. 8.

Res mira: pro his quæ Dominum in nauis egisse credimus, scilicet quia in eo sedit, docuitque vel cætera quæque peregit, reuoluissẽ nauem Crucis coaptare. Constat itaque quia in diluuiò homines arca liberati sunt ab ingruente mundo, cataclysmo, quæ figuram gessit Crucis, nec tamen quædam successerunt eorum, quanquam essent superstitiosi, & cultura superuacua dediti, arcam vel nauem pro tanto beneficio in Deorum numerum adscripsisse. Quanto minus ergo nos qui sanctam Trinitatẽ veneramus, alteramque culturam præter diuinitati debita exeramur, congruum est vt nauibus à nobis honor exhibeat: Nauibus ergo à nobis nõ adoratio, vt Crucis deberur, sed tanquam necessaria elemẽto liquido, visibus humanis profutura creduntur. Si autem mysterijs intenditur, Ecclesiã sanctã nauibus in quibus gloriatur Chaldaei qui interpretatur captiuitates, vel quasi demones, minime uenerationem exhibet. Sic enim Propheta ait: Propter vos emissi in Babylonem & detraxi uectes vniuersos, & Chaldaeos in nauibus suis gloriantes. Has ergo naues minime adoramus, quia deceptorias artes (quibus Diabolus gloriabatur, & vitæ humanæ insidiabatur) per Crucis inuictissimum vexillum nouimus contritas, & Christo propitio adnullatas. His par est & nauis Tyri, quæ mundi diuersa supellectile compta, & robore diuerso tutissima, adueniente Crucis signaculo, quæ malè steterat, subuersa, & quæ perniciose ornata erat, salubriter est expoliata. Victricem harum nauium Crucem amplectimur, & earum, tam corpora quã & has significationes ab adoratione excludimus. Sanè præsentis mundi fluctus hinc inde contra eam insurgentes euadimus, & ad terras uiuentiũ, Christo gubernatore vt feramur, optamus: atque inimicum

inimicum eius toto nisu secundum Apostoli præceptum obseruamus, id est, cauemus. Porro neque nauem factam videlicet Ecclesiã, cuius illa typus erat: adoramus, sed eius membra fieri satagimus, de qua vsque modo turbas credentium docet, & uentis contrariis, impuris videlicet spiritibus procellas hærefum excitantibus, hæctenus silentium imperas, dicit: Tace & obmutescere. Deinde ais:

Adorentur & agni, quia de eo scriptum est: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Quæ te ad conferendum Crucis agnum causa impulerit, nisi te dicente intellexero, per me scire nequeo. Neque enim vsquam reperio, quod per agnũ, aliquod cuiquam mortalium collatum sit beneficiũ nisi cum eximendæ fami aliquod de eo conficitur. Nam & si Domino hoc nomen ascribitur, sciendum est non ab eo nomẽ hoc datum quod pecus est, sed qui præ cæteris animalibus vacuã læionis aeternæ, & murus permanet tempore iniuriæ. Si autem occurris & dixeris, Israclitico populo aliquod per agnum collatum emolumentum: scito non per eius aut corpus aut effigiem, sed salutem esse datam per sanguinem: & per eum non simpliciter, sed quo asperus sit postis ostiorum. Hoc significante iam tunc Spiritu Sancto, cuius illa gerebantur instinctu: nullo modo nos posse aduersarium aliter à nostris arcere domibus, nisi agni immaculati sanguine illitum fuerit passionis lignum, domusque nostræ aditum, hoc insigniuerit sacrum vexillum. Etenim dum super vtrumque postem & in superliminariis domorum cruor ille propellendo hosti congruus aspergitur, tam expositione partium, quam & grauedine mysteriorum Crux ipsa non tam præfiguratur, quam effigiatur. Nos itaq; Crucis Dominicæ inuictissimum triumphũ, quo & Patres nostros nactos esse salutem nouimus, & in qua regem. Ait, qui interpretatur chaos, id est, confusio. A verò confusio, I. Homo confixum ac triumphatum, atstante etiã Apostolo: amplexamur, amamus, & congruè honore ueneramus. Agnorum autem peculium neminem adoratione dignum ducimus. Sanè inter cætera negotiarum tuarum deliramenta addis etiam.

Sed isti peruersorum dogmatum cultores, agnos viuos uolunt adorare, & in pariete pictos adorare.

Qui quælo te, sunt isti, qui agnos pictos uelint adorare? Nunquid nam Galli atque Germani, qui cui cunq; picture adorationem non solum deserere detrectant, sed & adorantibus libera uoce resultant, eosque quanta possunt inuentione redarguunt, & vt ad sanam mentem redeant, toto conamine elaborant? Si ergo tales reperiuntur: & eos tecum saluo fraternitatis amore in quantum tales sunt detestamur. Agnos porro non uiuos, vt tu calumniaris, sed cocorum arte paratos, & in cibo habemus, & uescitibus eorum carnibus haud præiudicamus. In qua res stupore digna animo occurrit. Aut enim tu ipse agnos comedis, & inaniter te talia scripsisse conuinceris: aut certe si superstitione dictante eorum carnibus abstines, Manichæ & Nouatianæ hæresis barathrum non euasisse probaris, ac per hoc cultui peruersi dogmatis tu deseruere potius in tali actu conuinceris. Sin autem frugalitate utens tali temperas edulio, oportet vt simpliciter eis uescen tibus non tam grauitè succenseas, ne Apostolicæ doctrinæ obuias qui præcipit dicens: Is qui non manducat, manducantem non iudicet.

Philip. 3.
Matth. 8.
Marc. 4.
Ioh. 1.

Exod. 12

Ios. 7. 8.
Iocms ob
scurus, ac
mendosus
Porre.

Rom. 14.

Post hæc (inquis) adorentur & leones, quia de illo scriptum Apoc. 5. est: vici leo de tribu Iuda, radix David.

Omnis qui alicui rei aliquid conferre nititur: vel ex toto, vel ex aliqua parte eius similitudinem habere, cui eam cõparat, necesse est vt ostendat. Quod egit, qui domino leonem consimilauit. Attendit nã que in eo imperiosam bestiarum potestatem, non autem trunculentam uaciamque misericordia seruitiam. At quomodo Cruci leonis consimilitudo cõparetur non video: quia & Crucis uirtuti dum sanctorum vitam recenseo, feritatem corũ celsisse frequenter inuenio, & leonum nusquam memoriam utpote rationis ignaram, nisi quantum omnipotentia domatur diuinã, sine feritate reperio. Quomodo ergo sibi cõueniant Crux, quæ uisibilibus & inuisibilibus creaturis neq; subditis cunctis profuit, & leo qui nulli inuisibilium quicquã præstitit, & in corpora uiuentium, quãtã potest feritate desæuit, ipse uideris. Sanè significatio enim, quæ in medium sita, nunc Christi significatione gaudet, vt ibi Catulus leonis Iuda nunc diaboli intelligentia animos fidelium deterret, de quo dicitur: Aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quẽ deuoret: quantum Christo propinquat, piẽ à nobis suscipitur, & non propterea leo, sed Christus adoratur. Quando autem uel ipsum diabolum uel aliquem ministrum ouili Dominico insidiantem designat, qui dogmati suo quosque filiorum sanctæ Ecclesiæ subdit, de quo, & de quibus dicitur per Nauẽ: Leo capit sufficienter catulis suis: modis omnibus abhorremus, & vt eos vitare possumus, Crucem tantam fortissimum propugnaculum & mentem tenemus, & corpori imprimimus. Post hæc addis:

Adorentur & petra, quia quando de Cruce depositus est, in saxo sepulchro est positus, & reliqua.

Si aliud sapiens aut sapientiæ contiguum uerba tua continerent, iuste ut cunq; audieris, utpote in cuius quisquiliis aliquid suum sapientis perciperet auditus. Nunc uerò quia penitus inepta uerbonis, & argento sordido, ut sapientiæ liber ait, ornare cupis uis fictile, uerendum tibi est, ne inter eos connumereris qui in conuiuio Bathasar Regis, Deos lapideos inter cæteros laudabãt. Sed reor te hoc muneris petris rependisse, i vt Cruci eas æquiparares, dum cordi tuo stoliditatem earum inesse sentires. Sed orandus est ille qui uoluntatis suæ nutu cuncta peragit, de quo dicitur per Prophetam: Indignatio eius effusa est ut ignis, & petra dissoluta sunt ab eo: ut hanc tuam duriciam & stoliditatem igne sue misericordiæ dissoluat: ut intelligere possis, quare nomen quod pro nostra salute disposuerat mori, oblatam à Iudeis lapidum mortem, sese abscondendo distulerit, atque cũ ad crucifigendum peteretur, ut uerò se obtulerit, dicens ad Discipulos: Surgite eam hinc. Nos ergo petris cementa murorum & domorum nostrarum, necnon & Ecclesiarum construimus: Cruces autem, uel ad memoriam dominicæ passionis cum honore cõgruo in Ecclesiis stabilimus, uel iuxta quod in Ezechiele Propheta didicimus, foribus nostris, id est, frõtribus, atque quinque corporis sensibus ob tutelam nostram præfigimus. Deinde ais:

Adorentur & spina ruborum, quia exinde spinea corona tempore passionis capiti eius imposita est.

Quam benè quamque eleganter atque urbane comparationem & hanc sicut cæteras, contexueris: D D d iij

Num. 2.

Nauim. 2.

Mat. 17.

Pro. 16.

Dan. 5.

Ioh. 8. 2.

12.

Ioh. 14.

Ezech. 9.

Ioh. 19.

videat qui sanum sapit. A turbido enim arrogantia
 tua fonticulo, & clarissimis artis Grammaticæ flu-
 tis prorsus alieno, sicut aliæ nariarum tuarum com-
 parationes, ita & hæc tam indecens, rationeque ca-
 rens emanavit comparatio, quæ proculdubio & ab-
 sona & falsa esse comprobatur. Absona quidē, quia
 spinæ nullo modo Cruci sunt conferendæ, sicut in
 sequentibus Domino largiente demonstrabitur. Fal-
 sa verò, quia in trium Evangelistarum, Matthæi vi-
 delicet, Marci, & Ioanis scriptis quibus salutariter vri-
 mur, in quibus anchora fidei nostræ firmiter stabi-
 limus, qui vtrique mentionē spinæ coronæ capiti do-
 minico ipsa facit, minime reperiri potest, quod
 eadē coronā, sicut tu commentatus es, ex spinis ru-
 borum compacta fuerit, sed simpliciter eam memo-
 rari Sacti Evangelistæ spinam coronam capiti eius
 ad militibus illusionis gratia impositam fuisse com-
 memorant. Patet ergo nullique dubium est, quin
 hostis antiquus in corde tuo sibi fecerit sedem, &
 ad tam execrabile mendacium proferendum, os tuū
 aperuerit. Ille (inquam) qui ab initio in veritate non
 stetit, & est mendax, & Pater eius cuius ageratu, Euā-
 gelicæ veritati (totius navi mendacio carenti) idem
 mendacium ausu temerario atque præcipiti asserere
 præsumpsisti. Verum cum diuersa sint mendacio-
 rum genera, & in hac mortalitate vix mendacio ca-
 rere possimus, à cuius lapsu qui penē nobis quoti-
 dianus est, diuinæ pietatis remissione quotidiana in-
 digemus, qua nobis venialiter indulgeri cōfidimus:
 Illud tamē mendaciū quod eius veritati resultat, om-
 nibus modis detestamur, & diuinā adminiculatē gra-
 tia cauere gestimus, teque in illud corruisse, charita-
 te imperante cōdolendo dessemus, imitantes illud
 Apostoli. Quis infirmatur, & ego non infirmor?
 Quis scandalizatur, & ego non vror? Nemo quippe
 Evangelicis paginis Spiritus sancti calamo diges-
 tis, vbi, vt dictum est, fides nostra consistit, quippe-
 iam super addere, aut subtrahere, aut immutare, ni-
 si ad dehonorationem illius de quo scripta sunt, &
 fidei nostræ insultationem, & animæ suæ perditio-
 nē, potest. Quapropter necesse est tibi consulas, &
 quantum per huiusmodi mēdosam adiectionem,
 id est, euborum spinis coronam contextam capiti
 Domini impositam asserendo oberraueris, atten-
 das. Nescio itaque vtrum sciens, an nesciens te im-
 maniter in vinculum excommunicationis Canonice
 conicisti, eò quod fidei Evangelicæ de tuo ali-
 quid superaddere præsumpsis. Definitio quippe
 sanctorum Patrum in concilio Calcedonensi, su-
 per his qui fidei Evangelicæ & Apostolicæ quippiā
 superaddere præsumunt, huiusmodi est: Statuit
 sancta & vniuersalis Synodus alteram fidem nulli
 licere proferre vel conscribere, aut componere, aut
 sentire, aut docere aliter. Eos autem qui ausi sunt
 cōponere fidem alterā, aut proferre, aut docere aut
 tradere alterū Symbolū volētibus conuerti, vel ex
 gentilibus ad cognitionē veritatis venire, vel ex Iu-
 daeis, vel hæresi quacunquē: hos si Episcopi fuerint
 aut clerici, alienos esse ab Episcopatus & Episcopos
 à clero: si verò Monachi, aut laici fuerint, anathe-
 matizari decernimus. Quia ergo euidenter sancto-
 rum Patrum anathemate percelleris, quibus à Do-
 mino ligandi soluendique est attributa potestas, si
 vis saluus fieri, redi ad illum pœnitentia, in cuius ver-
 bis errasti, vt ab hac percussione, illius munere qui
 omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionē ve-

Matth. 27.
Marc. 15.
Ioh. 19.

Ioh. 8.

1 Cor. 12.

Act. 15.

Matth. 16.

ritatis venire, salubriter merearis sanari. Scimus autē,
 & flebiliter fatemur, iustissime à Deo illatū homini
 peccanti pro pœna, vt terra eius spinas & tribulos
 germinaret ei, vt qui noluit subditus esse Deo, &
 in patria feliciter, & absque labore consistere,
 proiectus in exilium, cogeretur punctiones spi-
 narum perferre. Ab hac ergo peregrinatione salua-
 tor cum misericorditer volens liberare, Crucem di-
 gnatus est descendere, & in ea inimicum trium-
 phare. Equum est ergo, vt pœna exilij similiter sit
 ad patriam redeuntē: Et, vt quod dico clarius sit,
 Nunquid fieri potest, vt eo amore complectatur
 quis spinam tribulantem, quo amplectitur se à Dia-
 bolo liberantem, & cælestis regni aditum aperien-
 tem? Crux namque fixa est, vt spinæ incolatus no-
 stri consumerentur. Nam vis certius id nosse? Cum
 Angelus in persona Domini ad Moysen pro educio-
 ne populi loqueretur, cui legem daturus erat, &
 plurima alia beneficia collaturus, visum est Moysi
 rubum ardere, nec tamen consumi, hoc iam tum re-
 bus clamantibus, quia populi peccata lex quidem
 per ostensionem atque reprehensionem erat inflam-
 mata, nec tamen combustura. Satis ergo Crux ve-
 neratur quàm spina, quia hæc captiuum & exulem
 cruciat, Crux autem & captiuitatem eripit, & spi-
 nam tribulantem comburit. Post hæc addis.
 Adorentur & arundines, quia ab eis, colaphis à militibus
 caput eius casum est.
 Cætera quidem vel risui mouendo apta sunt, vel
 quia arrident alicui Dominicæ significationi, pos-
 sunt vtunque audiri. Porro arundinum & Cru-
 cis comparatio tam longè fecernitur, vt putetur ne-
 quaquam vel à vigilante, vel à sana mente profecta,
 sed potius ab eo qui impos mentis, funibus Hippo-
 cratis vincendus traditur. Legimus namque in fi-
 gura Dominicæ Crucis amaras aquas æremiticas
 per ligni immisionem, insipidos olim deposuisse fa-
 pores. Nunquid nam aliter nequiuit virtus omni-
 potentis earum dulcorare gustum nisi eas attingeret
 per lignum? Sed sicut poscebat tempus, variis figu-
 rarum vmbis & Allegoriarum figuris vtilitatem
 ligni victoriosissimi adumbrabat, cuius attractu le-
 gis litera, dudum, amaritudine impediēte, impossi-
 bilis, nunc eius contactu facta est potu habilis. Le-
 gimus etiam de Cruce prædictum: Er erit (haud du-
 bium quin siue Beatus vir à quo beatitudinem adi-
 piscuntur omnes qui beati sunt, siue quilibet mem-
 brorum eius) tanquam lignum quod plantatum se-
 cus decursus aquarum. Nunquid nam dicitur? Er
 erit tanquam arundo secus ripas fluuiorum palu-
 strium? Scio certè, scio quid in his tibi velis. Reco-
 luisti fortassis siccitatem Ægypti calamo à Domino
 comminari, id est, sermone vacuo & nihil in se soli-
 dum habenti, dum de eo dicitur: Attenuabuntur
 & siccabuntur tui aggerum, calamus & iuncus mar-
 cescet. Ideo que calamum tuum vacuum prorsus ra-
 tione, hoc consolari voluisti modo, vt conareris eū
 similem Cruci ostendere: & pari modo, vt Crux à fi-
 delibus adoratur, tu quoque calamum tuum eos co-
 geres adorare. Ad vltimum (quasi tuarum palmam
 nariarum) adiungis.
 Adorentur & lanceæ, quia vnus militum in Cruce, lan-
 cea latus eius aperuit, vnde fluxit sanguis & aqua, sacra-
 menta, vnde formatur ecclesia.
 Iam dudum in tui admiratione attonito, constri-
 cto gutture præ multo stupore verba deficiunt, &
 solum;

Gen. 3.

Exod. 3.

Exod. 17.

Psal. 1.

Esai. 19.

Aeglog. 6.

solummodo tanta rei nouitate permotus hæsito:
 quidnam illud fuerit quod lanceæ dominicæ passio-
 nis faciens mentionem non recolui quid Domi-
 nus de gladio suo tempore passionis B. Petro dixe-
 rit: Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt:
 Si enim æqua lance pensandæ essent crux & lancea
 sicut Dominus dixit: Omnes qui acceperint gla-
 dium, gladio peribunt, ita subinferret: Omnes qui
 acceperint Crucem, Cruce & peribunt. Itaque,
 cum discipulis diceret: Qui vult post me venire, ab-
 neget semetipsum, & tollat Crucem suam & sequa-
 tur me. Et: Qui non baiulat Crucem suam, & sequi-
 tur me, non est me dignus, eo modo diceret: Qui
 vult post me venire, accipiat lanceam suam in ma-
 nu & sequatur me. Et qui lanceam non portat
 in manu, non est me dignus. Nam Petrus increpa-
 tus est, cum gladium accepisset, & admonitus, vt
 Crucem ferret, quando dictum est ei: Sequere me.
 In quo autem eum sequi deberet, manifestè Domi-
 nus ei ostendit, cum dicit: Cum esses iunior, cinge-
 bas te, & ambulabas vbi volebas, & cat. Et ne du-
 bia sententia in hac re animus noster duceretur,
 Evangelista subsequens est: Hoc autem (inquit) dixit
 significans qua morte clarificaturus esset Deum. A-
 doraret ergo hæreticus quilibet lanceam, dogmatis
 videlicet sui nequitiam, admixtis que agminibus
 Gog- & Magog, (qui interpretantur tectum, vel de-
 tectum) contra sanctam Ecclesiam magno cum super-
 cilio & pompa armorū bellaturus, pauperina eius
 arma contemnens procedat. Eius autem erit de for-
 titudine Regis sui confidere, & Crucis vexillo sese
 munire, atque eis expugnatis, eorum arma per sep-
 tem annos igni succendere, id est, in septenario nu-
 mero Spiritus sancti donis sacramento atque perfecto,
 armaturæ eorum omnes comburere, contos, & lan-
 ceas, & baculos, manus, sicut scriptum est: Arcum
 conteret & confringet arma, & scuta comburet
 igni: eodem etiam non momentaneo sed aeterno, arma
 tuæ peruersæ doctrinæ comburenda sunt igni.
 Hæc tenus stilo prosecutionis nostræ ex auctoritate
 diuina & sanctorum Patrum doctrina, & ex his quæ
 Dominus sobriè subministrare dignatus est, tuis à
 Claudi ineptis & stolidissimis oppositionibus ratio-
 nabiliter obuiasse sufficit. Nunc autem quia liquet
 ob prædicationem adorandorum Asinorum & cæ-
 terarum insensatarum rerum, quas æquè vt vene-
 randam Crucem adorandas vecorditer dogmati-
 zasti, tuam doctrinam nullo pacto conferri posse
 vlli sanæ veræque fidei doctrinæ: querendum no-
 bis videtur, cuius comparari possit falsæ doctrinæ.
 Et quia Catholicæ fidei doctoribus coæquari, & in
 nullo assimilari potest, merito eorum qui extra Ec-
 clesiam sunt, dictis & factis applicanda est. Quia
 ergo compellimur gentilium factis & dictis præ-
 dicationis tuæ assimilare documenta, nullius aptius
 congruentiusque dicto, & facto adæquari potest,
 quàm Sileni vatis temulenti, simillimi tui, de quo
 scribit Naso.
 Ebrivus ecce senex pando Silenus a sella
 Vix sedet, & pressus continet arte tomas.
 De quo ita Maro.
 Pergite Pierides, Chromis & Mansillum in antro;
 Silenum pueri somno videre iacentem,
 Inflatum hesterno venas (vt semper) Iaccho.
 Sersa procul tantum capiti delapsa iacebant,
 Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

Er post pauca.
 Soluite me pueri, satis est potuisse videri.
 Carmina quæ vultis cognoscere, carmina vobis.
 Cogimur vanis vana, ineptis inepta, falsis oppo-
 nere falsa. Quoniam vterque Poeta eundem Silenū
 ebrium vanitate descripserint poetica: Alter enim
 scilicet pando a sella sedentem, & præ nimia obri-
 etate vix sedentem, & amissis habenis quibus idem
 fuerat moderandus asellus, solummodo arte imbec-
 cilli pressis eiusdem comis aselli, se ne laboretur con-
 tinentem: Alter verò (vt conici potest) iam cum
 eodem asello lapsus, & vt ei moris erat hesterno
 Iaccho venas inflatum, mortuo simillum iacen-
 tem, & eius nimia potatione ansam illius gravis cā-
 thari fractam, sartaque capitis eius procul delapsa
 iacentia, & duorum puerorum fraude circumuentū,
 suorumque sertorum restibus ab eis vincitum, & vt
 nimio mero vacantibus atque stertentibus à lasci-
 uis pueris fieri assoler illulum, eademque illusionē
 excitat um, pollicentemque eisdem pueris carmina
 quæ vellent se facturum, quæ vtrique sicut sequen-
 tia illius libri testantur, fecit: non abs re tamen eius
 facti similitudo, quantam vt quidam volunt in per-
 sona Sileni alegotice Virgilius, alterius personam
 subintelligi voluerit, tibi non ab iure, Claudi, apta-
 ri potest. Videris itaque ad instar eiusdem simillimi
 tui Sileni pando sedere asello, & adeo nimio mero
 indulsisse, ingentique potatione mentem tuam he-
 betasse, & habenas moderationis & discretionis a-
 misisse, & cætera quæ de eo idem Naso exequitur,
 egisse: quando Asinum æquè vt Crucem adorand-
 um docuisti. Eundem potè asellum cui sedebas,
 non alios, ad adorandum proponere nobis debue-
 ras. Sed reor, quia pandus eras, tua sessione dignum:
 Nostra verò adoratione, non pandos, sed generosos
 magnorumque corporum Asinos, beneque auritos
 & turrita ceruice incedentes, caputque in altum su-
 brigentes, optimè iudicaueris dignos. Verum secun-
 dum Virgilium, eiusdem Sileni similitudinem ha-
 buisse cōprobaris, quia nisi multo madefactus suis-
 ses vino: non illo vtrique, de quo Psalmista ait: Vi-
 num lætificat cor hominis, neque illo de quo in li-
 bro Iudicum, quod Deum lætificat & homines, sed
 illo potius de quo in Cantico Moysi legitur: Fel dra-
 conum vinum eorum, & venenum aspidum insana-
 bile: nūquam ab Ecclesiasticis traditionibus te auer-
 tisses, & Asinos & cætera inepta quæ scripsisti ado-
 randa proposuisses. Pueros namque qui te eodem
 sellito vino inflatum, & ad similitudinem mortui
 iacentem repperunt, tuisque propriis restibus de-
 uinxerunt, nullos melius quàm spiritum tuum, qui
 secundum Apostolum renouari, & nouum homi-
 nem, Christum videlicet Dominum nostrum in-
 duere & intellectum qui sanam doctrinam profer-
 re, debuerat, accipere possumus. Eisdem igitur pue-
 ris ad ludibrio & irrisioni fuisti, vt sicut à Silenio,
 memorati: pueri carmina inepta sibi fieri extorse-
 runt, ita & tui pueri, spiritus videlicet tuus, paruus-
 que intellectus, in tantæ præsumptionis & præcipi-
 tationis barathrum te demerserunt, vt eorum per-
 suasione & assensione, immò surripiente atque præ-
 ualente antiquo hoste ea prædicares, quibus te &
 caput mente, & rationis imporem ostenderes. Ca-
 talogo filiorum Ecclesiæ extorrem infelicitate effi-
 ceres, quia tua plena erroris blasphemiarūque dog-
 mata vnà tecū floccipendunt, & rudibus socianda

Quamquæ
enim.

Psal. 103

Iudic. 6.

Ecclesi-
astica tra-
ditiones.

Deu. 32.

Eph. 4.

decernunt. Tuum porro cantharum cum ansa fracta, de quo, utpote calice Babilonio potum mortiferum hausisti, & quem vsque ad faces potasti, merito quia nullo vsui humano aptum non fuit, abiiciunt: & ne ex eo quisquam sanæ mentis haustum sumat, sub perpetua contritione inutilem & inhabilem subsistere diiudicant. Sanè si sobria, Ecclesiasticæque dignitati conuenientia prædicasses, iure in capite tuo sertum, id est, corona maffisset sacerdotalis. Sed quia contra auctoritatem, religionemque sanctæ Dei Ecclesiæ scribere præsumpsisti, idcirco adignominiam

dehonoracionemque tuam Præfulatus tui coronam à capite tuo procul delapsam, tibi valde indecenter abesse fecisti. Hanc ergo similitudinem ex fabulis Poëtarum sumptam, tibi non inconuenienter aptatam à Claudi agnosce, & ne vltieris sanctam Dei Ecclesiam tuis virulentis obiectionibus laceffe re præsumas, caue. At vero ne huius libelli extensio, & immoderata prolixitas legentibus gêneret tædium, cursus sui hic fortiaur terminum: Reliqua verò operis tui, à Claudi, in tertio hunc sequenti, Domino auxiliante, examinabuntur libello.

IONÆ AVRELIAN EPISCOPI IN LIB. 3. DE CVLTV IMAGINVM PRÆFATIO.



Non duobus qui hunc præcedunt exactis libellis, non ex asse, tuis, à Claudi, refragarum est absurdissimis & inhonestissimis propositionibus. Etiam ad ea resellenda & improbanda, quæ a quædam venerandam Crucem adoranda prædicare non erubisti, satis abundeque quantum Deum annui (vt reor) stylo obuiationis nostræ profectum est. Restant igitur ea orbibus lymphidissimis ac simplicibus contuenda atque rimanda, & ad liquidum sano sobrioque intellectu discutienda, ac telis sanctarum Scripturarum, & paginis eximiorum Doctorum perimenda, quæ, immemor reuerentia sacerdotalis fraternæque dilectionis existens, aduersus iam sepe memoratum venerabilem virum Theodemirum Abbatem, se imperante charitate mouentem, & à superstitionibus tuis quibus intulit inferniebus & miserabiliter irretiebaris reuocare volentem, absque illo discretione & moderacionis obstaculo, & ut verius dicam) impudens ore specialiter eructasti. Si igitur tot tantis que nugarum tuarum naniis qua supradicto continentur excerpto, non nisi tribus libellis, propter enormitatem incaninarum & vitijsarum dictionum tuarum resolutum est: Quanta putas prolixitatis, quanta magnitudinis libri necessariò congerendi & exarandi erunt, cum integer totius huiusce inepti & execrabilis operis tui codex, quem contra auctoritatem & simplicitatem Ecclesiasticæ discipline digessisti, & iam fatis venerabili viro Theodemiro Abbati misisti, in manus peritorum virorum deuenerit: Sicut enim ea testantur, & cernentibus atque legentibus fidem attribuunt, quæ à te in eodem Excerpto scripta leguntur multo sceleratiora & detestabiliora in eodem peruersissimo codice tuo reperientur, quæ aduersus sanctam Matrem, & altricem nostram Catholicam Apostolicam Ecclesiam, viruperationis & insultationis gratia scriptast. Quapropter necesse est, vt si adhuc in tenebris inuolutus deluescit, in lucem proferatur vt videatur, legatur, examinetur, & quicquid erroris & blasphemie contra nos à te iaculatum continet, sciatur, eique Ecclesiasticis allegationibus iuste rationabiliterque refragetur. Quoniam nisi moderno tempore, maturoque queæ situ inuenius & in medium prolatus, solerique studio examinatus, & repudians, ignique traditus fuerit: verendum est, ne si futuris temporibus ad notitiam simplicium Fratrum delatus fuerit, textus illius excutiabilis ab eis lectus atque percognitus, mortifero sui erroris morbo eos contaminet, fauciosque efficiat, & pestiferam perniciem animabus eorum stobilitèr infundat.

IONÆ AVRELIAN EPISCOPI DE CVLTV IMAGINVM LIBER TERTIVS.



Hæc iam tempus instat, & ordo rei de qua agitur exposcit, vt tandem veniamus ad ea quæ specialiter memorato Theodemiro venerabili Abbati, à Claudi, obiecisti, & per eum eadem in nos callidè retorquenda præparasti, quia dum missili tuo alium te ferire simulasti, eodem nos aperte fraudulenterque lanceare voluisti: nam & cum multis aliis infani dogmatis tui naniis nos inficere tentaueris, aded etiam te inimicum, aduersariumque sanctæ Dei Ecclesiæ constituisti, vt Diuini cultus honorem quem religiosi tenemus & veneramus, adnullare, & sanctorum Dei intercessionem penitus & paruipendendam inuerecunda fronte præsumeres dogmatizare. Proinde scriptis tuis sensum legendo peragratis & animaduersis, contra singula tua falso obiecta, & pro nobis & pro eodem V. Abbate, immo pro defensione sanctæ Matris Ecclesiæ nostræ Catholicæ, congrua, veritateque referta responsa, & lima sancti spiritus arma Apostolica exacta, in hoc libello contra ponenda statuimus. Processus sanè prosecutionis tuæ qua te totum in iam dictum V. Abbatem Theodemirum effreniter ac præcipitanter inuehis, ita se habet.

Quod vero ais, quod ego prohibeam, homines penitentia causa pergere Romam, falsum tu loqueris. Valde, nec tamen scio si dignè, admiror, aded te

mente captum, aut certè ita hebetasse tibi mentem obliuione, vt hæc præmittens nequaquam in præcedentibus eorum memineras. Inuenitis namque in posterioribus tuis dictis, non modo iter illud quantum in te fuit, prohibuisse, sed etiam Romam pergentes, & per illud iter Apostolicam intercessionem quaerentes, ruptis moderacionis habenis toto suffusus felle, in eorum contumeliam debacchasse, insipientique atque stultitiæ notam eis impegisse. Sed agit hoc lymphatica & inanis stabilitatisque nescia leuitas, quæ quod radicitus tanquam arbor sapientiæ aquis non irrigatur diuinis, veluti puluis pertenuis, & flatu leuitatis raptabilis, quaquà verum visum fuerit incautè inscienterque discurret. Vnde & notam falsitatis, quam fratri tuo inuicere conaris, ex verbis tuis incurrisse conuinceris, & eundem V. virum effugisse, quantum ad præsentem rationem attinet testaris. Et ipse enim alienus à falsitate extitit, quia quod tu in dictando detestaris, te prohibuisse dixit: & te ipsum falsarium comprobas, quia quod hic prohibuisse te negas, in sequentibus detestando & insultando, quid de hac re sentias, aperte demonstras. Quod autem quasi rationem redditurus subnectis:

Ego enim iter illud non approbo. Et veluti exponens quare dixeris, infers. Quia scio quod nec omnibus obest, nec omnibus prodest, nec omnibus

nibus proficit, omnibus officit

Quid his verbis stolidius reperiri possit, non facile inuenerim. Quid enim? Nunquid ea quæ mediâ in vitæ nostræ actibus dicuntur, id est, quæ in bonâ malâve partem à se ventibus inflecti queunt, nequaquam sunt approbanda: Nunquidnam, vt multa præteriens de aliquibus breuiter perstringam, abiicienda sunt ieiunia, corporisque extenuati abstinentia, quia aliis quidem gloriam præparant futurâ æternamque satietatem dicente iudice: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi, esurii enim & dedistis mihi manducare, &c. alios autem per inanem ostentationem, & propter aurâ popularis appetitum peracta, vacuos mercede detruant se sectantes in penam gehennalem, dicente cordis inspectore: Amen dico vobis, recepistis mercedem vestram. Nunquid castitas reprobat, quæ sectatores suos non solum in futura beatitudine Angelis coæquabit, sed etiam in mortalibus adhuc corporibus imitationem Angelicam videre contendit, dicente Domino: Quia filij resurrectionis non nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei in celis, propterea quia multi, cum non appropinquant corporibus mulierum, pudor tamen in eis patitur naufragium, aut per immundum appetitum, aut certè per iactantia vitium: fortè eleemosynarum largitio hac occasione ad nullabitur, de qua scriptura dicit, quod resistat peccatis sicut aqua extinguitur ignis: quia data pecunia alij alij ad tenuem sustentandam vitam abutuntur, forsitan per eius liberalitatem ad res obscenas delabuntur. sed & dantium alij futurum expectant præmium, alij fauorem pro his requirentes humanum fructum non requirunt diuinum. Satiis itaque erat te hoc opus ex mentis pensasse iudicio: & sicut alia mediâ bonâ, ita & hoc quoque, aut cordis deuotione iudicasse vile, vel certè ob in deuotionem minus profuturum sanxisse. Si enim cui libet proficit, alij autem officit, non istud ex natura procedit operis sed ex qualitate operâtis, qui hoc quod sibi profuturum erat in tamis operis, legit in radice intentionis: & quia non habuit purum oculum intencionis, idè totum corpus tenebras perpeffum est operationis. Nouimus certè quosdam id studij habuisse, vt sanctorum limina adirent Apostolorum, & eorum intercessionem humiliter quærerent, ac non modò à sanctis viris laudatos esse, sed vt ab hac intentione non desinerent admonitos diuinitus fuisse, sicut de quodam scribit Beatus Gregorius in lib. Dialogorum, qui cum id haberet studij inter cætera bonorum actuum exercitia, vt singulis annis reliquias Apostolorum adiret, admonitus est vt ageret quod agebat, manus & pes eius nequaquam cessaret, & Natali Apostolorum quorum erat assidus visitator, meritum suorum mercedem recepturus esset. Ne que enim nouicia res est loca quædam intuitu orationis conuentibus frequentari humanis, sed potius auctoritate Patrum præcorum & Diniorum ad id agendum prouocamur auctoritate eloquiorum. Licet namque Deus vbique præsens sit & omnia loca manus eius fundauerint, tamen B. Abraam fidem probaturus, non in quocunque loco, sed in monte quo sibi placuit, filium offerri præcepit: & trium dierum spacio ad eundem locum supradictum virum ire voluit. Eundem autem locum postea ob id fuisse clarum atque insignem traditur, atque à mul-

tis frequentatum, vnde & nomine in mente Dominus videbit, est insignitus. Beatus item Moses qui populum Israël docuerat Domini esse terram, & plenitudinem eius, caelum, & cælos cælorum: tamen præcepit eis ne in omni loco quem vidissent, id est, qui eis placuisset, victimas & hostias offerrent: sed locum, quem Dominus Deus eorum elegisset, ascendere eos iussit, & ibi immolare hostias. Vbi quanquam subtiliori intellectu, sanctæ Ecclesiæ vnitatem per vnus loci voluerit significare positionem, attamen Deus pensans humani generis mentem, nequaquam cultum suum per multorum voluit vilescere ac tepescere multitudinem locorum, sed potius commendabilem reddere per vnus loci conuentum celebrem. Si enim locus retinens Arcam insensibili ligno compactam, & à foris intusque deauratam, cõtinentem vnam manna plenam & virgam vnam tabulasque lapideas, meruit nobilitari, tantaque frequentia populi honorari: cuius putandus est ille religionis, qui complectitur corpus Apostoli, tanquam cælestis thesauri arcam, corpore & animo virtute conspicuam, intus regentem vas animæ splendidum sapientiæ dulcedine refertum, legemque spiritalem nõ in tabulis lapideis, sed tabulis cordis carnalibus exaratam, insuper & Virgam pastoralis auctoritatis, qua possit parcere piis, & debellare superbos: Longum est etiam enumerare quo modo sparsim in sanctis scripturis huic rei, tãquam sterculi purpureo atque roseo ver-nantes fulgore, reperiantur testimonia. Quomodo scilicet Dauid à Domino præceptum accepit, vt in area Areuna placadum offerret sacrificium. Et Salomon prius dicens Domino: Si enim caelum, & cæli cælorum te capere nõ possunt, quãdò minus domus hæc quam ædificauit? post hæc orans vt in loco eodem oculi Domini aperti essent atque aures intentæ, deuotissimè precatur, & ipse Domini testimonio exauditum esse refertur, tam pro indigentibus, seu de vltimis terræ finibus oratum eundem locum aduentibus. Quomodo B. Helias non novum altare constituerit, sed antiquum adiens curauerit, qualiter montem Carmelum orationis gratia frequentauerit, & eundem locum B. Helisæus frequenter inuiserit. Quibus omnibus docemur, non improbandos nec more tuo stultos insipientesque appellandos eos, qui deuotionis augmentandæ gratia, intercessionisque per suffragia quaerendæ, Apostolorum aduent limina: quia credimus quod per hæc non solummodo eorum mentibus adolescat amor circa diuini cultus seruitutem, sed etiam laboris sui atque itineris, quæ subire volunt intentione diuini amoris, mercede donentur. Sanè est etiam proprium humanæ menti non aded compungi ex auditis, sicut ex visis. Sicut enim teste Beato Hieronymo melius scripturas diuinas intelligit, qui nomi-na locorum atque ciuitatum peragrando circuit: ita credendum est eos amplioris posse fieri deuotionis, qui loca Apostolorum aduent, & in alio quidem audiunt vnumquemque eorum, in alio autem deest. Aliquid Hieron. Tomo. 1. Ad Sabi. uianum. Dei filius ortus est, tractat de stupro, stupore afficitur, quare à facinore concepto nec locorum de-

Deut. 32. Exod. 25. Heb. 9. 2. cor. 5. 3. Reg. 8. 2. Par. 7. 3. Reg. 18. Aliquid Hieron. Tomo. 1. Ad Sabi. uianum.

terretur visione sanctorum, dicens, Infelicissime mortalium tu speluncam illam in qua Dei filius natus est & veritas de terra orta, & terra dedit fructum suum, de stupro conditurus ingrederis? Non times ne de praesepio infans vagiat, ne puerpera Virgo te videat, ne mater Domini contempletur? Angeli clamant, pastores curunt, stella desuper rutilat, Magi adorant: Herodes terretur, Hierosolyma conturbatur, & tu incubiculū virginis, virginem decepturus irrepis: Et post pauca: Deinde curris ad pastorum locum, & Angelorum desuper strepitu concinente, in eadem verba testaris. Itemque post non multa: Iam iter depositum, decreta nauigia, condita dies, fuga animo pertractata. Et ecce Angelus ille cubiculi Mariæ ianitor, cunaru Domini custos, & infantis Christi gerulus, coram quo tanta faciebas, ipse te prodidit. Certè vt ad Apostolos veniamus, nouimus eos, quandiu Hierosolymiticum templum stetit, crebrò illuc orandi gratia conuenisse, vnde & in actibus Apostolorum leguntur omni die in templo & circa domos docuisse, & in panis fractione mysteria corporis Domini celebrasse, & populis sumenda tradidisse. Inde est quod nona hora, vt se habet mos Ecclesiasticus, templū adoraturi Petrus & Ioannes aduent, claudum ad limina domus Domini iacentem imperiosa auctoritate diuinis vinculum abfoluunt. Hinc est quod Paulus magnopere exoptat & toto nisu festinat, vt diem Pentecostes Hierosolymis faciat. Dum ergo ita se habeant, faciesat (vt ita dicam) tandem tua irrationabilis ratio, qua muliercularum sensibus persuadere niteris, & scorpionis mors, ore palando, clanculò cauda venenum infundere conaris, vt ab amore sanctorum locorum atque Apostolorum animos fidelium auertere possis. Post hæc quasi cornutum perplectens syllogisimum, eundem V. virum te, quantum in tali actu intelligi decet, charitatis officio corripientem, inuoluere conaris hoc modo.

Te ipsum primum interrogare valo: Si penitentiam agere esse, Romam pergere nosti, cur tu tanto tempore tantas animas perdidisti, quas in Monasterio retinuisi, & penitentia causa in Monasterio recepisti, & non eas Romam misisti, sed potius tibi seruire fecisti?

Omnis qui sano intellectus cerebro sanctæ Ecclesiæ gremio continetur variis professionum ordinibus non diuersa fide, distanti tamen conuersatione eam consistere nouit: Aliosque esse qui coniugio operam dent, alios qui cælibatui vacent, alios qui obedientiam Prælati exhibeant, alios autem qui subditos sibi greges sub norma diuinitus tradita constringant, alios qui libertate generali quaquà vcrsum prohibitu suo per diuersa orbis clymata discurrunt, atque alios qui freno regulari atque Canonico coerciti, nullum quo pedem ferant, referantque sibi reliquerunt aditum, per maiorum ac sibi Prælatorum iussu. His ita se habentibus voce eiusdem V. Abbatis respondeamus. Idèd è Claudi, tanto tempore tot animas non perdidisti, quas in Monasterio retinui, quia Patris nostri præcepta secutus, videlicet Beati Benedicti, officinam vbi instrumenta bonorum exerceantur, claustra Monasterij, & stabilitatem in congregatione noui. Sed & sententiam Canonū (quam tu periculo animæ tuæ nescire probaris) huic sententiæ concordantem retineo, quæ in Synodo Calcedonensi, Act. ita legitur: Monachos per vnāquaque ciuitatem aut regionem placet

Act. 9.

Christiana vita varij status.

subiectos esse Episcopo, & quietem diligere, & intentos esse tantummodo ieiunio & orationibus, in locis quib' renūtiauerint seculo permanentes: nec Ecclesiasticis verò, nec secularib' negociis communicent: vel alicui sint molesti, propria deferentes Monasteria, nisi fortè eis præcipiatur propter opus necessarium ab Episcopo ciuitatis. Et post non multa: Transgredientè verò hanc nostrā definitionē excommunicatum esse decreuimus, ne nomen Dei blasphemetur. Hi namque qui hac professione non arcentur, si ob amorem cælestis patriæ, tantorum itinerum subeunt laboriosa discrimina, & quia necdū spiritibus eorum iungi queunt, terunt tamen Apostolorum basilicas, & humiliter iporum expetunt suffragia, laude dignos duco. Quia & si Apostolus dicit: Volo vos viros orare in omni loco, leuanties puras manus sine ira & disceptatione, propter eos dictum accipio qui nesciunt orare, nisi vbi viderint erectum altare aut certè sanctorum reliquias adesse. Quam autem opinionem huiusce rei habuerit, ipse testis est, qui templum adoraturus adit, in quo & comprehensus est, ad quod vt diem Pentecosten inibi faceret, festinabat. Hi autè qui vt securi ab externis tumultibus esse queant, Monasterij secretum petunt, si causa vagationis extrinsecæ secularia negotia adire tentauerint, improbo, reprehendo. & ad perditionem animarum illorum pertinere non ambigo, quia magistri mei dicentis sententiam recolo, vt non sit necessitas Monachis vagandi foras, quia omninò non expedit animabus eorum. Quod autem dicis eos mihi seruire fecisse, quanquam me ab hac re immunem non iudicem, vt potè cui multæ sunt deformitates morum, quibus seruiat in suppore deuoio pia fratrum, tamen auctoritatem diuinam in hac re sequi conor ita dicentis: Qui vult inter vos esse maior, sit vester minimus, & Qui precessor est, sicut ministrator. Est etiam nobis reciproca seruitus, de qua institutionis nostræ præcepta continent ita: Fratres inuicem sibi seruiant. Et alibi, Infirmos suas, siue corporum siue morum patientissimè toleret. Itemque obedientiam sibi certatim impendant. Sed & Apostolus, Per charitatem (inquit) spiritus seruire inuicem. Hac ergo excepta, priuatam me seruitutem, nec imponere subditis debere scio, nec imposuisse recolo, sed voce Gedeonis circa subditos vtor: Non dominabor ego vestri, nec dominabitur in vobis filius meus, sed dominabitur: Dominus. Veror namque ne mihi cum superbis, infidelibusque pastoribus pars ponatur, & Pastorum. Pastore in terribili examine, cum eis dicitur: Cum auctoritate imperabatis eis & cum potentia. Immo si voluntaris effectus non negetur, opto cum Apostolo veraciter dicere: Quis infirmatur, & ego non vror? Itemque: Factus sum paruulus in medio vestrum, tanquam si nutrix foucat filios suos. Sed & sapientissimi viri salubre consilium audi dicentis: Rectorem te constituerunt noli extolli, sed esto in eis, quasi vnus ex ipsis. Quod verò adiungis, quasi meis verbis: *Habere me ceteram Monachorum centum quadraginta, qui omnes penitentia causa ad me venerint.*

Numerum verò recognosco, subsequentiæ autem non modo à me dicta abnego, sed dici ab alio perhorresco. Cuncti namque illi qui penitentia causa, vt se habet veritas, Monasterio tradiderunt, non ad me (vt tu asseris) venerunt, sed Domini misericordiā conuo-

1 Tim. 2.

Act. 20.

Math. 20.

Mar. 10.

Luc. 22.

Gal. 5.

Iud. 3.

2 Cor. 11.

1 The. 2.

Ecl. 32.

consolauerunt, cui per Psalmistā dicitur: Ad te omnis caro veniet. Et cui penitens in Psalmo loquebatur: Domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Et cui per Hieremiam: Domine fortitudo mea, & robor meū, ad te omnes gentes venient ab extremis terræ. Reculta namque scriptura diuina principem iustissimum atque piissimum (Ezechiam dico) his verbis Dominum offendisse indicat. Postquam enim natura quodammodo ius abstulit, & rapido solis discursu pro libitu suo obuiauit, venientibus de prodigio interrogare externa gentis nunciis: Cum interrogaretur à Propheta vnde venerint viri illi, non vt sese habebat veritas ad Dominum interrogandum venisse eos respondit, sed elatione tumidiore distentus ait: De terra longinqua venerit ad me, de Babylone. Quod ne forsitan meo sensu dictum, & non auctoritate arbitrere diuina, audi librum Paralipomenon dicentem: In diebus illis aegrotauit Ezechias vsque ad mortem, & orauit Dominum, exaudiuitque, & dedit ei signum, sed non iuxta beneficia quæ accepterat, retribuit: quia reuelatum est cor eius, & facta est contra eum ira, & contra Iudam & Hierusalem: humilitasque est postea eò quod exaltatū fuisset cor eius, tam ipse quam habitatores Hierusalem, & idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechia. Et non post multa: Attamen in legatione principum Babylonis qui missi fuerant ad eum vt interrogarent de portando quod acciderat super terram dereliquit eum Deus, vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius. Non ergo eos ad me venisse dixerit, qui nō mei causa, sed salutis suæ, tæculo renunciauerunt. Non ad me eos confugisse vnam fatebor, quod est propriè superborum, & sui nominis fauorem querentium, quos Apostolus iadudū notat, & pseudo Christos nominat, qui in hoc laboant, vt discipulos post se adducant. Non ergo meam ego ab eis exigo seruitutem, quia eos in monasterio retineo, sed vt à me, & ab eis noster cōpleatur ordo, contendo. Quo autè fauore Hieronymi. sacra legis interpretis, & (vt ita dicā) Bibliotheca Martiris Ecclesiæ, Martyrum corpora complectatur, & contra oblatrantē consuetudini Ecclesiasticæ consanguinem tuum & nequitia parem, qua auctoritate eorum honorè defendat, audi: Illo enim dicente: Quid necesse est tanto honore non solum honorare, sed etiā adorare, illud nescio quid quod in modo dico vasculo transfertur locis? & rursum: Quid puluerem linteamine circumdatū adorando oscularis? ita eius infano cerebro malle uerbi illi dicit: Quis em̄ dō insanū caput aliquando Martyres adorauit? Quis hominē putauit Deū? Et post pauca: Quid est illud nescio quid? scire desidero, expone manifestè, vt tota libertate blasphemem. Puluisculū (inquit) in modico vasculo præcioso linteamine circumdatū. Doler Martyrū reliquias precioso operiri velamine, & nō vel pannis vel cilicio colligari, vel proici in sterquiliniū, vt solè Vigilantius Ebrius & dormiēs Adoretur. Ergo sacrilegi sumus quando Apost. Basilicas in gredimur? Sacrilegus fuit Cōstātius Imperator, qui S. reliquias, Andrea, Luca, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas demones rugiunt, & habitatores Vigilantiū illorū se sentire præsentia cōfidentur? Sacrilegus nūc dicendus est & Augustus Arcadij, qui ossa S. Samuēlis Iōgo, post tēpore de Iudæa transtulit in Thraciā? omnes Episc. non solū sacrilegi,

Tom. 5.

sed & fatui iudicandi, qui re vilissimā, & cineres dissolutos, in serico & vase aureo portauerūt: Stulti omnium Ecclesiarū populi, qui occurrerunt sanctis reliquiis, & tanta lætitia, quasi præsentē viuētēq; cerne rent susceperunt, vt de Palestina vsq; Calcedonē iugerentur populorū examina, & in Christi laudes vna voce resonarēt: Videlicet adorabant Samuēlē & non Christū, cuius Samuel & Læuita & Prophetes fuit. Mortuū suspicaris, & idcirco blasphemias. Lege Euāgelij, Deus Abrahā, Deus Isaac, Deus Iacob: nō est Deus mortuorū, sed viuorū. Audi quæso cōsuetudinē, & antiquū S. Ecclesiæ morē & noli transgredi terminos quos posuerūt Patres tui, ne forsā qui humilia corū dispiciens, ad alta tibi volare videris: quòd altius apud temetipsum subleuaris, cō profundius à damnatore superbientiū in ima tartari demergaris. His enim instrui documētis poteris (si leuæ duritia non obstiterit mentis) quia in veneratione sanctorū reliquiarū à sancta Ecclesia Christus adoratur sanctificator & viuificator carum. In Homelia de Ascensione Domini Ioannes Chrysothomus: Quando de Cruce nostra processit oratio, foris ciuitatē, solennitatē celebramus, & nunc quando de Crucifixi Ascensione tractamus, præclarū diē & omni lætitia coruscantē, fines ciuitatis egressi, summa cū gratulatione celebramus, & non ad contumeliā ciuitatis sed ad honorè obseruatur sanctorū, ne eos causa dissimulationis accusent, dicentes: Quorū pro Domino sensimus tormenta: vexantium manibus, vniuersa nostra videmus ossa carne nudata, patientiæ nostræ tortor cessit iratus, libetū animo pro Christo noster sanguis effusus est, decisa capita sūt pro eius gloria, hæc omnia meruimus sustinere, nec mysteriorū arcana, in nostris tabernaculis celebrantur. Idèd dilectissimi fratres hodie ad loca cōuenimus B. Martyrū, ad sanctorum habitacula festinamus, vt conuentus noster ipsorum quoque præsentia clarior redderet. Nō enim in hoc theatro tantum Martyres præfunt, sed Angelorum instantia locus decoratur, nā & Angeli præfunt. Et si Martyres videre desideras, si Angelos cupis inspicere, aperi oculos fidei, & illud tibi theatrū facillè demonstratur. nam cum in omni aère, Angelorum multitudo versetur, multò magis in Ecclesia, multò amplius hodierno die, quando eorum Dominus ascendit in cælū. Et vt scias quod Angeli vbi que versantur, audi quid B. Paulus scemineo pudori præcipiens ait: Debent mulieres velamen habere, propter Angelos, super caput. Et iterū Iacob: Angelus, ait, qui me liberauit à iuuentute mea. Et illi qui cum Apostolis erant, aiunt ad Rhodens: Angelus eius est. Et Iacob: Vidi (inquit) castra Angelorū. Et meritò Angelorū castra videbantur in terra: Nā sicut Imperatoris optimi vrbes omnes, vniuersæ ciuitates, castella singula manu militari aduersus hostilem muniuntur aduentum, & omnia loca diligenter armantur, ne Barbarica incurione delectantur. ita & Deus, quoniam Barbarica & agresti mēte rapientes demones ad pacis cœtionē vbiq; versantur, ad tutelam nostram constituit exercitus Angelorum, vt eorum præsentia, demorū confringatur audacia, & per eos nobis pacis gratia ministraretur. Vides quod Angeli præfunt, insunt Martyres, & vbiq; nobis præparantur auxilia? Quid em̄ miserius est illis qui conuentum istum splendidum derelinquūt? Et quid vobis beatius est, qui ad tantam solennitatē properare voluistis? Sed & Gregorius sanctæ Ec-

Exod. 3. AdAtt. 2.2. Pro. 22.2.

Chry.

1 Cor. 11.

Gen. 48.

Act. 11.

Gen. 32.

2 E E c

clera quasi singularē & præcipuum decus eloquen-
tia, nec non Romanæ sedis gloria post Beatum Pe-
trum, in libro Dialogorum, quid de corporibus pa-
trocinisque sanctorum sciat, his te verbis instruat
Petrus: Quid nā esse dicimus, quod plerunque in ip-
sis quoque parrocinis Martyrum sic esse sentimus,
vt non tanta per sua corpora, quāta beneficia per re-
liquias ostendant, atque illic maiora signa faciant,
vbi minimē per semetipsos iacent? Greg. Vbi in suis
corporibus sancti Martyres iacet, dubium Petre nō
est, quod multa valeant signa ostendere, sicut & faci-
unt, & pura mente quarentibus innumera miracu-
la demonstrant. Sed quia ab infirmis potest menti-
bus dubitari, vtrum ne ad exaudiendum ibi præsen-
tes sint vbi constat quia in suis corporibus non sint,
ibi eos necesse est maiora signa ostendere, vbi de eo-
rū præsentia potest mens infirma dubitare. Quorū
verō mens in Deo fixa est, tanto magis habet fidei
meritum, quanto illic eos nouit, & non iacere cor-
pore, & tamen non deesse ab exauditione. His ergo
repagulis os tuum obstruatur, vt amodō dignitas
Martyrum non laceretur. Sanē conclusio tua, vt ti-
bi videtur, syllogistica, ita ad calcem perducitur.

*Sihæc(inquis)ita se habent, vt tu dicis & penitentia agere,
Romam pergere est, quid acturus es de sententia illa, qua do-
minus dicit: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui
in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in col-
lo eius, & demergatur in profundum maris, quam vt scanda-
lizet vnum de pusillis istis qui in me credunt?*

Diuinitate propitia, reuētia tua frustra ante nostros
oculos iactata transilimus, quia auctoritate mul-
tiplici tanquam pennæ adiutorio sulci subleuamur.
Iuxta superiorem enim modum respōdemus, quod
eis qui quo pergere voluerint, libertate vtuntur, si
eis cordi est Romam pergere, tumbasque sanctorū
adire Apostolorum causa descendendorum reatum
propriū, & commendatōres per hæc se redde-
re Domini conspectui, non solum non inutile iu-
dicamus talem actum, sed & valde putamus profi-
cium. Fauent nāque (vt præfati sumus) nostræ opi-
nioni, non modō institutio Patrum, sed & oracula
diuinorum eloquiorum, iuxta quod Ioan. Chryl. in
alocatione Actuum Apostolorum hortatur: Cate-
rum & in nobis si quis claudus est, si quis luscus, si
quis debilis est, in templum intrare non potest, sed
licet debiles simus, interpellemus Petrum & Ioan-
nem, illi nobis dabunt manum, illi nos subleuabunt
& postquam sani fuerimus, tunc poterimus templū
ingredi. Porro autem eos quos in nostro Cænobio-
lo, non ego, sed amor Christi retinet, idē non scan-
dalizo, quia iuxta præfatum Canonem regularem-
que auctoritatem, non huc illucque nobis concedi-
tur vagandi discursus, sed sequestratus imperatur se-
cessus. Ipsi namque molam Asinariam iam dudum re-
liquisse se gaudent, quia circuitum laboriosæ vitæ
Christo propicio mecum euaserunt, quem adhuc re-

Chryso.
Isal. II.
tinent, de quibus dicitur: In circuitu impij ambu-
lant. Sanē profundum maris nos euasisse gratula-
mur, quia reti Apostolico à turbulenti sæculi, cœno-
sisque fluctibus voluptatum elati, atque ad littus
monasteriale tandem videmur adducti, quo & Do-
minus primum illum piscatus est, cuius inuisere Se-
pulchrum prohibes (Petrum loquor) dicendo: Qui-
cunque reliquerit domū, aut fratres, aut sorores, &
cætera, propter nomen meum, centuplū accipiet, &
vitam æternā possidebit. Itemque cuidam loquitur:

Math. 8.
Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes,
& da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo &

veni sequere me. Euangelicum autem testimonium
vt tibi moris est, secundum nullum Euangelistarū
protulisse reperiris, sed pro libitu tuo alia de aliō in-
termittens, alia de aliō assumens rotum confudisse
videris. Etenim in eo quod ais:

*Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me cre-
dunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, et*

Quod intermittis (maris) cum nullo Euangelista-
rum concordare cognosceris. Quod autem subiun-
gis: Quam vt scandalizet vnum de pusillis istis: à Lu-
ca mutuasē videris, qui idē istud post superiora ver-
ba adiecit, quia comparationis factæ superius nihil
protulerat, videlicet scādali, & diuersionis cum mo-
la asinaria in profundum. Subnectens verō:

Qui in me credunt ab omnium Euangelistarum di-
ctatione alienissimus admodum reperiris & sensu.
Cesset ergo iam tandem tua compilatio: quæ & se-
cundum sæculi literas, arguitur ignorantia: & iux-
ta Ecclesiasticam disciplinam, aut ve cordiæ, aut cer-
tē insaniam. Neque enim sani capitis est, tanto ausu
scripturarum diuinarum mutilare sententias. Quod
autem ad vltimum dicitis:

*Nilum scandalum minus esse, quam hominem, illum prohibe-
re pergere via, per quā possit ad gaudia pergere sempiterna.*

Purus videretur fluere riuus locutionis, nisi cor-
ruptas sentiretur vena intentionis. A contrario
enim mihi succenset quod te corripuerim prohi-
buisse commētes Romam pergere, quasi qui aliud
faciam, & idipsum facientem te corripiam: sed ego
scio non esse quidem summam perfectionis in ite-
nere quo Romam pergitur. Noui etiam quod deuo-
tē illic properantes plurimum iuuantur, quibus
professio non reluctatur: atque idē missile tuæ re-
dargutionis, cum leuitate insultationis in caput re-
uertitur proprium sui iaculatoris: quia obstruere
conaris ora infirmorum, ne petant eorum interces-
sionem qui deuictō sæculo Domini conspectu fru-
untur securi: cum eos adhuc deprimentis terrena in-
habitatio cogat multa cogitare eorum, quæ sunt sæ-
culi perituri. His de Apologia Theodemini explica-
ta verbis, videamus & cætera quæ sequuntur.

*Scimus enim quod non intellexit Euangelica verba Domi-
ni saluatoris, vbi ait B. Petro Apostolo: Tu es Petrus, & super
hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo cla-
ues regni cælorum. Propter istam dicta Domini verba
imperitum hominum genus, pro adquirenda vita æterna, post
posita omni spirituali intelligentia, volunt pergere Romam.*

Fuisse statuta Ecclesiastica conuellerē nitentium,
ea semper quæ infirmiora sunt in medium adduce-
re, vt per hæc intentionem maiorum quasi quibus-
dam machinarum suarum arceribus valeat labefa-
ctare, nemo dubitat, qui Hæreticorum reminisci-
tur, vel tēporū vel actuum. Ideoque nō miramur te
imperatorū & inscientium imperitia in mediū addu-
cta, eorum etiam deuotionem laceffere conari, qui
cæteris præstare videtur. Nouimus namque & ab
initio nascētis Ecclesiæ, & vsq; ad eius terminū per-
seueraturū nō dubitamus, vt paucos habeat qui do-
ctrina præfulgeant, plures autem qui simplicitate
contenti, ea quæ operanda agnoscant, sibi sufficere
ad salutem, solummodo credant. Quorum simplici-
tas, hostiū sanctæ Ecclesiæ semper patet derisioni, vt
quia minoris fortitudinis ad repugnandum credi-
tur,

tur, primum in eis veluti fragilia proterantur ante
muralia, vt liberior pateat via ad concutienda san-
ctæ ciuitatis Ecclesiæ mœnia. Ideoque tu, o Claudi, tā
quam hostis reliquiarum Apostolicarum, primū ab
earum dilectione reuocare animos quæris simpli-
cium, vt paulatim cessante ineruditorum frequen-
tia, veni tui frigus extinguere queat ignem amo-
ris, in eorum etiā cordibus, qui cæteris præstare cer-
nuntur. Hoc est enim quod agere conaris, dicens cū
arrogantiæ fastu, imperitum hominum genus pro
adquirenda vita æterna postponere omnem spirita-
lem intelligentiam verbis Dominicis, & velle per-
gere Romam. Multi namque & penē omnes, Petrā
super quam ædificatur Ecclesia, fidem intelligunt
B. Petri, quæ communis est totius sanctæ Ecclesiæ,
videlicet eā quæ paulō antē promissionē hanc præ-
cesserat, id est: Tu es Christus filius Dei viui, & huic
Petræ superædificandam Ecclesiam suam Dominū
promissisti. Quis est enim vel exigui intellectus, qui
hanc fidem non teneat & dicat: Credo in Deum Pa-
trem omnipotentē, & in Iesum Christum filiū eius:
Claues verō regni cælorum potestatem ligandi at-
que soluendi, quāquā nō omnes, vt se res habet, in-
telligant, tamē imperitia nescientium, non præiudicat
scientia dignoscētū. Ideoque frustra non quasi sin-
gularē tibi scientia tribuis palmā, dum quantū ad
verba tua attinet, omnes tenebris ignorantia obuo-
luere niteris. Quid est enim genus hominū imperitū
nisi omnes homines imperiti: si enim hominū quasi sin-
gularē dixisses, vt cūque aliquos excepisses: Nunc ve-
rō dum generaliter cunctos imperitia arguens, nec
te excepisse videris, ni forsitan ab hominū genere di-
uideri te nitaris. Ergo sapientriū virorum in sanctæ
Ecclesiæ gremio consistentium est, dicta saluatoris
intelligere, & pro absolutione animæ suæ B. Petri,
cæterosque sanctos non quasi Deum, sed quasi fami-
liares Dei exorare, eorumque confessionis ac sepul-
turæ loca amore dictante visitare: Simplicium autē
maiorum suorum vestigia imitari, quatenus eis va-
leant in corpore sanctæ Ecclesiæ vniri: Tuum verō,
tuorumque sequacium ac prædecessorum contra
Matrem suam quasi de singulari se iactare scientia,
& eius despiciere membra humilia, atque in præsen-
tia aliquando palam, superbia duce, ab eius corpore
abscindi, vt à futura eis beatitudine, in qua concor-
des & vnanimes lætabitur, mereamur secerni. Quā-
do rex eius atque sponsus à superbis per semetip-
sum recedet, dicendo: Recedite à me: humiles autē
perpetua donabit beatitudine, addendō. Venite be-
nedicti Patris mei, &c. His ita dictis, transeamus ad
reliqua. *Qui hoc modo (vt supra dictum est) claves regni cæ-
lorum intelligit, intercessionem Beati Petri localiter non requi-
rit. In tantum verba tua stulticia plena & socordia
noscutur, vt solummodo admirationis sit, si te hæc lo-
quentē vel ipse intellexeris. Quid enim si, vt supra
dictum est, claves regni cælorum quasi eminentissimū
mo sanctæ Ecclesiæ mēbro intelligo traditas Bea-
to videlicet Petro, vt per illum ad cæteros hæc di-
gnitas transeat? Num idcirco mēs mea ab eius amo-
re tepescet, quem plures videam à Domino honora-
ri? Potior namque in eius deuotione amoris
cōcalescit ignis, qui ad eō inter reliquos constituitur
in signis, vt quod omniū est commune, ipse quo-
dāmodo accepisse videatur singularis. Localiter au-
tē nō ita eius intercessionem requirimus, quasi qui
nō eius aspectū parcamus, nisi in eo loco, quo exu-*

omnis creatura sit angusta, qui uidentē omnia videt:
continenti omnia, inhæret. Sed deuotioni satis faci-
mus animi, qui ea quæ sibi amare sūm opere persua-
sit, etiā contineri omnimodo, quantū sibi posse da-
tur, satagit: talēque deuotionis ardorē cum remune-
rare credimus, qui se vsque ad mortē diligentes di-
lexit, sepulchrū suū adentes, & crebro visitantes mu-
lieres, vltra sexum suum prouexit, & Apostolorum
(vt ita dicam) prædicatrices constituit, primisque
Beatum Augustinum in libro de ciuitate Dei primo,
quanti habeat corpora sanctorum. Non contemnē-
da sunt (inquit) & abiicienda corpora defunctorum
maximēque iustorum, atque fidelium, quibus tan-
quam organis & uasis ad omnia bona opera sanctus
vlus est spiritus. Si enim paterna vestis, vel annulus,
ac si quid huiusmodi tantō charius est posteris, quā-
tō erga parentes maior extat affectus, nullo modo
ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtique multō fami-
liariū atque coniunctius, quā qualibet indumē-
ta gestamus. Hæc itaque V. viri verba vel admoni-
tus percipe, & ab amore sanctorū corporū mentes
fidelium reuocare desuesce. Refert idē sanctissim⁹ atq;
Cartholicæ defensor fidei in cisdem mirabilis plura quæ
facta sunt apud sanctorum reliquias miracula, inter
quæ addit: corpora Beatorum Sanctorū Martyrum
Gerasij atque Prothasij, cum laterent, & peni-
tus nescirentur, Episcopo Ambrosio pro somnium
reuelata, reperta sunt, vbi cæcus depulsis veteribus
tenebris diē vidit. Quid, rogo te tantopere, Claudi,
Dominus sanctorū suorū per V. Episcopum Ambro-
sium voluit reuelari corpora, nisi sciret ea mortali-
bus profutura? Interea refert idē fortissimus san-
ctæ Ecclesiæ murus, & aliud miraculum huiusmodi
inter cætera, libro viges. secundo ciuitatis Dei, ita di-
cens: Habet Hesperius in territorio Fussalensi fun-
dum Cubedi appellatum, vbi cum afflictione anima-
lium & seruorum suorum, domum suam spirituum
malignorum vim noxiam perpeti comperisset, ro-
gavit nostros me absente Presbyteros, vt eorum ali-
quis illō pergeret, cuius orationibus cederent. Per-
rexit vnus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi,
orans quātū potuit, vt cessaret illa vexatio: Deo pro-
tinus miserante, cessauit. Acceperat autē ab amico
suo terram sanctā, de Hierosolymis allatā, vbi sepul-
tus Christus, die tertio resurrexit, eamque suspen-
derat in cubiculo suo, nequid mali etiā ipse patere
tur. At vbi domus eius ab illa infestatione purgata
est, quid de illa terra fieret, cogitabat: quam diutius
in cubiculo suo reuerētia causa habere nolebat. For-
tē accidit, vt ego & collega tunc meus Episcopus
Synicensis Ecclesiæ Maximus in Oroxino essemus:
vt veniremus, rogauit, & venimus. Cumque nobis
omnia retulisset, etiā hoc petiuit, vt infoderetur ali-
cubi, atque ibi orationum locus fieret, vbi etiā pos-
sent Christiani ad celebranda quæ Dei sunt, congre-
gari. Non restitimus, factum est. Perpendē, quæro te
Claudi, Beatum Augustinum tantū habuisse pulue-
rem ex Hierosolymis delatum, vt illum alicubi ab-
scōdi præciperet, quo orationum loca fierent vbi e-
tiā ad celebranda quæ Dei sunt, posset congregari si-
delium multitudo. Qui idē tanti meruit honorari
prærogatiua miraculi, quod in ea verba auctor eius
passus est, resurrexit & cætera redēptionis nostræ my-
steria exhibuit, cū ipse puluis nihil cōtineret in sen-

Math. 16

Math. 25

Aug. c. 13

*Augu-
stin.*

sibilis, conscius fuerit. Et vide quanto maioris sit meriti corpus Apostoli, & potentioris auctoritatis ad propellendam noxia, & petrandam profutura, quod & habitaculū Dei extitit & vestigia Dominicæ passionis per seipsum experiendo consummauit. Itā verò quod ais: *Quia si proprietatem verborum Domini subtiliter consideremus, non est ei dictum: Et quodcumque ligaveris erit ligatum super terram, & quodcumque solueris in celo, erit solutum & in terra.*

Quis non videat stultissimos tergiversationis tuæ amphractus: Repente namque ab intercessione sanctorum trans ad Iudicariam dignitatem Apostolorū. Et vt stultorum mentibus illudas, & intercessionis spem adimas, astruere conaris, non eos pro nobis intercedere, eò quod non morientur in corruptibili corpore. Et sicut non videtur Petrus sedere in Cathedra Romanæ vrbis, ita non habeat eum cura Ecclesiasticæ defensionis: quasi non multo magis & familiarius pro nobis interuenire possit liber à mortalitatis vanitate, quam olim depressus terrena in habitatione. Sed audi quid contra hæc Beatus Augustinus in libro de ciuitate Dei vigesimo secundo dicat. Post enumerationem enim miraculorū quæ apud memoriam sanctorum patrata sunt, subsequitur: Cui, nisi huic fidei, attestantur ista miracula, in qua prædicatur Christus resurrexisse in carne, & in cælum ascendisse cum carne? Nam & ipsi Martyres, huius fidei Martyres, id est, huius fidei testes fuerūt, nec fidei testimonium perhibentes, mundum inimicissimum & crudelissimum pertulerunt, eumque non repugnando, sed moriendo vicerunt. Pro ista fide mortui sunt, qui hæc à Domino impetrare possunt, propter cuius nomen occisi sunt. Pro hac fide præcessit eorum mira patientia, vt in his miraculis tanta ista potentia sequeretur. Hieronymus aduersus Vigilantium. Dicis in libello tuo: quod dum viuimus, multo pro nobis orare possumus: postquā autē mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio, præsertim cum Martyres vltionem sui sanguinis obsecrantes impetrare non quierint. Si Apostoli & Martyres adhuc in corpore cõstituti possunt pro cæteris orare, quando pro se adhuc debent esse solliciti: quanto magis post coronas, victorias & triūphos? Vnus homo Moles sexcentis milibus armatorum impetrat à Deo veniā, & Stephanus imitator Domini sui, & primus Martyr in Christo, pro persecutoribus veniam deprecatur: & postquā cū Christo esse cõperint, minus valebunt? Paulus Apostolus, ducentas septuaginta sex sibi dicit in nauimã condonatas, & postquā resolutus esse cõperit cum Christo, tunc orā clausurus est, proque his qui in toto orbe ad suum Euangeliū crediderunt, mutire non poterit? Melior erit Vigilantius carnis viuens, quam ille Leo mortuus? Recte hoc de Ecclesiaste proponeret, si Paulum in spiritu mortuum confiterer. Denique sancti non appellantur mortui, sed dormientes. Vnde & Lazarus qui resurrecturus erat, dormisse perhibetur. Et Apostolus vt ait Thessalonenses de dormientibus contristari. Ioānes Chrysostrōmus in homelia de Psalmo quinquagesimo: Videtis charissimi quanta est pœnitentiæ virtus, & conuersationis ad Deū ab operibus malis: Hic enim S. David, non solū cū in corpore esset placuit Deo, sed & post mortem suam viuus inuentus præstitisse grande solatium. Contigit namque temporibus Ezechia Regis, Allophylos, inimicas Iu-

Matt. 16.

Aug. de Citi. Dei. cap. 9.

Hieron. Tom. 3.

Act. 7.

Ioan. 11.

1. The. 4.

daorum gentes, circumuallasse ciuitatem Hierosolymam. Et cum esset Ezechias iustus vir, rogauit Dominum, & prostratus lachrymis deprecabatur, vltionem de aduersariis postulans. Venit ad eū Esaias & dicit, ne putaret ille quia iusticia sua exauditus est (& cerè iam defecerat Dauid, & habebat multos annos requiescens) Quid ergo dicit ei: Protegam ciuitatem hanc, propter me, & propter Dauid seruum meum. Dauid mortuus est, & merita eius viuunt: ò rem admirandam! ò ineffabilem clementiam Dei, homo mortuus viuo patrocinatur ò iustorū, & post cõsummationē inexpugnabilis pugna virorū! Quod verò quasi expositurus subtilitatem tuæ considerationis addis, ita dicens, *Ac per hoc sciendum est, quod iudicium Antistitis Ecclesiæ istud ministerium concessum est, vt que dum ipsi peregrinantur in hoc mortali corpore: cum vero de bitum moris exoluerint, alij succedant loco ipsorum, qui eandem obtinent iudicariam potestatem.*

Adiungis etiam exemplū Beati Dauid. *Pro patribus tuis nisi sum tibi filij, constitues eos principes super omnē terram.*

Verum quidem est Sanctis Apostolis, Apostolorū que successoribus illis decedentibus alios eorū loco subrogari, Vt quia labili excessu, & mortalibus ineuitabili debito præsentem deserunt lucem, alij eorum vice substituantur, à quibus sancta Ecclesia Pastoralis auctoritate gubernetur: Nec tamen credendum est, vel istos percipere prædecessorum dignitatem, nisi in quantum æquitatis libram tenuerint: nec illos amittere iura iudicaria, cū hominem exutes, ad vitam transeunt potiorē. Quia enim iniusti Sacerdotes carcant potestatem sanctis Pastoribus attributa, si amiserint iura, testis est Beatus Gregorius ita dicendo: Vnde fit vt ipse hac ligandi & soluendi potestate se priuet qui hanc pro suis voluptatibus, & non pro subiectorum moribus exercet. Quod autem sanctis exuiis animæ suæ terræ linquentibus, integra maneat iudicandi prærogatiua, Paulus testatur de se suisque similibus. An nescitis (inquit) quia Angelos iudicamus, quanto magis secularia? Hinc Esaias: Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Hinc Salomon de Domino asserit dicens: Nobilis in portis vir eius (haud dubium quin sancte Ecclesiæ) cum sederit cum senatoribus terræ. Sed & Dominus in Euāgelio: Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede Maiestatis suæ, se debitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Parce ergo iam tam inuidè lacerare Sanctorum requiem, eorumque quantum in te est, adnulare potestatem, ne inuenias contra te seueros, quos despicias quasi nullius momenti æstimādos. Interca ab infreni leuitatisque plena iniuriosaque sua iactantia, qua diu laceffuit superos, redit ad mortalium lacerationem, & verbis fellitis omnium impetit fideliū sanctæ Ecclesiæ castra, dicendo.

Redite cæci ad lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quod lumen in tenebris licet, & tenebra eum non comprehenderunt. qui istud lumen non aspiciendo in tenebris estis, & in tenebris ambulatis, & nescitis quo eatis, quia tenebra obsecauerunt oculos vestros.

Quos (rogo te) cacos vocas, nisi fortè veneratōres Reliquiarum beatorum Apostolorum? Nec diffitemur. Nos enim qui eorum cineres pio amore complectimur, submissa deuotione veneramus, eorum prædicatione à cæcitate nostri cordis ad lumen veritatis adducti cognoscimur, teste Esaiā, qui de nobis

Esai. 37. 4. Reg. 19.

Psal. 44.

caute legi.

1. Cor. 6.

Esai. 9. 1. The. 3. 1. The. 8.

Ioan. 1.

1. Ioan. 2.

bis olim dixit. Tunc aperientur oculi cæcorum. Sed quælo te, nunquid id eò cæci sumus, quoniam circa Sanctorū cineres corporū, affectu ducimur benignos quos Dei filius in tantum se dilexisse probat, vt eorū, ne quod minimū est, in vanū cadere sinat, dicendo. Et capillus de capite vestro non peribit: An fortè quod verius est, inuenimus velle vocari lumen verum, & secundū Manichæū, in te descendisse asseris Paracletum? Neque enim tam detestanda iactares, nisi inania, aut certè ei similia laborares. Sed puto magis tibi complacebit in Eunomio, cuius & sectator penè euestigio probaris: qui libros, in quibus venena suæ malitiæ euomit, maiorisque quam Euangelia auctoritatis esse voluit. Te ergo asseris, fortassis lumen in mundum hūc venisse, nec mirum Apostolo dicente: Ipse enim Sathanas transfiguratus in Angelū lucis. Tu lumen, tu lux in tenebris lucēs. In tenebris tuæ peruersitatis iacens, tibi videris lucere, cum palam sit magis, merito tuæ peruersitatis, te tenebre fecere. Tenebre autem te nõ comprehendunt, quia hi qui humiliter dicunt: Habitauit cum habitantibus Cædar, quod interpretatur tenebra. Et item cū Iob: Non quippe obuoluimur tenebris, lumē tuum dedignamur comprehendere. Istud lumen non aspiciendo, in tenebris adhuc versantur humilitatis, & angustis vitæ præsentis, & nesciunt quid eant, quia tenebræ excæcauerunt oculos eorum, quando se in præsentia, Domini potētia & dispositioni nõ submitunt, & incerti exitus sui sponsum trepida expectatione sustinent, quādo reuertatur à nuptiis. Hæc à te more phrenerico in nostrā contumeliam debacchata, taliter à nobis sunt intellecta. Moris quippe est Ecclesiæ filius etiam hostium dictis abuti ad intellectum propriæ vtilitatis. Post hæc verò:

Promittenti (inquis) Deo, debet fidelis quisque credere, quātomagis iuranti? Omnes qui sanū sapiunt, & Deū, sicuti credendus est credunt, sicuti ei fidem accõmodant promittenti, ita & iuranti: Neque enim Deus idcirco iurat, vt à mutabilitate sententiæ eum deterreat vinculū sacramenti, sicut mortales, qui ne à promissis deficiant, sacramētis obligantur: sed iurare Dei, est stabiliter atque incommutabiliter promittere. Quid est enim dicere: Viuo ego, nisi, ego dico cuius sententia non aliorum se flectendo mutatur vt pote qui nescio immutari? Cum hæc ergo ita se habeant, nescio quos gradus inter promissionem Dei, & iuramentū, facere velis nisi fortè Anthropomorphitarum lapsus in errorem, sicut Deo lineamenta corporis, sic humanas passiones attribuis, & Deum secundum te pensas, qui promissiones tuas nescis adimplere, nisi eas te contingat iuramento affirmare. A nobis autem sicut Deo creditur promittenti, ita & iuranti. Et qui per semetipsum iurat, intelligitur nõ affirmare iuramento quæ statuit, sed commendare incircumscriptam & incomprehensibilem sui naturam, dum sicut Apostolus dicit: Non habet per quæ se maiorem iurare possit. Deinde addis:

Quid est dicere. Si fuerim in medio eius Noe, & Daniel, et Ezech. 14. Iob. id est, si tanta sanctitatis, tanta iustitiæ, tamque meriti sint, quantæ illi fuerunt, non liberabunt filium neque filiam. Hæc dicendo nobiscū facis. Eadē etenim credim⁹ non tuis scriptis edocti, sed auctoritate diuini eloquij instructi, dicentis per legislatorem. Nõ morientur Patres pro filiis, nec pro patrib⁹. Itaque per Prophetā: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Pater non portabit iniquitatem filij, nec filius portabit iniquitatem patris.

1. Cor. 15.

1. The. 2. 1.

Eunomij superbia.

1. Cor. 11.

Psal. 119.

Job. 37.

1. Cor. 6.

1. Cor. 6.

1. Cor. 11.

1. The. 4.

4. Reg. 14.

Tim. 5.

quitatē Patris. Iustitia iusti, super eum erit, & impietas impij, erit super eum. Sed cernere est te restituendo gradientē in cessu, vt natura esse traditur scorpionij, blandiri quidem ore, & innocuū quasi appetere dente. In posterioribus autem tuis arcuato vulnere per fistulam veneno oppletam Diabolico, in corde te audientium velle virus infundere. His enim statim addis, quasi exponens sententiam Propheti cam: *Eec idcirco dico, vt nemo de merito, vel intercessionē sanctorum confidat.*

Iam quidem in superioribus, prout occurrerunt, testimonis ab Ecclesiasticis viris sumptis, adprobauimus, falso te toriens persecutum, quod sancti viri pro viuentibus non exorent. Sed quare tanta rabie inflammēris, vt Apostolorum Martyrumque reliquias honorem potentiamque à Diuinitate collatam, ad nihilare coneris, quia à nobis forsitan audire dignaris, vrbis sanctorum doctorū necesse est percellaris. Beatus enim Augustinus in libro de ciuitate Dei octauo, quendam Hermem dicit dolendo prædixisse, quod sui temporis celebrata templa, fierent postmodum Martyrum sepulchra, in hæc verba: Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque Templorum, sepulchrorum erit, mortuorumque plenissima. Et contra hæc tam illi, quam tibi paria dolenti, ita respondet. Nempe spiritus fallax, cuius instinctu Hermes ista dicebat, per eum ipsum coactus est confiteri, iam nunc terram illam Sepulchrorum, & mortuorum quos pro Diis colebant, fuisse plenissimam. Sed dolor dæmonum per eum loquebatur, qui suas futuras pœnas apud sanctorū Martyrum memorias imminere merebant. In multis enim talibus locis torquentur, & confitentur, & de possessis hominum corporibus eiiciuntur. Et licet ronymus aduersus Vigilantium: Sed responde, quomodo in vilissimo puluere & fanilla nescio qua, tanta sit signorum virtutumque præsentia. Sentio, sentio infelicissimè mortalium, quid doleas, quid timeas. Spiritus iste immūsus, qui hæc te cogit scribere, sæpe vilissimo hoc tort⁹ est puluere, immò hodieque torquetur, & qui in te plagas dissimulat, in cæteris confiteretur, nisi fortè in morem gentiliū impiorum Porphyrij & Eunomij has præstigias dæmonum esse confingis, & non verè clamare dæmones, sed sua dissimulare tormenta. Si quid tibi agendum sit talibus irretito, modernorum virorum consiliis ad quiescere detrectas: saltem prædicti R. Doctoris oportet vt consiliis pareas. Do consilium, ingredere Basilicas Martyrum, & aliquando purgaberis. Inuenies ibi tuos multos socios, & nequaquam Cercis Martyrum qui tibi displicent, sed flammis inuisibilibus comburere, & tunc fateberis, quod nunc negas, & tuum nomen qui in Vigilantio loqueris liberè proclamabis, te esse aut Mercurium, propter nummorum cupiditatem, aut Nocturnium iuxta Plauti Amphitronem, quo dormiente, in Alcmenæ adulterio duas noctes Iupiter copulauit, vt magnæ fortitudinis Hercules nasceretur: aut certè Liberum Patrē pro ebrietate, & cantharo ex humeris dependente, & sæper rubere facie, & spumantibus labris, effrenatisque conuitiis. Sanè in quod adiungis: *Quia nisi eandem fidem, iustitiam, veritatem teneat, quam illi tenuerunt, per quam placuerunt Deo, saluus esse non poterit.*

Scimus quidem quia sine fide impossibile est placere Deo, & eo quisque longè à salute est, quò à fide procul. Sed si iustitiam quæ generale nomen est, tot-

Aug. ca. 26.

Cercis Martyrum.

Hebr. 11. 2. Hec ij

tius corpōris bonarum virtutum, veritatemque tenear quam sanēti tenuerunt, & per hęc placeat deo sicut illi placuerunt: quomodo indigeat eorū intercessione, quorū par est merito, non satis video. Sed scio, & veraciter cognosco, quod fides quidem, nisi immutilata in quolibet perduraverit, eum a cęlestis regni aditu infidelitas fecerit. Si autem in iniustitiam aut certē in aliquam falsitatem incurrit, & secundum Apostolum, super fundamentum fidei, ligna, scęnum, stipulamque ædificaverit, id est, solubilia & scęnia peccata commiserit, hęc necesse erit igne tribulationis decoqui, & vt citius ab his absolui possit, Sanctorum intercessionibus sublevari. Si enim credimus mutuis nos intercessionum suspiriis a peccatis purgari Apostolo dicente: Confitemini alteri trum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini: quanto magis credibile est eorum nos citissime posse veniam promereri precibus, qui deo iunguntur familiariter, si tamē cor nostrū poenitentię conteratur cruciatibus? Perpende ergo te minus cautē in hac quoque parte locutum: & vt deinceps tā legitima doctrinā caueas, memento. Post hęc subsequeris. *Audite hoc insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, qui intercessionem Apostoli Romam pergen- do queritis, quid contra vos dicat sape dictus beatus Aug.* Debuerat iam tandem os tuum impurum, & si nō honestati parendo, saltem pudori cedendo, ab iniuriis membrorum Christi feriatum obtundi, & quę poena contumeliosos manear reminisci. Nam cum Dominus terribiliter dicat: Quicumque dixerit fratri suo, fatue: reus erit gehennę ignis, quōd tibi confugium arbitraris, ne tali sententia plectaris, qui fratribus tuis insipientiā & stultitiā sine causa elogium obiciis? Beatus namque David his verbis iure abusus est contra eos, qui putabant Deum oculos alios dedisse: & ipsum, ea quę gererentur a mortalibus, non videre: auditum aliis tribuisse, & ipsum auditu carere, & cętera ita dicendo: Audire insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem, non audiet: & qui sinxit oculum, non considerat: Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem scientiam? Et quid contra hęc ipse sentiat, eorū errorem dānans subiungendo manifestat: Dominus scit cogitationes hominū, quoniā vanę sunt. Patet ergo te hoc testimonio, nō modo ineptē, sed & callidē abulum. Ineptē quidem, vt potē, qui tot tantisque viris qui modo in sanctę Ecclesię florent studiis, voluisti illudere. Quantum autē tibi visum est callidē, qui ea quę alterius intellectus sunt, pro alio ponens, vt aliquos tui sensus complices habere possis, quasi de diuinis scripturis eum roborare conatus es. Quod autē contra eos, qui Romā oratum pergunt, B. Augustinum hęc verba eius dixisse prosecutus es, nequaquā veritati vllō modo cōcordat. Idē nāque V. Pater cū in libro quem ipse notasti, i. octavo, de Trin. conaretur mentes hominū, ab eorū quę legunt vel audiunt in S. scripturis, imaginibus reuocare, vt scilicet nullus legentium de Deo aliqua sibi phantasticā imaginationem consingere audeat, adducit in exēplū non solū Beatū Paulū, sed & B. Virginē Mariā, & ipsū Domini nostri Iesu Christi vultū: & ratione ostendit, quia sicut vultū eorū effigies nequaquam, aut sicut fuerūt, verē aliquis imaginatur, aut certē credere debeat, quod ita fuerit sicut eis mens effigiat: ita eos homines verē fuisse nullo modo dubitare debeat. Inter cętera ergo sic dicit: Re-

1 Cor. 3.

Math. 5.

di ergo mecum, ad eam scilicet rationem, vnde ad momentū discesserat, ostēdere enim cęperat, quod effigiē quidē Apostoli quisque de eius vultu concepit, corde abolere deberet: quod autē homo fuerit, nequaquā dubitare, & admonuerat istū eū fuisse non solum credere, sed & amare vnumquemque debere. Consideremus (inquit) cur diligamus Apostolum. Nunquidnam propter humanā speciem, quā notissimam habemus, eo quod credimus eum hominem fuisse? Non: vtique. Alioquin nunc non est quem diligimus, quando quidem homo ille iam nō est: anima enim eius a corpore separata est: sed id quod in illo amamus, etiam nunc viuere credimus. Quid ergo contra eos faciat hęc sermo V. Augustini qui suffragia experitū Apostolica, non video. Dicit enim quōd non propter humanam speciem diligat Apostolum, quod nec aliquis agit fidelium. Neque enim vcl minuit dilectionem nostram, siue fuerit prolixior corporis, siue breuioris: neque interest nostra, vt rum (sicut habet rumor) caluitis frontem eius nudauerit, an capillorum densitas texerit. Sed neque propterea quod homo fuerit, sed quia iustus fuerit, amatur. Quod autem subiungit, nūc non est que in diligimus: quando quidem homo ille iam nō est, subiūgēdo exponit: (inquit) aut maius a corpore separata est: siquid ostēdens, de vultu eius se dixisse effigie, quam vtique nō possit seruare artus eius in puluerem redacti. Nō ergo eū propter illa lineamenta corporis aliquis fidelium dilexit, aut tumultum eius aliquando visitauit, quę vtique sicut ipse dixit, iam non sunt: sed ideo quia iustus fuerit, & meritis exigentibus apud Deum viuat & intercessio eius plurimum valeat. Igitur non contra nos, vt falso Claudi asseris, hęc verba B. Augustini faciunt, sed pro nobis, qui ideo sancti Apostoli reliquias veneratione dignas dicimus, eō quod eum viuere iustitię faciētibus meritis scimus, & charitate exigente cineres illos qui in iustitię operibus exercendis animo paruerunt iusto, visitamus. Vltimam tuā respon- sionem discutiamus ex his duntaxat tuis dictis, quę in nostras deuenerūt manus, quę eiusmodi est, respondens supradicto Abbati. *Quonia tu in me obiectio est, & displicere tibi dicit, eō quod Dominus Apostolicus indignatus sit mihi.* Quantum ex verbis tuis cognoscimus magnę charitatis erga te ista V. vitę Abbas extitit, qui te vana docentem benignē corripuit, & salubri consilio, vt te ab his compesceres admonuit, & quia Romanę Ecclesię Pręsul tibi indignatus fuerit indoluit. Sed quo animo hęc eius a te accepta sit castigatio, audiamus. *Hoc dixisti, inquis, de Paschali Ecclesię Romano Episcopo, qui presente iam corruit vita.* Quid enim? Nunquid si Paschalis decessit, nullus erit, qui tuis vel leuitatis actibus, vel improbis verbis resistere possit? Sed improbitas hominū habet propriū, ex eo sibi scelerū promittere impunitatem si eos contingat euadere iudicij humani seueritatem: Ideo que, cum debueris ad temetipsum vel admonitus reuerti, & nequid tibi succenseri possit sinistri, cautē cauere, ex obliquo eiusdem Paschalis vitā mortu oblocutionis cerneris impetere, cū ad- dis. *Apostolicus autem dicitur quasi Apostoli custos.* Quod abhorret a ratione. Qua enim de causa Apostolicus dicitur Apostoli custos, cū nō Apostoli tanquam pädagogus vel certē ediuus adhibeatur, sed tanquam vicarius Apostolo substituitur? Vnde & sequens

sequens tua interpretatio, quanquam vitiosē posita iuxta structuram verborum, proxima tamen inuenitur iuxta veritatis intelligentiam. Cū dicere debueris: Apostoli fungēs officio, Accusatiuum casum pro ablatiuo vitiosē posuisti. Apostolicū nāq; dicitur Apostoli similis: vnde & aspectum Angelicum dicimus: quasi Angelorū similem: vrbicū ius, simile eorū qui vrbibus cōtorantur. Quia autem hęc tuā interpretatio ad carpendam supra dicti viri tendat vitā, subiuicta manifestat prosecutio tua, ita dicendo: *Certe non ille dicendus est Apostolicus, qui in Cathedra sedet Apostoli, sed qui Apostolicum implet officium.* Verum quidem esse fateamur non aliquem sedili Apostolico ad Apostolorum subleuari dignitatem, nisi cum constiterit implere Apostolicam operationem. Sed cauere te decuciat, ne incaute eum reprehensione tua læderes, quem tibi pręlatum mollēs iuxta consilium Sapientis: Fili, ne contemnas Patris tui scēntiam: & si defecerit sensu, veniam da. Quomodo namque eius nonis charitate duce supportasses, si cū exorbitare a veritatis itinere vidisses quem portare nequisti, dam tuarum reprehensionem nugarum sensisti? Audi denique quid B. Gregorius de incautis reprehētoribus dicat in homelia sancti Euangelij vicesima sexta: Is autem qui sub manu pastoris est, ligari timeat, vel iniuste: nec Pastoris sui iudicium temerē reprehendat, ne & si iniuste ligatus est, ex ipsa tumidę reprehensionis superbia, culpa quę non erat, fiat: Debuerat etiam te beati David commonere exemplum. Qui cum sciret se (reprobato Saule) electum esse in regnum, & eum cerneret sæpē maligni spiritus furis agitatum, & se perciperet eius persecutionibus valde grauari, non modo se ab eius læsione temperauit, sed ne comitum quisquam suorum in eum instingeret inhibuit, dicendo. Quis enim mittet manum suam in Christum Domini, & innocuus erit: Ad postremum Euangelicum exemplum quasi eo confirmans tuam sententiam annexis subdens: *De illis enim qui eum locum tenent, & non implent officium: cum Dominus dicit: Super Cathedram Moysi sederunt scribae & pharisæi: omnia ergo quęcumque dixerint vobis, seruate & facite, secundum opera verō eorum nolite facere.* Hęc quidem verba veritatis plenitudine gaudēt, vt pote ab eo prolata cuius sententia non incurrit in aliquam falsitatis decipulam. Sed sciendum est,

1. Reg. 42.

2. Reg. 6. 1. par. 13.

1. Reg. 26.

Mat. 23.

tunc bona benē dici, cū hono animo proferuntur: tunc autem etiam bene dicta, quātum ad dicentem pertinet perdere vim bonitatis, cū non procedūt ex fonte dilectionis. Lege dicta amicorum S. Iob qui multa bona & salubria suis dictis inferuerunt. Sed sententia iudicis animum potius: quā verba pensantis, reprehendi meruerit, ita dicentis: Nō estis coram me rectē locuti, sicut seruus meus Iob. Pharisæi ergo a domino iuste reprehendi potuerūt, & tali notari correptione, tanquam a cordis inspectore, & qui immunis perseueraret ab omni contagione. Atramen quia Pręlati erant, & sibi sacerdotij honorem vendicabant, cū fecisset quod suum erat, id est, horum toruolos actus correctione dignos demonstrasset, quid nobis reuerentię talibus impendendum sit, subsequētī sermone nos instruit. Hortatur enim, vt subiiciamur eis, non opera sed doctrinam considerantes. Recordare percussioneis Oza, qui quoniam Archa Dei pręsumtuosē sustentare voluit, sententiā mortis illicd experiri meruit. Tangit namque hoc exemplum eos qui incaute pręlatos sibi indignē reprehendendo & despicendo, quasi casuram eorum vitam, manu reprehensionis sustentare nituntur, & Deum offendunt, cuius hi qui pręsunt in pręlatione, vice funguntur: Disce item vel Apostolo Paulo credens alienum seruum suo Domino stantem aut cadentem non iudicare, & deinceps a tam superflua leuitatīque plena reprehensione animum atque ora compesce. Nauis interea huius operis per æquoris mundialis scilicet pelagi discrimina discurrens, gubernante Christo, Spiritūque sancto flante, & a ventis contrariis, impuris videlicet spiritibus sese muniente, suāque carbasa prosperē in directum extendente, tandem hinc tuto optatōque potitur littore. At si quispiam lektorum aut auditorum hoc reprehensione dignum iudicauerit, pro eo quod modicis breuibūque obiectis plus iusto longa & grandia sint contra obiecta, & ideo merito sit repudiandum: quæso suppliciter, & per Dominum obsecro, vt ipse secundum capaciorē perfectiorēque suę scientię sensum, ad supra memorata obiecta frustranda quę vtique aduersus Religionem Christianam sunt iaculata, breuius strictiūque condat opus: & istud, ad manus legere, & audire vel habere volentium, sinat profertī placatus.

1. Reg. 42.

2. Reg. 6. 1. par. 13.

Rom. 11.

CLAVDIANI MAMERTI VIENNENSIS
GALLIARVM EPISCOPI IN LIBROS DE
STATV ANIMÆ, PRÆFATIO.

† For. Præfatio Prætorio.

† Prætorio Patritio Doctissimo viro, & opt. C. Solio Sidonio, Claudianus, S.

Hortationem Libellorum quos de anima statu condidi, reticendi cautus & loquendi pensus arbiter mihi imperasti, Pater mihi, memet doctissimi atque amantissimi vel peritūa cedere, vel credere amicitia. Sed vt tunc egregie compertum tenes, multi hoc idem mihi, & idem ipsi tecum magni admodum viri negocium dederunt, quod egomet adgressus cępisssem, nisi id spernere periculosus, quam agere laboriosus iudicasset. Quanquam pro virili parte meum quoque fuerit, vel non admonitus, prout posse subest, asserere veritatem. Scripsi igitur pauca hæc veluti quadam rationum semina, quę studiosus quisque, si non otiosē capessat, vt ego arbitror, multa exinde deriuare poterit, quę si angustis emanantia venulis, in magnos tamen amnes longiore prociusu exuberabunt. Ego verō & fraudatus tempore, & occupatus animo, non satis habui quantum ad negotij præeminentiam spectat, quam succinctim atque viri digito vel denotare vitanda, vel ostendere sequenda. Sane opusculum illud sine auctore prodiit, & vt que quaque perquiratur, toto argmine sui in acie eductum (& conserta nobiscum manus congestum) vicerit, cesserit, in potissimē disertorum seruo sententiam. Sed vt quisque lecturus è Præfatione percipiat stili nostri seriem, primus liber in sui primordio, breuiter astruit impossibilem diminitatem nulli prorsus affectui sub-

iacere, Post de Anima Status, Varium cum aduersario luctamen alternat. Ab hinc iidem ad erudiendum in ea qua sunt obscuriora lectorem, quippiam ex Geometricis & Arithmetis atque etiam ex Dialecticis, & nonnullis prout inuenerunt vsus, philosophia, necnon regulis modeste ac moderate, & quam potuit parciter praealibavit, habita iidem cum aduersa parte congressione, Sicque adiectis nostris aliquot sine alienorum interpolamento finem liber accepit. Secundus post principium, de mensura, numero & pondere non ociose, & ut autumo, non infructuose dissertat. Vbi si cognitor adstet inuenta, sub adminiculo pietatis per differentiam creaturarum gradus, adusque nonnullam creatricis omnium Trinitatis (si non iam felicitate contemplan di cerere robustus) credendi, peruenit firmitatem. Post hinc totus vsque ad metam sui, liber testibus vitur. Tertius aliquantulum in sui primordio argumentatur. Post, saucios ex aduersa acie palantes insequitur. Demum vero nec aspernatur pacem, nec consuetum meruit aduersus ignouit. En legisti eruditissime virorum quod lectu habet, in modo fac sciti meminere. Non absque cura sui prodire oportere, quod publicari iubet. Neque ego de negotij pondere, sed de actionis lenitate dubitauerim. Proinde consilium tuum asserito & defensato, quoniam si in his seculis aliquid, ego conscriptione periclitauero, tu editione. Vale, & vige bonis viribus, Veteris reparator eloquentia.

CLAVDIANI MAMERTI VIENNENSIS GALLIARVM EPISCOPI DE STATV ANIMAE, LIB. I.

De eorum qui bonis Authoribus inuidet, proteruis inuendit eroribus. Cap. I. Imperperu.



AGNVM in genere humano (Solli Sidoni frater amantissime) multorum vitium est arrogans imperitia, & pernicax in defendendis perpetrè praesumptis opinionibus pertinacia. Nam plerique mortalium aut per sentus corporis, corporearum rerum haustis imaginibus veluti quibusdam rerum vmbribus obutu mentis illaduntur, aut tenellis adhuc infantiae quondam suae persuasionibus in senectute puerascunt. Si qua illis dicendi copia est, neglectis reru causis, rationis animam spernunt, & verborum corpora diligunt. Cumque duplici ad veritatem veniatur via, vt aut praedictatae autoritati credulitatem subdamus, aut ad scientia ratiocinatione tendamus, nihil quod vel autoritas iubeat, vel ratio suadeat, potissimum dicentes, sprete paucitate doctorum, illudunt imperitos quae maxima turba est. Sed & ipsi ab eisdem quos fallunt, reciproca illusione falluntur. Laudantur nanque, falloque laudantur, & credunt, quo mentis sanitas maximè periclitatur. Accedit ad hoc etiam laescentis semper intentio, ad crescentem semper liberos, intentio inuidentis, animi crimen & poena. Nam si quid ab his quos iniquo laesunt odio, ad vtilitatem publicam veri prodatur, diuerxum protinus adstruunt, & si idem sentiant, ac sic inexhausto firmatoque odio, cum his quos sibi adesse institutu est, nequaquam metuut veritatis fecisse iacturam. Oderunt igitur proximum, oderunt & Deum. Atque in his duobus praceptorum omnium, totiusque legis summa plenitudine, non mirandum est, si vel de Deo, vel de homine probe non sentiant, qui vtrumque à se odio mediante longinquant. Sed istuc eorundem quanquam plestibili vitio moueot ex illis, quia & si maleuolentiae in alias tela moluntur, ipsi magis propriis transfixi ietibus, vulnere quae in ferre conantur, excipiunt. Namque odiorum stimulis, eorundem prius puniuntur autores. Illud multo maximum, & longè periculosius crimen est, quod Catholicæ sanitati opiniones inimicas stulte concipiunt, vanè proferunt, superbè astruunt, cū temeritate scribunt, cū praua intentione defendunt. Et quoniam humanitatis per imprudentiam lapsi sunt, eligunt audaciae culpam peruicaci obstinatione defendere, ne videantur potuisse peccare. Ita enim palam sententias suas astruunt, vt clam nihilominus mustitantes, blandimentis lenocinantibus, ignaros rerum sedulo precentur, vt suae potissimum sententiae acquiescant, sibi met assentiantur. Illud veri plenum, illud esse saluterum, quod ipsi

doceant, etiam delirando confirmant. Si auctoritatem quæras, subiciunt istiusmodi causarum secreta adiri nequaquam posse, nisi subtilissima rerum indagatrice ratione. Si eandem in articulo reposcas, adiucunt auctoritati potius oportere concedi, neque naufragiosum, propter argumentorū latentis quosdam scopulos, pelagus disputationis intrare. Ita auctoritate rationem, vt auctoritatem obiectu rationis eludunt, & vtroque horum ad id vtuntur, vt neutro vtantur. At si eosdem pauld strictius arctos, disputationes includant, aiunt quosdam esse Sanctorum, quibus huiusmodi sit facillimū soluere quaestiones, se ab aliena magis auctoritate pendere, illud se maximè, quod alius sanxerit cōsecuturos. Hæc quis ferat, illoque ferri pacto posse iudicet, hominum quempiam & inficiari scientiam, & vindicare doctrina? Cogitata sua, si discussor abist, astruere: si ad sit, oportet. At, inquis, quorsum sermo progreditur? Ego longiusculè quàm volui, praefatus sum, dū praesentiu piget tædèrque. Nuper etenim offendi quosdam, qui chartulam quandam oppidd studiosè lectabant. Et quia mortalium generi mos est, noui operis agnitione pellici, ad id percipiendum sedulo animo intenderant, hoc idem mihi ac si cognitu necessarium vltro ingrentibus, aspiciere planè nō abnuui. 1. Prima opusculi facies de ingenito genitōque Deo subtilissimæ quaestionis vix foribus oberrans, non parum Catholicam præ se ferebat, & si longè impari disputatione sententiam, ita penes me ratiocinandi leuitatè grauis causa pensauit. Vbi legendi progressu reliquum lectionis accessi, animaduerti quibusdam circumlocutionibus id impensius molientem oppelli ipsius autorem, vt diuinitas passibilis crederetur. Percontor de nomine, nec responso nec scripto proditur. Cæpi, fateor talis equidem paginae stilum oppidd ferre suspectum, & vt in eis solemus locis, quæ vel humoris assidui subterluuione cedentia, vel leui prono lubrica, vel cauo pendula, vel sudibus aspera sunt, suspensio vestigio iter incognitum potius tentare quam currere: donec, vt illic est, tertiae partem quaestionis ingredior. Hinc iam non exploranda, sed explodenda sententia nequaquam pensu sermonis apparuit. Satis sedulo efficere cupiens, si quo pacto queat, vt anima corpus esse videatur. Nulla igitur argumentandi virtute, nulla iuuante lege, nulla persuadete ratione, in hoc nequam videlicet negotio tritus sermo finitur. Ac mihi primū quæzere cordi est, quidnam rationis extiterit, vt tantas iniurus causas, de tamque sublimibus locuturus, sciti vitauerit. Si bene conscius disputas,

Cap. 2.

lib. 24.

Affectus inde dicatur.

putas, cur nomen occultas? Si agnosci metuis, cur opus prodis? Nec dicam cur ita scribis, An maiorum super hoc forsitan exempla sectaris? Sed video Prophetas, Euangelistas, Apostolos, post etiam authenticorum plurimos tractatores, sua propriis voluminibus nomina praenotasse. Alios etiam operum suorum in propriis vocabulis inchoasse principia, vt est illud, Petrus Apostolus Christi, & Paulus, necnon alij, atque alij fundatores Ecclesiae atque eruditores. Videlicet praecauenda fore nouerant Apocriphorū vana vel noxia. Sed nec sic quidem fallacium temerariarum vitari signata potuerunt. Hinc est quod pleraque Pauli, multorumque sanctorum vocabulis praenotata, sanitas Catholicae ecclesiae nostrae non recipit, quia non lenocinio nominis operis meritum pensat, sed autorem sibi stili veritate conciliat. Enimvero illud quod istuc pagina proplatur, eius denique autor occultitur, euidentis facit indicium, eundem scilicet à quo sit composita, fuisse damnatū. Nemo enim studet oculi, nisi qui formidat agnosci. Ego tamè satis miror, cur in eodem, vitandæ noxae non fuerit studium, in quo suprimendi nominis potuit esse iudicium. Sed ad propositum reuertentes, ipsa praefati operis verba videamus: ad illud videlicet cui talia destinata, quemque secum celatum studuit, sit ait: Quæris à me quomodo iuxta substantiam dei in epistola quadam dictum sit. Et hic, nec quæ, nec cuius, nec ad quem, nec de quo epistola foret, indicare voluit. Continuatque. De Deo nil sensit patientis sensu, sed compatiens affectu, subiunxit. Istud nec Philosophos ignorasse, quia inquit, in homine diuerse affectiones, id est iustitia, misericordia, sanctitas, res accideres sunt, & idè affectus vocantur, Deus verò his non passibiliter afficitur. O non passibiliter, o afficitur, quid afficitur si non patitur? Cur tam celer est memoria tua ad obliuionem eorum, etiam quæ ipse protuleris? Iustitia & misericordia quia in homine sunt, affectus esse dixisti. Ergo si in homine, cui accidit affectus sunt affectus sunt, in Deo quia accidentia nō sunt, affectus nō sunt. Nō ergo sensit cōpatientis affectu, in quo quia accidentia non sunt, affectus esse non possunt. Sed adiciis, ergo quod in homine affectus & gratia, in Deo virtus est & natura. Et quæ in Deo virtus est, cum data fuerit homini, non est virtus. Deus enim proculdubid virtus est, qui si immutabilis est, etiam cum se homini dederit, virtus in homine est. Ergo quod in Deo virtus est, & in homine virtus est, hoc rārum differens, quod illic substantialiter, hic accessibiliter. Vnde Dominus ad Act. 24. postulo. Sedete, inquit, in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. Et Propheta: Diligam te Domine virtus mea. Tu verò Deum in se virtutem esse, & in homine dicis non esse. Sed talis sententiae causa luce liquidior est. Sequitur scilicet, vt quem dicis affici, astruas commutari. Ac primum proprietatis huius nominis maximè discutienda est. Affectus nēpe ab eo dicitur quod aliquid afficiat. Quicquid autem afficitur, patitur. Pati verò non est nisi passibilis creaturae substantia. Quæ quoniam à summa essentia, quæ Deus est, vt existeret, vocata de nihilo est, inter illud de quo facta, & illud à quo est media. Ita superioribus affici potest, vt proficiat, item inferioribus vt deficiat. De anima quippe loquor humana. Igitur nec nihilum affici aliquo pacto potest, quia substantiam non habet. Nec Deus, quia detri-

menta non sentit, augmentaue non recipit. Afficiuntur autem media, sicut supra dictum est, vel profectu vel defectu. Enimvero quicquid afficitur, vel patitur, & quicquid patitur, non esse Deum nemo sanorum dubitavit. Insufficiens est, cui vtrumque mutuo recipiatur. Vt nec mutabile nisi passibile, nec passibile possit esse, nisi mutabile. Quod autem Philosophorum testimonio, misericordiam atque iustitiam & istiusmodi bona, affectiones passibilis dicit esse creaturae, eadèmq in Deo essentialiter non accessibiliter, haud intendit animo sibi semet aduersa proferre, quia affectio accessio est. Non autem aliquid Deo accidit, igitur affectioni non subiaceret. Nam quicquid afficitur, contrariis congruentibusque pariter obnoxium ambifariè subditur passioni. Quocirca si summa diuinitas sensit compatiens affectu, etiam malæ passionis subiaceret cumulo. Sensit dicis: vtrique sentire accidens eius est, qui antè non sensit. Aternitati autem quæ passionem Christi sempiternæ sciuit, vt pote quam ipsa disposuit, passionis tempore noui nihil quod nosset, ne dicam quod sentiret, accessit. Sed quid nunc ego de affectu differam, eundemque impassibilem fore disputando conuincam, cum is ipse cui contradicimus, haud dubio falsus sit, crucifixo homini Deum fuisse compassum. Quidnam quæso, istud est, nō sensit patientis sensu, sed sensit, quidue non sensit? Aut quomomodo passus est si non sensit? Nunquid si quispiam dicat, ambulat ille, & ille coambulat, aut loquitur ille, & ille colloquitur, nōne & colloquentem loqui, & coambulantem ambulare significat? Aut si quis ait: Mortuus ille est, & ille comortuus, nōne vtrumque mortuum fuisse confirmat. Nā qui commoritur vtrique moritur. Ergo & qui compatitur, vtrique patitur. Passa est igitur, si compassa diuinitas. Ergo & fortassis mortua. Aut si istud etiā cogitatu nefas est, non ergo passus est Deus. Igitur nec affectus. Vbi est nunc compatiens affectus? Post subiicit: Quid propheterico spiritu veterum quique sanctorum proterendis coerendisque carnaliter humanitūque sapientibus tropicè prophetauerint, inquit scriptum. Domine ne in ira tua arguas me. Et iurauit Dominus, nec eum poenitebit. Ab hinc superius etiam per Philosophos accidentias Deo non obicit, & hic per Prophetas etiam vitiorum necessitates imponit, qui res quæ figuraciter accipiendæ sunt, nisi solerter intro inspiciantur, non ad viuificantem spiritum peruenitur, sed in occidente litera remanetur. Sequitur scilicet, vt incontaminabilem praecelsæ diuinitatis essentiam passibilem fore credamus, si vaticinia Prophetarum allegoricis animata secretis in literæ tantum corpore cogitemus, quia cum propheticis oraculis vel irasci vel poenitere memoratur, effectus harum videlicet passionum considerandi sunt, non affectus. Porro quia neotericus scriptor iuxta propheticæ locutionis exemplum, meditatiūculas suas autumat deberè pensari, non tractatorem profiteretur se iste, sed vatem, cum virginis partus ora vatum obseruauerit, vt vaticinia referaret. Secus igitur est ac ratio postular, mystico prophetarum stylo texere periodos oratorias. Quo fit vt ille qui aliena expositurum se spondet, non possit exponi. Igitur aut vatum verbis non vttere, aut vaticinare. Nequaquam profectò concedet, vel praesenti vaticinium tempori, vel prophetica locutio tractatori: quo circa quicquid in defen-

vsal. 37. vsal. 109

Passiones quomodo in scriptura Deo tribuantur.

sionem tui ex prophético sermone mutuatus es, aduersatur tibi potius quam opitulatur, quia vel quæ sita defensio fatetur imbecillitatem, vel incongruës patrociniū non purgat errorem. Intemerabilis ergo diuinitas, haud quaquam rectè affici dicitur, quia effectus ab opificè, affectus in opere. Quando enim Deus quempiam temporaliter punit æterno consilio, ille utique patitur qui punitur. Pareretur aliquid & Deus si vel temporaliter cuiuspiam peccata cognosceret, vel eundem ad exercendam iustitiam iracundia commoueret. Omne enim temperamentum mobile atque mutabile, immutabilis & stans sempiternas includit, afficiens aliqua salubriter, aliqua iudicialiter, aliqua affici sinens, ipsa ab omni affectu vel motu temporis & loci satis aliena, prædita illo tantum motu qui stabilis dicitur, ex qua, & per quam, & in qua est omne quod solo tempore & ab ipsa tantum mouetur, & omne quod & per tempus, & locum ab illo mouetur, quod solo tantum tempore. Sed isthæc aliàs. Nunc autem missa facientes, quæ talia præcedè sunt meritò vel viribus, vt eadem improbari sit iustum, impugnari non necessarium. Ad testimonia illa veniamus, quæ ex Apostolo in patrociniū sui mutuatus est. Ait enim: Cur dici non possit, sensu compatientis affectu, quandò Apostolus dicendum putauit, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Cum situr lux nullam sentire possit plagam vulneris, ita & author lucis nullam penam senserit passionis. Poteest ergo dici, sensu compatientis affectu? Poteest quidè, quia omnia licent: sed non debet, quia non omnia ædificant. Risum tamen in isto comparisonum ac prolocutionum tuarum genere esse virtutem, Paulò prius astruxeras deum desinere esse virtutem, idcirco què tunc mutari, nunc itidem sententia flaccete declamas, quod sicut lux nullam sentire possit plagam vulneris, ita & author lucis nullam penam senserit passionis. Ergo plagam lux sola non sentit. Nunquid non terra, aut aqua, aut aer cuiuspiam vulneris plagam sentit? Aut lux fortassis animata sit: aut quodlibet corpus inanimu sentire potest? Aut corpus est vllum, quod & si vulnus non sentit, vulnerari non possit? Vulnerari igitur lux potest, & sentire non potest. Quia sicut nox immittit luminis rumpitur: ita lux tenebris vulneratur. Vnde iucundissimè Asclepiades lusit poeta notissimus, dicens: Absentemque diem nox agit amula, quam nox cum lacero victa fugit Pello. Quod dicit vt lux plagam nò sentit: ita diuinitas vulnus in passione nò sentit. Si ita est, vulnerari ergo potuit, & si sentire nò potuit. Vnumque fuit insensibilitatis, aliud corruptibilitatis. Nò enim pro incorruptibilitate non doluit, si vulnerari non potuit, quia lux insensibilis est, pariter & vulnerabilis. Vide ne forsitan iste sit quem nobis obprobrium dare, altiore prolapsus errore. Tu dicitur lucem corpoream homini communem simul & pecori, cæteus vt Deum non sentire vulnus inflatum & quomodolibet pulchrum corpus, corpus tamè summo incorporeo nò assimilans, sed exæquas, & in tam plectibili sententia non innocentia tantum priuilegium tibi, sed laudis arrogas. Et nos, quia similitudinem Dei, vt eius sicuti est similitudo, sic incorpoream dicamus, extra fidem fore pronuncias. Sed hæc postmodum. De affectu interim disseramus. Ergone sic crucifixus est Christus, vt summa diuinitas vniuerso mundo intemerabilis incorruptibilis crucifi-

1. Cor. 2.

xa credatur, dicas velim, nisi iniuriosum est. Quem post humilitatem mortis à summo Deo, id est ipsa Trinitate exaltatum esse credi sit licitum, cui nomè quod supra omne sit nomen fuisse collatum. Illi nempe arbitror qui obediens factus vsque ad mortem propter ineffabilis humilitatis obedientiam ineffabiliter sublimatus est in gloria Dei patris. Audes igitur non fateri eundem gloriæ Dominum, quem fateris hominis filium? Verum tu illo, quo dictum est: nunquam Dominum gloriæ crucifixissent, in id vti voles, vt haud dubiè credatur, quod ipsa diuinitas queat affici, si potuit crucifigi. Igitur apertò proloquio manifestasti sententiam tuam. Nam cum idcirco affici Deum irreprehensibiliter te dixisse arbitris, quoniã gloriæ Dominum crucifixum Apostolus dicit. Et crucifixum gloriæ Dominum sic accipi veritas suadeat, ne diuinitas crucifixa credatur, tu verò affici diuinitatem obnoxius argumentaris, defensionem erroris studio. Haud animaduertis penale illud quod in homine Christo persequentiū scelus exercuit, ipsi inuolabili diuinitati inflatum fuisse te dicere, quod si ita est pati pro hominibus Deum, & non assumpto potuit homine. Quia si in homine passibilis, & extra hominem potuit esse passibilis. Sed eundem fortè contendas substantiæ humanæ contagione mutatu, idcirco que post assumptum hominem factum fuisse passibilem, non igitur incorruptibilis Deus. Quia quicquid deteriorari potest, & corrumpi profecto potest. Sed corrumpi diuinitas non potest, nec commutari, igitur nec pati potest. Nunc porro superest, vt quoniam Christus homo verus, & Deus verus, ex duplici substantia vna persona, & Deus homo, & homo Deus est, idem gloriæ Dominus, & non sit crucifixus pro inuolabili diuinitate, & crucifixus sit in homine pro vnitate personæ. Itaque miro atque incogitabili modo passus est homo Deus, & non est passa diuinitas. Cerne nunc igitur, in id tantum temet Apostoli testimonium vindicasse, non vt ex eodem robor sententia tua caperetur, sed vt scæue sententiæ prauitas non lateret. Tu scilicet vltus stipulante tibi per Apostolum veritate affici diuinitatem dicit, sed Apostolus crucifixum gloriæ Dominum in ea sui parte cogit intelligi, qua potuit crucifigi. Tibi igitur, tibi admodum soli hæc relicta sententia est, vt intemerabilis atque inestimata diuinitas flagris cæsa, clavis transfixa, lancea transfossa, doloribus affecta, morte consumpta sit, quia in vno eodèque Christo crederemus, aliud subditum morti, aliud passioni. Sed præmetè veritate verba commutas, iniquiens, quod quibus afficitur creata substantia, substantialiter in Deo sunt, non accessibiliter. Perge sic dicere, non in te respereat sinceritatem veritatis ignorantia, præsumptio & mendacium. Humanum est pro delicto penitere, nemo periculosus peccauerit, quam qui peccata defendit. Namque impassibilem, nullique affectui subiacentem summæ diuinitatis essentiam, vt tutè pronuncias, cum Philosophis non recusas. Proinde intestinum bellum pelle ab animo. Certum tibi sit veritatem falsò, sicut essentia nihilo haud quaquam posse misceri. Tu autem dicit affici, quem negas pati. Si enim affectu nò caret, impassibilitatis de eodem fallax professio est. Alterum alteri immodicè impugnat, qui ait: sensu compatientis affectu, non ait, quod in passione nihil senserit. Porro tu dicit quod Deus non afficitur passibiliter,

peccata defendere.

Hebr. 4.

Christi Sacerdotis.

De statu anime. Cap. 4.

biliter, ergo afficitur nò passibiliter, quod ita est, ac si quispiã dicat. Stat iste currens, dormit ille vigilans: quod utique non sunt contrariorum discrepantia. Quid igitur proficit quod adiciis, passibiliter, cū dici verissimè plenissimèque possit, nò afficitur Deus? Non caret nauo suspitionis biceps ista prolocutio. Deum non dicit pati, quem dicit affici. Affectio & passio vnum idèque significat. Aut vtunque sustuleris, aut in altero vtunque straueris. Non igitur dicendum est, non afficitur passibiliter Deus, sed non afficitur Deus. Si non afficitur, non sensu compatientis affectu. Si sensu compatientis affectu, cõsequenter afficitur. Aio ego: nullis afficitur diuina substantia: inquis tu, Deus non afficitur. Redeamus in gratiã. Pessundetur è medio, qui te fortassis ignarum, quòd certè patet, incautus respersit infamia. Sed superadiicis, & Apostolum dixisse pronuncias de Christo iam in cœlis posito. Habemus talem Pontificem qui possit compati infirmitatibus nostris. Et tanquam nihil hic sit pertractandum discutendumque, satisfecisse te proposito gloriaris, transtulit ad tertiam questionem. Igitur vt quam breuissimè responsum referam, Pontifex ille credo, est qui principaliter apud diuinitatem summæ Trinitatis humani generis oblata sanctificat, peccata expiat, vota commendat. Ipse ergo verus sacerdos est, quia filius Dei secundum id quod æqualis est patri, non tam preces fundit, quam precantes exaudit. Homo potius hic intelligendus foret, si pari aut affici vlatenus possit. Iamne intelligis, aduersum potius veritatis testimonium in patrociniū falsitatis assumi? Quoniam si quid huiusmodi, sicut supra diximus, in diuinis voluminibus inuenitur, ad vnitatem personæ referendum est, quia sicut anima & corpus & diuersa substantia vnus est homo, ita deus & homo, ex diuersa substantia vnus est Christus. Ac per hoc eum sit vnus ex diuersa substantia, ipse est qui quodammodo petit, ipse se quodammodo pro nobis exaudit. Innumera sunt quæ super hoc dici promptissimum sit. Sed quoniam non impendio emolienda sunt, quæ per se labescunt: in præsentiaru de ista sufficiant. Status nunc animæ humanæ, hoc est imaginis diuinæ vocatur in dubium. Hæc nempe est tertia illa quæstio, quia iste necessarius meus discernendarum naturarum causas ingressus, spiritum vitæ corpus esse pronuntiat, Adstruens se super hoc præiudicatæ autoritatis Patrum scita proferre, quos quidem non tam aliquid sibi perceptu mētis cognitum definisse, quam quædam opinatos fuisse commemorat. Et quia ipse quantum loquitur, non tam probatæ rationi, aut intemeratæ autoritati, sed humanæ magis opinionioni concessit, id impensò opere nititur, vt spreta autoritate diuina, omiſsa quoque ratione perspicua, clausis, vt aiunt, oculis, sibi mētē assentiantur. At quicumque de Deo veraciter ac piè sentiunt, nihil ab eo nò creatum quod creati oportuerit, consequenter intelligunt. Causa enim creandarum rerum, bonitas

creatoris est. Qui creare potest vniuersa quæ velit, nihil bonitatis exercuisset, si nihil creasset. Ita semiplena benignitate vnus esset, si semiplenum aliquid condidisset. Mirum autem videtur supplemento rerum esse defuturum aliquid, si ros & flosculus nò existeret, & non defuturum si corporea substantia non esset creata. Ne ergo non minimum aliquid, sed vel potissimum non deforet creaturæ plenitudini, debuit incorporea quoque substantia creari. Sed ad creatoris fortè referatur iniuriã, si incorporeum aliquid ac sibi simile condidisse dicatur, quia simile Deo nihil inuenitur in corpore. Sed ab ipso Deo, similitudo Dei, Anima dicitur humana, in corpore autem nulla esse potest similitudo diuina, incorporeum ergo erit, quod Deo sit simile. Humanus verò animus ad similitudinem Dei factus est, incorporeus igitur est animus humanus. Omne autem incorporeu, corporeo: & illocali locali, & inscabile scabili, & viuens non viuenti naturæ dignitate præponitur. Enimuerd creator omnipotentissimus idèque benignissimus, substantiam omni corpore potiore, sibi que similem, si non creauit quam creari debuisset iam constat, aut noluit, aut certè non potuit. Si voluit & non potuit, omnipotentia caruit. Si potuit & noluit, quod etiam cogitatum est nefas, inuidit. Non autem potest vel omnipotentia non posse, vel bonitas inuidere. Creare ergo incorporeu & potuit & voluit, igitur & creauit. Nisi fortè dicas fieri non debuisset, quod ille potuit velle, qui non potuit velle nisi quod debuit facere. Quid mihi nunc creatum non esse contendas, quod creari debuisset non dubitas? Creari certè debuisset, quia cum creator incorporeus maximum bonum sit, & creatum incorporeum magnum bonum sit, & creatum corpus aliquod bonum sit à summo Deo, qui est maximum bonum. Sicut creatum est corpus aliquod bonum: ita creari debuit incorporeum magnum bonum, quia non conueniret omnipotenti bono, qui fecit omnia bona valde, perfectionem plenitudinis rerum, vel in minimis truncam facere, non dicam potissimum non creare. sed fortassis adstruatur, aut incorpoream creaturam bonam non esse, aut bonum creari non potuisse, aut quod oportuerit fieri nequiuisset. Sed summum bonum incorporeus creator est, magnum bonum incorporea creatura. Oportuit igitur à summo bono fieri magnum bonum. Et potuit omnipotès facere quod debuit bonus velle. Creauit ergo incorpoream substantiam, qui nò facere nò potuit, q̄ fieri debuit. Nisi fortè dicatur, aliquid illi fecisse quod nò debuerit. Sed dices mihi: Si aliquod incorporeu creatum, æquiparat ergo creatorem. De vero homine, hoc est de hominis anima quarimus, non est hæc æqualis Deo, sed similis. Vtique similis, quantum incorporea incorporeo inferior, quantum creata creatori. Similis quantum intellectualis lux luci intelligibili, quantum mutabilis creatura immutabili creatori dissimilis. Aliud nanque est veritas, aliud imago veritatis. Sed sicut rei corporeæ nulla imago esse potest nisi corpus, ita nequaquam imago incorporei inuenitur in corpore. Nam illic vbi de creatione hominis Moyses loquitur, sic ait: Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ad imaginem Dei creauit eum, mascululum & feminam. Diuinæ istud autoritatis ora-

Ratio creationis mundi.

Anima esse incorporeum. Cap. 5.

Gen. 1.

culum, nec eloquio cludi potest, nec argumēto falli, nec virtute vinci, nec arte vitari. Si imago Dei est humana anima, incorporei videlicet imago est. Si in corporei imago est, incorporea, utique ipsa est. At si incorporea non est, incorporei profus imago non est. Sed incorporei imago est, incorporea igitur est. Nam quia creata est, non est Deus: quia imago Dei est, non est corpus. Sed subiicitur a nescio quibus quorum tamen nominum nobis notitiam subrepsit, sic doceri, ut alia dicant esse incorporea, alia inuisibilia. Tremenda scilicet peritiam tractatores, qui vsque ad hoc penetrauerunt secretum. Si alia incorporea sunt, alia inuisibilia: ergo incorporea, non sunt inuisibilia. Postponendum est igitur incorporeum omni corporeo, quia dicit per Apostolum veritas: Quae videtur, temporalia sunt, quae autem non videntur, aeterna sunt. Verum tu creatricem creatamque substantiam ita discernis, ut alia sint incorporea, alia inuisibilia. Inuisibile igitur omne corporeum, & incorporeum omne inuisibile. Istic ego met audo sciscitari, Inuisibilis ne sit Deus, an visibilis? Si corporeum negas, visibilem non recusas, si inuisibilem dicis, corporeum confiteris. Secundum hanc ergo sententiam, quae tibi nobisque sit procul, aeternus, inuisibilis, incorporeus Deus, aut incorporeus non erit, aut visibilis erit, & aeternus non erit. Quid tamē cogitare voluit, sed loqui non valuit. Patentium nempe causarum doctor ignarus, quē dicere nisum reor, esse quaedam corporea quae videri nequeunt, cum sit vniuerso incorporeo proprio, non videri. Ac per hoc corporea quāpiam inuisibilia esse posse, porro incorporea nisi inuisibilia esse non posse. Nam cum omne incorporeū inuisibile sit, non omne inuisibile incorporeū est. Vox enim non videtur, & corpus est. Quāquam propter eminentiam visus, etiam quae ad reliquos pertinent sensus, videre dicamus, sicut saepe dicimus, vide quid sonat, cum sonus ad auditum pertineat, non ad visum. Nec tamen ita dicimus, audi quid lucet, quia praecminentior ceteris sensibus visus, quae inferiorum sunt, abusuē sibi vēdicat, cum potestatis eorum potentiam suam non misceat: quocirca & visibilia sunt haec, quae sentiri quocunque sensu corporis possunt, si ad visum cuncta referamus. Et non omnia visibilia sunt, si vnicuique sensui, quod sibi est speciale reddamus. Hinc omnia scilicet principalia corpora, quae dicuntur elementa, proculdubio visibilia sunt, sicut experimur. Ex quorum metrica proportione, & conuentu, compactis ritē dimensionibus vegetante anima viuens corpus efficitur. Quāquam multa sunt, quae animata non sunt, & viuere negari non possunt. Sed de his loquimur, quae non solum viuunt, sed etiam sentiunt, sicut sunt animata, ratione expertia. De quibus paululum disputatione dilata, de nobis loquamur. Igitur cum ex anima simus & corpore, atque ut corpus animus esse non potest, Animus qui sentit in corpore, etsi per visibile sentit, inuisibiliter sentit. Aliud enim est visus, aliud oculus: aliud aures, aliud auditus: nares aliud, aliud odoratus: & os aliud, aliud gustus, nec hoc idem manus & tactus. Igitur tactu calētia frigentiaque discernimus, ipsum verō sensum tangendi non tangimus. Nec frigus illic nāque, nec calor est. Et gustu dulcia atque amara sentimus, sed gustum gustare non possumus, nihil enim vel amarū in illo vel dulce est. Naribus odores accipimus, olfactu tamen non capimus, quia nihil olet

2. Cor. 4.

Corporea quaedam non videntur

olfactus. Et auribus voces haurimus, sed cum nihil sonet auditus, ipsum non audimus auditum. Coloratas oculis formas aspiciamus, & oculis, quia coloratae formataeque sunt, cernimus: sed visum, quia nec colorat nec formatus est, non videmus. Iugiter nanque videremus, si luceret visus, & audiremus semper si sonaret auditus, & perpetuo odoraremur, si fragraret olfactus, & indefessim gustaremus, si saperet gustus, aeternūque tangeremus, si seipsum tangeret. Atque ut de ceteris taceam, si gustare posset gustus, nemo posset esse icinus, nec extrinsecus adhibenda forent, in quae semet sensus exerceret, si seipse sentiret. Aliud est ergo membrum per quod sentimus, & sensus aliud quod sentimus. Quia inter inuisibile incorporeum est, & corpus visibile illud inuisibile corporeum, quod in nobis visus, odoratus, gustus, auditus, & tactus est, quae quoniam non nisi in anima tota sunt corpore, & vtriusque diuersi commertio, eadem & corporea sunt & inuisibilia, non igitur iuxta sententiam tuam, illud erit inuisibile, quod incorporeum non erit, tanquam incorporeo visibile, & corporeo inuisibile esse sit proprium, quandoquidem nihil inuisibile corporis foret, nisi inuisibile illud incorporei inuisibilitas faceret, quia in eodem, sicut supra diximus, homine & incorporeum inuisibile est anima, & inuisibile corporeum, quod de corpore visibili inuisibiliter agit anima. Iam verō quaecunque corporis sensibus tangimus, ita ad quosque eorum quaeque ex illis speciatim pertinent, ut in communionem propriorum alios non admittant. Est ergo inter vniuersa corporea, solis lux sine dubitatione praestantior. Haec ad illud supremum in vniuerso corporeo pertinet elementum, quod ignis dicitur. Hinc est quod etiam in corpore humano principalem praem omnibus sensibus locum visus accepit, ab interno scilicet calore cordis ac iccoris, igniculi quidam indefessim scintillantes, in cameram capitis, quasi in caelum nostri corporis subuolant. Ex quibus radij per oculorum media profusi, ac lumine extero commixti, corporum in quae inciderint repercussu, retrouersim cedentes, eorumdem colores ac formas hauriunt. Ani maduertis igitur summum in elementis ignem, pulcherrimum in coloribus lucem, praecipuum in sensibus visum: hunc meritō atque potentia auditus insequitur, illi elemento compar, quod Graeci vocant aethera, qui licet aëris sit natura, tamen quia quaedam quasi feculentias ē supremis suis deorūm versus velut in fundum digerit, prior atque subtilior hunc procellosum aërem & naturaliter nubilosum & loco & dignitate supereminet. Hinc est quod purissimus aër, faciliorem & longius potentem facit auditum. Nam sicut oculi sine formis corporū atque extrario lumine contemplari nequeunt, sic aures nisi aëre aut percusso, aut flatu non sentiunt: ita & narium sensus. Nam sicut aër sonis inficitur, ut in auribus operetur auditum: sic itidem ipse inficitur odoribus, ut in naribus faciat odoratum, quibus inesse naturaliter constat, nisi attractato aëre non sentiri. Gustandi verō sensus absque humoris adminiculo nequaquam agere se posse, Hinc cuiusdam facit iudicium, quod nihil lapidum si accipitur lingua arente sentitur. De tactu verō dubitari non existimo, infimo vel feci elementorum, hoc est terra, esse simillimum. Age nūc ut ad illud propter quod ista tractauimus, reuertamur. En visus & tactus & alia

Auditus

& alia per eandem corpora contemplantur ac sentit. Nūquid nā sibi aliquid hinc vsurpat audit? Rursum meatus aurium, sonos & formatas accipiunt voces. Nunquid hinc aliquid sibi vendicat visus? Per antranarium, generis innumeri capimus odores: Nihil certē de his sentire valet auditus. Fortē in saporum exploratione odoratiui communicat gustus? Aut sentienda aspera vel lenia gustui permittit aliquid tactus? Ecce vox, visus sensu eminentiore non cernitur. Lux perinde non auditur vox, naribus certē non capitur, gustus fragrantia non accipitur, sapor tantum in ore sentitur. Ecce habes omnigenum corpus ex omnibus elementis in fabricam corporis humani aeternae illius musicae vix cogitabilibus modis atque harmoniae ratione permixtum. Elige nunc ex quo corporum genere anima sit, si corpus est anima. Quia si est, aut ex vno horum, aut ex aliquibus, aut ex omnibus corporibus est anima: aut non est corpus. Sed quid nunc faciam: quo me vertam, acutissimi, & doctissimi disputatoris ingenio & arte praecentus? Qui scilicet intelligens nullum corpus esse posse, nisi aut principaliter ex nihilo creatum, sicut corpora sunt elementorum, aut ex his analogica ratione formatum, animam corpus esse decernens, maluit eandem ex vno principalium corporum factam, quā ex omnibus fuisse compositam. Callido videlicet cautus ingenio, noluit animae substantiam multorum corporum congregare mixtura, ne ex iisdem contracta principis, quibus corpus extrarium, si perinde diceretur potuisset formari, eatenus videretur posse dissolui. Quapropter aëre elegit, ex quo aut cui animam similem fore decernat. Adiciens testimonium sui, nescio cuius auctoritatis, cuius haec verba sunt. Nonnulla sunt, inquit, spirituales naturae, ut Angeli, Archangeli, ceteraeque virtutes, ipsa quoque anima nostra, vel certē aër iste subtilis. Tamen incorporeae nullatenus aestimandae. Haecine mandantur verba membranis? Ed istud agitur negotium, quod agimus? Omisiss omnibus, hac tantum lance pendebit, ut si animam aut ex aëre factam, aut aëri similem ratio discussa patefecerit. Nunc in aduersarij, tunc magistri sententiam pedibus, ut aiunt, transeam, veniam deprecatus, erroris egomet nunciis. Sed si properatae veritatis iure mihi vindico, quod non humana tantum, sed omnis omnino anima non solum non ex aëre, sed ex nullo profus corpore ratiocinando probabitur. Fas erit ut nobis aut consentias aut ignoscas. Iam superius patuit ignis elementū, elemento aëris sicut loco, ita etiam potentia praeminere: quod euidenter ostendit ignis iste terrenus, qui mobilitate vix comprehensibili, velut in regionem suam sursum versus naturali pondere rapitur. Quod si etiam ex hoc non daretur agnosci, vel hinc manifestō possit intelligi, quod omnis aër solis praesentia clarescit, & tenebrescit absentia. Sed & illud maximae rationis est, quod aër ignem patitur ut caleat, nec tamen ab aëre aliquid patitur ignis ut frigeat. Aër quibuslibet vasculis includi & contineri potest, cum hoc profus igni non accidat. Est ergo ignis, aëre perspicua ratione praestantior. Visus verō nobis ex igne, qui utique sensus homini belluaeque communis est. Sic tamen ut nonnullae irrationales animates praehominibus vigeant acumine vidēdi. Si ergo negari nequit visus ex igne esse, & secundū tuam rationem anima ex aëre, eminentior ergo est dignitate substantiae oculus pecudis,

Animam ex nullo profus elemento sciam. Cap. 8.

Animam ex nullo corpore consistere. Cap. 9.

quā anima hominis. Quia ille ex igne, & haec ex aëre. Non ergo immeritō animam localem putat, & claustro corporis confirmat includi, quia eandem aëriam iudicat. Alterum nunc igitur eligas oportet: Aut deteriore vultu pecudis animam si aëriam: aut non aëriam, si praestantior. Cernis quā facile indoctē figmentum praesumptionis euauit, praeter quā innumera super hoc argumentari promptissimum est? Nempē si aëria est, ergo tenebrae illius, corporei huius solis abscissus: & lux eius, huius ipsius itidē solis aduentus est. Falsūmque erit illud, quod Euangelista pronuntiat, dicens: Erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et illud quod Propheta sub peccatorum persona loquitur: Lumen ergo iustitiae non luxit nobis, & sol non est ortus nobis. Nunquid isti hunc corporeum solem, viuentes in hoc mundo non viderunt? sed incorporeales oculi solem incorporeum requirebant. Valdē autem mirum videtur, tam si lux ista habeat oculos quos illuminet, illa autem si vera non habeat. Aut si habeat, sicuti verē habet, unde videri incorporeum potest, non solum non aëreum, sed arbitror non esse corporeum. Illud iam quale est, quod in ipso disputationis tuae principio admonendum credidisti esse lectorem, ut ad subtiliora illa cogitanda animum praeparat, a summis ad ima, ab incorporeis ad corporea rationale nostrum conaris abducere. Et quasi docens ad subtilia mentis oculum praeparare, paulo post adiciis & dicis: quicquid creatum est, materiam videri, quam corpoream esse decernis. Si adhuc creatura materia est, nondum ergo homo formatus est. Quia dicitur Deo, qui creasti hominem ex materia informi. Formatum autem siue minus siue amplius, pro qualitate vel genere speciosarum, plenus est mundus. Materia verō informis est mundus qui formatus. Non est ergo creatura materia. Post haec argumentaris ac dicis: Idcirco incorporeum creatum nil esse. Quia quicquid factori suo comprehensibile sit, incorporeum esse non possit. Sub hac ergo ratione ipsi sibi Deus ignotus est, qui si idcirco incorporeum nihil creauit, ne aliquid creatum notitiam creatoris excederet, cum vel corporeum, vel incorporeum nihil nisi praecedente scientia creatis extiterit, videlicet quia nihil nesciens fecit. Sed ipsum ergo praem omnibus nescit, quia incorporealiter antecellit omnem substantiam quam creauit. Ac per hoc maior seipso est, qui sui capax non est. Quod quia dici ratione non sinitur, consequens est idē, ut incorporeum quippiam creauerit, ne sibi creatum aliquid incomprehensibile esse possit, cum ipse summus incorporeus sibi ignotus esse non possit. Vide quā paruo negotio veritatis calor, frigentium verborum pruinas liquefaciat. Et cum discernere nequeas a creato materiam, ab informi formatum, ab aëre spiritum, sic imaginem Dei pronuncias, tanquam potissimum scitor, qui minimorum probaberis ignarus. Iam nunc testimoniorum vel maxime penuria coactus, de quodam opere sancti Hieronymi, capitulum quoddam, quod quidem te constar non intellexisse, subiungis, quo ait, Globos syderum comparatos esse spiritus arbitrantur. Omne quod arbitrat, dubitare non dubium est. Beatum verō Hieronymum de spiritibus corporatis quorundam referre dicit arbitrium, qui si arbitrantium, hoc est

Job. 1.

Informa- tam sub- si lux ista habeat oculos quos illuminet, illa autem si vera non habeat, sicuti verē habet, unde videri incorporeum potest, non solum non aëreum, sed arbitror non esse corporeum. Illud iam quale est, quod in ipso disputationis tuae principio admonendum credidisti esse lectorem, ut ad subtiliora illa cogitanda animum praeparat, a summis ad ima, ab incorporeis ad corporea rationale nostrum conaris abducere. Et quasi docens ad subtilia mentis oculum praeparare, paulo post adiciis & dicis: quicquid creatum est, materiam videri, quam corpoream esse decernis. Si adhuc creatura materia est, nondum ergo homo formatus est. Quia dicitur Deo, qui creasti hominem ex materia informi. Formatum autem siue minus siue amplius, pro qualitate vel genere speciosarum, plenus est mundus. Materia verō informis est mundus qui formatus. Non est ergo creatura materia. Post haec argumentaris ac dicis: Idcirco incorporeum creatum nil esse. Quia quicquid factori suo comprehensibile sit, incorporeum esse non possit. Sub hac ergo ratione ipsi sibi Deus ignotus est, qui si idcirco incorporeum nihil creauit, ne aliquid creatum notitiam creatoris excederet, cum vel corporeum, vel incorporeum nihil nisi praecedente scientia creatis extiterit, videlicet quia nihil nesciens fecit. Sed ipsum ergo praem omnibus nescit, quia incorporealiter antecellit omnem substantiam quam creauit. Ac per hoc maior seipso est, qui sui capax non est. Quod quia dici ratione non sinitur, consequens est idē, ut incorporeum quippiam creauerit, ne sibi creatum aliquid incomprehensibile esse possit, cum ipse summus incorporeus sibi ignotus esse non possit. Vide quā paruo negotio veritatis calor, frigentium verborum pruinas liquefaciat. Et cum discernere nequeas a creato materiam, ab informi formatum, ab aëre spiritum, sic imaginem Dei pronuncias, tanquam potissimum scitor, qui minimorum probaberis ignarus. Iam nunc testimoniorum vel maxime penuria coactus, de quodam opere sancti Hieronymi, capitulum quoddam, quod quidem te constar non intellexisse, subiungis, quo ait, Globos syderum comparatos esse spiritus arbitrantur. Omne quod arbitrat, dubitare non dubium est. Beatum verō Hieronymum de spiritibus corporatis quorundam referre dicit arbitrium, qui si arbitrantium, hoc est

Cap. 12.

dubitantium sequitur fortè sententiam, cum eodem quoque tu sequere. Cùmque non nisi ab ignorantia proficiscatur dubietas arbitantis, agnosce te nobis quærentibus veritatem pro vna quam polliceris scientiã multorum nescientias attulisse. Nam cum quasi probatissimo testimonio eius vtaris, qui de eis dubitans, quorum testimonio vtitur, eos dubitantes affert quos testes adhibet, quid te posse pronuntiare censendum est, quia ab authoris tui dubitantis authore dubio, tertius ipse iam dubitantis.

Cap. 12. tas. Istud ego tamen Philosophos reperio dicere, qui nonnullis disputationibus astruunt, & ipsos Lunæ vel Solis globos, incorporeis videlicet spiritibus sub diuina quadam mente vegetari. Sed oportet vt cognoscas hoc idem testimonium, non solum pro sententia tua contra nos nihil, sed aduersus eandem pro nobis valere plurimum, quod eò tibi accedit, quia philosophicam non intelligendo sententiam, illud pro tua videlicet parte posuisti, quod probè intellectum, non nisi nostris tantum possit partibus suffragari. Si enim corporeos spiritus esse Philosophi dixissent, in eorundem non desinientium, sed arbitrantium potius auctoritatem, totus nihilominus argumentationis tuæ cardo titubaret, cum verò illi non dubitanter, sed scienter, non corporeos, sed corporatos spiritus dixerint, nonne dignoscitur quodcumque est corporatum non esse corporeum. Alioquin corporeos non corporatos spiritus esse dixissent, quia illud est corporeum, quod incorporeus spiritus animat. Illud autem incorporeum, ne scilicet corpus animatur. Quapropter eam dilucidè viuificantem corpus ab incorporeo viuificante discreuerint, videtur mihi quòd iste corporis aduocatus, aut philosophicam de substantia incorporali sententiam non intellexerit, aut nequaquam pro se obiectare debuerit. Sub ipso sancti Hieronymi nomine sequitur, & adiungit. Si Angeli, inquit, cœlestia etiam corpora ad comparationem Dei immunda esse dicuntur, quid putas homo existimandus est? Quantum video violentissimus disputator nec istud intelligit. Angelos, n. vnus credidit esse substantiã, vt melius de syderibus sentiat, quæ corporatos spiritus indicat. Nunquid hic aliud vir doctus Hieron. dixisse censetur, nisi Angelorum corpora, habilitate sui atque potètia, humanis longè præstare corporibus? pariter cū dixit: Si angeli, & adiecit: Cœlestia etiam corpora; Duo quædam intelligi voluit: Angelos & cœlestia corpora, quia cum Angelici spiritus corporati sint, sunt in cœlo quædam quæ sola sunt corpora. Igitur euidenter ostendit nulli corpus quamlibet supremum loco, quamlibet potens nutu incorporeis posse præponi. Rursum in comparatione gradum faciens dicit: Ad eò diuinis hominem comparari nõ posse, vt nec Angelis possit. Discernit præterea corpus & carnem, quia cum omnis caro etiam corpus sit, non omne corpus est caro. Vnde Apostolus: Alia caro volucrum, alia caro piscium, alia autem hominum. Et corpora cœlestia & corpora terrestria. Euidenter ostendens, terrenum corpus etiam carnem fore, cœlestè verò non esse carnem. Ne fortè hic aprari conueniat illud quod eundem Hieronymum dicere meminit, globos syderum corporatos esse spiritus arbitratur. Vt ipsa sydera si Angelorum corpora, corpora vtiq; cœlestia sint. Cū illi spiritus qui istis corporati sunt, corporei non

Job. 15.

1. Cor. 15

sint. Sicut & Deum dicimus incarnatum, & sicut ipsa anima humana incarnatur vtiq; cum administradam suscipit carnem. Cui quamlibet illud accidat, quod scriptura testatur, dicens: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Non tamè eandem in corpus conuertere credendum est, quamlibet pondere carnis oneretur, quia nec corpus vnquam in animæ naturam commutabitur, quamlibet eadem vegetante moueatur, alioquin non erit corpus. Vnde illud quod Apostolus dixit. Et corpora cœlestia, & corpora terrestria. Vtrum nam de Angelis an de syderibus, an terrenis quibusque corporibus, de quibus non est quæstio, intelligi voluerit, ex consequentibus apparebit. Indisunctim nanque mox adiicit ac dicit: Alia, cœlestium gloria, alia autem terrestrium. Et quæ ista cœlestia essent corpora, vt euidenter ostenderet. Alia, inquit, claritas Solis, & alia claritas Lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim ab stella differt in gloria. Ita & resurrectio mortuorum. Eandem scilicet docens, quæ est in syderum qualitate discrepantiam, resuscitandorum corporu fore pro merito tuo diuersitate distantiam. Hic vtiq; abtque ambiguo doctor gentium de sola resurrectione humanorum corporum disputans, huiusmodi comparationibus vtilis est. Nam sic causam loci huius ingreditur. Dicit aliquis: Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore viuunt? Et ab hoc loco vsque ad istam de syderibus comparationem, id ipsum sine alterius cuiusquam causæ interiectione persequitur, nullam faciens de anima mentionem, ne scilicet illud, quod de Solis, Lunæ vel stellarum, quæ corporum profectò cœlestium differentis differunt, seruo fortè iudicio de animabus dictum quisque sentiret. Nunc ergo si humanum corpus terrenum scilicet, atque moribundum in gloriam transformabitur, vt fiat de carnali spirituale, secundum Apostolum, qui ait: Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale. Et anima humana sic nunc spirituales est, vt tamen corpus sit. Ergo humana caro transfertur in animæ dignitatem, cum facta fuerit corpus spirituale. Et anima quæ corpori iuste domina-ta, quæ Domino pie iustèque famulata est, quæ Deum fideliter credidit, aut fortassis & sciuit, coæquata sibi carne sua ipsa quòque nihil pro substantiæ qualitate promouebitur. Et vbi est illud, non qui oculus carnis, sed qui oculus cordis munda-uerit, Deum videbit. Nam beati mudo corde, quoniam ipsi Deum videbant. Ergo forsitan beatificabitur corpus pro modulo suo, & anima itidem pro modo suo. Illud immutabitur, vt spiritui per omnia ad nutum seruiat, cui contumax sæpè resistit. Et hæc immutabitur vt Deum videat, quem flagrantia castæ charitatis inhiauit. Et quoniam Apostolus spiritum, animam, corpusque discreuit, inquit: vt integer spiritus vester, anima & corpus, quia post resurrectionem non animaliter viuendum est, scilicet vbi non edendum vel bibendum, vbi non dormiendum, neque coeundum est. Transibit totum animale corpus in spirituale corpus, quia & anima tota transibit in spiritum, & erit totum spirituale corpus propter inhabitantem spiritum. Qui vtiq; spiritus, si in hac vita concupiuit aduersus carnem, & concupiscenti aduersum se carni non cessit, iure in æternum nihil illic difficultatis sentiet, cuius difficultates cœlestis auxilij virtute superauit.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15

Mat. 5.

Mat. 18

Spiritu-
lis corpo-
ris oculis
li videri
non posse
Cap. 14.

Psal. 103

1. Cor. 12.

1. Cor. 6.

superauit. Nec par erit, vt exaquetur Dño, qui eidè cessit inuitus, & in serui statu remaneat, qui vicit voluntarius. Quocirca datur intelligi quòd sicut in hac vita animæ humanæ substantia incorporaliter dignitate sui anteit corpus animale, Ita post resurrectionem remunerationè que anteit corpus spirituale. Omne autè q; spirituali corpore potius est, corpus, vt arbitror, non est: ergo iuxta huius necessarii mei tractatum, qui Angelos sola esse tantum corpora decernit, humana substantia Angelica natura erit inferior. Certum diuina auctoritate retinemus sanctorum corpora, quæ immutari merebuntur in gloriam, angelicis coequanda corporibus, dicente Domino: Erunt sicut Angeli in cœlo. Si igitur Angeli spiritualia tantum corpora sunt vniusc; substantiæ, & prouehetur corpus humanum ad angelici corporis dignitatem, & homo Angelo, qualitate corporis coequabitur, dignitate spiritus præeminet. Quod si vt est, vtiq; videtur absurdum, Duplex ergo est angelica, sicut est humana substantia. Habens corpus totius facilitatis maximæque pulchritudinis, quod hominibus cum iubetur, appareat: Habens incorporeum, quo deum semper videat. Iuxta illud Euangelicum quod dictu est. Quia Angeli eorum semper videt faciem Patris mei. Valde autem stupeo quomodo quispiam Christianus doctoris præsertim loco desinat, cui libet pulchro, cuiuslibet sublimi corpori tamen contemplabilem Deum fore, & vniuersalem videri localiter posse, cum Deu videre, hoc sit intelligere: Intellectum verò localem non esse, vel intelligendo cognoscimus, quod si intellectus localis est, locale erit & quod intelligitur. Nihil enim locale est, quod non & ipsam locus est. At si intellectus localis, & in hoc Deus, quia hoc intelligitur Deus, ergo localis est Deus. Quod quia repugnat, intelligere nos oportet, constare hominem ex corporeo & incorporeo, vtroque in melius reformando. Constare Angelum & corpore & spiritu præcipua inter creaturas dignitate formato. Spiritus illi nanque est omni spiritui creato potentior. Corpus illi de potissimo omnium elementorum sublimius, secundum illud propheticum, vbi angelica substantia duplex sine dubitatione perhibetur, quod dictum est. Qui facit Angelos spiritus, & ministros suos igne vrentem. Ignem verò non esse spiritum, & spiritum perinde ignem non esse manifestum est, quia non istic allegoricè aliquid accipiendum est, sicut illud vbi ait Dominus. Ignem veni mittere in terram, cum de sancto Spiritu diceret. Non enim credi fas est animas humanas ad amorem diuinum, participatione angelici spiritus inflammar, quia eodem dono bonus est homo, quo bonus est Angelus: & eodem dono vterque beatus est. Ambo id ipsum eadem voluntate, eodem scilicet spiritu cupiunt. Ambo hoc idem incorporea capacitate percipiunt. Et sit homo, Angelus, & Deus vnus spiritus. Iuxta Apostolum dicentem: Qui adhæret Deo vnus spiritus est. Non autem video quo pacto corpus incorporeo contemperari queat, vt vnus spiritus iure dicatur. Si n. corpus est anima, immutabitur ergo corporeum, vt esse cum incorporeo vnum possit. Atque ita ad illam rationem necessariò reditur, quod incorporeum aliquid creari potuisse dicitur. Nam si potest aliquid ex corporeo incorporeum fieri, potuit ex nihilo creari. Nisi fors-

tè dicatur immutabilis Deus, veluti corporascere vt vnum possit esse cum corpore. Sed hoc perditorum quorumpiam fides habeat, quia si vel Angelo vel homini adhaerere Deo bonum est, Non ad creaturam deteriorabitur creator immutabilis, sed ad creatorem mutabilis creatura proficiet. Vnde in Euangelio Dominus dicit: Pater sint isti in nobis vnus, sicut & nos sumus vnus. Nec verò credi licet quorumpiam coniunctione corporum vnitatem Trinitatis imitari, aut eidem inconcusibiliter posse misceri. Patet. n. liquidò quodlibet vnus corpus paris corporis adiunctione duplicari. Esse illic sursum, deorsum, dextrum, sinistru, anterius atque posterius. Esse illic pro modo magnitudinis, longitudinem, latitudinè, altitudinem. In Deo verò ipsa Trinitate huius fecibilitatis & localitatis partes, & spacia esse non dicimus, ad cuius similitudinem vnus nos esse, secumq; vniri nos posse dicit ipse qui fecit, sicut in Apostolicis actibus legimus, quod vnus creditum, vnusque volentem erat animus & eor. vnus. Non tamen reor multas animas ita sibi fuisse coniunctas, vt maior quædam ex multis animabus anima fieret, quia Trinitas per quam, & cum qua omnes bonæ animæ fiunt vnus, Nec nulla ex eadem Trinitate persona minor est, quàm in tribus, nec in tribus maior est quàm in singulis: Sic & animæ humanæ substantia ad eius imitationem cuius imago est, nec in multis secundum aliquam molem maior est, nec in singulis secundum aliquam molem minor. Quia videlicet potètiæ sunt illæ, nõ corpora. Creatas autem potentias creatrix vtiq; potètia iure supereminet, eo ipso vel maxime quo creauit, nam & animam anima præstantiorem sæpè & experimur & didicimus. Nec tamen eandem, quam secundum potentiam præstantiorem didicimus, secundum molem, quæ nulla illi est, credimus esse maiorem. Illud etiam nec te arbitror diffiteri, quamlibet multas animas perfectè sapietes nõ plus sapere idem anima: perfectè sapiete, Nec quod vna omnibus modis vollet anima, multas id omnibus modis volendo plus velle. Nec quodcumque optime meminert, multas melius memoriæ tenacitate meminisse. Corpus verò & plus habet ponderis magnum quàm paruum, & validior corporum multitudine quàm paucitas, & Animas fortius quippiam manus multæ, quàm singula, vel esse incorporeas, vel sustinent, vel propellant. Nunc consequentia disquiramus. Habent, inquit, animæ secundum se corpus quo subsistunt, licet multum & incomparabiliter tenuius, quàm nostra sunt corpora. Accipiat ita: si ita est, illud respondeas velim, quis est iste qui dicit, habet anima corpus incomparabiliter tenuius, quàm nostra sunt corpora. Si animæ verba ista sunt, quod corpus suum dicit quod ipsa est, aut si istud quòd sentit, vegetatque carnale. Ipsa enim dicit anima. Tenuius est corpus animæ quàm corpus meum. Quod est corpus quod suum dicat anima, nisi illud quod ipsa est, si corpus est anima? Aut igitur anima corpus est, nec rectè corpus istud carneum suum dicit, quia potius illud est suum quod ipsa est. Aut si istud corpus animæ corpus est, ipsa vt datur intelligi, nõ est corpus. Post iridem cõsultori suo sic loquitur. Obiectis mihi idèd animam non esse corpoream, quia nec localis sit, nec qualitate aut quantitate subsistat. Quod cuiusmodi periculi sit ita credere, in consequentibus demonstrabimus. Nunc verò in hoc tractatus nostri

Cap. 15.

Act. 4.

Cap. 16.

statu habita discussione pēdebit, vt si nec localis sit, nec quantitati subiaceat, esse eam indubiē incorpoream credas. Si verō eam demonstrauerimus quantitate dēterminari, locūcōe concludi, consequenter eam etiam corpore contineri, nec ipse iam dubites.

Animum sine illa differētia locali, vitam corpori tribuere. Cap. 17.

Statum nempe tractatus tui, in articuli istius conditione posuisti, vt si localis & quantitati subiaceat anima probari possit, consequenter etiam corporea crederetur, quam tamen paulo post intra petriā localis, & oris officinam varietates cogitationum suarum fingere, & motus agitare pronuncias. Ac primum quāto respondēas, ipsa anima in quo loco sit corporis. In toto est, an in parte? Si in parte est, quemadmodum vniuersum vbiq; corpus moueat atque sanctificat? Si in toto est, quomodo intra solius pectoris officinam cogitationes suas fingit & motus exercet? An forsitan non solum in pectore est, sed etiam in capite, nec in capite tantum, sed in plāta atque in ossibus? Et vbiūque animam localiter esse credis, illic etiam localiter sapere, & localiter cogitare fateberis. Et quemadmodum corporea est, eatenus in corpore diffunditur. Vt sicut aqua virenti minore sui parte, minores partes eius impleat, & maiore maiores. Necesse est sequitur, vt maior illi cogitatio in pectore sit, & minor in digito. Atque ita quotam partem quisque corporis viuētis absciderit, totam quoque partem animæ vegetantis abscidit. Ac per hoc non tanta erit in anima vtique debilitas, vel cogitandi vis, vel potentia reminiscendi. Aërem namque ex quo aut cuius similem animam esse pronūciās, diuiduum scabilemque nemo dubitat. Nam & cum flamus & resiamus particulas eius haurimus, & reddimus, quas in partem totius corporis veniat ille capiunt, quas *απ' ἑσπίας* Græci vocant. Per quas idem aër in temperamentum triū elementorum, puluionum quoque indefessa agitatione dispergitur. Sed si haustus aër iuxta sententiam tuam, ad animæ pertinet partem, quia scilicet res aëria conuenienter alitur aëre: Ergo sicut supra dictum est, cum corpore quod vegetat recipit sectionem. Vis certe memoriae, ad totam sine quaestione pertinet animam. Omne porro corpus quālibet magnum, quālibet paruum, secari profecto potest, quod idcirco illi accidit, quia partibus constat. Nam quicquid partem habet, potest vtique diuidi, quia pars potest à parte diuelli. Quapropter si corpus est anima, recipit vtique sectionem. Si recipit sectionem, recipit imminutionem, si imminutionem recipit, perditā quisque viui corporis partem, animæ quoque perdit partem. Cum parte verō animæ perit pars memoriæ. Anima ergo cuius imminuta substantia est, minus debet vtique meminisse. Ac per hoc si localis est anima, multi modā potest sectione comminui, & frequentia comminutionis aboleri. Sed quia istud mens sana, ne dicam docta, non recipit, vt illocalitas animæ quantum per nos sub ope Diuina proferri poterit, magis appareat. De moribus differamus, quia dubium non erit, sicut corpus est quod mouetur localiter, ita non esse corpus quod localiter non mouetur. Tres ergo motus esse, stabilem, illocalem, localēque iam notum est. Stabiles motus, Dei est, illocalis est animæ. Localis, corporis. Stabiles motus est, quo Deus creaturam non semper fecit, sed tamen eandem non noua voluntate tum creare voluit cū creauit, quia semper tūc voluit crea-

Cap. 18.

re cum fecit. Tūc temporis significatio est. Semper, non ad tempus pertinet. Tunc ergo istud, ad principium temporis pertinet, non ad tempus, quia temporaneum motum stabilitas sempiternæ voluntatis includit. Ac per hoc tunc velle stabilis motus est. Hic oportet accipias, nihil moueri posse nisi ab immōro. Atque vt id doceamus exemplo, digitum certe nisi stante manu mouere non possumus. Motus autem brachij ab humeri stabilitate est. Et vt non diutius immoremur, in gradiendo vtique pes vnus figendus est, vt alter promoueri queat. Tenē istud cum paulisper animi motus à corporis motu discernimus. Nam sicut, vt supra dictum est, Deus stabiliter mouetur, sic anima temporaliter. Temporale est autem, quod paulo antē superba, nūc humilis, prius læta, nunc tristis, dilexit antē, nunc odit. Prius aliquid oblita, nunc meminit. Huiusmodi autem moribus animæ non communicat corpus, quibus immōro nihilominus corpore mouetur. Vnde datur intelligi, animam per tempus illocaliter moueri, atque ab eadem corpus & temporaliter & localiter moueri, eandem verō à corpore localiter nō moueri. Atque vt hoc ipsum, si quomodo queam, verbis planum faciam, attentiore mihi lectore opus est. Ecce aliquid scribendum vel fabre faciendum, vt manus moueatur, animæ nutu intenditur. Anima conspicitur incorporea illocaliter formas, quibus indissociabiliter iuncta, sive superiecta subiectis, sive subiecta superiectis, & membrum tota mouet, & formarum veritatem tota conspiciat, & totum præter hoc corpus vbiq; tota sanctificat. Cum ergo, vt dictum est, æternis illis iisdem semper formis intenta, ad exempla earundem formarū tetragonū sive hexagonum vel rotundum corporeum per corpus efficere molitur, ceterē si aliud rursum cogitans mente, aliud oculum scilicet suum verterit (vt puta volens quadrum facere, rotundū cogiter: aut volens scribere Pauli nomen, cogitet nomen Simonis) non ne protinus ad id exprimendum sive figurandum agitur motus membri, ad quod cogitandum transit nutus animi? Stabit ergo anima in contemplatione formarum, vt moueat corpus infiguratione formabilium: quæ formarum veritas, nisi rationali conspicibilis non est. Stat enim omnis anima in appetitu rationali & consilio. Non autem credibile est, quod cum nutus animæ, scriptoris manus ad scribendum mouet, animam quoque manuū agitatione moueat, quæ nisi literarum formas immobiliter atque illocaliter aspiceret, eandem motu digitorum localiter formare non posset. Sed forsitan dicis: illa pars animæ quæ in scribentis digitis est, mouetur, & reliqua non mouetur. Hoc illi porro contendunt, qui animam partibilem putant, quamquam indissociabili consequentia, si corporea foret, partilis foret, quia & partile quod corporeum, & corporeum omne quod partile. Inquiramus igitur si discindi in partes animus queat, vt mouere parte sui corporis partem possit necne. Ac primum videamus illud excutiendā quaestionis huius potissimum quæ sit nobis, vt si habet partes animus, secari possit in partes. Aduertamus ergo animo, quod nullum corpus aut tangi simul totum, aut simul tangere totum potest. Et anima in suis quibusque moribus vel actibus tota simul est. Nam, vt supra disputauimus, omne corpus quālibet maximum, quālibet minimum, habet longitudinem latitudinem

omni motu esse ab immo bili.

latitudinem & altitudinem. Subiacet autem pro numero partium sex vtique motibus. Mouetur autem omne corpus sursum, deorsum, in dextrum ac sinistrum, prius & retrosum. Mouetur autem etiam motu septimo, sicut & rotæ & sphaeræ, id est qui perfectus motus ad æternitatis indicium à se, & per se, & in se, peragitur. Omne igitur corpus, vt diximus, sex partes habet, sex moribus subiactis. Habet vtique progressiuitudine sui, aliquid etiam medium. Exteriora nanque in corporibus omnino nulla essent, si interna quoque non essent. Quodlibet ergo corpus etiā si plausu manuum in exterioribus suis per totum tangatur, in interioribus certē non tangitur. Hinc patet omne corpus totum simul tangi non posse. Nec in vno loco esse quālibet minimum totum posse. Vt puta granū papaueris, aut quotalibet pars grossi ipsius, quod illic non habet inferiora sua vbi superiora sua, nec illic dextera vbi sinistra, nec anteriora illic, vbi posteriora certum est. Anima verō & tota per corpus videt; & tota visum recolit, & tota audit, & tota sonorum reminiscitur, & tota odoratur, & tota odorum meminit, & tota per linguam, atque vt volūt alij, per palatum sapores sentit, eisdemque discernit, & tota tāgit lenia quæque & aspera, tota probat atque improbat. Mirum autem videtur iuxta necessitatem localitatis temporum sicut supra differui, quod anima totū corpus tota vegetat, & toto nihilominus viuente corpore totūque sentiente per animā partem corporis, quod est visus, tota simul accipit formas. Et per eisdem corporis partem, quod est auditus, tota simul accipit voces. Et per exiguum narium membrū sentit tota fragrantia. Et per gustandi sensum tota diiudicat saporum differentias. Et calida vel frigida summo tantum digiti tota discernit. Si ergo localiter tota adest oculo vt videat, quomodo omnibus simul sensibus tota non deest, vt vbiq; tota sentiat, & singulas corporis partes non partibus suis, sed tota se vegetet, & per diuersum simul tota sentificet? Cum ergo hæc animā localiter aditare persuaseris, tunc localē mihi eandem vel partile persuadebis. Et tamē hæc adhuc omnia homini belluæque communia sunt. Igitur si illocalitas animæ vel aliquatenus apparuit, cum nondum principali, hoc est de rationali nostro disputauerim, in quovtique incorporalitas atque illocalitas clariū elucebit, quatenus anima ne quātitati subiaceat, differamus. Quālibet vbi localitas non est, quātitas esse nō possit, quia sibi ita mutuo hæc eadem nexa sunt, vt aut vtrūque in aliquo esse possit, aut neutrum. Ex illis Aristotelicis categoriis nulli prorsus subiactæ essentia diuina. Rursum anima humana nō omnibus subiactæ. Porro corpus quodlibet subiactæ omnibus. Nam de Deo non dicimus qualis est, quia non potest comparari quasi ad aliud, vt dicatur, talis est. Nec dicimus, quantus est, quia non mole magnus est. Nec quid habet, quia nihil nō habet. Nec quomodo est, quia ipse modus est. Nec habitum eius inquirimus, quia continet omnia. Nec locum, quia non nisi corpus in loco est. Nec tempus, quia sempiternitas est. Nec actum, quoniā quiētus agit. Nec passionem, quia non patitur. Iam decima imō prima est ipsa substantia, de qua hæc prædicamenta texuntur. Humana verō anima sicut quantitatem non recipit, ita subiactæ qualitati. Nam si de quopiam quale sit corpus eius inquirimus, sic videlicet qualitas corporis indicatur: Fla-

uus est ille, oculatus est, pallidus ille vel niger est. Si verō de anima consulamus, ita nobis qualitas eius ostenditur. Superba est, humilis est, iracunda, tranquilla, valde meminit, aut celeriter obliuiscitur. Quantitas siquidem corporis si queratur, iure nobis dicitur, illius in pedes quinque protenditur longitudo, latus est duobus itidē pedibus, habet in crasso tantumdem. Nam quantitas animæ nō istis signatur indicij, aut in illa longum vel latum, vel spissum aliquid inuenitur. Quod si ita est, tanto quisque maioris erit animæ quanto corporis capax erit. Nec vnquam per exigui corporis hominem magnanimitū verē diceremus, cum ingentis corpulentia pusillanimes plerumque dicamus. Sicut dicimus: Magnanimus Moyses cū Rubri maris vias intrepidus ductor intrauit, & parui animi populus, qui hoc ipsum facillimum factum fore Deo permittente non credidit. Ecce populi totius animo, vnus hominis animum sine ambiguitate maiorem, videlicet virtute non mole, quoniam si mole, maior molis esset, vel duarum animarum quā vnus, non dico multarū. Est ergo in anima qualitas, sed quantitas nō est, quoniam quod affectuum mutabilitati subiactæ, qualitatem recipit, quod verō non habet molem, non habet quantitatem. Hinc est quod emoriens omne corpus animatum non amittit animam sed dimittit, quia non egreditur quod non includitur, nec amittitur quod non tenetur. Si enim nō tenetur, nō amittitur. Et si non amitteretur, non moreretur. Vnde non poetice, sed philosophice Papinius ait: Odi artus fragilēque hunc corporis vsum, defensore animi. Quod vt magis pateat, hoc ipsum diligentius ventilemus, atque ab extremo viuētium genere ad rationalem quoque vitā ordinatim gradatimque veniamus. Vt tria illa memoriam, consilium, voluntatem, quibus humana animæ conficitur vnitas, videre possimus. Quālibet rationali meminisse commune sit, vnde non absque vero dicitur: In memoria esset hominis pecudis que consilium. Nam & nidos ciconiarū atque hirundines post annum reuolunt & equi stabula reperunt, & canes dominos recognoscunt. Sed quoniam animæ belluarū etsi imagines locorū naturaliter retinent, ipsius tamen substantiæ suæ scientiā non habent, in recordatione corporalium rerū, quas per corporis sensus hauserunt, necessario remanent, & ratiocinādi non habentes oculum, non dicam supra se aliquid, sed seipsas videre non possunt. Gratiā ergo etsi non quantas debet, vel quantas potest, creatori suo totus homo referat, qui illi ineffabili largitate essentiam cum lapidibus, vitam seminalem cum herbis & arboribus, vitam sensualem eandemque animalē cum pecudibus, vitā rationalem cum Angelis dedit. Igitur vt herbarum quoque & fructuum vitam incorpoream esse patet, eandemque non amitti à corpore, sed dimitti. Quæro à te, herbas & arbusta vtrum ne neges viuere, an forsitan dicas his ipsis viuētibus vt viuant animas inesse. Sed animarū si essent, motu proprio non carerent, quia sunt quæ mouentur, motu non proprio. Sentirent etiam vulnus inflictum. Sed hæc talibus nō inesse vel de ossiū sectione, & capillorum atque vnguium præcisione cognoscimus, quæ sine vilo sensu doloris abscindimus. Est ergo etiam ibi vita, vbi non est anima. Aspice nunc ad conficiendam hanc ipsam arboris vitam omnium elementorum particulatim semina

Cap. 20.

Cap. 21.

contenisse. Est illi videlicet terra in crassitudine, aqua in humore, aer in progressionem, ignis in germine. Si autem de aere est anima, aut aeri similis, ut tu pronuncias, ergo arborem non negabis animatam, quia perspicuum est aeri similem inesse naturam. Inferiora nempe ratio rerum ordine a superioribus afficiuntur, transacto scilicet frigore brumali per conversionem caeli, recursum siderum calor superueniens, aërem sibi & loco & natura proximum prius afficit, qui quoniam tanto gradu igni cedit, quanto ipse aquis emittet, per radices arborum vel quorumpiam germinum de terrae intimis aquas adtrahit, eo quod ignis elementum omnia naturaliter rapiens, repsectum aërem ad se cogit. Perque arboris medullam sicut ipse haurit aërem, sic aër aquam, sic aqua terram. Unde est quod etiam nos per fistulam, vel huiusmodi tibiam adtracto aëri, aquas indifficiliter haurimus. Et è puteorum profundis artificiosè compacto machinamento quodam sursum versus vnda grauior ob naturam cogitur, & aëris adminiculis in angustis tuborum meatibus, aut compulsa labrum tenus supra summum puteis expressa prolabitur. Hæc ergo dissonantia contrariorum sibi corporum, ut quodlibet viuens corpus existat in quandam continentiam cogitur nutu creatoris. Ex his autem elementis quatuor quæ moderantur Musicæ, quæ in arborum vita sibi concinnant, si quid contra mensuram vel superstitit forte vel defuit, arefcit arbor ipsa primum, dehinc emoritur, veluti vicia languore. Cernis deseri vitam à corpore, potius quam dimitti corpus à vita, istis dissonantibus partibus ab unitatis concinnentia corporis. Constat igitur omnem vitam nec localiter abscedere à corpore, nec in corpore velut in loco esse, nec localiter corpori accedere. Hic si casualibus rationum secreta rimare animaduertis, licet de forte vix his viuentibus animam, sed non de forte incorpoream vitam. Atque ut vnum aliquid ex omni seminum genere deligamus, granum certe tritici quantæ sit magnitudinis scimus, & eiusdem capacitate sui modi molam metimur. Cuius si quid internum corporeum videre volumus, scisso eodem, nihil nisi tantum candentis faris aspicimus quantum breuis capacitas tenuissimæ cutis includit. Ecce tibi in spacio corporali summam granum tritici. Da tu nunc in eodem granulo, corporaliter mihi tumores germinum, herbarum vitæntia, ciliarios stipularum, spicarum spicula, leuia palearum, pinguium frugum, atque ex his indefectis multiplicandorum semina seminum, quæ omnia in illo sunt granulo, casualiter reposita secretis. Nunc igitur aut cuncta quæ de seminibus prodeunt, intra eadem semina corporaliter ostende, aut herbarum quoque vitam incorpoream consistere. Et pronuncia si placet, corpoream hominis animam, & corpoream fructus vitam. Quod quia nemo hominum incoluim potest ferre indicio, Transamus ad animam viuentia quæ non solum viuunt, sed etiam sentiunt. Est ergo in pecude corruptibile corpus, & mortalis anima quæ vitam corporis nec anticipat, nec participat. Vides ergo vitam feminalem quam in herbis arbutisque reperimus, in corpore pecudis per appetitus animæ sensum motumque tribui, sic tamen si ipsum corpus conuenienter elementis analogicè concinnentibus probè valeat, ut nutibus animæ, consentaneo motionis concordet obsequio. Quomodo autem sicut anima eodem

Vita nec est, nec mouetur localiter.

† Posticipare. Nonne dicitur.

nutu sanum infernumque membrum dispersiliter moueat? Ecce ille leuæ manus vigore valet, vsum dextere iceta ut affollet humoris amittit manus, reliquo adhærens corpori, & si non in eodem vigore, in eadem permanet specie, nec tamen seruit nutibus animæ. Quid dicemus? pulsa exinde localiter cessit anima? & quod abiit quod inde discessit? sed forte ad reliquam partem sui se contulit: sed iam totum corpus implebat anima. Nec potest adici pletho quippiam, quin superestuat. Ergo fortassis exhalandum est aliquid animæ vel eructandum, aut quomodo digereendum, eo quod non integrum corpus, non integræ capiat animam. Hæc certe absque ambiguo consequi necesse est. Si corpus est anima, quod quoniam fieri nequaquam potest, illud potius intueri, quod non anima imperandi vim perdidit, sed vires seruendi manus amittit. Illo enim (utputa sanguinis) impetu, concinnentium elementorum harmonia turbata, corpori adimitur seruendi possibilitas, & animo dominandi accidit infidelitas, & incipit esse oneri, quod erat vsum: Non tamen anima mouendi vim perdidit, sed membrum conuenienter se necessariæ motioni non præbuit. Et in quolibet oculis capto quantum animam spectat, reuertitur vis videndi corporalia per corpus. Sed organi membra deficiunt, quibus potentias suas exerat ad sentiendâ corporea. Sicut ergo ratione perspicua clarè liquido, non animam membro debili localiter pulsam, sed ab animæ intentione viuaci membrum languore torpens, velut quadam mortis vicinia dissidens: Ita cum animalis culuspium corpus dissonantia sui deserit, recurrentibus ad regiones suas elementorum particulis anima non habens quo intentiones suas explicet, pecudis depêrit, humana requiescit. Ab his tamen tantum motibus quibus corpus mouetur per loca, ipsa per tempus illocaliter mota, non se nunc aliqua veluti corpuscula oculis mētis obiciunt, ut animas positas corporibus quædam loca aëris aut cuiuslibet elementis occupare credamus. Intellectum si potes intellige, cui soli cum Angelo hæc videre concessum est. Num quippiam in intellectu tuo longum, latum aut altum vides? Num splendor illius corporeæ lucis tibi nitil? Num aliquid cantilenæ modificatus & per tempus fruens canor illic insonat, aut euanescentis fragrantia suauitas alar, aut aliquid istic corpusculum sapit, aut aliquid molle vel durum localiter tangit? Vifus illius clarescit prudentia, tenebrefcit insipientia. Auditus illius, fallacia offenditur, veritate mulcet. Illocaliter illic flagrat æquitas, foetet iniquitas. Vanitate tabescit, virtute pinguescit. Miser est contubernio stultitiæ, beatus complexu sapientiæ. Totus igitur oculus est, quia totus videt, & totum quod inspicit videt. Quodlibet autem corpus, nec totum videtur, nec totum videt. Totus auditas est, quia totum quod audit, totus audit. Corpus autem nihil totum audit. Et totus odoratur, gustat ac tangit cum huiusmodi vnitas & potentia in corpore esse non possit. Hoc autem idcirco illi sapienter natura est, qui ibi hoc esse videre quod audire, hoc audire quod olefacere, hoc olefacere quod gustare, hoc gustare quod tangere. Sed decurrunt animæ phantasæ corporum, quibus per sensus corporis effecta, non locis, sed fallaciis circumscribitur. Et quia illorum tantum meminit, quorum species per corpus accepit, nihil esse credit quicquid tale non fuerit. Nec suspirare potest illi

Tenebre intellectus

Anima peregrinatio in corpore.

† Cōstit Nonne dicitur.

Quomodo anima peregrinatur in corpore. Cap. 22.

Sap. 4.

2. Cor. 5.

1. Cor. 15.

illi patriæ de qua in hanc peregrinationem merito præcipitata, cum peregrinari se nescit. Peregrinam se verò in corpore scire non poterit, si corpus esse se credit. Vnde vir ille quem sui iam substantia non latebat, sic ait: Cum sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad Dominum. Quid quæso dici clarius potest? Omnia corpora siue crassa vel graua, ut est aqua & terra, siue tenuia & leuia, ut est ignis & aër, siue illa quæ ex his t cōstit feminaliter coeuntibus, corporis nomine includi nō ambigitur. Quicquid autem qualelibet corpus est, dici potest leui corp, tenuius corpus, habilis corpus, sublimius corpus, clarius corpus, non tamen potest dici nisi corpus. Apostolus autem quod dicit: Cum sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Videtur nihil quod nequaquam peregrinari in corpore animam diceret, si eundem corpus esse censeret. Quia si anima corpus est, & peregrinatur in corpore, in sua ergo substantia peregrinatur, nec vnquam poterit non peregrinari, quæ sine se esse non poterit. Nulla autem res ipsam se vlatenus amittit, quia non potest quicquam esse post se: facillius enim est aliquid prorsus aboleri ne quicquam sit, quam se & amittere & sibi superesse. Aut igitur anima corpus est & fecellit Apostolus, aut si peregrinatur in corpore, anima non est corpus. Subiciatis his fortassis ac dicas: Quomodo hic tantum peregrinari dicitur anima, eo quod sit in corpore? Si resurrectionem probè credimus: in illa quo quæ æterna patria nō sine corporibus futuri sumus. Hic respondeas velim, vtrum nam idcirco nunc anima peregrina dicatur, quia in corpore, an quia in tali sit corpore. Istud nempe corpus, ut supra memorauimus, aggregat animam, non illo vtrique pondere quod pendit potest, quia si illo, eo quisque viribus plus valebit, quo magis corpus inedia vel egreditudo tenuauerit. Vnde hoc quoque multum nostris astipulatur rationibus, quod siquid claret secundum illam vitam quæ nobis cum pecudibus est, hominis animam excelsi atque arido quam pasto ac succulento corpore magis onerari. Quod eò fit, quia sellam corpus nō ita valet animi nutibus facili motu seruire, & onerosa illi est, non ponderis grauitas, sed agendi difficultas. Ac perinde si belluinam vitam, (quam nobis istic inesse manifestum est) cogitamus, corpus istud non adgrauat animam. Si verò illam quæ cum Angelis erit aspicimus: adgrauat animam occupando eam, atque illiciendo, vel necessariis vel voluptuosis, defigendo eandem in Pulchra corpora, & à contemplatione summæ Pulchritudinis abducendo. Isto ergo quod vel elui aut potui necessario in salutem corporis opus impenditur, vel superflue voluptatum nugis animus occupatur, vel plangis ac doloribus, per corpus affligitur, aggregari eandem & pro multitudinem ac difficultate actionis onerari perspicuum est. Et hæc est illa peregrinatio de qua dicit Apostolus: Cum sumus in corpore peregrinamur à Domino. Cum verò ad illam corporis permutationem peruenerit qui meruerit, de qua idem dicit: Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. Non obuiabit tunc nutibus animæ corpus animale quod non erit, sed per omnia seruiet spirituale corpus quod erit. Sed nec illud quippiam concupiscet indignum, nec hæc aliquid imperabit iniustum. Et quoniam sancta anima affectu casto in

Deum rapitur, animaduerte nec peregrinatione illi localem esse, nec patriam. Nunquid in hac vita Deo cum anima non est, etiam si ipsa cum Deo non sit? Aliud enim est esse cum Deo, aliud non esse sine Deo, quia non localiter ad illum venit, nec localiter ab illo discedit. Proinde anima illa cum Deo est, quæ videt, hoc est intelligit Deum. Et illa cum Deo non est, quæ vtrique non intelligit Deum. Deus autem & intelligenti & non intelligenti adest illocaliter. Sed in tantum istic peregrinatur in quantum per voluptatem ac dolores corporis, per loca vel tempora, per phantasias & phantasiam à summi boni contemplatione reuocatur, quod tunc ad plenè non erit, cum corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Quæ cum ita sunt, peregrinatur anima in corpore, cuius corruptione debilitate atque indigentia, à patria, hoc est à Deo separatur. Puto autem substantiam, cuius peregrinatio locale est, atque corporeæ, & cuius patria incorpoream & illocalis est, non veraciter dici vel corpoream vel localem. In illo autem peregrinatio non erit, cuius nullo appetitu prolicetur, nullo renisu occupabitur, nullo pondere præpedietur. Patet, ut arbitror, animam non in omni corpore, sed in carnali tantum corpore peregrinari, quia carnale corpus obuiat, & spirituale proximat incorporeis. Ergo, ut aliquando de nostra tantum, sicut prolocuti sumus, substantia differamus, quis potest abyssos memoria solius intueri, & antra penetrare? In ista mihi est, quicquid vquam colorum formarumque vidi. In hac quicquid verborum vel sonorum per aures accepi. In hac quicquid odorum per nares atraxi. In hac quicquid saporum diuersitate cognoui. In hac quicquid tactu nunciante discendi. In hac mihi reposita quodammodo sunt & Grammatica cum de Dialecticis dissero, & Rhetorica cū de Geometricis: & Astrologica cū de Musicis, & hæc simul omnia cum de Arithmetice iuxta formas partium mundi quas video, de his quas non video adminiculante ratione cognoscens comlector mundum capacitate incorporea. Sed dicis mihi: Nō mundum memoria cōplecteris, quod a sed figuram mundi. Vel ex hoc intellige animam non esse corpoream, quod vides eandem nec corporalia det incorpoream posse conspiciere. Huic ergo superpositus est non loco, sed vi ac potentia oculus qui se corpoream, qui siue spiritus, siue mens, siue intellectus vni reuocatur atque idē est, & si verso nomine dicitur. Ergo quod per corpus est lapis ad inanimatum viuens, hoc inanimatum viuens ad animatum viuens, hoc est animatum viuens ad viuentem & intelligentem. Administrat irrationalis anima corpus animale in salutem scilicet eius. Et administrat animam rationalem intellectus rationis capax, in salutem videlicet animæ rationalis operante atque administrante Deo principali potestate & stabili motione, atque in initiatu substantiarum cardine. Primum ut fiat, deinceps ut pro modo vel merito taliter sint qualiter esse debere ille constituit, qui non nisi iuste vniuersa disponit. Nam sicut de corporibus ibi vel ibi esse propter localitatis necessitatem congrue dicitur, Ita de animabus propter illocalitatem, vel qualitatem taliter inre pronunciat. Quia sicut viuenti corpori iucundus est luculentus locus vel temperatus aer, ita viuificandi animo tranquillitas in cogitatione & securitas à ti-

1. Cor. 15.

Cap. 23.

more. Id idem, sicut pœnaliter sunt corpori tenebrosus locus & asper ad tactus, sic animo cogitanti instabilitas & angustia formidandi agit. Ergo anima non per loca, sed pro affectuum diuersitate & delectabiliter & pœnaliter agit. Illud tamen liquet, animam sine corpore incorporaliter per affectus pie vel mulceri, vel affligi posse, corpus sine anima vel suauia, vel pœnaliter sentire non posse. Anima igitur corporata, est per corpus sentire corporea, eiusdem sine corpore videre incorporea. Ergo ut corpus inanimatum nihil sentit, ita animus sine corpore corporea vniuersa non sentit. Hinc est quod etiam dum corpus administrat atque sentiat, si quando in summa eandemque semper attollitur, ita quodammodo corporeos deserit sensus, ab illis illocaliter abscedit, ut coram posita non videat, ut iuxta sonantia non audiat, ut percursum legendo paginam non intellegat. Adest anima, ut per oculum, literarum signa colligat, eademque in syllabas sociata coniungat, ac per verba distinguat, & non adest, ut quid per hæc defecerit, sciat. Lego clarè aliquid, pronunciantem me alter intelligit, qui in id mentis oculum figit, ego verò ipse quid legerim nescio, quia in aliud anima illocaliter intenta discessit. Denique cum ad me ipsum vel admonitus redeo, ego ipse sum qui utriusque redeo, & ego ipse sum ad quem redeo. Et mecum non fui, quia ad me per intervallum non loci, sed temporis redij. Et extra me non fui, quia sine me esse non potui. Ipsa istic est anima, ut per oculum quæ leguntur videat, & ipsa istic non est, ut quæ leguntur non intelligat. Aut non sepe vult euenit, ut siue huiusmodi lectionibus, accommodantes visum, siue relationi cuiuspiam adhibentes, cum hæc eadem cominus tam intelligi quam videri atque audiri facillimum sit, utroque tamen sensu sonos ac signa capiamus, cum quid hæc eadem significet non intellegamus. Et tamen rursum in id quod intellectum non erat, animi referentes obtutum, absque vlla hoc idem difficultate comprehendimus. Sed si ubi quis ac dicis: Aliud est animæ status, aliud is qui de anima nascitur cogitationis affectus. Quamobrem haud hoc potius æstimandum est, quod si quando si bi aliquid imaginatur, magis cum suis intra semetipsam moribus occupetur. Et si quid aliud est quod aspiciere videtur, magis ei in recordationis speculo describatur. Istud naturam tu putas eius esse, non pœnam. Idcirco anima tua in recognitione sui fallitur, quia sibi aduersantia pro se amplectitur, & per sensus corporis fallaciarum affecta ludibriis, eatenus implicatur errore, ut tanquam absens sibi se querit cum ipsa sit querens se. Non enim illud est anima quod queritur, sed quo queritur, quicquid enim querit extra se est. Nec querere illi opus est, nisi quod secum non est. Ipsa autem secum est, quia sine se nihil est. Querere se ergo non debuit, quæ sine se esse non potuit. Quapropter cum se, non sine se querit, necessario in aliud incurrit, quia non potest in se venire sine se. Hæc est illa illusio, quam qui intelligit doler, ac dolens gemit, & cum Propheta plangit ac dicit, Tota die contristatus ingredior, quonia anima mea completa est illusionibus. Sed istiusmodi illusiones in memoria paritur anima, ex qua nihil phantasmatum reuentilare ac proferre possit, nisi easdem à formis corporum per corporeos sensus hausisset. Siue enim eadem quæ per corpus attraxit sibi in imaginatur siue ex his quæ vidit illa quæ non vidit coniecat at

que confingit. Certum tamen est imaginari illam intra quendam ventrem memoriæ nequaquam posse, nisi ea quæ per corpus accepit. Et hæc illi non naturalia, sed pœnaliter sunt. Ut quonia à summo bono quod ei Deus est, illecebris pellecta corporeis, defluxit in corpus persuasa patiatur illud intra semetipsam iustè. Nō ergo mihi tu illud esse animam persuadere velis, quo perturbari potius eandem vides. Illa namque si in status pristini sublimitate mansisset, à quo sponte dilapsa est, nunquam contra spiritum caro, nec contra carnem spiritus concupisceret. Et si homo verus, hoc est anima rationalis, honorem suum imaginem scilicet Dei intellexisset, nunquam insipientibus fecisset comparata iumentis, videlicet ut animaliter viveret. Hinc est ille præ oculis eius imaginum corporearum tumultus, se semper obiectas ut si quando vel ad se, vel ad Deum suum ratiocinando nititur, semper ad corporea phantasias corporis euocetur. Tu enim cum dicis aliud esse animam, aliud animæ cogitationem, melius fortassis dixisses, illa de quibus cogitatur, cum de se non cogitat: non esse animam, ipsam verò cogitationem non esse nisi animam quia illud quod subiciendum esse dixisti, eatenus animam solere requiescere, ut prorsus cogitet nihil, caret verò. Anima nempe variare cogitare potest, cogitare non potest. Quid autem illud est, quod somnare dicitur, nisi quod nec defesso quidem corpore in somnosque resoluta animæ vis à cogitationibus vacat. Tota verò ibi est ubi cogitat, quia tota cogitat. Verum tu idcirco vel maximè de animæ ista tu falleris, quia aliud animam, aliud animæ potentias credis. Quod enim cogitat, accedens eius est, substantia verò quæ cogitat. Hoc equid eade voluntate corpore agnoscas. Nam sicut tota anima cogitatio, est, ita tota voluntas est, & quæ perfectè vult tota vult. Et, ut supradictum est, quæcumque illi velle accidentia est ipsam verò velle substantia est. Hinc etiam, in sacris literis voluntates perfectæ definitio, prout illud est, quod ita vel ita voluit. Immanabilis laudabilisque censetur. Sicut in Euangelio Dominus: Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam, iam mœcharus est eam in corde suo. Et in bonam partem loco alio Angelorum vocibus dicitur. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ecce dilectio ut tu arbitraris, animi quedam portio est, ut ratio docet, animus totus est, si quid ergo toto amore amo, non id ipsum toto animo diligo, & ubi vacat illud quod dicitur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, si animæ pars putatur esse dilectio. Si enim parte sui diligit anima, non vti que tota diligit. Si verò tota diligit, tota absque ambiguitate dilectio est. Dicitur enim, vereque dicitur, quonia Deus dilectio est, sed dilectio illa talis est, ut nec ipsa diligere nisi bonum, nec per eam diligere possit nisi bene. Hæc autem dilectio quod est anima humana propter affectuum mutabilitatem, potest & in superiora, quod ei solus Deus est, cœlesti charitate flagrare, & in inferiora damnabili amore defluere, quodlibet tamen diligat, si toto amore diligit. Et cum tota diligit, tota dilectio est, quæ unitas in corpore scilicet non est. Sed dicis: Quando absentem charum suum cogitat, nunquid velut ipso conspecto desiderii satisfacit? Ista ut ego conuicio, atque ut planè probo, potissima admodum causa est, quæ temet ignarum perpulit animam referre

25.

Martius Philo-
sophus.

Figura
quid sit.

corpoream. A sensibus quas corporeis paulisper atrollet, ac si vales perspicere quæ vel quanta vis videndi sit animo. Et quid potest animi visum corporeisque discernere? corpus certe nihil videt, quia nihil utique sentit absque anima. Ac per hoc animus corporeus per corpus videt, incorporea per se. Hæc ipsa nunc quantum in presentiarum res postulat sequere, ut quæ sunt animi visa per corpus, quæ sine corpore euideter appareat. Nam velut qui alioque eruditus est, credo nouerit in Geometrica disciplina, quid sit punctum, quidue linea. Sed quia inter eos qui ista dignabuntur legere, esse potest qui nesciat. De hac ipsa re paululum dissertado quæramus. Linea est, ut doctissimi atque excellentes viri non dixerunt solum, sed ratiocinando probauere, longitudo simplex, quæ in corpore, sola prorsus nequeat inueniri, eo quod omne corpus longitudinem longum sit, non tamè ipsa sit longitudo, neque possit sic esse longum, ut non latum simul altumque sit. Quocirca sicut ait, etiam si araneæ filum cogitaueris, quia utique corpus est, non solum longitudinem cogitasti. Habet enim pro modo suo indissociabilem longitudinis suæ latitudinem atque altitudinem. Igitur si, ut fateri veritas cogit, aliud est longitudo quæ altitudo, seposita latitudine solum longitudinem cogitemus. Scio autem hanc eandem liquidò conspici non esse multorum, quam cum Martius quoque Philosophus negaret Mathematico Adrasto posse videre, cum lineas fabricorum minimè videret. Uti que nō mirum est, inquit Adraustus, quod habes oculos similes fabricorum, ingenium dissimile Pythagoræ, sed nō idcirco tardioribus desperandum est. Mōdō vel authoritari cedamus, qui rationem fortè non capimus. Hæc ergo de qua loqui institueram, longitudo cum fuerit puncto inchoata, punctoque finita à Grecis γράμματα, à nostris linea dicitur. Iam nunc si quid sit longitudo sine latitudine cognoscere valuisti, & lineam longitudine finitam formasti. Duas æquales lineas sibi in æquali regione constituc: quod cum feceris, intellige te figuram duab. lineis parib. non fecisse. Figura enim dicitur cum parib. imparibus lineis capitibus. scilicet contingentibus locus ambitur. Duabus ergo partibus lineis siue aduersum positas, siue capite contingentibus figura non clauditur. Tribus verò æqualibus lineis figura fit trigona, & hæc æterna & immutabilis ratio est omni humane menti vel non admonita clarens liquidò. Nunquid ergo tribus lineis paribus, quæ semet mutuo capitibus tangunt, fieri unquam nisi trigona poterit? Aut istud magis nunc verum est quam fuit, aut esse hoc verum aliquando cœpit aut aliquando desit, aut non est facilius corporeum intrare mundum cuius utique tumidæ localesque formæ istarum illocalium incorporalium que sunt, & Imago formatum, quàm ut aliquid ex his vel variari specie vel transmoueri loco, vel senio veterascere, vel quoquo pacto mutari queat? Non e tgo per omnes te discipline istius minutias traham nunc intentionem tuam in aspectandis planarum figurarum vel cuborum vel pyramidarum rationibus te. Neam, propter circuli perfectionem, de vna tantum figura, ut adhuc fecimus breuiter colloquamur. Circulus fit vna linea: sed iure nunc illud admoneberis, quod linea sine altitudine atque latitudine perfectior est, quæ tamen habet aliquid seipsa perfectius. Punctum nempe principaliter est, origo lineæ ab ipso

incipitur; ipsoque finitur cum punctum nec oriri à quoquam pateat, nec finire. Hoc namque continet in figuris punctum, quod vnus in numeris. Ista ergo linea, quæ transfuersum secari potest, scindi per longum non potest, quia utique si scinditur, habet latitudinem, cum secunda est puncto ceditur, cum punctum scilicet non cedatur. Perfectior ergo longitudo latitudinis, quia latitudo & transfuersum & directum recipit sectionem. Perfectior latitudo altitudinis, quia altitudo non solum scindi ac secari, verum & à latere cedi potest. Ergo altitudo sine latitudine & longitudine esse non potest. Et ubi hæc tria sunt, haud dubie corpus est. Latitudo sine longitudine esse non potest. Longitudo sine his omnibus esse potest, sed sine puncto esse non potest. Sine his verò punctum semper est, nec cuiuspiam ut sit indiget, quia vnus nullum potest esse principium. Circulus igitur vna eademque circumflexa sit linea, sed sicut in trigonis & retriagonis per Angulos puncta sunt quibus figurarum ratio conlilit: sic in circulo eius medium puncto possidebitur, ut circulus rata dimensione formetur. Nam cum vnus circini radium fixeris, atque alium à centro extrinsecus circumduxeris, attende quantum potes centri potentiam à stabili radio, illum qui circumagitur radium regere, & illic ubi localiter non est, potentialiter circumulum figurare. Hic si purgata mentis intendas acie, subrutillare tibi iam debet quid sit anima. Illud etiam quale est, quod si sensum corporis consulamus, per medium circumulum duæ partes lineæ nō iuxtim duci posse credantur, cum ratio manifesta conuincat, nequaquam per eundem medium duci duas posse, nisi vna sit breuior. Videtur mihi, sicut superius de trigono patuit, istic quoque circuli ratio insolubilibus atque æternis manere legibus stabilis. Tu mihi nunc dicas velim, si ista illocaliter conspici animæ, quid causa est, ut mihi aliquod rotundum trigonum, vel tetragonum in occidente de corporibus formæ molient, eadem sine tumore vel motu ratio rotundi vel quadri non desit, cum eodem temporis puncto secundum eandem rotundi & quadrati legè in oriente alius paria de corporibus valeat fabricare? Vides ne vel de his quæ conspiciantur anima, quid sit visus animi? Intelligis ne intelligibile & intelligens nequaquam posse sciungi? Animaduertisne etiam quid intersit inter illas formas, quas corpore cernimus, & istas quas mente conspiciamus? Ista esse sempiternum mundum, cuius hic mundus Imago sit, vnde diuinitus dictum est: præterit enim figura huius mundi. Vides etiam quod cum longitudo, latitudines & altitudines corporum scire nullius propemodum sit momenti, satis esse aliud. Vnde dicit Apostolus: Oportet nos nosse quid sit latitudo & longitudo, sublimitas & profundum. Quid enim mihi proderit vspiciam altitudinem corporei cœli querere, planorum syderum *Ασυσήματα* vel circularum vias, vel singulorum intervalla rimari? quid spacia terræ cognoscere, vel abyssi profunda penetrare? Non de his me (ut reor) Apostolus commonitum voluit, quæ non solum laboriosa sunt, sed etiam noxia: si quum per hæc ad æterna semperque manentia transcendendum sit, in his hæreatur atque remaneatur. Reuertere nunc atque intruere omne longum longitudine longum fieri: ipsa verò longitudinem longam dici non posse, ut hominem castum castitate castum fieri, ipsam verò casti-

1. Cor. 7.

Eph. 3.

Methe-

stam non dici vllatenus castitatem. Cum ergo me-
ram longitudinem contemplari cupis, aut cum in
trigonum vel exagonum, mentis oculum figis, pro-
iice quantum vales ac refuge nō solum omne cor-
poreum, sed quicquid simile esse potest corporeo.
Et cum trigonam, vel tribuspunctis ac tribus lineis,
vel rotundam puncto vel linea conformare incor-
poraliter atque illocaliter videris, vim quoque ac
supereminentiā conspice numerorum, & intelli-
ge vniuersum corporeum numerabile per numeros
fieri, ipsos vero numeros non posse numerari,
nam quis non dicam cloqui, sed cogitare dignē va-
leat, quod numerus cum ex vno, & per vnum, & in
vno sit, principium tamen ac finis illius non sit. Si
enim dixerimus vnum numerum esse principium, ip-
sum vnus quod dicemus esse principium? Ecce ha-
bes principium numeri in principio, vt ex ipso sit
numerus. Iam vero si numerare velimus, adiciamus
vnum vni, vt fiant duo, & vnum duobus, vt fiant
tria, & vnum tribus, vt fiant quatuor, & deinceps
quotiens vnum multiplicauerimus, totiens quasi
multis singulis in summa ducuntur, vt decies ducti
decem, & vicies viginti, & centies centum, & mil-
lies mille nominentur, vt agnoscas omnem nume-
rum ita per vnum esse, sicut ex vno procedere. Illud
vero patet finem numeri, qui nullus est profusus,
inueniri non posse, quia trās omnem numerum qui
ex vno, & per vnum, & in vno est, semper est vnus.
Tria tamen ista sunt cum dicimus, ex vno, & per v-
num, & in vno pariter æterna. Perinde illocalia vbi-
que tota. Eidem infinito semper æqualia, quia nul-
lum verē vnum maius, vnumue min⁹ est. Hæc sunt
numerorum inchoantia, ducentia, perficientia, ipsa
nec inchoata, nec numerata, nec finita. Credo quia
sapientia Dei non est numerus. Nam cum ex vno, &
per vnum, & in vno sit numerus, nec numerari ni-
si trifariam possit, vt per eundem numerum ordina-
mus, numeremus, finiamus, ipse est ternarius totus,
per quē omnis est numer⁹. Ecce quid habitat in ani-
ma humana. Ecce quod oculo cordis videre cōcessū
est, quo diffugimus, quo distrahimur, cur in nobis
metipsis extra nos sumus. Cur patriam nostram lo-
caliter quærimus, de qua vtiq; nō ambulando, sed
peccando discessimus? Cur tenebras splendere credi-
mus, quas videre ipsum est vtiq; non videre? Veri-
tatem certē quæramus, non illam per spatia loco-
rum oportet quæri, non per corporeum aliquid æ-
stimes inueniri. Satis ex corpore non solum tangē-
do, sed etiam, cogitando, se separabit qui huic adhæ-
rebit. Illo locale certē quærimus, non illud quæso per
locale quæramus. Fecit sibi ipsa veritas, sui compo-
tem similitudinem: hoc in nobis afferam⁹ illi quod
fecit. Non conuincemus Deum nostrum, dicentes
illi: Non potuisti facere aliquid simile tui, quia si cor-
pus sum, similis tui non sum, quia de nobis metip-
sis nos ille conuincet. Loquitur enim silentio mi-
hi veritas, & dicit mihi: Tu certē qui corpus esse te
credis, vnde incorporeo verbo vteris? Aliud credo
est verbum tuum, id est consilium tuum, aliud vox
verbi, aliud quod sonat, aliud quod intelligitur. Nā
sicut vox potest esse sine verbo: ita est verbum sine
voce. Vtitur tamen quodam indumento vocis ver-
bum tuum, vt insonet auribus, sicut ergo indumen-
tum carnis, vt videat hominibus. Et cum loqueris, ob-
sequium vocis aures tenet, verbum verō illo-
caliter ad animam permeat, quia sicut ad illum cui

*Veritas,
Numerus
nec princi-
pium nec
finis est.*

Cap. 25.

loqueris accedit, ita te vtiq; non recedit. Et si lo-
quentem te vnus audierit, totum verbum tuum pe-
nes te est, totum penes illum. Et si duo audierint, to-
tum audiunt. Et si multi, totum, & omnibus totum
& singulis totum, & tibi totum est. Noli in te perde-
re tam magnum munus meum: similitudinem meā,
quā tibi benignissimē tribui, vt qualiter ad me
tenderes, non extra te quæreres. Nemo venit ad Pa-
trem nisi per me, & nemo ad me, nisi quem Pater
meus attraxerit. Et nemo ad me vel ad Patrem ve-
nit, nisi charitas diffundatur in cor eius per Spiritum
sanctum, qui non nisi bene credenti, bene speranti,
& bene quærenti dabitur. Ad istam, quod vnus De-
sumus, tu homo factus es, Trinitatem cum dictum
est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudi-
nem nostram. Intro inspicere de te teipla, & humana
anima & tui memineris. Vide mentē tuam, vide ver-
bum tuum, vide voluntatem tuam. Nam totum est
in mente quod cogitas, & quod totum simul me-
ministi, totum simul cogitas, & vis cogitare atque
meminisse, hoc est amas habere mentem & cogita-
tionem. cogitationē ergo tuam cum mente com-
plecteris, hoc est eū cogitare te meministi, totā cer-
tē cogitationem tuā, tota mente comprehendis. Et
totum amorem tuum vel mentem tuam tota cogi-
tatione tua cogitas, cum amare vel meminisse te co-
gitas. Et toto amore tuo eandem mētem atque ean-
dem totam cogitationem tuam diligis, cum memi-
nisse & cogitare te diligis. Nullus est tamen qui
meminisse & cogitare & hoc ipsum amare non dil-
ligat, cum autem tibi in mente est cogitationis & a-
moris tui, si tanta illa meministi quanta sunt, tanta
est mens tua, quanta sunt illa. Et cum dilectionem
vel mentem tuam cogitas, si tanta ea quanta sunt,
cogitas, tanta est cogitatio tua, quanta illa sunt. Et si
mentem vel cogitationem tuam pro sui modo dili-
gis, hæc & amor tuus æqualia sunt. Et si se singula
tota simul ament vel cogitent, vel meminerint, nō
maiora erunt tota simul tria, quā vel mens tota
pariter recolens & cogitatio tota cognoscens, vel
amor tota diligens. Hæc & in te esse ac potius ita te
esse me tibi radiante cognoscis, si illos mihi oculo
quibus me videri dignor, attuleris, nequaquam
me vel incorporeus nisi purgatus videt, quo minus
videri me putes, si corpus ego & pater & cha-
ritas nostra vnus Deus sumus, tu mens rationalis &
verbum vel dilectio tua vnus es homo. Ad similitu-
dinem autoris tui factus non ad æqualitatem, crea-
tus nempe non genitus. Formatus es ipse non for-
mator. Recede ab his quæ intra te sunt, minus vti-
que formata, hoc est minus formosa quā tu es, ac
cede formatrici formæ, quo possis esse formosior.
Eidēque semper adiungere, quia tanto ab illa specie
amplius capies, quanto te illi charitatis pondere ma-
gis impresseris. Ab illa scilicet obtinebis imaginis
huius indemutabilem statum, a qua sumpsisti princi-
pium. Hæc & talia loquitur veritas ad aurem cog-
dis intrinsecus admonens nos, vt quoniam ad simili-
tudinem incorporei Dei, non ad similitudinem
corporei mundi facti sumus, incorporeos nos esse
noscamus, non solum quia Deo incorporeo similes
sumus, sed etiam quia corporeo mundo dissimiles.
Ecce de statu vel visione rationalis animæ infinita-
rum pro quæstionis magnitudine rationū, tactis bre-
uiter potius causis quā satis vsque discussis, arbi-
tror me illocalitate que incorporalitate animæ suf-
ficiens

Gen. 1.

*Imago tri-
mitas in
anima.*

Cap. 27.

ficiens dedisse responsum. Tu nunc ita longe dispa-
rilem infraque positam euidenter intelligens cor-
poream visionem, non vltius isto iacteris incerto,
vt si charum tuum, sicut ipse dicis, absentem cogi-
tas, idcirco eundem, quia tibi corporaliter non ap-
paret, credas absentem, quia si tibi in illa sui parte
charus est, quia vterque homines estis, & quia vof-
mer vicario amore diligitis. Ita tibi ille præses est, vt
tu ipse tibi. Quicquid enim tu es substantialiter, hoc
ille est. Visio verō, intellectus est animæ: si te vides,
illum vides, quia nihil est aliud quā tu, qui si cor-
poraliter adsisteret, per signa certē corporis agnitio-
nem sui tibi faceret. Per quæ si illud fortē cœpisses
indiciū quo eundem tibi inimicum potius esse co-
gnosceres, reuerberata vtiq; affectuum disparilita-
te, anima tua, ab eius anima quodam modo resili-
ret, & in vno corporaliter loco atque in eodem, si po-
test dici vestigio, satis scilicet essetis, voluptatum di-
uersitate seiuncti, quod cum ita sit, non arbitror ani-
mos sequestratione disci, quos videmus iunctis
corporibus posse separari. Ac perinde parū est, quod
officiū corpora mutuis animorum repræsentatio-
nibus, si non aut per eandem in se imago Dei quæ-
ritur, aut ipsa quærantur. Miserum namque est mul-
tumque vero contrarium, vt imago, id est vnus ho-
mo per corpus potius quā per se quærat. Per se
autem quæritur atque agnoscitur, si per imaginem
Dei quæritur. Imago autem Dei omnis anima ratio-
nalis est. Proinde, qui se imaginem Dei quærit, tam
se quā proximam quærit. Et qui illam in se quæ-
rendo cognouerit: in omni eandem homine reco-
gnoscit. Tu autem non immeritō charum tuum ab-
sentem te habere causaris, in quo corpus diligis. Nec
aliud quā corpus diligere in illo potes quem non
credis esse nisi corpus. Dilige Deum tuum, dilige in
Deo tuo charum tuum, imaginem Dei tui. Ille te pe-
rinde diligendo Deum in Deo diligit. Si vterque v-
num quæritis, ad vnum tenditis, semper apud intri-
cem eritis, quia in vno consistitis. Non autem video
quod fieri queat, vt corpora in vnum posita præsen-
tia sibi esse possint. Et animi in vno presentes sibi
esse non possint. Sed quoniam liber iste finem flagi-
tat, eo quōd aliquibus superficiei tenus attractis,
quamlibet multa breuitatis studio omiſsa fecerim,
non tamen omnibus pro causæ excellentia superse-
di, quæ posthinc disputanda sunt, principio secundi
voluminis ordiamur.

*Anima
videre
quid sit.*

CLAVDIANI MAMERTI
VIENNENSIS GALLIARVM
Episcopi, de statu Animæ, LIB. II.

*Cur Deus
tam sape
oppugna-
ri veri-
tatem pa-
riatur.*

Sæpenumero mecum reputanti mihi,
quo nam pacto excellentissima veritas
tantum inimicorum semet habere siue
rit: post multum, de hac eadem quæstio-
ne tractatum non improbabili ratio, sicuti reor, ap-
paruit. Omnia scilicet dinoscuntur melius contra-
riorum comparatione. Sic equidem lumen tene-
bris, sic vita morti, sic veritas falsitati cōposita plus
delectat. Oportuit igitur hæc distantias pro suis
qualitatibus sibi compotes sortiri patronos, vt nec
falsi lateret defensor, nec viri vacaret assertor. Ita-
que fieret: vt nec ille magis noceret occultus, nec o-
ciosus iste torperet,
Et quoniam mortalium generi, naturā datum est,

Quomodo

vt abstrusa fortius quærat, vt negata magis ambiat,
vt tardius adepta plus diligit, & cōd flagrantius ame-
tur veritas, quo vel diutius desyderatur, vel laborio-
sius quæritur, vel tardius inuenitur. Hinc factum est
vt Philosophi quoque excellentibus ingeniis, mul-
timodis doctrinis, pugnantibus sententiis, lōgis se-
culis de eadem veritate quærentes, ab vsque Pytha-
gora Italico & Thalete semper extiterint, qui distidē-
tibus aliis vel in parte operis aliquid dignum tanta
indage sentirent. Vnde etiam Doctor gentium non
tam ignaros veri Philosophos iudicat, quā cogniti-
ti contemptores accusat, inquiens. Inuisibilia Dei à
creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta cō-
spiciuntur. Sempiterna quoque virtus eius & diui-
nitas, vt sint inexcusabiles, quoniam cum cognouit-
sent Deum, non sicut Deum magnificauerunt. Ergo
cognouerunt, & ingressa est diuinitatis abdya, mēs
humana secretum, transcendensque corporeis omni-
bus semet, & ita illum videlicet vniuersitatis vidit
esse creatorem, qui non solum corporea vniuersa
præiret, sicut irrationalis anima, neque hanc etiam,
sicut rationalis antecelleret, sed qui his simul omni-
bus longē incorporali potentia præstaret. Videbat
enim moueri corpus per loca & tempora, quum vel
eloco in locum cederet, vel ætatem temporis trans-
cursione mutaret. Apud se itaque paululum con-
stitit, potentiamque sui non sine horrore suscipiens
quærendum ne supra se aliquid an in se esset cōstitē-
dum sibi, dubitauit. Sed dubitantem se non Deum,
dubitare non potuit, quia causa dubietatis ignora-
tio est, non autem si ignarus ambigeret. Deus verō
nihil ignoraret, ac per hoc dubitare non possit. Por-
rō autem se animaduerteat, & ignorare necessariū
& consequenter ambigere, adiecto eo quod & si nō
supperetur motioni per locum, moueretur tempo-
re per affectum. Nec principale rerum stabilimen-
tum foret, quod vel. Loco vel tēpore moueri pos-
sit, quia nisi per aliud moueri nihil possit. In quod
autem vniuersum staret in seipso consisteret, sic in
authore sua alteri⁹ ratiocinata, cognouit illud quod
in superiore libro memorauit. Viditque nisi ab im-
moto moueri nihil posse. Itaque necessario stare ani-
mam vt corpus moueat per tempus ad locum. Sta-
re verō in se ipso Deum, qui moueat animam per
tempus, corpus verō per locum pariter & per tem-
pus. Et quoniam principij nullum potest esse prin-
cipium, quod iuxta de immensitate ac sempiternita-
te cogitandum est, quia sicut à nullo cœpit, ita in nul-
lo consistit, non sine quodam medio ab imis, quod
omne corpus est, ad sūma, quod Deus est trāscedit.
Ratam se scilicet inter extrema mediā reperit, eo
quod nec cuiquam corporum similis existeret, quæ
similitudo Dei esset, nec eidem æquari Deo possit,
quia & si ab illo cœpisset, de illo non esset. Animad-
uertit etiam in rerum plenitudinem, aliud esse se-
cundum veritatem quod iudicaret, nec iudicaretur:
aliud quod iudicaret & iudicaretur, aliud quod iu-
dicaretur nec iudicaret. Secundum veritatem Deū
iudicare, de quo non iudicaretur, Animam iudicare
& iudicari, Corpora iudicari nec iudicare. Tunc au-
tem minimē fallit iudicantem, cum adhæret illi se-
cundum quod iudicat, tunc maximē cum collabi-
tur ad illud de quo iudicat. Intellexit quoque prop-
ter immutabilem vim contrariorū, sicut tenebras
luci, sicut essetiz ministrum: ita incorporeo corpus
esse contrarium. Er vidit similitudinem cuiusque rei

*Philoso-
phi ad ve-
ritatis co-
gnitionem
peruene-
runt.
Cap. 2.*

Rem. 1.

Cap. 2.

Cap. 2.

in contrario esse non posse, quia videlicet immo-
 rerum ratio non finit, vt aliquid viuat mortuum, vi
 deat coeum, substantia sit simul & nihilum. Hic igitur
 intelligens non nihil anima humana esse Deo simi-
 le, quia sit ille lumen illuminans, & haec lumen illu-
 minabile. In corpoream non dubie credit, illud ad-
 dicens: quod si anima corpus est, & haec eadem simi-
 litudo Dei esset, corporis ergo Deus esset. Ite-
 que maluit aliud propter similitudinem creatoris
 sublimare creaturam, quam propter eandem simi-
 litudinem humiliare creatorem. Certò cognoscens
 indissolubiliter nexum, vt duo similia, aut vtraque
 incorporea sint, aut vtraque corporea. Esse quo-
 que in rebus substantialibus quaedam non solum
 specie dissimilia, sed etiam naturali vigore contra-
 ria, vt aqua vel flamma est, & haec tamen esse corpo-
 rea. Atque hinc mirum fore, si duo dissimilia eadem
 que contraria, vt est aqua vel flamma, corporea si-
 mul esse possint, & duo similia eademque conueni-
 entia, quod est Deus & anima incorporea simul
 esse non possint. Huiusmodi igitur rationibus v-
 tentium Philosophorum, quo vt potui veritati in
 praesentiarum testificarentur, quorum quidè ex abun-
 dantia est proferre sententias, non quod propriis de-
 ficiamus, sed quod magis mirum sit, aduersum nos
 dimicare nostros, & extraneos pugnare pro nobis.
 Neque mihi profecto cordi foret, mutuum ex his
 carpere quippiam, nisi iste corporis amicus sola Phi-
 losophici nominis mentione, terriculamenta quadam
 nobis scientiae profundioris ostentauisset. Ex
 his igitur quos contra veritatem vocat, vocem ver-
 itatis accipiat: & geminae primum Graeciae classicae
 multifonam Pythagoreorum tubam, & lituum Pla-
 tonis exaudiat. Nec tumescat vanitate nomen
 sed pinguescat multimoda veritate rationum. Py-
 thagoae igitur, quia nihil ipse scripserat, à poste-
 ris quaerenda sententia est. In quibus vel potissimum
 floruisse Philolaum reperio Tarentinum, qui mul-
 tis voluminibus de intelligendis rebus, & quid quae
 que significant, oppidò obicure dissertans, priusquam
 de animae substantia decerneret, de mensuris, ponde-
 ribus & numeris iuxta Geometricam, Musicam at-
 que Arithmetica, mirifice disputat. Per haec om-
 nia vniuersum extitisse confirmans. Illi videlicet
 scripturae consentiens, qua Deo dicitur, Mensura,
 pondere & numero omnia disposuisti. Quam qui-
 dem ex diuina, lectione sententiam, nobis ab aduer-
 sario miror obiectam, dicit enim verbis his: Deus
 qui ex nihilo fecit omnia, qui sicut opere instituit, ita
 materiam incorporauit rebus omnibus inter quas
 & anima censetur: Sicut distribuit pondus, nume-
 rum atque mensuram, ita posuit quantitatem. Ani-
 maduertere nostri bone cognitor, praesentis saeculi pe-
 ritum facundumque doctorem, nihil incorporeum
 vult creatum, & incorporatum, dicit omne corpo-
 reum. Cui incorporatur quae so, quod corpus est.
 Si in, pro non, aduerbio fortè posuisti: vt incor-
 poratum pro non corporato velis intelligi, plus no-
 bis quam volumus sponte largiris. Quia si autor
 rerum, qui fecit omnia non corporauit, sine corpo-
 re sunt ergo quaecumque sunt. Enimvero quod est,
 & absque corpore est, incorporeum esse necesse est,
 quod Graeci elegantius *ἀσώματος* vocant. Si autem
 istiusmodi praepositione simpliciter usus es, incur-
 risti nescius veritatem. Per eandem tamè ignorantiam v-
 no tantum lapsus articulo, quod omnia incorpo-

Cap. 3.

Pythagoras in scri-
psit.

Sap. 11.

rata dixisti, cum satis constet duplicis creaturae sub-
 stantiam, sic ordinatissima lege compositam vt om-
 ne creatum incorporeum & incorporatum sit, non
 autem omne corporeum sit & animatum. Ac per
 hoc incorporatum corpus dici non potuit, velut in
 corpus missum, quia incorporatio ad illam perti-
 net absque ambiguitate naturam, quae & prius-
 quam incorporata est, non fuit corpus, sed post-
 quam incorporata est, non est corpus. Si vero in-
 corporata omnia eo forsitan sensu dixisti, quo dici
 planè potuit, & si non debuit, omnia facta esse
 corporea, excidisti pariter & à proprietate verbi, &
 à ratione veri. Quia si omnis creatura corporea
 est, nihil incorporatum est. Si autem incorporeum
 quid creatum est, non est omnis creatura corporea.
 Sed vna haec eademque causa est, quae te multipli-
 ci inuoluit errore. Magna videlicet rerum igno-
 ratio, & scientiae mira praesumptio. Hinc quippe sit,
 vt vel spiritus corporatos corpus esse credas, vel i-
 tem corpora incorporata definias. In ista tam Dia-
 lecticis conclusionibus tuis, semper tibi veniat in
 mentem illius quam inurendam ducis aliis, erroris
 infamiam. Diuinus quoque temer sermo commo-
 neat. Oportere prius deponi trabem propriam, vt
 possit alienam quis auferre festucam. Proinde quia
 non lacessis quasi dubios praelij: sed percellis quie-
 scit. *Luc. 6.*
 mensuram, pondus & numerum indita esse dixisti,
 quoniam haec simul omnibus constat inesse corpo-
 ribus, & animam corpus esse decernis, quae huius
 mensura sit, qui numerus, quod pondus, inquiri. Si
 modum vegetanti animae viuientis corporis modus
 facit, quia corpus extrarium quasi vas aliquod, ani-
 mam veluti minus quoddam corpus includit: Ergo
 animae, vt tu ais, quantitas pro corporis quantitate
 censenda est. O si mihi de his loqui tecum commi-
 nus palamque prouenerit, liberaliter videlicet age-
 rem, nulla tibi de meo iure concederem. Neque
 protinus de homine quaererem, sed prius precario
 poscerem, vt rerum callens euidenti faterer rem res-
 pondo. Formicae & cameli animas, vtrum nam pro-
 uidentia an mole censeres: Si prouidentia, luce li-
 quidius esset, animae cameli sic animam praestare for-
 micae, vt camelus ratio penè minor formicae sit ani-
 mo, quanto maior est corpore. Si moles tibi in istius-
 modi comparatione placuisset: eadem nempe re-
 plicarem, & nihilo fecius quaererem. Si modus ani-
 mae, corporis modus est: cur infra corporis modum
 camelus brutescat, & supra corporis modum for-
 mica vigeat? Sisterent verba fortassis quae turo tibi
 magna volant. Ista haec ipsa duplici fortè propone-
 rem, vtrius malles tibi copiam facerem. Si molem
 corporis elegisses, perexiguam formicae corpus op-
 ponerem. Sin animi vigorem, hunc eundem nullum
 secundum molem fore conuincerem, cuius esse ni-
 hil illa corporea cameli agnitudine, comprobarem.
 Hinc etiam tibi Maronianum illud ob hoc obiece-
 rem, quod verissime de apiculis dictum est. Ingen-
 tes animos angusto in pectore versant. Iam cum su-
 per statu hominis diserta recepisse, à te scilicet nouo
 Geometra, vt ingenita quorumcumque cognosce-
 rem, decempedem non. Indicum camelum flagita-
 rem. Vbi si illo forsitan voluisses vti perfrugio, vt di-
 ceres inuisibilibus visibilibus non posse metiri, euestigio
 responderem, ex magnitudine corporis quod ani-
 mam includeret, posse metiri animum, qui corpus
 implere

Cap. 4.

In illud nunc magis, si contendis, aduertas ani-
 mum, vt tibi in quantum se videri dignabitur, men-
 surae, ponderis & numeri vis diuina pandatur. Di-
 ci nempe Deo legimus. Mensura, numero & ponde-
 re omnia deposuisti, quo potissimum testimonio
 in id scilicet usus es, vt exinde probare velis anima-
 Tom. 5.

implere si non posse dixisses, instantissime quaere-
 rem. Cur fieri de corporis genere vno non posset,
 quod de omnibus possit. Si annuisses posse, tibi,
 dicerem sermonem propheticum. Vade ad formi-
 cam o piger, & amulare, videndo vias eius, id est
 prouidentias eius. Nisi fortè credendum est ob id nos
 oraculo caelesti commonitos, vt gradiendi scien-
 tiam à formica quaereremus. Non te in hac pro-
 locutione sollicitet ambulandi cura, sed agendi so-
 lertia, vt veluti ingentem formicae faris acetuum
 copulant hyemis memores, tutoque reponunt.
 Si homo hominis in comparationem irrationa-
 lium protoplasti lapsus peccato, ne hyceme fuga tua
 fiat, fidei calore & operis deditioe procures ac pari-
 ter intelligas formiculae & apiculae ingentes animos
 paruo corpore non includi. Nihil enim magnum ca-
 pitur exigua re locali, & paruum corpus atque in-
 gens animus apiculae, non ergo capitur corpore ex-
 tra se, igitur est, sed extra se nihil esse potest. Est er-
 go totus in corpore, sed magnum corporeum cor-
 poreo paruo non capitur, quia tam magnum replet
 locum, quam magnum quicquid locale est. Aut igitur
 anima illocalis, & per hoc incorporea erit, aut
 secum tota non erit. Sed nihil esse nisi secum potest.
 Illocaliter ergo in re parua res magna est, non igitur
 localiter est animus. Et nihil illocale corporeum, cor-
 poreus igitur non est. Quicquid autem corporeum
 non est, non mole censendum est. Non ergo ex ma-
 gnitudine corporis animi magnitudo. Quorsum au-
 tem euadas, nunc videamus. Apicula tibi corporis,
 camelus animi magnitudinem negat. Videris ne
 istiusmodi rationibus sententiam tibi placitam eua-
 nescere? Ne secundum corporeas qualitates, nume-
 ris, ponderibus & mensuris animi magnitudo sub-
 iaceat, qui & paruus in magno totum tenet, & ma-
 gnus in paruo non effluit. Sed fortè corporaliter
 metiri animus non potest, & penditur potest. Is dicere
 audeat scire se posse, quod animus secundum pon-
 dus possit esse librarum, qui comprehensum tenet
 quod sit secundum longitudinem pedum. Vestigia
 vero numerorum in corporibus trifariam dinoscun-
 tur. Loco etenim primo, vt sit corpus maximum vel
 minimum, vnum id esse necessum est, quod scilicet
 à numero ille est. Secundo, quod partibus constat,
 quae profecto partes, vt iam diximus, dextera & le-
 ua, sursum ac deorsum, vltra & citra sunt. Tertio,
 quod iuxta praefatam diuersitatem partium, secari
 omne corpus in partes potest, quarum item pars
 qualibet à partium corporis propter vim primo-
 geniam numeri & vnum corpus erit, & totidem
 partibus constabit, & perinde in partes secari pote-
 rit. Modo tu videris vtrum nam cum cuiuslibet ani-
 mantis vna sit anima, diuidi haec eadem possit, vt ite-
 rum quotalibet pars animae anima sit, sicut quota-
 libet pars corporis corpus est. Quod quia sanorum
 neminem reor posse dicere, terendum tempus non
 est, in harum discussione causarum, quae suapte na-
 tura tam clara sunt, vt obscurari potius disputatio-
 ne minuta videantur.

bus quoque nostris corporeas quasdam inditas
 quantitates. Videamus igitur, mensura haec, pondus
 hoc, numerus vbi nam loci fuerint, quandoque esse
 coeperint, vt ad istorum quasi exemplar. Deus vni-
 uersa formaret. Si nihil increatum nisi creator est,
 haec ergo creata sunt, si creata sunt, non igitur om-
 nia Deus mensuris, numeris, ponderibus disposuit,
 quando quidem haec ipsa non secundum ista forma
 uit, sed auctoritati diuinæ obuiari nefas est nume-
 ris ergo, ponderibus & mensuris vniuersa creata
 sunt. Mensura ergo, pondus, & numerus creata
 sunt. Non enim secundum eadem creata sunt om-
 nia & ipsa sunt. Hic omnibus cogitandi vitibus
 enitendum est, vt quoquo modo possint agnosci,
 non hoc esse pondus principale quod penditur, sed
 quo penditur, Nec eundem esse numerum qui
 numeratur, sed quod numeratur. Nec mensuram
 quae metitur, sed qua metitur. Sicut item non haec
 est magnitudo quod magnum, nec hoc aequale
 quod aequalitas nec hoc pulchritudo quod pulchrum.
 Nihil enim creatum per se magnum est, sed ex mi-
 noris comparatione magnum aliquid dicitur. Hinc
 est quod montem paruum dicimus, & grande mi-
 lium, grandem quoque muscam, & bouem paruum.
 Cum vero ad ipsam creatricem venitur magnitudi-
 nem, quia comparari non potest, nec maior nec mi-
 nor est. Sic & in his principalibus formis ratio
 par est, quas Plato ideas nominat. Nam secundum
 eandem quadrandi legem fabricamus & quadra-
 tam tabulam & forum quadratum. Et cum forum
 maius quadratum sit, non tamen magis quadratum
 est. Hinc capias oportet iudicium illius non pensi
 ponderis, & immensurabilis mensurae, & innume-
 rabilis numeri, quae tria simul aequiterna, semper
 indiuidua, vbique & vbiunque tota, vnus Deus
 sunt.

Omnia etenim corpora, quibus quicquid vel
 numeramus, vel pendimus, vel metimur, & nume-
 rabilia sunt, & ponderabilia, & mensurabilia. Nam
 & numerus in corporibus certus est, modus & pen-
 diculi trutinæ certum est pondus, & decempedae
 certa mensura est. A cuius magnitudine & citra re-
 curri licet vsque ad uncias, & semiuncias, & vsque
 ad minimum, citra quod nihil est. Et vltra item
 progredi vsque ad maxima, & ipsius quoque mun-
 di inaccessa nunc sensibus spacia. Habet enim cer-
 tum magnitudinis modum, quicquid finale est.
 Proinde mundi molis vniuersa quoniam ex finitis
 est compacta corporibus, quippe cum alterum, cor-
 pus alteri finem faciat, procul dubio ipsa finalis est,
 propter quae & mensurabilis. Trans quam, siquid
 spaciorem humana mens cogitat, in ea certè ra-
 tione mensura per corporales formas mitti posse
 non dubita, quod quidem ita posse fieri in veritate
 claret, si vllus extra mundum locus est. Sed quo-
 niam extra omnem locum locus esse non potest, lo-
 calis mensura vbi locus nullus est, non accedit, &
 quum desit quod metiri possit, quo possit metiri
 superius dictum est: quia finito mensurabili im-
 mensurabilis mensura non deficit. Eatenus equi-
 dem ratio ponderis, eo quod penditur potest, ces-
 sante non interit. Et numerus finito numerabi-
 li non finitur. Igitur si immensae lucis splendor
 aliquo nobis fulgore subrutilar, necessario scili-
 cet istuc admoneris, vt paululum seposita,
 2 G G g

carnalium fallacia visionum, dicas nobis decempe-
 dae forma corporeae, cui nostrum visibilis sit. Sed
 quia hanc nisi nimium fortasse succenseas corpori,
 contemplabilem non negabis: Consequentem quae-
 ro, illam immensurabilem, de qua supra sumus lo-
 cuti, mensuram, animo ne an corpori dicas esse con-
 picuam? Sed non ita quempiam veritas desiderat,
 vt diuina, corpori visibilia fore contendat, cum nec
 corpora videri ab hoc nisi animato cognoscat. Aut
 vt dicam verius, animam potius per corpus quam
 quocumque se sentire corpus intelligat. Duplex
 est ergo videndi vis. Anima videt mensuram & nu-
 merum per se, videt mensurabilia, numerabilia &
 ponderabilia per corpus. Ergo corpus videt quae
 sunt similia corpori, id est corporea. Incorporea ve-
 ro per se, quibus est ipsa similis. Nunc si placet, quo-
 niam mensuris, ponderibus & numeris omnia dis-
 posita sunt, earundem in creaturis signa quaeramus.
 Imum certe elementorum omnium terra est. In ro-
 tundo scilicet illud imum constat esse, quod me-
 dium est, quia in rotundi imum non est. Quae liber
 ergo terrae pars magna vel minima, vt lapillus exi-
 gnus, vel minutissimus puluisculus, qui puncto vi-
 sibili contingi nequeunt, habent & mensuram pro
 modulo sui, & numerum pro ratione partium, qui-
 bus distant superiora ab inferioribus, dextera a sini-
 stris, a posterioribus priora. Vnde etiam quamlibet
 minimum diuidi in duo potest, quia corpus est. Pon-
 dus vero illius hinc animaduertitur, quod hoc ip-
 sum minimum ab origine sui sublatum, & in qua-
 superiore videlicet elemento dimissum, motu insa-
 tigabili non quiescit, donec naturali pondere ad
 solum terrae peruenierit. Hunc admodum rationis
 tramitem in reliquis teneri corporibus, quia & quae
 guttula, quaequam digito tacto sustuleris, habet scilicet
 pro magnitudinis modo mensuram: pro partium
 distantia, numerum. Lege ponderis, si dimittas
 eam in aere, non residet nisi ad sua peruenierit. Ae-
 ris quoque ratio par est, cuius nihil vel sub aqua
 contineri, vel supra ignem ferri potest: quod si quo
 pacto fiat, necessitate ponderis, vel hinc naturaliter
 erumpat, vel in desponde discedat. Mensurabilem
 vero aeream & pro numero partium numerosam,
 vel hinc, vt arbitror liquet, quia corpoream metiri
 posse mundum, cuius aer tertia pars est, quarto iam
 constitit. Sic etiam ignis elementum & pro parti-
 bus suis, quia locale est, recipit numeros, & pro spa-
 cio, quia finale mensuris subditur. Ponderis autem
 ignis iste terrenus, quasi quoddam semen ignium
 supremorum sursum versus habet: qui quanto ma-
 iore fomento passus, eo maiorem fuerit virium, ve-
 lut in patriam tendens subtilis natura, magnam pat-
 rem stipati aeris irumpit, & nisi idem elemen-
 tum alterius profundum vinceret, quod per natu-
 ram rapitur, perueniret.

Cap. 5.

Eccae paruit nihil esse corporeum, cui non sit mea-
 sura, pondus, & numerus. Nunc quoniam eor-
 undem est, & partilis vnitas, & locale pondus, &
 magnitudo mensurabilis. Vtrum tria haec cate-
 nus in anima, vt in corpore sint quaeramus. Magni
 certe corpus longitudine & latitudine & altitudine
 dicimus, cuius vtique spatium grande vel paruum
 pro sui capacitate censemus. Ergo tantum quicquid
 quocumque corpus recipit, quantum pro amplitu-
 dine capax est. Sic equidem transiens inferioris

A creaturae gradu sublimiorem creaturam cerne, &
 animi magnitudinem sui capacitate metire. Ecce ca-
 pax est anima humana sapientiae, capax namque est
 animae eius, quae intelligens est. Ergo vt ante inde-
 tam sapientiam sapientiae capax dici non potest, sic
 antequam particeps eius fiat, sapiens dici non po-
 test. Istic ergo percontatum venio: Spacium ne lo-
 ci fore iudices, an illocale aliquid quo capitur sa-
 pientia: Ego sic censeo, quod si secundum spacium,
 sapientis anima sapientiae capax est, ergo secun-
 dum molem magna est sapientia. Quod quia non
 finit dici veritas, illocale est quod capit, vt illocale
 possit esse quo capitur. En tibi humani animi sine
 mole magnitudinem: Numeri nunc intueri ratione. A-
 nimaduertisti, vt arbitror haec esse in corporibus signa
 numerorum, quod scilicet numerosa sint corpora,
 quae sibi secundum praesentissimam numeri aequa-
 litatem, partium paritate respondeant, vt quoniam
 vnus ad vnum, & duorum ad duo, & ad tria trium
 summa aequalitas est: Sed idem illud numerosum
 corpus esse dicamus, quod rata dimensione forma-
 tum, vt verbotenus, humanum quae sunt bina sic
 habeat ex aduerso posita, vt sibi nec magnitudine,
 nec loco dissentiant, & sunt aures & oculi. Quae
 item singula, vt nasus & os medium locum teneant.
 Atque vt esse pulchra possint, concinnantiam sum-
 mae aequalitatis imitentur. Quatenus igitur numeri
 veritatem in anima reperimus humana, primum
 debet ipsa sibi metiri & aeternam rationem pro virtu-
 tum paritate concinnere, vt sapientiae iustitia, tem-
 perantiae fortitudo respondeat, quae paritas vtique
 numerosa est, quia tanto est numeris vicinior, quan-
 to est quicquid concinnentius. Sed illud in anima
 numerosum potius arbitror, quo eadem scientialiter
 componit esse numeri, vt non partibus, sicut cor-
 pus numerosa sit, sed ipsum dinoscat, & secundum
 eundem iudicet numerum. Nam tria & quatuor,
 septem fore: & haec & tria, decem: nulla prae-
 ter inanimata anima vel potest scire vel poterit. Sicut igitur
 de mensura claruit, ita & de numeris satis apparet esse
 hos in corpore visibiliter, in anima intellectualiter.
 Restat nunc vt de pondere disputemus. Colorum
 pondus illud esse patuit, quo eadem in regiones suas
 vnde primordialiter existunt, naturaliter feruntur:
 Nec quiescant quoadusque transmissio elementi al-
 terius spacio, in sua perueniant. Animae vero pon-
 dus, voluntas est eius, quae proprie magis amor dici-
 tur, quo scilicet vt seipsam, vel aliam quamlibet a-
 mat. Siue enim sibi incorporea diligit, vt est vera
 sapientia, suae corpori corporeae concupiscat, vt pul-
 chra sunt corpora. Illocali amoris pondere rapitur
 donec amoris adeptione peratur. Igitur pondus
 corporis quocumque corpus tulerit, mensuras eius
 & numeros indifferenter secum trahit. Item pon-
 dus, hoc est amor animae, in id diligit, & memoriam
 & consilium secum cogit, quia nihil aliud meminit
 se vel cogitare vult, nisi illud cuius amore ferues-
 cit. Vnde diuinitus homini dicitur: Diliges Domi-
 num Deum tuum ex toto corde, & ex tota anima
 tua. Videlicet vt sicut corpus pondere cogitur in
 propria, sic anima pondere referatur in patriam.
 Hoc pondere sub tamem anima non solum aliis iun-
 gitur, sed ipsa quoque solidatur, quia consilij ac metis
 amore in medio, & in eis consilio, & consilio metis dili-
 gitur. Sicut incorporaliter eadem supereminens vnitas Cap. 6.
 praecel-

Philoso-
 phorum te-
 stimonij
 nullum est
 se An-
 ma pon-
 dus aut
 mensura.
 Cap. 7.

praecellentissimae Trinitatis mensura est, vt aiunt si-
 ne mensura, & pondus sine pondere, & numerus si-
 ne numero. Pondus ergo quo haec eadem secum
 ineffabiliter vnus sunt, Charitas est Patris & Filij, quo
 niam Spiritum sanctum Apostolus proprie insi-
 nuans. Caritas, inquit, Dei diffusa est in cordibus
 nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis: e-
 uidenter ostendens, isto pondere diuina scilicet cha-
 ritate, illum ineffabilem numerum, illamque men-
 suram illo stabiliter ferri, quo tale pondus accesserit.
 Igitur tria haec inseparabilia sunt in corpore,
 sed multo magis in anima, & indiuidua sunt in ani-
 ma, sed multo magis in se. Et sicut nihil sine vno
 creatore, hoc est ipsa Trinitate exiit: Ita nihil om-
 nino esse potest, quod non & trifarium subsistat, &
 vnum sit, omne scilicet corpus, & vnum erit, & me-
 surabile erit, & numerabile, & ponderabile. Et om-
 nis anima rationalis tribus indiuiduis, memoria, con-
 silio, voluntate subsistit, quibus capax est mensura,
 ponderis, & numeri. Secundum haec de mensurabi-
 libus, ponderabilibus, & numerabilibus, hoc est de corpo-
 ribus iudicans, si corpus esset, incorporea certe non
 caperet, sicut corpus etiam iudicari possit, & de corpo-
 ribus iudicare non possit. Permanet ergo ad summum
 quod Deus est, per medium quod anima, ad imum
 quod corpori vnita, specimen Trinitatis corpori-
 bus signa sui imprimens, animabus etiam notitiam
 tribuens. Illa formans visibiliter, has intelligibiliter.
 Cum ergo nihil substantiam nisi essentia capiat, &
 nihil nisi tribus, sicut supra disseruimus, vnum fiat,
 quando tanta est vnitas incorporea, hoc est, in vesti-
 gio Trinitatis, quanta est in anima, hoc est, in ima-
 gine Trinitatis, & item cum tanta sit in imagine,
 quanta est in ipsa Trinitate.
 Sed quoniam nunc tempus aliud est, quam vt de
 quaestione huius praeminentia copiosius dispute-
 mus, tantum scilicet in his moratur sum, quantum
 prudentibus satis arbitror, quo plene cognoscant
 nullas in anima corporeas esse mensuras, vel loca-
 lia pondera, vel partium spacia. Sed illud ab ea per-
 cipi, quod nec locus capit, nec pondus mouet, nec
 diuisio minuit. Modo tu arbiter doctus probabe-
 ris iustam gnarus ferre sententiam, an ne sit locus
 quod illocale recipit, an partile quod secari nequit,
 an mensurabile quod infinitum capit. Nunc ad Phi-
 lolaum redeo, a quo dudum magno interuallo di-
 gressus sum, qui in tertio voluminum τριμυων κει
 μετρεων praenotat, de anima humana sic loquitur. A-
 nima inditur corpori, per numerum, & immorta-
 lem eandemque incorporealem conuenientiam. I-
 tem post alia: Diligitur corpus ab anima, quia sine
 eo non potest vti sensibus. A quo postquam morte
 deducta est, agit in mundo incorporalem vitam. Non
 ego nunc rationum tramitem, & nexuosisimas
 quaestiones minutias reuoluo, quibus haec proba-
 bilia, quod voles aduersanti, Philolaus efficit. In
 qua si quis vel curiositate, vel studio forte flagra-
 uerit, de ipso scilicet fonte hauriet. Enimvero me-
 met causa autoritatis in eundem tanti testimo-
 nium Philosophi iecisse sufficit, sicuti ceterorum,
 post hinc strictim proferre conueniet. Iniuria nem-
 pe a quoquam poscitur, & argumentum pariter &
 testimonium.
 Architas perinde Tarentinus, idemque Pytha-
 goricus, in eo opere, quod magnificentum de rerum
 Tom. 5.

Cap. 8.

natura prodidit, post multam de numeris vtilissi-
 mamque disputationem: Anima, inquit, ad ex-
 emplum vnus composita est, quae sic illocaliter do-
 minantur in corpore, sicut vnus in numeris. Quid
 quae praecellius dici potest? quid verius? Ad v-
 nius videlicet exemplum composita, quia ad vnus
 imaginem facta est. Et idcirco vnus est, exemplum
 principale formatum, quoniam formabilia ab illo
 formas capiunt, qui non caput. Eromenes Taren-
 tinus ex eadem schola Pythagorae, praemis pro
 statu sententiae suae insolubilibus argumentis, de
 Anima sic pronunciat. Longe aliud anima, aliud
 corpus est, quae corpore & torpente viget, & co-
 co videt, & mortuo viuunt. Vnde autem, si hoc
 est, quo principio nescire se dicit? Sed non ita nunc
 omnium Philosophorum Pythagorae familiae sen-
 tentias persequor, vt eadem copiosius aggerando,
 de alienis admodum voluminibus meum faciam,
 satis arbitrans memet principium Pythagorici gym-
 nasij de praesenti quaestione scita euidentia protu-
 lisse. Certus scilicet, qui in hoc neminem refu-
 tarum doctorum, cum hoc idem senserint, scripto-
 que prodiderint, Arcippus, Epaminondas, Aristeus,
 Gorgiades, Diodorus & omnes Pythagorae poste-
 ri: quorum videlicet nominum, ne dicam senten-
 tiarum multitudinem, si eadem prodita velim, vo-
 lumen efficerem. Igitur Plato procedat in medium,
 a quo vere claret, quam magnum in semet bonum,
 genus humanum negligat nostro praesertim saeculo,
 quo dictis factisque caelitus editis, eatenus re-
 ligio conclamata est, vt penes iam credendi labore
 submoto, tempore fidei scientiae fructum capessat,
 laborisque mercedem opere non parato percipiat,
 quo fit vt mirari admodum digne nequeam: ante
 puerperium virginis, ante incarnationem Dei, ante
 hominis resurrectionem, ante praedicatam sum-
 mae Trinitatis in gentibus vnitatem ineffabilem, v-
 na tres in diuinitate personas, laudabili vsu, mirabili
 ingenio, non imitabili eloquio, quae sunt, inuenit, pro-
 didit, Patre Deum, paternamque mentem, arte siue
 consilio, non & vtriusque horum amorem mutuam, v-
 nam, summam, aequiternam, indiuisam aeternitatem
 non solum ita credi oportere docuit, sed ita esse
 conuicit. Persuadere mihi non possum, quod Phi-
 losophi huius anima corporea fuerit, ac si forsitan
 praecipiti lapsu stultitiae, vlla anima corpus esse iu-
 dicanda est, illas equidem corporeas iudicauerim,
 quae corpus se esse credunt. Non per hoc anima-
 rum generi derogans, sed quosdam sententiae suae
 improbitate, non mea sponte denotans, & quid ho-
 minibus fiat, quos cum eo vincitisque a teneat,
 vt indoctos se esse nesciant, scientiae nihilominus
 priuilegium sibi vendicant. Dumque imperitas
 aures, verborum puerilium spuma conspuunt, vno
 eodemque mendacio semet scientiae fallunt, Alios
 docendo decipiunt, alios Lysiae similes, quem Pla-
 to idem crassa rerum verba fundentem, in Phedro
 catenus increpat, vt esse deterius astruat gnarum
 verborum, ignarum esse causarum, quam nescien-
 tem rerum verba nescire, potius arbitrans imperi-
 tum silentium loquaci imperitia. Vnde etiam Tul-
 lius libro de Oratore primo. Eloquentia est, in-
 quit, comprehendendarum rerum plurimarum, sine qua
 verborum volubilitas, inanis, atque irridenda
 est. Et Paulus post. Etenim ex rerum cognitione
 2 G G g ij

Eromenes
 Tarentinus

exfloreſcat & redundet oportet oratio, cui niſi ſubſt
 eſt res ab oratore percepta & cognita, inanem
 quandam habet locutionem, & penè puerilem. Sed
 hæc alias. In Phædro autem, Plato de anima ſic
 nunciat: Anima, inquit, immortalis eſt, quæ ſemper
 à ſeipſa mouetur, & aliis cauſa motus eſt. Corpus
 autem per ſe non mouetur. Non ait, tantum mouet
 alia, ſed aliis cauſa motus eſt, animaduertens equi-
 dem vir excellentis ingenij, fore non nulla quibus
 ſit moueri proprium, vt ſunt lapides & ligna, cæte-
 ràque inſenſibilia, cauſa motus alieni. Quicquid e-
 nim voluntariè mouetur, ipſum ſerè ſibi cauſa mo-
 tus eſt, quod autem mouetur vel neſciens, vel inui-
 tum, penè ſcientem vel cogentem cauſas motus ha-
 bet. Nec repugnat anterioribus noſtris diſputatio-
 nibus, quod iſtic à ſe moueri animam dicimus, cum
 principalem motionem cardinem in Deo eſſe dica-
 mus, quoniam idipſum ſerè à Deo illi eſt, vt ſpon-
 te moueatur, videlicet vt ſicut cauſa motus animi
 voluntas eius, ſic ſubſtantia quæ vtitur voluntate,
 cauſa ſit Deus. Quia & ſi poſſe velle nobis ex Deo
 eſt, non omnis voluntatis noſtræ motus erit ex Deo.
 Vel tunc reor cum voluntate peccamus noſtri cau-
 ſa motus, ex nobis eſt, ne peccatorum Deum faci-
 amus autorem: quocirca ſi corpus à ſe non mouetur,
 & corpus nõ eſt, quod ſibi cauſa motus eſt, quia
 in ſe motus ſui cauſas habet, anima non eſt corpus.
 Idem Plato in libro *ᾠγῆς* ſcripſit. Anima, in-
 quit, animantium omnium corporalis non eſt, ip-
 ſaque ſe mouet, aliorum quoque agitatrix quæ na-
 turaliter mota ſunt. In Phædone autem ſic apud
 eundem Platonem, cum Simmia & Cebete, aliisque
 Philoſophis Socrates loquitur, vt cum videamus
 illic valde conſentanea, noſtrisque oppidò conueni-
 entia pronunciar, quæ non ſolum præiudicio au-
 thoritatis vtuntur, ſed virtute rationis adminiculan-
 tur. Animaduertamus præter natiuam humanæ men-
 tis vigorem, hæc videlicet animas, quæ tam remo-
 ta perſecutæ ſunt, tam perita viderunt, idcirco vide-
 licet lumine veritatis aſſatas, vt in ſalutem generis
 humani, tori quandoque mundo diuinitus ederetur
 dogma, apud rudes verò gentium mentes, genti-
 lium teſtimoniis vtentur, quo magis ignorantia
 morbo cæcata, & inſidelitatis frigore in quandam
 glaciem durata gentilitas, Euangelicæ veritatis ca-
 lori cederet, ſi eadem veritas aduerſantium quo-
 que ſibi ore ſonuiſſet. Aut cur non hæc eadem
 per Philoſophos nobis in vſum veri cœlitus procu-
 rata credamus, quæ ad redarguendam noſtrorum
 quoque imperitiam vtilia fore cognoſcimus? Per-
 ſuadens igitur in Phædone Socrates ſic ait: Vera ra-
 tio eſt, donec corpus habeamus, permixtuſque ſit tali
 malo noſter animus, nunquam nos id quod iam o-
 lim concupiſcimus ſatis plene conſecuturos: concupi-
 ſcimus autem veri ſcientiam. Corpus enim
 nobis primum innumerales & infinitas occupa-
 tiones inferit, quibus conterimur ob neceſſarium
 conuiſtum, & alimenta quotidiana. Deinceps ſi qui
 morbi ingruere, impedimèto ſit quominus inquira-
 mus, Et ſic inuenire veritatè non poſſumus. Nam
 cupiditatibus & cupidinibus, & timoribus innu-
 merabilibus variarum rerum appetitionumque
 viſionibus, & infinita quadam dementia corpus
 oneratur, vt præ illo ne ſapere quidem vlla in re poſ-
 ſimus. Et ſi quando tempus aliquod ad Philoſo-

Platonis
 liber de
 Natura.

phandum, vacuum vel habuerimus vel fecerimus.
 tunc quoque in ipſis cogitationibus noſtris corpus
 intercurrit, turbam errorum inferens menti, vt ob-
 cæcante illo, veritatem peruidere non poſſimus.
 Itaque vnum hoc in omni quaeritione nobis, & id
 quidem euidentiffimè probatur: Si quid vnumquam
 bona fide ſcire volumus, recedendum eſſe à corpo-
 re, & in ipſo animo res conſiderandas. Tunc enim
 videmur conſecuturi quod concupiſcimus, & cuius
 rei amatores nos proſitemur, cum defuncti erimus,
 nam dum viuimus deſperandum eſt. Etenim con-
 ſtat nihil ſynceri mixtum corpori animum peruide-
 re poſſe. Sequitur alterutrum, aut nullo tempore
 nec vſquam contingere homini veram ſcientiam
 poſſe, aut tunc demum cum exceſſerimus è vita.
 Defunctorum enim animus liber eſt, & ſolus à cor-
 pore. Eo autem tempore quo viuimus, ita demum
 appropinquabimus applicabimurque ſcientia, ſi
 quam minimum corpore vtamur, neque in ſocieta-
 te eius, niſi quatenus neceſſe eſt, animum dimitta-
 mus. Ita enim minime replebimur vitioſa turbulen-
 tàque natura corporis, ſed puri à contagione eius,
 in quantum facere poſſumus, erimus. Et ſi ita fece-
 rimus, in corrupti ſyncerique digredientes, ad om-
 nia incorrupta ſynceræque veniemus. Hæc ad ver-
 bum ex dialogo Philoſophi admodum principis ex-
 cerpenda, atque huic noſtro inferenda volumini ra-
 tus ſum. Non arbitrans fore quempiam illecta mē-
 te fallaciarum corporibus obſiſtere ſolitum, qui
 hæc repugnantias in ſemetipſo ſentiens, diſparium
 naturarum corporis atque animi teſtem ſe in hoc
 ipſum ſibi non indiſcuſſis, equidem longe maximi
 inter Philoſophos veri diſputationibus aſſentiat, in-
 ter quæ animum corpusque ſuum præſideratione
 diſceperet. Quid nam ſit illud quod, vt aiunt, corpo-
 reus animus ab omni inuentione accuſante ſibi
 ſemper extrarij corporis præpediat obſtaculo.
 Aut quæ extrarij corpus in oreatum vocet, quod
 ſemet à contemplatione veri deuocet, quum ſibi ip-
 ſe ſit impedimento, ſi corpus eſt. Sed ſuper his de-
 argumentabor. Ipſa per ſe nimirum veritas aſſentiat, nec
 ornamento aut adiumento extrinſecus indiget, quæ
 & pulchrior & fortior nuda eſt. Hinc egomet teſ-
 tium eorum indefeſſis hæcenus mihi teſtimoniis
 vtendis ratus ſum, quia penes illos tantum, qui to-
 to ſui admodum corpus ſunt, de hiſce veritatis va-
 ribus dubitamus. Verum quid hic idè Plato in Hip-
 parco, quid in Lachete, in Protagora: in Sympoſio,
 in Alcibiade, in Gorgia, in Clitone, quid in Timæo,
 etiam arce quadam & quodam Philoſophicæ vertice
 de anima pronunciauerit, placita breuitatis gra-
 tia miſſum facio. Neque enim refert ad agnitio-
 nem veri, quid de eodem ſæpius quiſque claxerit,
 quàm quid ſenſerit quaerere: quia in ſæpe dictis
 nec vberior cognitio rerum, quid ſit prolixitas one-
 roſa verborum. Quapropter in aſtrudtionem veri
 magis conſiderandum eſt quid vnum multi ſen-
 ſerint, quàm quid vnus ſæpè dixerit.
 Ego tamen Platonem, prout mea opinio eſt Phi-
 loſophorum omnium meritò principem, in nego-
 tium præſens, admiratione ſui captus, teſtem ſæpè
 vocitauit, quamlibet quæ plura iſtic eiſdem leges
 innumeris comparata, quæ ſuper de anima diſter-
 tauit, pauca admodum cenſeas. Sed nec Porphi-
 rjus Platonicus multis poſt Platonem ſecundus,
 à magi-

Cap. 9.

M. Varro.

S. Patris
 teſtimo-
 nio Ani-
 mam eſſe
 incorpo-
 ream.
 Cap. 10.

B. Amb.

à magiſtro vſpam in hac eadem cauſa diſſenſit. Illu-
 ſtri quippe voce genus humanū ſuæ dignitatis ad-
 monuit. Si beati, inquit, eſſe volumus, corpus eſt om-
 ne fugiendum. Eſt ergo incorporeum quiddam in
 nobis, cui aduerſa corporis vniuerſi cogitatio eſt.
 Et quid iſtud erit niſi imago Dei? & quid imago
 Dei, niſi humanus animus? qui ſi corpore beatus eſ-
 ſe non poteſt, & incorporeus non eſt, nunquam bea-
 tus erit, qui ſine ſe non erit.
 Plurimorum, in negotium præſens, Philoſopho-
 rum plurimis teſtimoniis vſi ſumus. Multoſque ex ea-
 dem Græcia, ſi vel cauſa poſceret, vel ratio ſineret,
 proferre poſſemus. Sed ne lo caliter veritatem qua-
 ſiſſe videamur, vt hæc eadem ab vna tantum vide-
 gente quæſierit, & aliis ignorata ſit, quia vera inda-
 gatio humanæ ſubſtantia non ſit regione, ſed gene-
 re. Romanos etiam eoſdemque Philoſophos teſtes
 citemus, apud quos Sextus pater, Sextus filius, pro-
 pter in exercitiu ſapientia studio apprimè Philo-
 ſophati ſunt, atque hanc ſuper omni anima tulere
 ſententiam. Incorporealis, inquit, omnis eſt anima
 & illocalis atque indeprehenſa vis quædam, quæ
 ſine ſpacio capax, corpus haurit & continet. Ac-
 rius iſti, ni fallor, abſtruſas rerum rationes ingreſſi ſunt,
 quàm nonnulli noſtrates, qui cubicularis diſputa-
 tionibus de ſublimium indage cauſarum aliquid ſo-
 priferum in lectulis oſcitantur, perpellente copia
 tepentium naniarum, ſtolido laudatore veterno-
 ſas aniliū opinionum ſuſpitiones edormiunt, in-
 nexam que viſceribus animam, corporis clauſtris in-
 cludi & contineri decernunt, ſed iſtuc imperitia ve-
 ri vacuè ſigmentum, prout locorum ratio popoſ-
 cit, & ſuperiore libro diſcuſſimus, & prolatis nuno
 ſummorum magnis autorum teſtimoniis, in rem
 ſui nobis opitulante veritate, rationis quoque viti-
 bus reſellimus. Marcus Varro ſui ſæculi peritiſſimus
 & teſte Tullio omnium ſine dubitatione doctiſſi-
 mus quid in Muſicis, quid in Arithmetiſis, quid Geo-
 metriſis, quid *ᾠγῆς* libris diuina quadam
 diſputatione cõſedit, niſi vt à viſibilib' ad inuiſibilia
 à localibus ad illocalia, à corporeis ad incorporea,
 miris artibus modis abſtrahat animū, & in cor-
 pora, hæc eſt, in aduerſa ſibi delapſum ſui cõpotè fa-
 ciat? Cui ſi corpus eſſet, corpus adueſum eſſe non
 poſſet. Quid ergo nunc Zoroaſtri, quid Bragma-
 num ex India, quid Anacharidis è Scythia, quid verò
 Catonum, quid Marci Ciceronis, quid Chryſippi
 qui ab ipſo penè principio ſui operis animo domi-
 nandi ius tribuit, corpori legem ſeruitutis imponit,
 in deſenſionem veri ſententias afferam? Quid orbis
 vniuerſi de animæ ſtatu nobis concrepare iudicium
 in his duntaxat qui meritò enitente conuincam. Fa-
 cile proſectò hoc idem factu mihi eſſet, niſi adii-
 ci quæpiam, coacta teſtium turba non ſineret, & di-
 uina iam nunc oracula pandere vel tempus foret,
 vel ratio commoneret. Atque vt ad ipſos cœleſtium
 voluminum fontes illis ſerè ducibus, qui ex eiſdem
 largius hauere, veniamus. Gregorius Nazianzenus
 in Apologetico, magnum videlicet inter animam &
 corpus clamare eſſe diſcrimen. Atque vt corpus cor-
 poralibus paſci, ſic animam incorporeis ſaginari.
 Beatus Ambroſius ad Mediolanenſem, in Eccleſiam
 verbo doctiſſimo atque eruditiffimo, Seque-
 ſtemus nos, inquit, à corpore, contra quod nobis,
 ſi ſalui eſſe volumus, iuge certamen eſt. Vna præcel-
 Tom. 5.

lentium eademque ſententia non niſi eodem intel-
 lectu animaduertenda eſt eodemque tractanda ſer-
 mone. Dicam nunc igitur quod ſæpè me, quum
 ad id locorum ventum eſſet, dicere memini. Seque-
 ſtrari nos à corpore Ambroſius oportere perſuader.
 Quis ergo iſte ſit cui à corpore ſequeſtrari conueni-
 niat quaero. Ex anima enim ſumus & corpore. Ac
 per hoc quum ſequeſtrari à ſemetipſo nequeat ani-
 mus, nihil in nobis eſt quod ſequeſtrari poſſet à cor-
 pore. Si corpus eſt animus, cur ſanctè Ambroſi,
 cur taliter doces? Cur ſponſam Chriſti cœno fal-
 ſitatis oblinis? Cur eandem à via veritatis ſanæ
 prædicationis impulſu, in deuia abrupta propellis?
 Cur ſequeſtrari oportere à corpore corpus perhi-
 bes? Quid nam iſtud quaero, proderit homini? Num
 quia hominis interioris eſt natura ſubtilior, quæ ta-
 men non eſt, niſi corpus, idcirco eadem diſtici con-
 ueniet atque ſeparari? Nunquid quoniam in hac
 ſtructura mundanae molis quædam ſubtiliora & le-
 uiora, quædã craſſiora atque grauiora ſunt, idcirco te
 nuioribus vniuerſam ſolidi huius conueniet rupiſſe
 compagem? Aut beator aër erit, ſi cum aqua ac
 terra non fuit, hiſce falſiloquiis circum garrientibus
 iſtiusmodi fert ille reſponſum, quo nam nobis obo-
 ritur verborum nuda, virtutis calla, rationis aliena,
 veritatis cauſa, ſuperbiae tumida, nouelli huius ſchiſ-
 matis ſine authore doctrina, elata ſupercilio, abie-
 cta mendacio, reſerta conuicio, creatori poteſtatem
 ſubripiens, imagini dignitatem quam miro ſtulticia
 genere comparationem ſubſtantia corporalis inſa-
 mat? Aſſerens ſcilicet tam nihil animo profere
 quod valcat corpori ſecerni, quàm non ſit aëri con-
 ducibile craſſioribus mundanae molis corporibus
 ſeparari. Porro ſi qui eſtis vſpam gentium, quorum
 ingenis ceſſerint arcana cauſarum, a deſte præpe-
 tes voſmet ignorantia pleſtite. Nouum dogma,
 Miramini. Animæ dignitatem capellit in ſtolido
 mundi portio corporis quarta mundani. Hæc er-
 go nimirum animarum omnium maior eſt anima,
 proque ſui mole magis ſapiens. Itaque nunc tan-
 to potius quiſpam prudentia copioſus erit, quan-
 to aeris huius pro ſui capacitate plus hauferit. Nec
 iniuria genus humanum naturam incuſabit, quæ tā-
 to maiores hominibus belluas & boues edi-
 dit, eo videlicet beatiores, quo capaciore. Sed hæc
 etenus ſatis Ambroſius, qui vel ſolus proſectò ſit ſa-
 tis: Faxim tamen & aliiſ teſtificandi locum. Aurelius
 Auguſtinus & acumine ingenij, & rerum multitu-
 dine, & operis mole veluti quidam Chryſippus ar-
 gumentandi virtute, aut Zenon ſenſuum ſubtilita-
 te, aut Varro noſter voluminum magnitudine, &
 qui proſectò talis natura attentione diſciplinis ex-
 titerit, vt non immeritò ab iſtis corporalibus no-
 ſtris Epicureis aut Cynicis, ſpecialiter Sophiſta di-
 ſenſerit, libro ad Hieronymum De origine ani-
 mæ, ſic pronunciat. Incorpoream omnem ani-
 mam eſſe, difficile tardioribus perſuaderi poteſt: Mi-
 hi tamen fateor eſſe perſuaſum. Quamque ita
 fore rationibus magnis atque inſolubili argumen-
 tatione conuincat, ac ſuper hoc Hieronymi ſen-
 tentiam poſcat, laudis ſuæ tantum ab Hieronymo
 ſcripta recuperat, quin hand dubiè Hieronymus ni-
 hil de anima ſentiri dicit verius, nihil diſputari poſ-
 ſe perfectius. En tibi duos præclariffimos, virtu-
 tum doctrinarumque præ eminentia longè porro
 2 GG g ij

Auguſti
 ni laudes.

præditos super statu Animæ sentire nobiscum, in-
memque te auctoritatis pondere, & rationis viri-
bus prosterni instar Daretis, partitâque corpori-
bus vnitrate sapientiæ, duas animas vnam facere. Vn-
de multum miror Hieronymum tibi testem citatû,
quû potissim^o tractatorum minimè potuerit, & pro
anima & in animam disputare. Quamquam quæ ex
eodem aduersum nos haud intellectapofuisti, nobis
eouisque conducant quàm callidè, non aduersarius,
verum præuaricator subordinatus esse videaris, qui
velut assentante colludifeceris nos tuis admodum
testibus vincere. Quippe gloriosum victoriæ genus
est, ab eo cum quo decertes arma capere, quantum
quæ aduersario testem illinc stare, & istinc dicere.
Nequid tam insigne me redhibèdo vicissitudinis ar-
bitris, prout locus est moneo. Consentaneum
magis tibi super sententia tua Pictauum Hilarium
esse potuisse, qui scilicet inter complura præcelsa-
rum disputationum suarum, quiddam secus sen-
tiens. Duo hæc veris aduersa disseruit. Vnum quod
nihil incorporeum creatum dixit. Aliud, nihil do-
loris Christum in passione sensisse. Cuius si vera
passio non fuit, redemptio quoque nostra vera esse
non potuit. Sed quoniam beatus Hilarius opinio-
nis huiusce vitium virtute confessionis aboleuit, sic
sustinet reprehensionis stilum, quod non patitur de
trimenta meritorum. Quapropter catenus diuina-
rum tractatoribus scripturarum fidem adhiberi par-
est, quoadusque eidem tenore veritatis asipulatur.
Sed quamquam nonnullis dissertatoribus preferen-
dis necessariè superferedim, dum ad oracula diuina,
ex quibus eorundem pèdet auctoritas iuste festino,
haud quaquam tamen Eucherium præterierim, mi-
himer viuente doctrina, & præsentaneis coram
disputationibus cognitum, non porro nunciis, aut
lectione compertum, qui scilicet viridis æui, maru-
rus animi, terræ dispuens, cæli appetens, humilis
spiritu, arduus merito, ac perinde ingenij subtilissi-
mus, scientiæ plenus, eloquij profluus, magnorum
seculi sui pontificum longè maximus, editis in rem
fidei multiuguis variorum operum voluminibus, ad
populum quoque his super statu animæ conciona-
tus est. Quære, inquit, quidam solent quomodo
in Christo misceri potuerit homo & Deus. Quare
rationem huius mysterij quod semel factû est, quæ-
runt cum ipsi reddere rationem nequaquam possint
cuius rei quæ sit semper, quomodo societur anima
corpori, vt fiat homo. Ergo quomodo corporea res
incorporeaque coniungitur, vt corpori anima misce-
tur, vt homo efficiatur: Ita homo coniunctus est
Deo, & factus est Christus. & tamen vt fieret Chris-
tus, duo illa incorporea, id est anima & Deus, faci-
lius coniungi permisceri que potuerint, quàm misce-
tur vna incorporea aliaque corporea, id est, anima
& corpus, vt persona hominis existat. Cedo mihi
nunc illos, qui æquè talibus instituti, ab hisce do-
ctrinis degenerauerunt, pessum facientes salubria
sua, & alienis semet noxiis obnoxiantes, iniusto a-
mantium sui odio eo vsque prolapsi, vt extraneos
mallent cum falsitate præcligere, & Eucherium cum
veritate damnare. Vidcas hinc alios quiddam foci
di trutinare iudicio, alios idipsum vt nescios stulto
laudare præconio, aut sciolos subdolo ridere con-
sensu, hos inter, placere sibi illum quem nemo nisi
aut ignarus laudauit aut callidus. Hic iam feruntur

S. Patri-
bus qua-
tenus cre-
dendum.

Hæretico-
rum inge-
nium.

de singulis non pro meritorum, sed pro votorum
qualitate sententiæ. Ob laudem præsentium quo-
rumpiam fabularum longè maximi damnantur au-
thores. Istic ille laudatus, ne infra laudatum videat-
ur stare iudicium. Panniculos quosdam ex diuerso-
rum varia lectione cõcerpit, eosdemq; vilibus suis
veluti quibusdam stupcis adisur, laceroque vestitu
turpior nudis absque furaci meditatione metus elo-
quentiæ palliatu incedit. Cernas hinc alios, sicut
fætidarum, turpium exolenti, cæcis suis ac tene-
bris cloaca in ventris & oris inalare sentinam, inter
que ructandum quasdam sigillatim vnculas fringul-
cientem ab alio, qui stipem suam variis collucerna-
tionibus dilapidauit parasitico more laudari. Inter
B has huiusdemque modi quicquillas aliquid tu so-
brium tutè dixeris ne? Porro magnum aliquid è fo-
cordi turba periculum periclitauere, qui dum (im-
perio quippe nihil quicquam iniustus) hos tales
tamen egomet non pauesco. Ac si quis nunc monè-
dilocus est, moneo præque denuncio, quique isti,
quique sunt alij, qui vel in magnos viros obloquia,
vel de rebus summis deliramenta quædam cum cõ-
putationibus mustitant, aut palam loquantur aut
taceant. Enimuèrd eruentur mihi atque extrahen-
tur etiam nuncupatim ex abditiis tenebellarum, qui
hactenus delituere. Prænosci verò licet, tacere ne
habeam facta, quorum nomina non tacebo. Faxint
C quod foret libitum, salubresque monitus spernant,
haud impunè scilicet. Ego verò præcligerem ab istis
cum Eucherio reiici, quàm cum istis à veritate dam-
nari. Sed istic nunc locus & tempus est, vt sicut à
Philosophis & tractatoribus ad authenticos gradû
consequar, ratione suadente, modum scilicet plerif-
que restium tacitis. Audiamus igitur quid imaginis
suz pronunciet inimicis Diuina sapientia. Dixerunt
inquit, impij cogitantes non rectè, exiguum & cum
radio est tempus vitæ nostræ, & extinctum cinis erit
corpus nostrum & spiritus diffundetur tanquam
mollis aër. Impij hæc ergo dixerunt, super quos
paulò post eadem scriptura sic loquitur: Excæca-
uit enim illos malitia eorum, quoniam Deus crea-
uit hominem inextremabilem, & ad imaginem
suz similitudinis fecit illum. Istic ergo temet in de-
fensionem tui acrius permouendum, credo, proque
causæ merito in me etiam istiusmodi fermè verba
facturum. Qui tu vnde de contractis testificationi-
bus yteris, haud quaquam tamen veritatem pulsan-
tibus conscientiæ nostræ synceram. Quid autem ad
me refert, quid porro attinet impio, ob detractam
Diuinae imagini dignitatem diuinitus plecti, quum
memet impietatis huiusce laqueis nouerim non te-
neri? Proinde moneo facessas, nec sententiæ talis in
famiam mihi mendaciter inuras. Nunc nisi renuis, in-
tua tecum redeo, ex queis arbitrabere, vtrum nam i-
stud in impios prophetici sermonis oraculum, an in
te sit porrectum: te scilicet, te magis perstringit, qui
præcento scientiæ priuilegio, cõtra famam deditus
scientiæ, & contra sententiam sollicitus famæ, ead-
demque istic velut aliena renuis, illic & itidem ve-
luti propria defendis. Ne quis sit tamen vel mihi
secus interpretandi, vel tibi forsitan inficiandi locus
in præsentiarum super quibus agimus, vtraque vi-
deamus. Propheta nempe dicit: Impios dicere.
Extinctum cinis erit corpus nostrum, & spiritus dif-
fundetur tanquam mollis aër. Enimuèrd tute
quid

De eo
quod scri-
ptum est
fecit deus
hominem
inextrem-
abilem,
Gen. 1.
Cap. 2.
Sap. 2.

quid dicis? Nonnullæ sunt, inquis, spirituales natu-
ræ, vt Angeli, Archangeli, ceteraque virtutes, ipsa
quoque anima nostra, vel certè aër iste subtilis, ta-
men incorporeæ nullatenus existimandæ. Intende
quæso, animû pro te quisque nostri arbiter, serque
iudicium, sitne aliquod prolocutionum harum dif-
ferentiam, impij de humano spiritu, de humana vide-
licet anima dixerunt, quod diffunditur spiritus tan-
quam mollis aër: Necessarius hic noster adiungit,
quod anima humana & aër iste subtilis æquè spiri-
talia sunt, sed perinde incorporea non sunt. Verba
nunc eadem, & sensum expende, nam quod illic
spiritus dicitur humanus, hic anima. Ita profectò
concordat, atque si vterque animam, aut spiritum
vterque dixisset, qui scilicet illic in mollem fundi
aërem dicitur, sicut idem subtili istic aëri compa-
ratur. Quod ergo diffundi spiritus dicitur tanquam
mollis aër, tale est ac si diceretur, spiritus, hoc est
quod mollis aër. Itémque spiritus est anima no-
stra, & aër iste subtilis, ita est ac si diceretur: Anima
nostra, hoc est quod aër iste subtilis. Quumque ex
his duobus quod antè dictum est, impiorum, blas-
phemia sit, quod postpositum tua sententiæ, duòque
ista itatenus vniuntur, vt sint & negotio & sensu &
verbo indiscriminabilia: Quid potissimû consequitur,
nisi vt aut pro similitudine sententiæ tuæ, si eandem
defensitandum credis, impiorum quoque senten-
tia laudabilis sit, aut quia plectibilis illa est, tua quo-
que sit pro eius paritate damnabilis. Sed quid diu-
tius vel argumentantes à luce alienamus, quum su-
per hoc Propheta censuerit. Dixerunt, inquit, im-
pij apud se cogitantes non rectè. Exiguum est tem-
pus vitæ nostræ, & extinctum cinis erit corpus no-
strum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aër.
Postque paululum credis, impiorum quoque inter sita di-
sputatione subiungit: Hæc, inquit, cogitauerunt,
& errauerunt, excæcauit enim illos malitia eorum.
Et tanquam diceret, quid in eis culpauerit, quid
erratis ille respondit: Omnem animam corpoream
cogitauerunt, & errauerunt: ac velut rogaret ge-
minanti, & quid in hoc veritas claudat, vt animam
corpus esse quis sentiat, iterat Propheta responsum:
quia Deus creauit hominem inextremabilem, &
ad imaginem suæ similitudinis fecit illum. Id est
dicere: Adeo tenus non est corpus anima, vt sit ima-
go diuina. Estne aliquid quo ab hinc locorum vs-
pam progrediaris, tuomet iudicio proditus, verita-
tis viribus captus, Propheta restificatione conui-
ctus? Sed videant si quisque dissentiat, prout mea
tamen opinio refert, hinc saltem probauerim quod
hactenus disceptauimus aduersum coporales, pro-
ut spiritualibus sat foret, ni par esse ducerem, Apo-
stolica quoque ac eriam Euangelica, in rem contro-
uersiæ præsentis adhiberi. Igitur quamquam non-
nullus locorum sit, vbi harumque scripturarum
testimoniis vsus sim, fas tamen est multimodo veri-
tatis gladio, falsiloqui ceruiculam salubri concisione
contruncari. Paulus doctor gentium, vas electum:
Omne peccatum, inquit, extra corpus est? Qui au-
tem fornicatur, in corpus suum peccat. Si excepto
crimine fornicationis, extra corpus est omne pecca-
tum, in anima ergo est. Porro si in anima est, & cor-
pus est anima, non ergo extra corpus est omne pec-
catum. Sed Apostolus dicit, præter fornicationem
extra corpus esse omne peccatum: Incorporea ergo
est anima, vt sit aliquid in quo extra corpus possit

Cap. 12.

esse peccatum. Itémque ad Corinthios, in eum qui
scelere pollutus incesti, nouercalem thorum penè
matris stuprator illuserat, sententiam promulgatu-
rus, sic ait: Etsi absens corpore, præfens tamen spiri-
tu, eum qui hoc opus fecit, iam iudicauim. Quid istud
Apostole Paule, quid istud est? Quomodo absens
corpore es, vbi spiritus præfens? Si corpus est spiri-
tus, cur non potius ex duobus compactus corpori-
bus vno absente, alio præfente te esse dicis? Aut
si vnum corpus es totus, cur non parte corporis ab-
sentem, & parte corporis adesse te profers? Vt enim
corpore Corinthiis te dicas absentem, eò videlicet
ferri potest, quia totus in vniuerso corporeus es: ve-
rum quod corporeus totus, & per hoc quia absens
corpore, absens totus, nescio, quo tui, quo non es, a-
desse te dicis. Aut mendacij te arguis, aut corpora-
les istos de animæ incorporeitate conuincis. Estne
aliquid istic creperum, aut fortassis obscurum, quia
inquantum corporeus est, absens Corinthiis est?
Aut nullo sui, aut per incorporeum præfens est. In-
corporeus ergo est spiritus humanus, per quem A-
postolus Paulus absens, toto corpore suo Corin-
thiis potuit præfentari. Hæc & alia ex omni fermè
autheticorum voluminum corpore innumera pro-
ferre possimus. Sana quippè Catholicae fidei do-
ctrina ita tenus inter sito gradu ab imis ad media, à
mediis ad summa ascendit, vt raro iudicio cor-
poream creaturam incorporali creaturæ, & subdès,
& summo incorporeo creatori hanc eandem cum
sui inferiore subiiciens in tertium cælum Pauli pe-
dillequos rapiat, qui solidum sensibilibus mundi pe-
netrabili mente transmisserit, intentaque acie ex v-
no cæli tergo sistens, reintegratis viribus, omne in-
corporeum creatum potiori nisi substantiæ excel-
lentioris dignitate tranauerit, atque in redactis pau-
lulum respiraculo pauisæ viribus in suprema incor-
porei creatoris agnitione consistere. quocirca nunc
locorum, percontari sedulo corporales istos velim,
quæ vera illic super hac Apostolica sententia sit.
Nam quum se dicat Apostolus raptum esse vsque
ad tertium cælum: primum, quæro localiter an il-
localiter sit raptus: & qui tres isti cæli sint, an plures
horum, an omnes corporei, an incorporei quip-
pam, vt quoniam nos ad id vsque loci disputatio-
nis ordo deuexit, quid istinc sequendum sit, nobis
consulta veritate, videamus. Ac primum non vsque
facilem de cælorum numero quæstionem paulò
scrupulosius ventilemus. Nempe legimus: Laudate
Dominum cælorum. Sed istuc & de multis & de bi-
nis licet intelligi, vt plures cæli plurimorum cælo-
rum, & duo cæli duorum cælorum tacito numeri
articulo accipi posse videantur. Ecce à terra conti-
guo aère tenus quarum elementum est. Exin pro-
fundum aeris vsque ad lumen syderefcit innum lu-
men. Ab hinc ignium æthereorum spacia vsque in
extima transmunda, σφαίραις globo mundus
includitur. Vbi nam nunc exacta vniuersitate cor-
porum quæremus cælum trans omne mundanum?
Sed in hoc opaco rerum caligantium nubilo ex adi-
tis supercælestium doctrinarum consulta repeta-
mus. In principio, inquit principiû Geneseos, crea-
uit Deus cælum & terram. Si opinionibus missis,
veri fidem quærimus. Ecce tibi creaturarum testem
ipsam creationis auctorem, qui quum ante om-
ne tempus creauerit cælum & terram, postque
dic vno fecerit lucem & firmamentum, secunde
G G g iij

1. Cor. 9.

Cap. 13.

2. Cor. 12.

Gen. 1.

idem dic condiderit, idque cœlum abusu nomine vocitauerit, cui ratis interuallorum limitibus, loco vel modo variantium porrò syderum ornamenta subtexit. Animaduerti promptum est, hoc visibile firmamentum tanto interuallo substantiæ, cœlo inuisibili cedere, quanto id idem terræ imis locorum intercapedine præminere: quocirca alieno ac trãf-lato nomine firmamentum istud cœlum dici potest. Quum verò esse cœlũ illi creato ante tempora cœlo sit proprium. Enimverò istud stelligerum, quodd cœlum dicimus, in scriptura Geneseos, cœli dicitur firmamentum: quippe ubi luminarium creationem rexit. Fecit, inquit, Deus duo luminaria magna, & posuit ea in firmamento cœli, qua videlicet auctoritate, verum illud vnum ante temporaneum cœlũ credere sinitur, quanquam istud de quo agimus firmamentũ, cœlum dicere non inhibeamur, eo videlicet, quia Deus firmamentum vocauerit cœlum. Sed mouet iterum, quod cœli, in authenticis voluminibus non duali tantum, sed plurali numero sæpè vocitantur. Verũ animaduertitur quod terræ corpus vnum in scripturis dicitur, orbis esse terrarũ. Ita igitur forsã dicantur cœli multi, quum duo sint, sicut terræ dicuntur esse, quum vna sit. Ad quod ergo tertium cœlum raptus est Paulus? Eia, iam nũc si audes, egredere: & elementorum molibus excussis, trutinæque iudicij corporum ponderibus impositis, appende mundum: quippiam fortasse cœli nobis inde profliet. Aut si vnus mundus plures porrò non habet cœlos, aliquos tibi cum Epicuro mũdos, athomorua minuta parturiant, vt tertium cœlum Paulus inueniat. Si quid ad beatitudinem spectat, vt de vno corporeo ad aliud, aut ab hoc ad tertium æquẽ corporeum quisque ascendat, quum non id sit, meritò beatius, quod loco sublimius. Alioquin cedent auiculis homines, atque ad æternitatem non profectibus ibit quisque, sed passibus. Quapropter quum nec præminencia localis beatum faciat, nec tres identidem cœlos anima corporeis inueniat, vt tandem defecta corporibus incorporeis cedat, iuxta prælibatam tacita discussione rationem, ternarum cœlorum numerum differentiamque videamus. Quia quum differentia dignitatum sit distantia locorum, si distant magis quam differunt, inter primum secundumque cœlum, quæro, quid rei sit? Aut substantia videlicet illic, aut nihil est? Si nihil, nulla creati cœli causa suberit, quum nec infimis terræ quippiam, nisi præcedentibus porrò apud æuum causis extiterit. Si autẽ est illic quædam terrenis potior viuentium multitudo, substantia ergo supercœlestis ista sub cœlo est, hauriens videlicet à superno sui vibrantiorum syderum flammis, & liquidiores auras æris, cuius elementum replet inter cœlestis vacui concauum, quod scilicet à cœlo tertio alij viuentium populi, atque alia interstiti æris profunda discriminant. Nunc igitur si per hæc raptus Apostolus vsque in tertium cœlum venit, quid isthic potissimum reperit? Quod si localiter quærendum fuit, & in primo cœlo inueniri nõ potuit, sed ipse raptus se vsque in tertium cœlum, nescio quid audisse diuinum quod homini loqui nõ liceat, ait: Ita ne tandẽ Apostole, per loca Deus quæritur, aut non nisi loco veritas inuenitur? Si istud ita est, & Deus igitur localis erit, & tu Deum quem localiter inuenis, localiter amittis: qui si non nisi in tertio cœlo est, ibi ergo tibi relictus, vbi repertus est.

Gen. 1.

1. Cor. 12

At quum non sit cœlo corporeo, sed cœli Domino beatus, & totus vbique sit Dominus cœli, qui nec localiter quaritur, nec localiter inuenitur: Hæc verã profectò ascensionis tuæ causa dabitur, si ab inferioris substantiæ cœlo ad cœlum substantiæ posterioris ascendis, quia quærentibus Deum, à corporeis ad corpora nullus ascensus est, qua verum nunc corporalitas inclusa distugit? Ecce & raptus fuisse Paulum vsque in tertium cœlum verum est, & rursum tres esse cœlos corporeos verum non est. Igitur aut incorporeum quid creatum consistebere, aut tres cœlos inficiaberis. Sed quoniam tres esse cœlos, & non omnes corporeos, vel discussibilis auctoritas docet, vel ratio manifesta conuincit, sub vnus ope veritatis securi fallentia discalimus, sic vera quaramus. Legimus in Propheta: Qui fecit cœlum & terram. Cœlum cœli Domino, terram autẽ dedit filiis hominum. Istic animaduertendum est, aliud esse cœlum, & aliud cœlum cœli. Quippe quum cœlum cœli dicitur, tale est, ac si cœlum ac terra dicatur. Imum nempe syderej cœli hæc terra est. Sed quã ante omne temporaneum creauerit Deus cœlum & terram, secundoque die hoc visibile cœlum fecerit, est ergo cœlum æuo terræ posterius, quum tanta sit qualitate præstantius. Sed quoniam vices & spacia temporum, & moras diurnum, momentaria mundi creatio non amittit, quia dies ex diurno numero magis, quam spacio nullum differendi nunc tẽpus est. Illud intellige quod Propheta inter cœlum, & cœlum cœli tantam differentiam fecit, quanta formẽ est inter hoc cœlum & terram. Et sicut terra huius scilicet cœli, hæc terra est: Ita hoc cœlum illius cœli porrò sit terra. Vnde coniciendum est, mundi corpus vniuersum, diuinitus terram dici, & illud quod Domino datum est, proprio nomine cœlum vocari. Scriptura nanque sic loquitur: Cœlum cœli Domino, terram autẽ dedit filiis hominum. Quid ergo dicimus? Nunquid hoc cœlum visibile non hominibus datum est, aut solaris fulgor & calor, vel lunaris globi per incrementa ac detrimenta variatso, vel astrorum vagus ratũque circuitus, vel per magnos orbis ingressus syderum, & statuta progressio siue cum diurno noctũque vices variant, siue quia caloris ac frigoris alterno fotu mundum temperant, seu quod dimensis limitibus articulos temporum signant, eodẽque termino linearum tramitem in idipsum sine sine redeuntia, per easdem circularum vias reuehant, vel quodd distinctis numeris & horis, & musicis interuallis ætherem pingunt: Sũntne hæc omnia genti mortalium vel conuenientia, vel iucunda aspectui? Ac per hoc ita tenus corporeum cœlum, quia videlicet hominibus datũ est, terra dicitur, sicut aquarum & æris corpora, non vtique eiusdem corpulẽtiæ cuius est terra? Tamen quia filiis hominum data sunt: terra dicuntur, adiecto eo quodd omnium sensualiter viuentium, principaliter tactus ex terra est. Porrò autẽ sicut sine igni videri nihil, sic tangi absque terra nihil potest, quia & ignis tactui subiacet, & æther ignis, nõ abhorret aliquid illic esse terrenum: quapropter omne corporeum terræ nomen includit, ratõque iudicio in corporeis compositum terra dicitur omne corporeum, quia hic sensibilis mundus cum inuisibilis cœlo terra est, quæ filiis hominum data est. Quid de illo cœlo dicemus, quod Domino datum est, non filiis hominum? ergo identidem ad eloquia diuina

Psal. 545

Psal. 135

Cap. 14.

diuina recurrãmus. Idem nempe Psalmographus dicit: Confitemini Domino qui fecit cœlos in intellectu. quo circa si in intellectu sunt cœli, quos habitat deus, nec nisi incorporeũ cœlũ est, quod Domino datum est, videlicet cui terra est omne corporeum: liquidd claret, omne quod intelligit, non esse corporeum. Porrò substantialiter humanus animus intelligit: incorporeus igitur est animus humanus. Et terra omnem corpoream creaturam: en tibi cœlum, incorpoream intellectualemque substantiam. Nunc igitur vt possis per duos cœlos vsque in tertium cœlum Paulo præeunte raptari, incorporeo tui vniuersum transmittit corporeum. Põstque etiã incorporeum creatum, idẽmque mutabile acriore admodum nisi & volatu perniciose transcende, atque ab hinc in tertiu cœlum in ipsius immutabilis incorporei beatissima contemplatione requiesce, tẽque humana anima incorpoream nosce. Cui, pro naturæ excellentia promptum est simul & congruũ inter imam vel summam tui, tanquam mediante substantia, vel infra despiciere corpus imum, vel supra conspiciere Deum summum. Nunc egomet sciscitor, aſſeras ne nobis aliam de ternario numero cœlorum ac diuersitate rationem. Quam quidem cupio, sed liquet haudquaquam dari à quoquam posse, nisi inter corpus & Deum natura se substantiæ incorporalis interferat, quia si nihil absque Deo nisi corpus est, non tres ergo cœli, sed duo sunt, vt vnum fermẽ cœlum sit omne corpus, & creator corporis aliud. Verũ quoniam non trans tertium, sed in tertium cœlum raptus est Paulus, trãseundi sunt velut duo cœli, omnis corporea atque incorporea creatura: ad creatorem verò quasi in tertium cœlum, non trãseundi quod non potest, neque redeundi, quod non debet, sed standi & manendi causa veniẽdum est. Hic autẽ cursũ atque statũ perfectũ est atque perfectio, quæ scilicet virtutum est, non locorum, quoniam qui proficit, currit, & qui perficit, peruenit. Nunc autẽ quoniam amplissimos campos latissimæ quæstionis breui admodum calle transmissimus, datis aliquibus, vt reor, iudiciis, quæ scilicet à recto veritatis tramite errorum deuia fecerunt, quid sibi velit illud quod Apostolus, siue in corpore, siue extra corpus, raptum se esse dicit, inquiri, quippe sic ait: Scio hominem raptum siue in corpore, siue extra corpus nescio: & reliqua de quibus quod artinuit, diximus. Ac primum adhibita discussione, videamus quid certũ istic sibi beatus Apostolus, quidue fateatur incertum, raptum esse hominem scit, in corpore an extra corpus nescit. Ecce tamen discretum est, quid nescire Apostolus, quid scire se dicat. Excutiãmus igitur vt vtrum ex incorporeo corporeũque, an ex vtroque sit, ita tenus nesciat, sicuti cum corpore, an sine corpore sit raptus, ignorat. Scio, inquit, hominem raptum, sed siue in corpore siue extra corpus, nescio. Istic nunc animaduerti licet quod is qui raptus, & raptum esse se nouit, sentiens tamen non ipsum se esse corpus suũ, & sic, cum eodem ne an sine eodem raptus sit, hæsitat, se ipsum tamen raptum esse non dubitat. Et quũ istuc omne patefecit obscurum, nempe is, qui seu cũ corpore, seu sine corpore sit raptus, incertus est. Incorporeum tamen esse, & corpus habere se certus est, quia si non sine corpore raptus est, & corpus cũ quo raptus est. Sine corpore multo potius intelligitur non esse corpus, quod potest esse sine corpo-

re. Scio, inquit, hominem raptum, sed siue incorpore, siue extra corpus, nescio quod tale est, ac si diceret: Raptum me scio, sed siue in corpore, siue extra corpus, nescio. Ergo & si cum corpore raptus es, rapti tamen sine corpore. Quippe incorporeum corpori salua sui substantia viuificandi eiusdem causa miscetur. Vt autẽ corpus sine corpore sit, statuta rerum lege nõ sinitur. Sed iam nunc testibus meis præconibus, scilicet veritatis, ad indubitatam fidem veritas ipsa testificabitur. Dicit in Euangelio Dominus: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autẽ non possunt occidere. Quæ quæso te, animam occidere nõ potest, qui occidere corpus potest, nisi quia fortẽ anima non est corpus? Tu verò dicis: Corpus est quidem, sed tenuius: Corpus est quidem, sed leuius. At egomet responsum refero: Tenuius sit licet, & leuius, sed tamen si corpus est, occidi potest ab eo, quo corpus occidi potest. De his nempe duobus agimus, anima videlicet & corpore, quibus quum sit homo visibilis, qui enim dixit. Nolite timere eos, nõ dixit, qui occidunt spiritus corpus, grauius corpus, sed qui occidunt corpus. Er item non dixit, tenuius & leuius corpus, sed animam non possunt occidere. Hoc nempe corporis nomine viuens profectò inclusit, quia nec occidi quid nisi viuũ potest: ac per hoc si anima corpus est viuum, occidi ab illo potest, à quo potest corpus occidi. Veritas dicit. Qui occidunt corpus, animam non possunt occidere. Non est igitur corpus anima, quæ occidi non potest, à quibus occidi potest. Verũ quoniam eleuanda est perpetuæ lectionis onere legentis intentio, huiusce iam voluminis iste sit finis.

Cap. 15.

Mat. 26.

Luc. 15.

Cap. 2.

CLAVDIANI MAMERTI VIENNENSIS GALLIARVM EPISCOPI, DE statu Animæ, Liber III.

DEDITIS In adstructionem veri, & meritò De Lazari pariter & numero satis vt arbitror, idcirco corpore neis vatibus, restat nunc vt quæ ex opusculo huius patroni corporis supersunt in discussa, videamus: qui quum temeraria persuasione decernat animam, assumpto in hoc idem Euangelicæ auctoritatis exemplo tanquam peremptorie argumentatur, dicens: Corpus Lazari quum fuit mortuum, fuisse sine vita, idẽmque rediuuam fuisse cum vita, vt per hoc anima localis esse credatur, quæ recesserit corpori, rursum vsque ad corpus accesserit, atque vniuerso animarum generi in commune præscribat ipsam nostri redemptoris animam localem esse pronunciat. Formidabili scilicet, atque vt autumat, insolubili syllogismo, vt anima vbi est, sit, & non sit vbi non est, tanquam nos eandẽ aut vbique aut nusquam esse dicamus. Quum si vbique esset, Deus esset: si nusquam esset, nihil esset. Illa quidem non in toto mundo est tota, sed sicut Deus vbique totus in vniuersitate, ita hæc vbique tota inuenitur in corpore. Et sicut Deus nequaquam minore sui parte, minorem mudi partem replet, maiore maiorem, sed totus in parte, totus in toto est: Ita & hæc nõ pro parte sui est in parte corporis. Nec alia pars animæ sentificat oculum, & alia viuificat digitum. Sed sicut in oculo tota viuunt, & per oculum tota videt, ita & in digito tota sciat. Aut si fortassis sic tota in digito sentit, vt tota

non sit in digito, sentit ergo tota, vbi tota non est, & vbi non est. Aut igitur tota erit anima in corporis parte minima quā nihilominus in toto sit tota, aut quum tota sentiat vbi tota non est. Est ergo tota vbi non est tota. Sed de hoc & in primo libro, quā plura disserui, & in secundi principio non pauca prēmisi. In quā si quispiam solerter intenderit, ad hunc videlicet locum non rudis accedit, difficilimumque est incorporea contemplari, quia fallax visus corporalium sensu ita à peccato oculo imbecillæ mentis obnubilat, vt quum se vel Deum cōtemplari vult, imaginum corporearū velamē, quod sibi prætextitur, solum videat, quum trans illud videre non possit. Quisquis ergo difficultate visionis huius offenditur, studium atque opus infumat, vt ne calumnia tumeat, sed vt purgari valeat. Nec tamen egomet ita sum oblitus mei, vt non languoris quā sanitaris amplius inesse mihi sentiam. Veruntamen hanc me opinionem qua corpus creditur anima, cum puerilibus annis euasisse delectat, quia tūc opinabar quod vtrique nesciebā. Opinari autem nesciens est, ignorantia verò contraria scientia, nescit ergo quisquis opinatur. Hinc equidem factum est vt scientiæ præ opinione concupiscerem, sciens nescire me, quoadusque opinabar. Tu autem dicitis, quid de animæ substantia queramus, quod supra nos est, nobis videri non posse, quum supra nos ipsi nō simus. Et item quod agnosci posse negas, quasi cognitū iudicas, animamque corporis corpus esse cōfirmas. Quod si sciens dicitis, quia falsa sciri nequeunt, verū dicitis: est hoc verū dicitis animæ substantiā nosci non posse, mētiris. Aut igitur falsum est animæ corpus esse, aut falsum est animæ substantiā cognosci nō posse. Vides quo perducatur opinio sequaces sui: Nā quoniam nemo nisi ignarus opinatur, & ignorantia est aduersa scientiæ: Tu qui ex opinionis incerto vis certam ferre sententiam, & de his velut sciens pronuntiare quæ nescis, conuincis docere quod nescis. Nescire igitur doces, quumque nesciri posse dicitis, docere præsumis. Da nobis queramus veniam, nolentibus dicere nescientiam. Dicit ergo animā corpore contineri. Nunquid nam vel Apostolicum illud tibi in mentem venire non debuit, quod dictū est: Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur? Omne quod est, vt breuiter dicamus, aut in se, aut subiectum, aut in subiecto est. In rebus corporeis subiectum est corpus, & color corporis in subiecto. In corporeis animus & disciplina. Quæ ita sibi ne a sunt, vt nec sine colore corpus, nec sine disciplina sit rationalis animus. Modò tu videris, qui animam corpus esse, & eandem superiectam in subiecto corpore contineri credis: Vtrum nam probare valeamus manere quod in subiecto est, ipso intereunte subiecto: quia si corpore continetur, ipsa in suo superiecta subiecto est, nec manere poterit quæ continetur, illo pereunte qui continetur. Sed dicit Apostolus: Veterascens corpore renouari animam: corrupto, æquē solidari: Non ergo corpore continetur. Vereor ne & istic opinatus videaris nouus Academicus, qui & cum Academicis nihil scias, & de his quæ nescis sine cunctatione definitas. Vide ne non corpus cōtineat animam, sed cōtineatur ab anima. Hoc nempe corrupto illa solidatur, sicut illud itidem huius amissione dissoluitur. Illa sine hoc viuunt melius, hoc sine illa nec peius. Atque vt ex his duobus, quibus constat humana substā-

Animam corpore non contineri localiter. Cap. 3.

tia, quid in quo sit non argumento solo vigeat, sed etiam autoritate clarescat: Prophetico quoque testimonio proferamus, ait nāque: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Ac nobis primum videndum est, vtrum nam illud grauet, quod in quo quam: an illud in quo quidque est. Si illud in quo aliquid est, leuatur, ergo pondere quicquid oneratur. Si verò illud aggrauat quod in aliquo, non illud in quo aliquid est, magis in anima est corpus quod aggrauat animam, quā in corpore anima quæ grauat a corpore, onus videlicet in portatore, nō portitor in onere. Quæ quum ita sint, magnam animo authoris sui inesse similitudinem, maximo illud indicio est, quod pro similitudine sicut illocaliter mūdus in Deo est, sic illocaliter corpus in anima. Nūc sciscitanti mihi, peto respondeas. Si localiter intra corpus est anima, quomodo continet corpus? Notū nempe est, corpore contineri nihil posse corporeū, nisi quod continet exterius sit, & quod continetur interiūs. Animam verò, vt affirmas ipse corpoream, quomodo intra corpus est ad id viuificandum, extra corpus ad continentium? An forsitan sic exterius continet, vt exterius nō sit: rursus igitur in illam redigimur difficultatem. Aut si illocaliter extra corpus, vt continet corpus, aut si continet vbi non est, sit vbi non est. Sed ratio hac te forsitan sui nouitate sollicitat, cuius paulisper, ac si potes intueri, si non potes, admirare incorporei potentiam, vt corpus moueat stantem, & non per loca quælibet aduentem in iisdemque locis illocaliter agerem. Istud si cernere quieris, non nobis animam Lazari pro quadam abscedendi redeundique localitate, veluti quoddam corpus oppones: sed eandem, corpus eius incorporeo vegetasse motu, & illocaliter excessisse, rursūque ad illud illocaliter rediisse cognosces. Iam si tibi visionis huiusce syncerum veritate clauerit, nulla quæstionis difficultate iactabere, quatenus anima corpore posito illocaliter esse possit in mundo, quia sic erit illocaliter in qualibet mundi parte, sicut illocaliter fuit in corpore. Tu verò in præiudicium generis animarum omnium, Christi quoque animam localem corporeamque pronuntias, & corpus dicitis esse animam Redemptoris, quū non sit anima pecudis. Sed forte contendas, quomodo anima & in loco est, & localis non est: & ego te mutua consolatione percōtor, quomodo corporeus mundus localis est, & in loco nō est. Quod si mundum in loco esse responderis, nihilo segnus quæro: Locus in quo est mundus, extra mundum an de mundo sit. Si de mundo, non illo in mūdo, sed in alio ipse cum mundo est. Si extra mundum: rursus quæro, vtrum locus in quo est mūdus, in loco sit: aut igitur loca, hoc est corpora, infinita fateris. Itaque Deo, qui solus infinitus est, corpus æquaberis, aut mundum non in loco esse concedes. Istam nunc ergo rationem mente pertracta, & sicut tantum locorum tantumque spaciōrum esse perspicias non in loco: Ita illud quod nullius est molis, nullius est spacij, intellige in illo loco esse posse sine loco, quia si illud quod locale est, in loco non est, multò minus in loco non est, quod locale non est. Sed istud quamlibet clareat, intelligas, nec dubitauerim illud quod eo vsque est simplicis consequentiæ, vt agnitio eius, non dicam, in proptulo sit, sed ne vitari quidem facile valeat, sic elapsum tibi satis mirari nequeo. Dicisque corpus Christi cū patibulo

Nundum corpus in anima esse non localiter. Cap. 4.

Mat. 27. Mar. 15.

Mat. 1.

patibulo sublatum est, animatum fuisse, ex animum verò cum sepulchrò mandat, proptèrque hoc quod negandum non est, acuminis argumento tui, localis erit animus: quia viuificare Christi corpus alterauerit. Sub huius ergo necessitate sententiæ demū quoque prophano ausu localem credemus, qui & in Christo quum crucifixus est, fuit, & eundem in passione dereliquit. Ipse quoque Dominus de Cruce clamauit: Deus meus quare me dereliquisti. Si enim non discessit, non dereliquit: si dereliquit, vtrique discessit. Obiice nunc igitur localitatem Deo. Contiguus videlicet gradus est, vt ab iniuria similitudinis Dei, feraris in Deum: & qui infamas imaginem, lacessas authorem. Sicut ergo illocalitas Deo non admittitur, quod hominem Christum discedendo deseruit: sic animæ illocalitatis priuilegium non amittit, cum corpore moriente discedit. Hic iam nunc Angelorum statum superbus orator inueheris, & Gabrielem tibi quāsi quoddam linguæ preludium deligis, declamas. Ipse beatissimus Gabriel qui seante Deum aditare testatur, quum celorum Dominum Mariæ infundendum visceribus nunciaret. Quumque sub Dominicæ oculis genitricis astaret, sine dubio cælo deerat, maria non superuolabat, vacua atque diffusa vasti aëris non implebat, sed ipsum tantum locum in quo aderat, occupabat. Dilata huius paululum discussione sententiæ, tantam aduersantium repugnantiam prolocutionum stupere me fateor. Nunc aërem subtilem, nunc eundem vastum dicitis: nunc magnum mundi locum, quem proportionē aëris elementum replet, poetica quadam licentia vacuum perhibes, nec intelligis vacuū prorsus esse non posse, quia vbi aliquid, non nihil est. Aër verò nihil non est: igitur vbi aër est, vacuum nō est. Sed nec illud vacuum rectè posse dici, quod nihil est, quia quod nihil est, recipere aliquid non potest. Proinde vacuum non est, quod nullius capax est. Illud verò quod expectat, quod matrem Domini appellare audes, maus Poëtarum ore genitricē, & absque versibus poetice oratoriam texis. Ego tamen non qualiter, sed quid loquaris, inquirō, atque vt respondeas, quæro: quum beatissimus Gabriel ante oculos Dominicæ matris assisteret, illud ne in Gabriele, Maria vidit, quo Gabriel Dominum vidit: quia si Mariæ illud visibile fuit, est ergo illocalis. Locali contemplabile, quod si est, il locale non est, quia si quisque localis est, localiter videt, & aspiciens respicere non potest nisi partem. Videt igitur locum qui localiter videt, quia pars locus est: & locus, loco ruin vtrique pars est, & loca corpora sunt. Et qui partem videt, partem sui videt, nec videri parte nisi pars potest. Pars verò Dei est, quia impartibile non habet partem. Aut igitur Gabriel Deum non videt, aut solidum videt, nec integrum nisi de integro videri potest. Corpus verò nec integrum videt, nec videre integrum potest. Non igitur corpus est vnde Gabriel Deum videt, quia quo localiter Mariam Gabriel vidit, & cum Maria localiter vidit, videre illocaliter nequit. Sed vt tecum verbo congregiar, si totus Gabriel non nisi corpus est pro distantia partium, nec totus est pes, nec totus est os, nec totus est oculus. Quocirca quum de Mariæ visus est, nec pede locutus, nec ore vidit, nec oculo stetit: sed pars vna quæque membrorum, qualitati suæ conueniens gessit officium. Ergo sicut localiter stetit, &

localiter sonuit, ita & localiter vidit. Hic nunc pro sine quæstionis inquirō. Vtrum nam Gabriel Angelus, vt tu autumas, solum corpus in contemplatione Mariæ corporaliter occupatus, vno eodemque visu, vno atque eodem tempore illocalem Deum illocaliter viderit, quo localem Mariam localiter vidit. Quod quia fieri pro corporei atque incorporei diuersitate non sinitur, restat vt aut Mariam Gabriel nunquam viderit, aut videre cessauerit. Sed huic falso sententiæ veritatis obsistit, qua dictum est: Quia Angeli eorum semper vident faciem patris mei. Si semper vident, nunquam non vident. Si autem quando Gabriel Mariam vidit, Deum videre destitit: non ergo semper Angeli Deum vident. Igitur aut quando Gabriel Mariam vidit, Deum videre destitit: aut verum non erit quod Veritas dixit. Quapropter indissolubili, vt patet, ratione cōcluditur, Quod quia locali visu eodemque in Mariæ contemplationem defixo, Angelus Deum videre non potuit, & tamen quoque Gabrieli Deum visum, negare non licet, nec iuxta diaboli casum in miseria scilicet vnquam videndi Deum immutabilis iam beatitudinis Angeli natura deciderit, sit in eo corporea incorporeaque substantia. Vna qua vel videatur corpori, vel corporaliter videat: Altera qua incorporaliter incorporeum sine sine conspiciat. Age nunc pro acumine excellentis ingenij, proque causarum rerum noticia, indaga, distingue, pronuncia, quo differt materia informis à nihilo, quid sit inanimatum idemque formatum? Quid & formatum pariter & animatum? Quid sit locus & tempus? Qualiter localis motus subdatur etiam temporali, quum temporalis tantū non subiaceat etiam locali. Quid sit stabilis motus, quidue sit æternitas? Quid sit nusquam esse, & nusquam non esse, & de omnibus his rationis aditum quærito, quibusque substantia omnis includitur. Aliquid delige quod Angelos esse decernas. Nihilum certe non sunt, quia nō nihil est quicquid est aliquid. Informis materia nō sunt, quia inter aliquid & nihil, est informis materia. Ecce à nihilo vix discessimus: lamque de inanimato formato vnde tibi Angelus placere esse, tractemus. Animaduerte nunc quod sicut informis materia, quæ formabilis est, præstat nihilo, ita quod iam formatum est, melius illo est, quod est formari potest, formatum non est. Itemque sicut id quod formatum est, anteit illud quod formatum non est: ita inanimatum quodcunque formatum, cedit illi quod & formatum est pariter & animatum, quia sicut formatum proximat formæ, sic animatum proximat vitæ. Ac sicut tria sunt, informis materia, formatum exanime, rerum forma. Sic tridem tria sunt, viuificatum, viuificans, vita. Aliud est vita: corporum, aliud vita: vitarum. Corpus est viuens, anima viua, Deus est & vita, ita scilicet vt anima, quæ in se viua est, corpori vnita sit, vt sic corpus sine ipsa non viuatur, sicut ipsa sine Deo. Intellige nunc Angelis sanctis corpora tribuere, vitam negare. Ac per hoc quum quodlibet animatum dupliciter constet esse substantiæ, & solum esse corpus Angelis sentias: melior ergo vermiculus Angelo, quia est habet Angelus corporis formam, non habet tamen sicut vermiculus vitam. Nullum porro corpus ipsum sibi vita est. Aliud namque est corpus, aliud vita corporis. Aut igitur in Angelo est viuificans spiritus, aut Angelus est omni viuenti deterior, aut cum omni creato viuenti sit potior, non

Mat. 18.

De Angelorum natura.

quæcumque vita, sed & beatissima illa si vita est. Est igitur in Gabriele & incorporeum quo incommutabiliter Deum videat, & corpus quod vel Maria viderit, vel quod à Maria videretur, quodque subditum spiritui localiter gereret, quod gerendum in ipsa veritate illocaliter spiritus cognouisset. Satis ut arbitror, patet beatos Angelos vtriusque substantiæ & incorporeos esse in ea sui parte, qua ipsi visibilis Deus, & in ea eadem parte corporeos, qua hominibus sunt ipsi visibiles, quoniam nec Deus ab Angelo per corpus, nec Angelus ab homine sine corpore videri potest. Quæ quum ita sint, negari nequit diabolom quoque ex incorporeo corporeo-que factum, vtriusque sanctis Angelis concreatum duplicis esse substantiæ, qui postquam improbe superbia tumuit, & inuidiæ febre tabuit, sponte illocaliter sanctitate prolapsus, eaque localiter de cælo non sponte deiectus, quum non Angelus, sed bonus esse cessauerit, innocentiam, perdidit non naturam. Proinde sicut Angelorum multitudo, quæ perstitit in vtroque sui beatificabitur, ita quæ destitit in sui vtroque punietur. Igitur haudquaquam recte duas in diabolo substantias inficiabere. Et quia iam memet spreto, necessarium profectò erit, ut tute cedas tibi, & partem prosecutionum tuarum parte supplodas, falsumque vero diruas. Habet ergo diabolus, ipse tamè incorporeus, corpus suum, quia & sentire sine corpore corporea tormenta non poterat. Et iterum: Qui sentit, aliud est, & per quod sentitur est aliud. Quippe si animaduertis, ruomet, veritate proloquio docebere. Nempe dixisti: Si ex hoc concreto aère diabolus corpus traxit, ergo alienum corpus ad tormenta portauit. Tanquam egomet istud vniquam vsipiamue dixerim. Sed non inficias eo, debito quo hoc argumento victoriam nobis non sponte tribuisti. Nempe quum dicis, quod diabolus non alienum corpus ad tormenta portauit, fateris scilicet quod portauit suum. Mea verò non refert, suum nec alienum corpus habeat, sed habeat nec corpus id refert mea, tu verò diabolom non tantum habere corpus, sed proprium habere, nec fateris solum, sed etiam argumentaris. Hæc quippe sententia est, Si ex hoc concreto aère diabolus corpus traxit, ergo alienum corpus ad tormenta portauit. Certè qui portat est aliquid, & quod portatur est aliquid. Et quum dicitur, portat suum, aliud qui portat, & aliud significatur esse, quod portatur. Ex duplici igitur diabolus ac diuersa substantia est, quia quum corpus suum portat. Aliud quippe est onus, & portitor aliud. Quocirca non vltra oblectabere nobis, si credas tibi, quoniam corpus & qui habet corpus, substantialiter duo sunt, & hæc duo diuersa sunt. Atque vt diuersa sint, vnum erit incorporeum, aliudque corporeum. Igitur diabolus ex duplici diuersaque substantia & corporeus est & incorporeus. Sed super his reddidimus vel aliqua ex parte rationem. Illud chaos, quod inter sonantes innoxiaque animas, sicut argumentaris, intersitum locis merita scernit, sub ipsius capituli tui discussione videamus. Sic nanque dissertas. Si locales non sunt animæ, quomodo peccatores à cæteribus confortisque iustorum vacuum illud chaos tristi interiectione discriminat, vt neque hinc illud possint accedere, neque inde huc transire. Istud Euangelicæ lectionis exemplum adepta Domini simplicitate sermonis, pro astruenda videlicet animarum localitate

te posuisti. Sed oraculi diuini sincerom in sui veritate prolatum oppidò patefaciet, quid istic sermo tuus variauerit vitauerit, tixerit. Dicit in Euangelio Dominus. Mortuus est pauper, & sublatu est ab Angelis in sinum Abraham, mortuus est & diues, & sepultus est in infernum. Quumque esset in tormentis: vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius & dicit: Pater Abraham, mitte Lazarum vt intingat minimum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma: Et respondit Abraham: Memento fili, quia recepisti bona in vita tua, similiter & Lazarus mala, & idèd nunc hic consolatur, tu verò cruciaris, & in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est, vt neque hinc ad nos quisquā possit ire, neque inde huc transire. Istud nunc mihi secundum loca & tempora vel corpora differe, istic sine alternamento reciprocari, & organo pectoris, & tibia gutturis, & oris cauo, & linguæ plectro per quamlibet corporalem, vt autumas, animam verba vocibus effice. hic animæ manum, cuius digiti minimum ambuisti diuitis linguam refrigeraturus Lazarus, aquæ immergat, ostende hic de illo memet quasi corporeo Abraham gremio corporali aliquid doce. Vt & pro modo humani corporis sit angustum, & capax possit esse multorum, & chaos illud vel tam exiguum vt mutua quos dirimit verba miscere queant, vel tam immensum, vt transire nequeant. Illud autem vel maximum quaero: Diues ille qui penes inferos gehennæ incendiis aestuat, qui congregi Abraham sermone quiuerit, si loca beatitudinis non accessit, quid porrò Abraham cum diuite sermocinatur, si inferna non adit? Animas nempe sanctorum in intimis Paradisi sedibus non vsquequaque improbabili sententia dicis habitare. Proinde quum Abraham in Paradiso, & diues in inferno sic immenso quodam intrasmeabili ab inuicem disparati sint, vt iidem mutuo tanquam nihil intersit, non contemplantur solum, sed etiam colloquantur. Si hæc localiter æstimanda sunt, alterutrum fateri cogaris: aut Abraham & diuitem nec sermocinatos innicere, nec ad inuicem visos, aut vel infernum in paradiso, vel in inferno esse paradysum. Sed quoniam nec authoritati Diuinæ perucaciter obisti potest, nec miseris beatitudo misceri, proloquio huiusce perplexū, quia cū lippo imaginationum corporalium intrò inspicere nequimus, semotis paululum locis corporibusque videamus, & vbi itatenus inter quospiam iudicio discretos immensum dicitur spacium, vt etiam sermonis possit esse commentium, animaduertamus non locorum distantiam, sed differentiam meritorum. Cum iusto namque quatum ad corpus spectat, localiter esse iniustus potest iniustus verò esse in innocentia iusti quoadusque iniustus esse non potest. Vnde quia post mortem nec pœnitere cuiquā, nec peccare possibile est, inter saluatos & perditos intransmeabile dicitur chaos incommutabilis status, tua igitur aduersum te refertur oratio. Nempe testimonium quod à nobis dispar afferere arbitraberis, animaduertis nobiscum profectu disputationis bene stare, tibi que tenuissimos sui tramites ad infinita illocalium regionum spacia ducentes obuerso poste claudere, quia corporeæ amplitudinis angustum incorporealium subtilitatum immensa non capiunt, nec distantiam sine loco, nec verbum sine strepitu, nec gremium sine spacio complecti potest. Porro autem

autem corporea non sunt quæcumque ita sunt. Animæ verò Abraham, Lazari & diuitis ita sunt, corporeæ igitur non sunt. Sed quæ post hinc hinc similia sequuntur, minus profectò in confutationem sui penes consilij vigiles habere laboris debent. Cor datus quippe iudex ritè victum censet, qui pro sui imbecillitate par victus est. Vnde non sine pudore stupor, quod pro comprobanda animæ corporalitate subiungis. Ecce anima si Alexandriam vel Hierosolimam cogitat, & si per cogitationem tota sui præsentia illic interfuit, refertur nobis situs locorum, vultus hominum, motus actusque populorum. Non dispudet authorem huius sententiæ exemptæ animæ corporalitatis capescere indicium, vnde incorporalitati videri debuit argumentum. Hactenus quidem de animi incorporea atque illocali visione differui, ac liquidò patuit eandem nulla mediante substantia, æterna semper atque immutabilia contueri.

II. Igitur quum rationalis anima per se incorporeum atque illocale conspiciat, & veritatem, quæ Deus est, à falsitate longè incorporea visione discernat, & nisi per corpus localia corporeæque non videat, quoniam ratio est, illis eandem credi similem, ad quæ conspicienda interprete corpore vitur, & illis quæ per se contemplatur iudicari dissimilem. Animæ visio, vt sæpè dictum est, nec iterare piget, intellectus est. Enimverò corpora intelligi nequeunt, sentiri ab anima per corpus queunt. Anima verò sicut per corpus sentit, ita per se intelligit, eorumque quæ sentiuntur atque intelliguntur, substantia longè diuersa est. Quo fit vt anima, quia non est corpus, quæque corporea nisi per corpus sentire non possit, videre autem per se quæ intelligenda sunt, possit. Tu vero nimis repugnante sententia, corporea voles intelligi, & incorporea videri. Sed ne tibi animus humanus quem corporeum quæris, aut nihil, aut non nisi corporea aut incorporea fortè sola per sese, sicut naturæ eius est proprium videre posse videatur, trigeminum quæstionis huius, quoad strictim possumus, ventilemus obsecrum. Ergo videat ne per se humanus animus nec ne, videamus. Sed quoniam penè summum istiusce negotij, istuc in loco vertitur, prudentem vigilantemque simul quaero lectorem. Visus animi per corpus, qui homini beluæque communis est, intendit sese atque exerit, ista hæc puncta pupillarum vaporato cerebri anteriore ventriculo, inuisibilibus viscerum flammis, inque radios porrò vsque promanans, si quid coloris aut formæ obuium ceperit, concipit, & vti cursu, ita etiam recurru rapidis linearum meatibus recipit. Itaque hoc illud est, quod vocatur visus, sicut in primo libro discernimus. Per hunc ergo cum belua, humanis quoque animus nota ab ignotis, alba ab artibus corpora scernit, hoc in eo tenuis est humani visus animi, quo igitur iusta ab iniustis, à falsis vera dilucidat. An forsitan væcordes oculati corporaliter iudicio credentur cæco anteire sapientes. Sed vel Appium de Romano senatu, vel Hermophilum de Græco gymnasio, vel Tobiam de Prophetarum numero super ambiguo præsentis testes habeamus, quorum vel Appius eis qui extrinsecus clarerent oculis, & interioris cæcitate, consilij lumen præbuit, vel Hermophilus Theopompum Geometricam sine radio docuit, vel Tobias filio dum cælo iter præuissus

pandit, Angelum comitem dedit. Videt igitur animum absque corpore, ne corpulentum aliquid aut coloratum aut per loca distentum, sed ipsam veritatem, quæ summe incorporea Deus est, incorporeo contemplatur obtutu. Patet, vt arbitror, animum & per se incorporea, & per corpus videre corporea. Sed illud adhuc propter tepidi iecoris homunculos discutere superest. Vtrumnam corporea per se possit humanus animus videre sine corpore, nunc igitur ades totus, & quàm potes præsens fito, nempe vt astruis, humanus animus & ipse corporeus, & septo corporis exterioris inclusus, si quid per se videre corporeum potest, nihil illi scilicet videre promptius est, quam corporis interna quis clauditur. Age quæso, intende viscera tua, & in omnes admodum corporum partes, istum quem dicitas animæ corporalem visum, & de temetipso renunciato tibi, nobisque dico, quibus modis, quodue situ triformitas cerebri coeat, iecoris amulsis iaceat, regula licnis hæreat, stomachi libra pendeat, cordis plectrum ferriat, qui venarum tramites, quæque textura, quæ neruorum origines, quæque compages, quæ ossium coitio, quæque compactio, quæ pulmonum caua, quæ tortuosa batulorum enodibusque ligaturis explicitæ inflexiones ac reflexiones. Ecce quid negas, arbitror super his responsa reddidit. Quis igitur negas, quia videlicet animus per se corporea nequaquam videt. Sed quis videre corporea nequaquam possit, quem non sine visu esse iam constitit. Nemo quidquam corporeum videt, qui corporalem visum non habet. Animus autem qui habet visum, & corporale nihil videt, incorporaliter videt, & incorporaliter videre posse, incorporalis est visus, & incorporeum visum nisi incorporeus non habet, & incorporaliter humanus animus videt, incorporeus igitur est humanus animus. Non ergo hinc friuolis sollicitis amplius, vt reare animum non esse illic vbi cogitat, quia contemplari per naturam nequit situs locorum, vultus hominum, motus actusque populorum, hæc nanque corporea sunt. Porro autem animus incorporeus quod contra naturam sui est, videre non potest. Eatenus tamen adest vbi cogitat, vt loca quæ cogitat, corporali visione non cernat, sicut adest vbi viuificat, vt ipsa quæ viuificat sui corporis interna non videat. Ac sic vsquequaque patet animi & corporea non per se videre sine corpore, & incorporea cum corpore videre non posse, non diutius Alexandriæ peregrinemur, sed ab Aegypto redeuntes transmissio errorum mari, & emento ignorantia eremo, veritatis patriam atque vti terrâ repromissionis intremus. Non otiosi, neque inertes, neque verò trepidantes. Vt si quid falsiloqui vanitatis vitio progenitum, aut latere tenus adstreperit, aut obuium sese dederit, lesu præuio aut adiutore feriat. Sed en aliquorumpiam qui interimunt animas, garricentibus nugis, & si non sistimur ab itinere, lentamur tamen. Sed infumere pauillum temporis intertrimenti nihil est, quin porrò iuuat modò, quid obuersum vero, quid ue diuersum, eadem veritas aut depellat, aut præterat. Et quum audio dicere quospiam, qui & corporeas esse volunt animas, & easdem incorporeas negare non possunt, aliud ipsas animas sibi, aliud esse creatori. Deo inquit, animæ corporeæ sunt, verum sibi met incorporeæ, quod ita est ac si dicant, animas & corporeas esse & incorporeas. Aeternitatem porrò testor, quod eo mihi met hinc inanibus respondere admo-

dum laboris est, quia nihil istic est cum quo congregari, nihil quod medullitus eruat, nihil est quo cum certauisse exercitatio, nihil profectò est, quod vicisse victoria sit. Ergo si anima corporea creatori, & incorporea sibi est, duo hæc quàm solerter discuti ratio indaganda veritatis exposcit. Aut verum reuera est, quod incorporea sit anima, si hoc ipsum de seipsa veraciter nouit. Aut item verum est, quod corporea sit anima, si id penes animæ constat authorem. Isti verum dicunt, & verum est, quod anima incorporea sit, quia & istud in veritate cognoscit. Et item verum est quod anima corporea sit, quoniam animæ creator id nouit. Duoque & contraria vsquequaque sibi, & vtraque vera esse contendunt, quum verum nisi falso contrarium non sit. Illustris admodum ac præclara disputatio, quæ dum vnam solamque veritatem spernit, duas sibi veritates inuenit, vt tamen istos professionis suæ nexibus teneam penes hominem, ipsi etiam fatentibus incorporeus est humanus animus.

Quoniam igitur super hac nobis quæstionis parte conuenit, restat vt doceant quatenus incorporealis substantia illi corporea sit, qui eandem incorpoream creauit. Nec primum dico, ita sit, nec ne, sed in præsentiarum ita esse concedo, vnde tamen ita esse nouerint, quæro. Si id diuinorum voluminum literæ continent, legant. Si quæpiam ratiocinatio suadet, doceant. Si Dialecticæ iuuat exercere, conuincant. Si horum nihil est, saltem sententia concedant suæ, vt qui in se corporei sunt, non extra se corporeos se esse credant. Quia aliud extra se esse non potest, qui extra se nihil esse potest. Proinde animus qui in seipso incorporeus est, nequaquam potest extra se esse corporeus. Quia nec author eius aliud illum nouit esse quàm fecit, nec ille aliud se potest nosse, quàm factus est. Ac per hoc se verum nouit, quum se incorporeum nouit. Ergo fallitur Deus, si animum, qui verè incorporeus est, corporeum nouit, sed falli Deus non potest. Incorporeum igitur esse nouit animum, ne falsum sit verum, quo se animus veraciter incorporeum nouit. Incorporeus ergo animus idcirco sibi est, quia & creatori. Sicut enim terra idcirco homini terra, quia & Deo terra est, Et sicut aqua, aer & ignis idcirco hoc ipsum homini sunt, quia & ipsum Deo sunt. Et sicut omnia quæ veraciter innotere homini, hoc sunt in hominis notitia quod sunt: Ita scilicet hominis animus nequaquam potest & aliter esse, & aliter Deo notus esse. Non enim ex rerum notitia est creatoris scientia, sed existentia rerum ex notitia creatoris. Quocirca humanus animus nisi Deo incorporeus esset, incorporeus esse non possit. Quicquid enim quomodo incorporeum est, nullo modo potest esse corporeum. Sed ne istis supra iusto diutius immoremur, cedo, & iam de illo quæramus, quod nulla ex parte discutimus.

13. Dicis etenim, quum verbi gratia, Petri vel Pauli sibi speciem animus intra mentis arcana depingit, nunquid statim intimas paradisi sedes, vbi eos esse nouit, penetrauit? Aut quum sibi in corde diuitis illius flammam ex lectione præposuit, nunquid iam ad tormentorum eius loca ac viuis inaccessibilia inferni profunda descendit? Iam scilicet tibi prout pat fieri fuit, de incorporalibus animarum locis, & de inferno atque Paradiso, & de animæ sine corpore in-

corporali intuitu, quum de diuite illo & paupere verba fecimus, vel quum de animæ duplici visione tractauimus, responsa reddidimus.

Quia verò nunc illud, quod inferna viuis inaccessibilia esse dixisti, indiscussum restat quatenus dixeris, quæro, scilicet ex anima constamus & corpore. Ac licet ambiger nemo quid immortale in nobis, quidue mortale sit, ego tamen tecum sic agam, vt de vtra maui respondeam. Si ex neutra nostri substantia morimur, nihil nostrum ad inferna descendit, quia inferos viuis inaccessos esse dixisti. Si vtraque morimur, ergo & corpus ad inferna descendit. Nec longè nobis corporea hæc inferna quærenda sunt, quandoquidem ipsum sepulchrum Domini est locus inferni. Sed hanc vtrâque absurditatem sententia sana respuit.

Ergo ne in vtraque substantia morimur, nec in vtraque non morimur. Vniutque anima etiam posito corpore quamlibet, si per peccatum Deo suo priuetur, mortua iure dicitur. Credibile tamen prorsus non erit, quod peccatrix anima idipsum, vt anima sit, amittat, quum etiam corpori mortuo corpus esse non pereat. Vt enim moriatur corpus, cum vita omni amittit animam, corpus verò non animam non amittit. Quocirca anima immortalis est, corpus verò mortale.

Quod si corpus inferna non ingreditur, vt potest sepulchro mandatum, atque in diuersas mundi partes pro elementorum quæ sibi in illud continuant diuersitate discriptum, & animus non accedit inferna, quia sententia tua inferos viuentibus claudit: aut nulli ergo sunt inferi, aut ad eos hominum nemo descendit. Atque ita fidei nostræ ratio periclitabitur, si nec Redemptoris anima inferos aduendo redeundòque reseruit. Satis est dici potuisse, quæcunque illa inferna sunt viuentibus adit non posse. Reminiscere nunc in id te statum tui potuisse tractatus, vt si quantitati vel localitati subiacere animam probare potuisses, de corporalitate eius tecum pars etiam diuersa sentiret. Verum si bene scriptorum tuorum recolis, animaduertere simul potes proposuisse te potius, de quibus disputandum foret, quàm de propositis disputasse.

Nec te Academicorum seniorum more nescientiam tuam scisse, sed in xra sectæ ipsius iuniores vtrum scires aliquid ignorasse. Quis antepositis temere duobus in quibus necessariò operis vniuersi corpus omne consistat non vtrunque primum, si queat, alterutrumque, scilicet, si vtrunque nequeat, quis enim quidpiam si non probabile, certè credibile faciat? Duo hæc in victoria nempe conueniunt, vt victori probo causæ probitas compos sit. Horum minus vno virtus actionis infringitur, si desit, vtrumque causatur.

Sic nunc equidem obliuiosum te pariter & ignarum defensoreme naçta fallacia pones penes intellectu rigidos, non solum illud negotij faceffuit, vt tibi semper his credi non oportere pateat, sed vt veritas tui credendum semper est clarior illustriorque sub necessitate consistit, & comparatione falsitatis appareat. Igitur qualitatem, quantitatem & localitatem animæ daturum te spontè professus es, móxque subiungis.

14. Quo-

14. Quomodo non localis sit, quæ inserta membris, & illigata visceribus solis motibus vaga conditione substantiæ tenetur inclusa. Vis sanè vt aliquid perferat, forte sentires, atque idipsum verisimile videri contēderes, error vnum veniabile facere potest, aliud ignoratio erroris. Verum nunc miris modis stupeo, te tam diffidentia, tamque diuersa, vno propemodum momento, atque eodem penè verbo dixisse: Ergo illigata membris vaga est motibus. Et item: Motibus vaga conditione substantiæ tenetur inclusa. Si intra septum corporis, vt tu ais, anima mouetur, videlicet stans mouetur, quod dici ratione non sinitur. Si verò extra corpus motibus differtur, inclusa igitur conditione substantiæ non tenetur. Quis autem dicit solis motibus vaga, quasi quicquam vagari possit immotum, aut non sit facilius moueri & non vagari, quod facit animus per affectum, qui subiacet vtrique motui non secundum locum, quàm vagari quippiam, nec moueri, quod est vtrique proprium corporis, quia subiaceret & motioni per locum. Tu verò illam & stare vagam, & vagari dicis inclusam, quum sicut supra iam constitit, & in toto corpore consistere, & moueri possit immoto. En quatenus de localitate animæ disputauisti, in hoc tamen tēmer ignauia non arcesso. Illud equidem nequiuisti, scilicet quod in hoc præsentis loco nec potissimus orator quisque potuisset. Quantalibet enim dicendi copia præditus alector falli, contra perspicuam veritatem mentiri potest, fallere non potest. De quantitate autem cur te disputaturum spondideris, nihilque de eadem differueris, non possum obliuionis fuisse dicere, cum satis constet, neminem ea nisi ex memoria potuisse profertur. Illud ergo magis credendum est, te non voluisse, aut oblitum fuisse dicere, sed nihil quod diceret inuenisse. Qui id idem congruit, vel in disputationem vocare reticenda, vel reticere proposita? Iam de qualitate controuersa non erit cui animam subiacere non renui, quæ scilicet, si vt quantitati, ita etiam qualitatis expers esset, profectò enim Deus esset. Identidēque si vt qualitati, ita etiam quantitati cederet, corpus esset. Nunc verò medioximum quiddam naturæ incorporeæ, sed creatæ sortita, nec Deus est, quoniam qualitatem habet, nec corpus, quia non habet quantitatem. Et quoniam vt agitatæ retro disputationibus edocuius, nimis late patet in huiusmodi quæstionibus immensum principalium origines complexa causarum. Inspici porò intus vsque nequaquam potest, nisi duplicis creaturam substantiæque homini posse affui, adhibito iudicij libramine secernas. Aut vsquequaque cessandum est, aut istis illuc lineis aduendum, vt primum ab incorporeo corpore distingas. De hinc sicut, vt in ipso omnimodo corporum genere a tris splendentia, sublimia depressis, pretiosa vilibus anteponis, ita etiam in incorporeis quæ creatæ sunt, humanas beluinas. In ipsis itidēque humanæ sunt prudentes stolidis. In his porò itidēque quæ natura vident, doctas indoctis animas anteuertas.

15. Sicut enim Sol corpus est, & saxum quodlibet longè disparile huic, perinde tamen corpus est, Sic equidem omnigenum natura vitarum incorporea scilicet omnis est. Sed sicut corpus corpori præcellitur, cum tamen vtrunque sit corpus: sic animus animo antefertur, cum tamen vtrunque sit animus. Et iterum opulens negotium, & dites causæ ad dicendum præliciunt & penè blanditer obuiæ sub apta specie describi sese quæ sunt, atque etiam cogunt. Sed hæc excellentias

Tom. 5.

& præminentias ac suprematates illi potissimum adæant, si qui illi sunt quos ardens euexit in æthera virtus. Verum enimverò mihi in præsentiarum huic de Statu Animæ quæstioni prout ille proposuit, quo cum congressi sumus, & aliquando forsitan flosculum respondere mihi prouintia fuit, quod recte ne, ac secus fecerim, æquus & doctus arbiter iudicabit.

SVPERIORVM BREVIS RECAPITVLATIO LIBRORVM,

CAP. XVI.



Erum quoniam multa quæ sub huiusmodi quæstionis vbiubi disputauimus, non vsque facilius memoria complecti cogitor potest, quæ sparim & diserrata, quæque vti arbitror, euicta sunt, collectim strictimque & veluti punctatim sub mentis oculo redegi, & reuiscenda simul reuiscendâque congesti.

1. Deus incorporeus est, imago autem Dei est humanus animus, quoniam ad similitudinem & imaginem Dei factus est homo. Enimverò imago incorporei corpus esse non potest. Igitur quia imago Dei est humanus animus, incorporeus est animus humanus.
2. Omne illocale incorporeum quoque est, porò vita corporis anima est, & in corpore viuente tam viuut pars minima corporis, quàm totum corpus. Tantum ergo vitæ in parte corporis est, quantum in toto corpore, & vita hæc anima est. Nec locale est quod tam magnum est in toto quàm in aliquo, & tam magnum in paruo quàm in magno, non igitur localis est animus. Et quicquid illocale est, corporeum non est, igitur anima corpus non est.
3. Item ratiocinatur anima rationalis, & substantialiter inest animæ ratiocinari, & ratio incorporealis atque illocalis est. Igitur incorporealis est anima.
4. Item voluntas animæ substantia eius est, etsi tota vult anima, tota voluntas est, & voluntas corpus non est. Igitur anima non est corpus.
5. Item memoria illocalis quædam capacitas est, quæ nec multitudine recordabilium distenditur, nec paucitate tenuatur, & incorporealiter etiam corporalium reminiscitur. Et cum meminit animus, totus meminit, & totus memoria est qui meminit totus, & memoria corpus non est, non igitur corpus est animus.
6. Item corpus in parte sui tactum ibi sentit, vbi tangitur, animus autem per non totum corpus, hoc est per partem corporis totus sentit. Huiusmodi verò sensus illocalis est, & omne illocale incorporeum est, incorporea ergo est omnis anima.
7. Item corpus nec appropinquat Deo, nec recedit à Deo. Animus autem & proximat & longinquat illocaliter. Igitur animus corpus non est.
8. Item corpus mouetur per locum, animus autem per eundem non mouetur. Animus igitur non est corpus.
9. Item longitudo, latitudo, & altitudo in corpore sunt, & quicquid hisce caret, corpus non est. Hisce autem caret animus, corpus igitur non est.
10. Dextrum, sinistrum, sursum, deorsum, anterius & posterius in omni sunt corpore, in nulla autem sunt anima. Incorporea igitur omnis est anima.

2 Hh ij

En quousque ex omni scilicet disputationum nostrarum parte contraximus, quicquid toto opere moliri sumus, quoniam quæ istic quàm breuissime recapitulauimus, nisi præmissis disputationibus fieri probabile non quirit. Quamquam si negotium tantum asseritor idoneus nactus esset, non sicuti egomet dignitatem causæ admōdum impari oratione dehonorauiſſet. Nec verò ipse aliquanto latius prolixiusque hanc eandem quæſtionem agitate non potui. Verum scilicet par fuit quoad aduersarios reniti valuit, eo vsque præliari, aut quoad in fugam cessit, tergum præbere & manu captum plumbeis pugionibus exarmare. Vterius porro progredi, & in auras tela iacere, & sine hoste pugnare, cassâ contentio est, & virium frustratio, quod ira erit ingloriosum vt laboriosum.

11. Quid tu igitur, ait aliquis, per hæc tria volumina aduersum breuem paginam spaciatus es, si verbum verbo satis? Sed non id negotij est fallaciam struere, quod destruere. Neget quispiam spheram esse mundum. Vno quidem hoc ille verbo negauerit, sed non id vno item verbo vel Timæus astruxerit. Proinde quicquid illud ampliuscule sermocinati sumus, non modo sola falsi confutatio, sed veri etiam coegit adstructio. Quippe diuersum est dedocere noxia, & vitia docere. Nec hoc idem est, sentem solo vellere, quod frugem iacere, non ergo id ipsum est eruere vitium, quod serere virtutem. Multo igitur amplius opere infumendum est in vtroque horum, quàm in alterutrum. Porro autem cum in vtraque agitare mihi prouincia fuerit in tam præpedito negotio, præsertim magis mira est parcitas quàm prolixitas. Nam cum sese vnde clarescentes atque ostentantes prodiderint, aliâque multipliciter progenuerint, latius descendæ causæ præscripsi numerum, modum statui, limitem fixi, ne vel in aciem plures necessarid proferrem, vel diutius rato certarem, vel longius inſto procederem.

12. Te nunc quisque ille es aduersus cuius scripta nosmet iniuriam scriptorum tuorum dicere compulit, oro quæſo que non ob irascaris mihi. Neque enim conuitium retuli, neque rependi maledictum. Solam tibi profalitate veritatem haud par vicissitudine reponderaui. Illis egoque quo magis tua tibi noxia sunt, aduersarius sum, eròque. Atque vti eisdem ipse quoque aduersare causis tuis suadeo. Pauca hæc & exilia, prout arctum temporis fuit, responsa redibui. Tu tecum vtrunque pensato, inter me teque personam iudicis submitto. Adhibitoque iustitiæ libram, si lanx nostra pronior & verè grauior, non pigeat, neque pudeat à transfugio refugium facere, & à falsitate sub veritate cedere. Sin, quod ego nolim, nefastis illis persuasum est vti, obstinatio est, edito pro sententia aliquid publicitus lectitandum, neque nomen occultito, respondebimus, modo compos nostri Deus & vita sit. Quoniam altrinsecus continuati viarum periculum fecimus, experire scilicet veritatis vis quanta sit in excidio falsitatis.

CLAVDIANVS C. SOLLIO
A POLLINARI, S.

S I non hæc quæ ad te scribo venerande viri, discutienda & emendanda transmittō, ritè potuit videri superfluum, & elatum docere vellem, quem sentiam nosse, & ex paupertatis inopia dare dragmam ei, qui multo scientiarum abundat talento. Hinc accidit quòd libellorum à

me transmissorum editio, quos philosophicæ artis subtilissima disputatione disposui, me fecit tantum atque sollicitum, vt eorundem intelligentiam iudicio non committerem modo, sed ad potioris peritiam destinarem, & non tantum ea quæ nunc ex eorum lectione percepi, verum etiam quæ inde iam pridem memoriæ reseruanda mandauit, iudicio tuo probanda transmissi. Bene etenim scit dignatio tua, minimè nos habere quorum collatione de eis, quæ ambigimus firmi stabilesque reddamur. Omnis natura quæ ad Deum peruenit notitia proprio nomine compellatur, & ided nomen naturæ vnus cuiusque rei ostenditur.

Nomen ergo dixere priores, quòd rem notam faciat, quòd ipsius rei imagines, quas per sensus corporisque dirigit memoria in auribus intromittit, ac sic loquentibus nobis, intelligimus, & absentias rerum, & imagines memoriæ retentas, cum voluntas fuerit, cogitamus. Sed duplex rerum natura & corporalis & spiritalis. Omnis quippe creatura aut spiritus aut corpus est. Corporalia scilicet per corpus sentimus. Intellectualia intellectu percipimus. Ergo duobus modis quantum in hac vita datur, omnis rei habetur notitia. Quod sit ergo, quòd dicitur tria esse genera quæſtionum, An sit, quid sit, quale sit. Cur quæſo dicitur, An sit, cum omnis notitia rem ostendens, ambiguitatem tollat, & dubitare non sinat. Sed ego puto ita positum esse hoc ambiguum, quia non omnia substantiarum sunt, sed reperiuntur aliqua quæ probationes earum ostendunt: Verbi causa: Si requiratur, Vtrum bonum substantia est an non? Respondemus, non esse substantiam, sed priuationem mali. Recte enim queritur in quæſtione prima, vtrum corpus sit an spiritus? Et in subsequente requiritur, quale sit, vtrum corpus animale sit an spirituale, spiritus rationalis an irrationalis? Recte igitur definita sunt, tria esse genera quæſtionum, de quibus iam satis breuiter, vt arbitror, diximus. Nunc etiam videamus quot genera sunt corporum, quamuis innumerabiles species sub se habeat.

Tria tamen sunt genera, hoc est, Corpus quod viuuit & non sentit, Corpus quod viuuit & non sentit, Corpus quod nec viuuit nec sentit, quatuor elementa esse puto, Terram, aquam, aerem & ignem, quæ principalia sunt, & simplicia, ex quibus omnia quæ compacta sunt corpora, id est animalium viuientia & sentientia, Arborum, fructicum & herbarum viuientia, sed non sentientia.


Quamobrem quid differant inter se euidentissime liquet, quæ sint eorum communia, Deo iuante inrentius inquiramus. Sic enim volumus inspirante Domino & auxiliante, vt non tantum creaturam ipsius scrutemur, verum etiam ascendentes ad creatricem substantiam per ea quæ facta sunt, intellectu conspiciamus, & quamuis non perueniamus ad id, vt eius substantiam intelligere valeamus, & quid sit, sciamus, saltem, id quòd non sit, euidentissime teneamus. Igitur omne corpus quantitati & qualitati subiectum est.

In subiecto autem corpore corpus non est. Corpus enim subiectum est, non in subiecto, quia corpus substantia est, non accidens. Accidentia autem in substantia sunt, non substantiæ. Accidit ergo corpori quantitas & qualitas.

Quantitas enim in mensuris est, qualitas in coloribus. Non hoc esse ipsum corpus quòd quantum esse, nec

nec hoc esse ipsum quod quale esse, quia & colore murato corpus manet, & in diminuto corpore quantitas quæ prius fuerat non est. Aut per hoc non esse magnū quod magnitudo, nec longum quod longitudo, nec hoc latum quod latitudo, nec coloratum quod color. Ipse est etiam corpori mensura, numerus & pondus. Vnde etiam sancta scriptura ait: Deum omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisse. Sed hic alio modo ad spiritum rationalem referri, quod in consequentibus dicendum video. Nunc verò de corpore quæ cepimus, explicemus. Sicut enim diximus, non hoc esse magnum quod magnitudo, sic nec mensura quod mensurable, nec numerus quod numerabile, nec pondus quod ponderabile. Minuitur igitur, quoniam in tota parte habet sursum & deorsum, habet dextram & sinistram, habet ante & retro. Mouetur per tempus & locum, nec iudicat & iudicatur, partibus secatur infinite. Age nunc videamus quid sit quòd corpus viuificat & non sentit, & quòd dat. Vita enim quæ non est minor in parte, quàm in toto, & non parti minori minor est, nec partem præbet maiori maiorem, & minori minorem, non est corpus, sed spiritus. Spiritus pecoris qui non subsistit post corpus, prætermittendus est, vt ad rationalem spiritum veniamus. Igitur spiritus quantitatem non habet. Si verò longus esset aut latus, quantus ritè vti que diceretur. Prudenter enim secernitur & segregatur à corpore, quia quæſitati nõ subiacet, quâuis subiacet qualitati. Accidit animo disciplina, accidit iustitia & iniustitia, castitas & libido. Quatuor enim sunt virtutes principales, id est, prudentia, temperantia, fortitudo, & iustitia. Non enim hoc est anima quod prudentia, nec iustus quod iustitia, nec temperatus quod temperantia, nec fortis quod fortitudo. Aliud est esse animū, aliud iustum animū. Cum enim dico iustum animum, de quaedam intelligo, hoc enim de prudentia & temperantia & fortitudine dixerim, quia potest esse animus vt nullatenus sit virtutibus præditus, sed si eas non habuerit, consequens est, vt vitium habeat. Colligitur enim subiectam semper esse animum, aut vitium, aut virtutibus subiectum cum esse, sicut diximus, disciplinis quæ sine eo esse non possunt. Verum enim ratio nume-

ri disciplina est. Nunquam enim erit vt quatuor & duo septem faciant, aut septem & tres vndecim. Similiter & figura circuli non recipit contrarietate. Nunquã erit vt figura circuli ex duabus aut tribus lineis fiat, aut quadrigona ex tribus, aut trigona ex quatuor. Si enim addideris vel minueris aliquid, iam nec trigona nec quadrigona erit, manet enim æterna & incommutabilis. Harum rationes disciplinarum & in subiecto sunt animo, & sine eo esse non possunt. Colligitur æternū esse illud, in quo est, sicut illud quod in eo est. Ergo immortalis est anima, & id quod viuuit scit, sepe & cernit. Sed nõ semper hoc cogitat, quia cum scit secuta de se quòd amittat se in multis cogitationibus, distendit se ac si per tempus non per locum mota, mouet tamen & corpus per tempus & locum, scilicet iudicat & iudicatur. Vide ergo anima humana quam magnum bonum sis, dum de corporibus iudicas, dum & rationi coniungeris, dum æternæ veritati sis particeps. Non enim à te diligenda sunt quæ infra te sunt, & quamuis mensura in sit, tu tamen mensura non es. Cogitationi tuæ numerus, voluptati quæ pondus, tu scilicet nec numerus, nec pondus es. Reſer voluntatem tuam amoris ad illum numerum sine numero, de quo Psalmista dicit: Et sapientia eius non est numerus, ad illam mensuram sine mensura, ad illud pondus sine pondere, à quo omnia ponderantur & mensurantur. Ipsum est summum bonum à quo facta sunt omnia corporum genera bona. Ipsa sunt rationalium magna bona, re vti que bona & magna bona & summum bonum ama, simplexque bonum, id est, pater & filius, & spiritus sanctus. Trinitas hæc vnus Deus. Et tamen sic diligendum est corpus & spiritus, secundum quod diligenda sunt, sicut quidam nobilissimus tractator sanctarum scripturarum dixit: Quatuor pones dilectionis regulas. Quod supra nos, quod iuxta nos, quod nos, quod infra nos. Diligamus ergo illud summum bonum, quod supra nos est, non loco ordinis, sed naturæ, quia non potest coæquari creatura creatori. Solus enim filius coæquatur Patri similiter & spiritus sanctus, quia non sunt creatura, sed inter eos vna natura. Hæc quæ breui sermone digessimus, supposita figura demonstrat.



SIDONIVS CLAVDIANO

PAPÆ S.

S I possibile factu esset, vt te dominum meum, vel aliquoties aliquantulum conuenirem, nõ inde quarumpiam personarum aut voluptates, aut necessitates inquirerem. Sed quæ in te debiti mei vsus

mibi esse possent. Quippe reuisionis potestas multis modis ac miseris perinde causis intercluditur. Erimvero scribendi facultas aut rara idonea suppetit, aut nec suppetit. Ista hæc eadē remissibilia sunt, necne, iure iudicari. Porro autē quod numero sepe scri-

Scriptis nostris alij impertiuntur, qui id ipsum nec ambiunt quod egomet fors an, nec merentur amplius, non arbitror amicitia legibus impunè committi. Illud etiam non dolenter saxo taciturnum, quod libellos illos quos tuo nomine nobilitate non annuis, nullo unquam impertiisti rescripto, sed vacui sortis non suppetit, quod tute modicum magna admodum impendas amicitia. Ex quo ita excocepto inquam vsipiam te implicabere, quin in illud aliorum commoda reuegerat? Cum precatu Deum placas, eundem non modo amicis, sed et ignotis concilias. Cum scripturarum celestium mysteria rimaris, quo te studiosius imbuis, eo doctrinam copiosius infundis. Cum tuas opes in vsus pauperum prodigis, tibi quidem maxime, sed aliis quoque consultum facis, proinde nihil videlicet, profecto est tam infacundum actionum tuarum omnium, quod tibi vni soli tantum, et non aliis quoque multis tecum deberem fructum ferat. Nulla ergo cuius quæ prepedimenti occasio præcedi vel falso potest, cui egomet speciali atq; intimis tuis, nihil ab speciali meo fructus fera, à quo ignoti quoque multum capiunt plurimum. Sed, ut ego autumo, iuxta formam Evangelici largitoris, quod non das amico esuriens, dabis improbo pulsatori. Porro si etiam nunc solus indurueris, faciem egomet quod tete ponit, quoniam si peccari vltimè reticendo, ego proximus vltimè scribendo. Porro enim ambiguo caret, tam te puniendum scripto meo, quam punior egomet silentio tuo.

SIDONIUS CLAUDIANO SVO, S.

Omnia domine maior in necessitudinis iura provincias, cur quod ad salutem tibi debitum spectat, à stylo et pignillaribus diu temperem, quodque deinceps nullas vitium volas me papyrus oneravit, qua vos cultu sedule sospitatis imperiat, præter æquum ista coniectas. Si reare quoniam mortalium, cui tamen sermocinari latialiter cordi est, non pauere eum in examen aurium tuarum, quippe scripturam adducitur, tuarum inquam aurium, quarum peritæ si me decursum, ad hoc auti tempora prerogativa non obruat, nec Frontoniana granitatis, aut ponderis Apuleiani sulmen æquiparem, cui Parrones, vel Atacius, vel Terentius, Pliny, vel auunculus, vel secundus compositi in presentiarum vultuabuntur. Astipulatur iudicio meo volumen illud, quod tute super statu animæ rerum verborumque scientia diuissimus propalauisti. In quo dum ad meum nomen præcæmaris, hoc munus potissimum cepit, ut me a fama persona, quam opera pretium non erat, librorum storum titulis includere tuorum perpetuaretur beneficio. Ad quod Deus magne quantumcunque opus illud est, materia clausum, declamatione conspiciunt, propositione obstruunt, disputatione reserantur, et quanquam propter humata syllogismorum puncta tribulofum, vernantis tamen eloquij flore mellitum. Noua tibi verba quia vetusta, quibus que collatus meritis etiam antiquarum literarum stylus antiquaretur. Quodque preciosus est, tota illo dicto sic cæsa ratim succincta qui profuens, quam rebus amplam strictamque sententiis sentias plus docere quam dicere. Denique et quondam nec iniuria hæc principalis facundia comparabatur, cum paucis verbis multa cobibenti cura fuit causam potius implere quam paginam. At vero in libris tuis tam illud quale est, quod et rineritudinem quanquam conuata maturitas admittit, inserit que tempestiuam censura dulcedinem, ut lectoris intentionem per euentilata disciplinarum philosophia membra lassatam repente voluptuosus excessibus quasi quibusdam pelasti siti portibus foueat. O liber mulisariam pollens, o eloquium non exilis, sed subtili ingenij, quod nec per scaturiginis hyperbolicas intumescit. Nec per rapinomatæ depresso tenuatur. Ad hoc unica singularis que doctrina, et in diuersarum rerum asserione monstrabilis, cui moris est de singulis artibus cum singulis artificibus philosophari, qui que si foris exigis tenere non abnuto cum Orpheo plectrum, cum Esculapio baculum, cum Archimede radium, cum Euphrate horoscopium, cum Perdice circinum, cum Pitruccio perpendicu-

lum queque nunquam inuestigare desierit, cum Thalete tempora, cum Arthalamæ sidera, cum Zeno pondera, cum Chryssippo numeros, cum Euclide mensuras. Ad extremum nemo secundo meo qua voluit affirmare sic valuit. Si quidem dum sese aduersus eum quem contra loquitur, exercitat, morum ac studiorum lingua vtriusque symbolum iure sibi vendicat. Scenit ut Pythagoras, diuidit ut Socrates, explicat ut Plato, implicat ut Aristoteles, ut Eschines blanditur, ut Demosthenes trahitur, vernat ut Hortensius, ut Celsus, incitat ut Curio, moratur ut Fabius, simulat ut Crassus, dissimulat ut Cæsar, suadet ut Cato, dissuadet ut Appius, persuadet ut Tullius. Iam si ad sacrosanctos patres pro comparatione veniat. Instruit ut Hieronymus, destruit ut Lactantius, aseruit ut Augustinus, attollit ut Hilarius, summittitur ut Iohannes, ut Basilus corripit, ut Gregorius consolatur, ut Origenes affluit, ut Rufinus stringitur, ut Eusebius narrat, ut Eucherus sollicitat, ut Paulinus pronocat, ut Ambrosius persenerat, iam vero de Hymno iuo si percutiente quid sentiam, comaticus est, copiosus, dulcis, elatus, et quoslibet lyricos disthyrambos amenitate poetica et hystorica veritate supereminet. Idque tuum in illo peculiare quod seruat in meorum pedibus, pedis syllabis, syllabarumq; naturis intra spaci sui terminis, verba ditia versus pauper includit, nec arctari carminis breuitas longitudinem phalerati sermonis eliminat. Ita tibi facile factu est minutis throchæis, minutioribus que pyrrichis, non solum molossis, anapesticis que trimetriis, sed epiriturum etiam pæoniis que quaternas superuenire iuncturas. Excreuit amplitudo proloquij angustias regulares, et tanquã paruo auro grandis gemma vice capitur. Emicatq; ut equi potentis animas, cui si memini si inter res qua confregit frenorū lege teneatur, intelligit non tam cursum deesse quam campum. Quid multis, Arbitror me in vitroque genere dicendi, nec Arthæna sic atice, nec Musæ sic musicè indicabuntur. Si modo mihi vel censendi copiam desidia longior non ademir. Nam dum impacte professionis obientis nouum scribendi morem gradatim appeto, et veterem saluam dedi. De bono oratore nil amplius habeo quam quod malus poeta plus esse cepi. Proin queso delicti huius mihi gratiam facias, quod aliquantisper mei memineras. Ardentem venulam rariis fluminis tuo misce, Tibi tubam totus qua patet orbis iure venerabitur. Quam constat geminam felicitate tecum, quando nec amulum reperit, nec aequalem, cum pridem aures et ora populorum me etiam circumferentes vagaretur. Nobis autem grandis audacia si vel apud municipales et cathedrales oratores, aut forenses ramulus garriamus, qui etiam cum perorant, salua pace potiorum, turba numerosior, illiteratissimis literis vacat. Nã te cui seu liberu, seu ligatum placeat alternare sermonem, intonare ambisanti suppetit, pauci quos æquus amant Lupitior, inimicabitur. Vale.

SIDONIUS NYMPHIDIO SVO, S.

Librum de statu anime tribus voluminibus illustrem Martini quorumlibet primus eruditorum totis sectata Philosophia membris artibus paribus que comere et excolere curauit, nouem quas vocauit musas, disciplinas aperiens esse non faminas. Namque in paginis eius vigilis lector inueniret, veriora nomina camerarum que propriam de se sibi pariant nuncupationem. Illic enim et Grammatica diuidit, et Oratoria declamat, et Arithmetica numerat, et Geometrica metimur, et Musica ponderat, et Dialectica disputat, et Astrologia prænoscit et Architectoria struit, et metrica modulatur. Huius lectionis nouitate letatus, excitatus que mat uritate, rapim recensenda transferendamq; ut videras, petisti, ut petieras, impe-trasti sub spõsione cita redditionis. Nec me falli, nec te fallere de cet. Tẽpus est comodata restitui, quia liber ipse, si placuit, debuit exhibere satietatem, si displicuit, debuit mouere fastidium. Tu autẽ quis illud est, fide tua celeriter absolue. Nẽ si repetitũ libellũ seruis reddere puras mēbranas potius videaris amare q̃ literas.

DE VNIVERSITATIS PROCREATIONE,
CONTRA MVNDI ET MATERIE ÆTERNITATEM,
A PHILOSOPHIS CONSTITVTAM, ZACHARIÆ
primum Scholastici, deinde Episcopi Mitylenensis Dialogus, Gilberto Genebrardo Theologo Parisiensi, & Hebraicarum diuinarumque literarum profectore Regio interprete.

DISPVATIONIS HYPOTHESIS.



Scholasticus. Erat nome dignitatis et officij Ecclesiastici, ut quem hodie Protonotarium appellamus. Erat enim de comitate in Episcopi.

DISPVAT Zacharias Scholasticus Christianus, mundum nõ esse cum Deo æternum, sed Dei opificium, ortum habes ex tempore, atque etiam, si opifici videatur, interitum. Nihil ex o sententiam de Dei bonitate lædi. Itaque mundum Dei duntaxat esse opus non Deum. Occasio fuit hæc. Quidam discipulorum Armonij Philosophi sensim ad Hellenismum, siue Paganorum impietatem dclapsus Berytus venit, ut legum studium profiteretur. Is cum cœpisset quibusdam familiaribus Paganis Armonij de mundo antihætes proponere, cas illi ad Zachariam Scholasticum detulerunt, et confutationes, atque responsa scriptis mandare postularunt. Hic enim iam olim Alexandria cum Ammonio philosopho & Gesho medicinae doctore multas de iis disputationes habuerat. Colloquij siue Dialogi personæ sunt hæc. Zacharias per literam A. indicatus. Discipulus, qui materiam, & argumentum dialogo præbuit per literam B. representatus. Reliqua est Ammonij, deinde Geshi medicinae doctore. At cum in se inuicem iam omnes congregiuntur & disserunt, Zachariæ personæ Christiani inscriptionem profert. Ad extremum disputationis cursum primæ personæ colloquatur, & prædictis elementis exprimentur. Vniuersa dispositio platoniana est, quantum ad locorum, qui illinc, vt è Floridis pratis carpatur phrasim stylum que pertinet. A. Quid noui accidit Sociorum amicissime, vt relictis Ægypti sedibus Nilo ipso atque præclara Macedonis ciuitate hinc nunc conuerteris? B. Legum studium, & amor me amice adduxit ad legum parentem vibem. Et ecce Aristotele, meis profecto deliciis, post habito, iremque ipsarum initiationum ministris in Phœnicia peregrinor, sicubi possim discere legum, iurisque Romanæ prudentiam. Aueo enim ius ciuile cognoscere. A. Rectè quidem, amice. Nam fat mihi videtis philosophiæ initiis, & acditionibus non incitè imbueris, esse cupis politicus. B. Equidem cupio. A. Sed mihi narrato, admirande vir, quæ Platoniarum, & Aristotelicarum sententiarum insignis ille interpres valeret, qui quidem disertus Athenis profectus est à Philosopho, imò verò à Philosophia, atque adeo sapientiæ exte-perte, qui nunc sibi sapientiæ titulum arrogans in Alexandri vrbe alios etiam sapientes prolixè se effecturum pollicetur, quotquot ad se discendi gratia venerint, & aures sibi patenter accommodauerint. B. De Ammonio percontari mihi videtis, beate vir. Eiusmodi enim verbis hominem ridere soles. A. Sic res habet. Dic igitur, qui ipsius schola, & auditorum conuentus valeat? An ne ad ipsam nunc adolentes probi, honesti, animo intemerat ventitant? Valde enim timeo, neque id sine magna animi cruce, ne suis inceptis iuuenū mentes imbuat. Homo enim iste ad corrupendos iuuentutis animos, dum à Deo atque veritate procul

recedit, magnam vim habet. B. quo istud pacto? A. Nescin tu, qui familiarissimè diu cum eo es versatus, atque ipsius congressu præcipuè vltus, quid de cælo, quid de Deo sentiat? Vt euehat cælum ad eadem cum Deo dignitatem? Factum quidem ipsum affirmat, sed ratione tantum causæ, adeo vt illud æque ac Deum sempiternum constituat, neque hanc vniuersitatem vnquam interituram putet. B. Intellego, ac vera sunt quæ prædicat. Te tamen lubens cogitamus, Num hæc ita habere censet? Mihi enim probabilis, non inepta aut dissentanea eius videtur ratiocinatio. A. Vis igitur, amice, meam, & ipsius de ea re congressionem, anno superiore inter nos habitam cõmemorare. Vis etiam, quos vltro citroque sermones inter nos olim institutus cognoscere? B. age, libenter istud audierim. A. Verum, ne quis aduentans nostrum sermonem interpellet, te prehensa manu ad Dei templum adduco. Vbi primùm structuras eius spectatu dignissimas tibi ostēdero (es enim spectandi cupidus) vt eius omnia sigillatim tibi monstrauero, nostram postea disputationem placidè, tranquillòque auspiciabor. B. Si id egeris, mihi rem feceris gratissimam. Rumor enim est creber, qui meis auribus mirè imbut, illic quæ vnquam facta sint sumptuosissima, ostēdi. Nam distinctum variatumque opus mirifica omnis generis materia amar, prodigiosaque esse pulchritudine fidem omnem superante cuius contemplatione spectantium nullus soleat satiari. Quin & ferunt ad tantam speciem opificis opificio, atre sapietiam traditam Pontificis magnificentiam ad solam operis ambitionem, ostentationemque accessisse. A. Vera quidem sunt hæc, sed vnde rescisti? B. Ne quære, sic rem habere scio. A. Ne iam sciscitare, sed oculis vsurpa. B. Papæ O sapientiam opificis. O spectaculum elegantissimum! Qualis hæc forma! quanta proportio, quam præclaram harmoniam Palatium istud Dei habet! Quanta mole denæ columnæ surgit, & solidantur, vt è materia vna ista optatae sunt, vt vnà eandem inter se speciem seruant & retinent? Candidæ cunctæ lænes, candore lænore quam pulchrè fulgent? Eandem figuram, similitudinem & formam ostentant penitus. Admiror etiam pictoris, lineas varias, species, & elegantissimas ornus generis sciros picturæ tractus materiæ decus & pulchritudinem, postremo viuos ipsos colores. Sed hæc quidem postea planius contemplantur. Nunc mihi memora Philosophi disputationem speciososque illos sermones. Omnia obsecro nullis præteritis, quæ ille dixerit, aut proposuerit explicare manca quæstionis inuestigatio videatur. Nefas enim, vt siue per veritatem, siue per amicitiam, virum Philosophiæ cognitione præstantem lædamus. Est iniuria maxima alicui falsam opinionem de Deo, & diuinis rebus affingere. Sed nec vndique viætoriam quandam Cadmeam, vt pronerbio fertur, venati oportet, sicuti in foro oratores faciunt, & omnes qui in perpetua verborum contentione versantur. A. Me rectè mones, admirande vir, hisque verbis illicis &

persuades. Nam sat scio, veritas tibi est curæ & rectæ sententiæ, quibus homini prudenti nihil beatius videtur, nihil pretiosius. Præterea philosophia virtusque nostrum delicta, hoc postulat, quod vniuersa felicitas vitæ beatitudo in eo sit constituta. Audi igitur, audi bone vir, veritatem ipsam verbis disceptarem. Quod si aliquid videat prætermittere, quod me inuita fiet, tuum erit in medium proferre, atque proponere. Neque enim apud illum, qui illius ignoret dogmata, in præfenti verba facio. B. Narra igitur. A. Audiebamus aliquando ego & quidam alij ipsius discipuli intus in Gymnasio literario, ætatis tempore Zephiro iucundum aliquid & suauiter flante, cum Nilus fluuius maximus, pro fluxus sui consuetudine se Ægypto superfundit cætaganisque Ægyptiorum arua irrigat, libros Aristotelis philosophici. Ipse autem nobis velut ij, qui exponunt oracula, Aristotelis philosophiam, & rerum principia, in sublimi quodam suggestu doctorum more sedens magnificè enarrabat, & explicabat. Cum autem aliquando sermo de cælo incidisset, siue ex ipsius industria, siue ex eorum quæ disputabantur consequentia, siue etiam id connexio ratio postularer (non enim satis meminimus) hanc propositionem iniicit.

Ammonius. Pulchrum ne cælum videtur, an non? Christianus. Pulchrum, respondi ego.

Ammo. Huius ne bonus opifex? Christ. Haud dubiè. Ammo. Si igitur pulchrum cælum, si præterea bonus huius vniuersitatis parens, & effector, cur nolunt Christiani pulchrum æuo sempiterno simul cum bono conuertiari, & hæretici? Ac si pulchro hæc vniuersitas, quemadmodum cõcessum est, quo pacto pulchrè conueniam, apteque coagmentatum soluere velle non est improbum? Quod profecto de primo illo, & solo vniuersorum Deo cogitare planè nefas. Nam non cadit inuidia in id quod bonum est & vnum, sed ab omni diuino cætu exulat. Nonne id tibi probatur? Christ. Quid nî? Ammo. Istud verò etiam considera. Christiana. Quid. Ammo. Bonum esse Deum est ne in confesso? Christ. Est. Ammo. Et vniuersitatem pulchram? Christ. Sanè. Ammo. Quo igitur pacto pulchrum non est sempiternum? Nam si in tẽpore procreata est hæc vniuersitas, & secunda existit à suo opifex, nõ quidem dignitate (istud enim etiam nos profitemur) sed tempore, Deus incuria ad illius effectorem processisse videtur, aut vtrumque abhorret à beata illa diuinæque natura. Deus enim semper cognoscit pulchrum, semperque bonus est. Attende præterea ad istud, Prouidentianè administratur hoc vniuersum? Christ. Certissimè. Ammo. Vnde igitur admittit interitum. Consilio Dei, an præter consilium. Si præter consilium & voluntatem, non potest igitur Deus succurrere, etiã si conseruare cupiat. Si voluntate, & consilio, quam ob causam perdit id quod inter res procreatas est præstantissimũ. An vt præstantius, quidpiã efficiat. At id fieri nõ potest. An vt deteri? An nefas, an vt simile & par, At qui puerorũ is lusus est, qui cũ multis ludunt, ex arena domunculas identidem componunt, & diruunt. Quid enim adeo sui operis negligens, stultusque artifex, vt sua opera, quæ semel præclare cõstruxerit, mutet? Cõficitur igitur ex iis, quæ posita sunt, aut imbecillum Deum esse aut intelligẽtia vacuum, aut quod dictu est nefas, vtrumque. Cum ergo Deus neque potestatis sit expertis, neque intelligentia vacet, præterea cùm bonus sit, Non est obnoxius interitui mūdus. Quod si expertis est interitus, tempore etiam erit ingenuus. Sempiternæ enim causæ effectio ratione temporis sempiternæ

na est effectio, quemadmodum asseruit Porphyrius, & veritas ipsa ostendit. Christianus. Ausculta obsecro, Istæ enim frequenter simpliciore vbi apud nos, non valde alioqui bene Christianis affectos veræ soliusque nostræ pietatis, & doctrinæ verba protuleritis commouere, terretreque suspicamini, magnifica quædã, & superba, & artificiosè confecta verba contentes, ne arbitrari Christianam religionem sola communis fide. Quasi verò non præterea inuictis rationibus, & necessariis demonstrationibus gaudeat, atque gloriatur, vt vna hæc pietas fide recta, ratiocinationibus corruptis, demõstrationibus quæ partim è verbis, partim ex ipsis rebus sumuntur floreat exornataque sit. Non enim nostri Theologi pigmentatis verbis, & verborum luxurie, & atticarum vocum harmonia in compositione, & veræ elocutionis mulcent auditorum aures verarum demonstrationum inopia, quemadmodum vester Plato, & ceteri, qui de vltis diis scriperant, imò verò de sceleratis demonibus, syrenas amulati Homericas, quæ musica voluptate audientium aures retundant, & morte optemperantes, mulcabant. Proinde laudo, atque etiam admiror Ithacensem illum ducem, qui nihil sua nobilitate indignum passus est, sed potius prudentia, ipsarum insidias superauit. Non igitur nostra sint istiusmodi. Etenim Saluator noster ipsiusque diui discipuli & veteres Prophetæ, quæ ad ipsum spectabant oraculis fundentes non varietate verborum, tangam fucis condita, sed nudatam omni prætextu, & artificio, & garrulitate veritatem proposuerunt. Sic naturalis species apparet. Sic oratio rebus congruit, vestræque omnis perit vanitas. Sed ne me extra rem verba facere suspiceris, vestræque argumenta, quæ nihil ab araneorum telis differunt, refugiet, iam ad tuam quæstionem respondeo, & ad tua diluenda Christo solo duce, & Deo fretus venio. Dicebatur à te, si bonus est Deus, si pulchra hæc vniuersitas tãquam boni Dei opificium, quo pacto, non necessarium, vt pulchram opus opificem suum perpetuum comitetur: quo pacto à bono proficisci potest tam pulchri operis, tãque aptè coagmentati dissolutio? Duorumque alterum necessario sequi, vt aut ignoracione putem, aut iamdiu pulchrum, bonus Deus non condiderit. Vtrumque autem colligebas alitum à summi boni natura. Nunquid hæc à te dicebatur? Ammo. Maximè. Christianus. An, si fortunata vir Socratem, Platonem, & singulos homines, pulchram rem esse censet necne? In confusione etiam est Dei esse opificiũ & effectio. Ammo. Quid nî? Christianus. Cur igitur Socrates, cur Plato, cur singuli homines non existunt perpetuo? Quam ob causam aut, si in tempore sunt, & intereunt? An nõ mortuus Socrates, mortuus Plato, An non singuli homines quotidie migrant ex hac vita? Ammo. Certè. Christ. Et his morientibus, atque intereuntibus bonus est Deus? Ammo. Vera videris dicere. Christ. Et omnino necessarium, Christian. Et inuidiæ morbum non attribuiuis (propter cetera) Deo bono? Ammo. Minimè. Christiana. Si igitur bonus Deus, & effector Socratis, & Platonis, & singulorum hominum, qui & pulchri sunt, & in tempore facti, & mortui, neque quicquam bonitatis Dei ratio læditur, si hæc, inquam, omnia sic se habent, quo pacto non bonus existimabitur, quatenus hæc vniuersitatem fabricauit, quamuis cum ipsi, & quidem soli videbitur eam soluat, & diruat? An nõ sentis, præclare vir, quod, qui partes interire concedit, etiam totum iisdem affectionibus obnoxium esse vult. Quales per cum enim fuerint partes totius, tale esse totum cuius sunt partes

Iniuriam congregat.

solem non esse Deum.

Relector gumenta Gõtilium.

Confutatio hæc à te dicebatur? Ammo. Maximè. Christianus. An, si fortunata vir Socratem, Platonem, & singulos homines, pulchram rem esse censet necne? In confusione etiam est Dei esse opificiũ & effectio. Ammo. Quid nî? Christianus. Cur igitur Socrates, cur Plato, cur singuli homines non existunt perpetuo? Quam ob causam aut, si in tempore sunt, & intereunt? An nõ mortuus Socrates, mortuus Plato, An non singuli homines quotidie migrant ex hac vita? Ammo. Certè. Christ. Et his morientibus, atque intereuntibus bonus est Deus? Ammo. Vera videris dicere. Christ. Et omnino necessarium, Christian. Et inuidiæ morbum non attribuiuis (propter cetera) Deo bono? Ammo. Minimè. Christiana. Si igitur bonus Deus, & effector Socratis, & Platonis, & singulorum hominum, qui & pulchri sunt, & in tempore facti, & mortui, neque quicquam bonitatis Dei ratio læditur, si hæc, inquam, omnia sic se habent, quo pacto non bonus existimabitur, quatenus hæc vniuersitatem fabricauit, quamuis cum ipsi, & quidem soli videbitur eam soluat, & diruat? An nõ sentis, præclare vir, quod, qui partes interire concedit, etiam totum iisdem affectionibus obnoxium esse vult. Quales per cum enim fuerint partes totius, tale esse totum cuius sunt partes

partes

partes necesse est. Ammo. Nescio qui mihi rectè dicere videaris: Aliquid autem parior circa vestram opinionem, nec valde tibi assentior, sed assumens, respondeo Deum non esse opificem Socratis, Platonis, singulorumque hominum, sed vnus cuiusque patrem & solem. Christiana. Agens noui opifices monstrantur vestra opinione pater & sol; debet igitur vnusquisque patrem suũ in Deum referre loco solius opificis, & vniuersorum effectoris. Ammo. Non id aio, sed singulos parentes in eam esse causam existere cur vnusquisque per seminis emissionem oriatur. Christ. Atqui, omnia fortunate, non istud hoc tempore verbi inspiciendum est considerandũ quæritur. Sit ita sanè instrumentorum vice, parentibus vtitur Deus, per hos efficiens prima principia, & semen ortus iaciens, sed quis est, qui iactũ semen per commutandi vim & facultatem formauit, & ad speciem deduxit. Quis præterea ille qui partium propositionem posuit, constituit, & harmoniam, qui ex ossibus & neruis, & venis, & carne, & singula conspiratione, & consonantia, & temperacione, coagmentauit hoc animal, atque composuit? Quis ille qui animam formato corpori colligauit, confluxit, vt exigua humoris gutta iacta in naturæ officinam coniecta animal rationis particeps mortale conficeretur, mentis & sciẽtiæ capax, hic certe præclarum animal homo. Neque enim Solem quis dixerit. Nam etiam ipse opificiũ Dei est, si qua in re Platoni fides debet adhiberi. An tibi videtur eum qui ab alio effectus est, qui si natura Deus non est, posse aliquid credere? Ammon. Non. Christiana. Deum autem putas esse solem? Ammon. E quidem puto, nisi aliud doces. Christ. Age igitur primum contempleremur solem existat Deus. Ac si hoc semel fuerit concessum, concedemus etiam eum corporum esse opificem. Non tamen coniunctionis causam dicens animus cum corpore. Neque enim ipse Plato concederet in Phædone, docens non oportere vt impleamur corporis natura, sed vt potius ab ipso expurgemur, donec ipse Deus nos laxauerit. Hic nũquam Solem eum esse dicat, qui laxat, & soluat, sed Deũ ipsum perspicuè additamento pronominis, Ipse, solum Deum innuens & designans, imò verò clarissimè ostendit, qui & in tota oratione per Socrate Philosophantè nõ oportere seipsum educere ex hac vita, neque fugere eũ qui vixit, neque carcerem, sed expectare vt is, qui huius colligacionis est auctor, soluat, nullibi solis meminit. Itaque ostendamus solem, neque Deum esse, neque opificem hominum singularium, Ammo. Id exquere. Christ. Deum ne intelligentem, & incorporeũ censet. Ammo. Censet. Christ. Eundem ne miseriam non obnoxium, immortalem, perẽnter eodem modo se habentem, & ab omni circumscriptione liberum? Ammo. Maximè. Christ. Præterea simplicem, compositionis vacuum, non ingredientem corporum mixtionem, alienum ab omni vinculo tanquam beatum & lætionis, & noxæ expertem, sibi sufficientem, perfectũ, ingenuum, ab omnibus differentem, quæ vel gignunt, vel intereunt. Ammo. Vera dicere mihi videtis. Christ. Sed & inuisibilem, non figurabilem, intractabilem, & indiuiduum, ab omni denique mole & qualitibus, & quantitate leceretum tanquam incorporeum? Ammo. Sanè. Christ. Quid autem solem dicis? nonne sub sensum cadere tanquam corpus, genitum esse vt corpus, præterea interitui obnoxium, velut genitum, & que à circumscriptione esse liberum: complectitur enim ipsum cælestis, sydereaque natura, neque rursus concrecione & figura, quantitate, corporeis affectioni-

bus esse solutum, sed factum, & cõmutationibus subditum, conuersionibus, & defectionibus quotidie seruientem. Num vera hæc tibi videntur. Ammo. Videntur. Christ. Cũ talis sit natura sol, neque sibi sufficit, neque profectus est, quippe ab alio effectus, & ab illius prudentia pendens, siue ratione essentia, siue ratione substantia. Ammo. Præclare. Christ. Sed nec existimandus est opifex, nec Deus. Ammo. Probabile. Christ. Nunc ergo summam propositiones enumeremus, bis enim, atque ter pulchrum autem esse, pulchra dicere, & contemplari. Deum intelligentem esse, & incorporeum concessimus. Præterea miseriam expertem, immortalem, similiter semper se habentem, velut simplicem, & compositionis vacuum, atque vnum, item ab omni vinculo, circumscriptione, & habitu liberum. Ammo. Id asseuerabamus. Christ. Præterea perfectum sibi, sufficientem, ingenuum. Solem autem sensu percipi velut corpus, & genitum, ex quo consequitur, posse eum interire, & dissolui, tanquam compositum. Præterea circumscriptum esse, & figuratum, vt qui ab alio esset effectus cõque indigeret. Ammo. Istud etiam asseuerabatur. Christ. Minimè verò, quod sic se haberet perfectum existere, sibiue sufficere, in confesso erat. Ammo. Cogis vera dicere. Christ. Illud quoque in concessis habebatur eum qui talis esset, non esse censendum opificem aut Deum, vt qui perfectionem non attingeret. Quod enim imperfectum est, alienum est à diuina natura, & beata. Ammon. Pulchrè. Christ. Si igitur, hæc se habere ratio ostendit, quo pacto sol singularium hominum existit opifex: Quod si enim istud concessum fuerit, iuxta eorum qui ista opinantur liberam sententiam, & erroneam & plurimam insaniam, corporum opificem esse solem atque omnino Deum, quomodo non eadem quæstio (inquisitio) rursus emerget. Necessarium enim sanè Deum etiam solem fabulantes, & gigantum more furentes Deum facitis, atque bonum (est) ipsum confiteri cuiuslibet pulchri effectorem, atque opificem. Quomodo igitur, mirabilem vestram, & præclaram dubitationem effugere poteritis, etiam si solem nobis Deum comminiscens admiseritis, quemadmodum ij qui plebeium sæpe regem in Theatro faciunt. Etenim hæc inuidia, & ignorancia pulchri & negligens opificem, itemque rei pulchrè se habentis, apteque coagmentatæ dissolutio sequetur, sed & alig stultæ & fatuæ vestrarum sententiarum quæstionum dubitationes. Cæterum quis erit qui animos corporibus colligauerit. Neque enim hoc in solem referendum est, etiam si qui omnia miscet, & turbant, sursum deorsumque res vertant. Ignoracione & errore vnus soliusque conditoris, in deorum multitudinem pertracti & prolapsi vel precipitati, atque nobis externorum, & alienorum prauis operis, & effectiois opificum catenas comminiscens, quemadmodum & demones quosdam sceleratos, & errores in deorum ordinem assumunt, nullamquam ad Homericam conuersi sapientiam sancientes multos induperare non bonum imperator vnus esto, vnus rex, principatum autem popularem inconditum & turpissimum, administrationem, itemque mixtum semper, & tumultuantem de diuinis enuntiantes. Formam autem, pulchritudinem Monarchiæ intueri non valentes, neque expertes immateriatum & beatum huius lumen. Volutati enim circa opinionum veritatem, ipsum quidem bonum contententur, in opificem verbo reipsa autem spoliante huius vniuersitatis opificio, in quos volunt effectioem

omnem vel certe partem referentes. Iterū verò cupiūt intelligere quid differat inter opificem, & effectorem, inter Dei opera, & effectiones. Vtque sol lucernæ instar à Deo constitutus in magna hac aula istam vniuersitatem collustrat, nihilque possit vel efficere, vel operari quàm quod constitutum sit à Deo ordinis dictatore soloque opifice collustrant, dico animantium stirpes frugere enatam humorem, & putrida loca, atque partes consumere, & exsiccare. Has igitur solas actiones, & tales ei opifex indidit, eaque natura ipsum affecit. Vnde illius legi obtemperans instar turbinis hac vniuersitatis ambit, vnus speciei quidem habens motum eumque voluntatis expertem velut seruus, & inanimatus, nulloque modo animal rationis particeps, quemadmodum sentiunt, qui illum Deum prædicant, ad infelices istorum operationes stulti, & quasi hiante ore accedunt. Assiduum autem faciens motum, & modulatum, neque excedens terminos sibi impositos ab opifice, & ordinem quem nactus est, sed promulgans cum hac vniuersitate, amicitia, & conspiratione, & consonantia suum conditorem, quemadmodum domus elegantem cõfecta, & ad pulchritudinem composita, suum architectum sæpe absentem neque visum dignumque admiratione artificis sapientiam. Vnde & præclare à diuo Apostolo Paulo tractatum est de Deo & mundo dum sic ait, inuisibilia enim ipsius à creatione mundi ab ipso operibus intellecta conspiciuntur, Itemque etiam à Sapiente Salomone, qui eadem sententiam aliis vocabulis hunc in modum declarauit. E magnitudine, & elegantia rerum procreatarum quadam proportione ipsarum opifex cernitur. Vbi istam disputationem illo die perfecissimus, ego, & Philosophus conuentum dimissimus. Finem enim etiā habebat speculationū Aristotelis ab ipso propositarum declaratio. Plurimi autem dum miretur colloquium qui intellexerant disputationem, cum etiam ipsi essent exercitati in Apodicticis rationibus, & modis, & versati circa varios ratiocinationum labyrinthos, sperarent, etiam frequenter Aristotelem tuas delicias, & Platonem, atque admirarentur nostris verbis adhaeserunt, & suffragati sunt, aut potius veritatis sacrae quæ Christianorū est familiaris. Domū itaque discesserunt Christianas demonstrationes admirati & valde auentes sepius veritatis sermones audire. Postridie discipulorum præstantissimus Bessus, qui nunc tumet Hypocratis coī, & Galeni Pergamēni cognitione, & medicina studioforum doctor ad Nilum præfideret, postulabat eundem cõgressum & colloquium repeti, quasi ipse posset plura quam præceptor dicere. Ac meam dextram tenens abducit ad Musarum templum, quo Poëta, Rhetores, Grammatici ventitantes præbent suorum ingeniorum specimina, hunc autem sermonem orsus est. Medicus doctor. Qua tandem ratione Deus est opifex, mi Christiane, si semper non operatur? Christianus. Respondi, Quoniam ad operandum rationes intra se perpetuo habet Deus, semper est opifex. Quemadmodum & medicus apud se habens medēdi rationes, medicus est, & dicitur. Quod eodem modo sentiendum de fabro materiario, de ædium structore, de Rhetore. Num id tibi videtur. Medicus doctor. Maximè, sed an medicum appellabimus, nominabimusue eum qui non sanat, Materiariū fabrum aut ædium fabricatorem eos, qui artem fabricandi actu non exercent? Vti neque musicum eum qui pulsationibus musicam non ostendit, neque fidum harmonia mulcet audientium animos, neque illorum aures titil-

lat. Sed nec Rhetorem dicimus, qui neque orat, neque in senatu iudicibus, vel consilio, consultationibus, vel in concione concionatoribus fidem verbis facit. Non igitur opifex erit, qui actu nihil operatur, & rationes operandi, quas habet in apertum non profert, & informem materiam in formam & speciem non adducit & aptat. Christ. Rectè. Sed audi, mi Philosopho, quàm aptè de Deo disseramus, & opinemur. Dicimus enim Deum semper fuisse opificem, vt pote habentem in sese efficiendi rationes, & quodocunque velit producentem. Neque enim otium Dei villo modo inculamus, neque, cum nihil efficit, opificis nomē ei detrahimus, sed ex iis quæ effecta sunt opificem agnoscimus ab omni habitudine, & necessitate, & tyrannide, quippe qui Deus & vnum sit liberum esse arbitramur. Beata enim & soluta natura non agit necessitate, neque quando non agit sine inordinatè, siue simul omnia, iam etiam ponetur extra opificis naturā. Nonne tibi valde absurdum, mi Philosopho, videtur confitendum esse medicum, qui instructus est arte medica, eam habitu possidet, & in seipso & circumfert, vni autem aut alterum corpore laborantem, & periclitantem, ne elementorum compage dissoluatur medicæ artis beneficio curat, neque intereā circa medicinam perpetuo occupatur, Deum autem opificem esse negandum, quod non nisi cum velit operatur. Medicus doctor. Maximè. Christianus. Et verò fabrum, & architectum, causidicumque, & Rhetorē nihil læserit aliquandiu ab iis circa quæ versatur eorum ars desisteret. Med. Minimè. Christ. Agedum, hos quidem omnes libertate decoramus solutos, & sui iuris, ac extra omnem necessitatem ponimus, quod attinet ad propriarum artium efficientiam. Omnium autem Regem, qui solus est liber, ac veram libertatem omnibus suppediat, & dispensat necessitati, quæ dominatur in omnibus sub ortum, & interitum cadentibus subiicitur? ac ei mancipari etiam ipsum existimabimus? vt non opifex affirmetur à nobis, libertate ornatus, & nõ necessitate coactus ad res condendas? Neque à seipso. Neque enim cæditur, & pugna circa diuinam naturam omnis repugnantia, & dissentionis expertem, & quietum, & pacatum, imò verò ipsissimam pacem. Quandoquidem, omnis simplicitas etiam ipsum vnū est, & compositio nusquam, neque ab aliquo ei aduenit. Neque enim vniuersorum regi quicquam accidit. Aut si opifex existimetur, vinculis necessitatis ipsum condere arbitrabimur. Medic. doc. pulchrè dicis. Christ. An necis charissimum caput, non necessitatē, sed solam bonitatem opifici, & effectiois huius vniuersitatis ducem fuisse, & præsidem, & gubernatorem? Si vis audi tuum Platonē, hac solam esse causam pronuntiatem rerum omnium cõcretionis. Ille Timæum conscribens, sic inquit. Vin scire causam, propter quā conditor hanc vniuersitatem condidit. Bonus erat, bono nunquam vlla de re inest inuidia. Præterea etiam istud inspice. Doctor Medicus. Quidnam? Christ. Si Deus non est opifex propterea quod non condebat ab eo aui puncto, ex quo extitit, extitit autem ab æterno, sic non est præterea beneficus, & bonus, & qui nõ semper operatur, quid nunc igitur operatur. Non enim alios mundos respondebis, cum hic mundus sit vniuersus Platonis sententia. Doct. Med. Hunc mundum etiam nunc conficit. Christ. Ausculta, obsecro, quàm à vestris decretis hac propositio, & sententia abhorreat. Doct. Med. Ostende. Christ. Res perfectas efficit à principio, imperfectas quasdam reliquit.

Si per-

Violentia.

Quædam antiquis estimanda sūt.

Si perfectas, quis dubitat esse super nomen, circa ea quæ perfectè se habent, iamque coagmentata sunt occupari & operam ponere? Sin imperfectas, aut inuidia adductus initio non perficiebat, aut perfecti ignorantia. Atqui vtrunque alienissimum est à Deo, & indignissimum ab ea natura, quæ sola scientia & bonitate viget. Ac quonam modo effugiet tui ingenij dexteritas, nobiles vestrorum sapientum, & beatorum antitheses atque dubitationes & quæstiones. Nonne absurdū omnino de Deo ista cogitare? Doct. Med. Quidnam? Christ. Ergo non est necesse bonum perpetuo condere, aut propterea non esse beneficiētis & sapientis & scientis, præclari, & perfecti, quod in tempore agat. Caterum quo pacto hunc etiam mundum nunc temporis conficit? Quamquam, vt quidem dicere soletis, neque animos nunc efficit, neque corpora. Animos enim non nunc efficit dicitis, cum finitas ipsas à principio Deum condidisse vestra declaret oratio, atque vitam egisse ante corpora, & ea deinde nulla vicissim μετεμύθησθαι lego anima se tum brutarum, tum hominum, quadam lego περιτρίψις non περι τον admirabili sapientia & artificio Pythagoras, & Plato apud vos sapientia nomine clari somniant hanc de mutatione corporum fabulam ab Ægyptiorum sapientibus accipientes, & cum illis delirantes. Sed neque hominum qui sigillatim (vel singulatim) nascuntur opificem esse Deum conceditis. Parentem enim & Solem causamini his perstrictis & capris medicus doctor mirum in modum vocem extulit. Med. Quam ineptè, inquit, mi homo, veterum sententias moliris destruere, & euertere? Nullasne pudor aut ratio gloriæ, & dignitatis beatorum illorum, & sapientum apud omnes, quiquidem eruditionem amant te subit. Christ. Minimè, inquam. Siquidem antiqua tum honorare fas est cum veritatem continent tempore efflorescentem. Cum autem fabulam inaniter fucaram nominibus, & ornatu verborum demulcentem aures tunc tamen sanè cearam Homericam auribus imponchas. Sic exitiosum cantum perniciosarum Syrenum euadimus seu defugimus, cicutæ poculum melle conditum, & oblitum agnoscetes. Aut sic igitur Homericas de diis fabulas, quas etiam ipse Plato republica à sua eiicit illarū Poëtam vngens perinde vnguento, quemadmodum forminæ hyrundines amplectemur, & suscipiemus. Quamquam ipse Plato nullam habens rationem temporis, & antiquitatis, neque eloquentiæ ipsius, magnificētissimè Poëtam è sua ciuitate exterminat quasi certè iuvenes corruptentem, si quidem eius sit municeps. Nihil igitur tempus tantisper dum conturbat. Nusquamne præclari voluptas ratio & veritas tibi videtur? Med. doct. Quorsum ista concionaris, quasi verò ratio, & contubernalis demonstratio nobis desit, idque circa potissimas sentētiās. Christ. Nonne igitur necessarium vt rationem quoque modo sequamur. Nihil quippe eorum quæ præclara sunt preciosius, nihil sanctius & illustrius videtur quàm istud. Med. doct. Dicit igitur, quo pacto nunc opifex Deus, quidque operatur? Christ. Dum continet ea quæ sunt, & prouidet, efficit. Sed non istud fuerit efficere. Nam opifex est nostra quidē sentētia, qui essentiam ipsam è nihilo, quod nullo modo existebat producit, & formæ congruentem materiam per generationem adhibet. Essentiā enim Deum effectorem esse dicimus, nec verò tantum formarum cum vos censeatis opificem esse. Vt vos autem censeatis opifex est, qui informem, & speciei expertem materiam in speciem & formam designat (με-

ταπλαττει) & soluit priore deformitate, & conturbatione, & insita permixtione. Ista igitur opificis iuxta vtrorumque sententias definitio, atque ratio. Cõtineri autem, & prouidere aliud (iam) fuerit quàm efficere ab efficiēdo. Nam cõtineri est res quæ existit quæque factæ sunt tueri atque conseruare. Prouidere autem de rebus quæ extant quæque factæ sunt curam habere. Med. doct. Rectè sentis, sed quid tibi confert Deum nunc aliquid efficere, aut non efficere, sed liberius interrogauerim quid tibi prodesse putes, siue Deus nunc efficiat, siue non efficiat. Christ. Dicam, Si hoc temporis articulo non efficit, effectorem autem esse ais, quod iam effecerit. (Neque enim necesse est illum semper efficere) eadem ratione erit effectior ex sese, etiam si nondum res quæ sunt effecerit, vt nullius egens. Etenim habens efficiendi rationes in semetipso, & actu effectiois. Nam non necesse est effectorem semper efficere, & ratio docuit. Præterea istud inspice. Med. doct. Quidnam. Christia. Mundus si cum cõeuum Deo esse dicamus, ipsi erit honore par. Quo quid esse possit magis impium, si quidem circumstruit, & aspectabilem, & tractabilem, & corpore materiario præditum ad eandem gloriā & honorem eum incircoscripto & inaspectabili, & omnibus naturis superiore euehamus. Med. doct. Non hæc sic se habent. Ac si vis exemplo aliquo familiari te manu ducam ad id quod quæritur. Amat enim quod quemadmodum corpus quidē causa existit vniuersi cuiusque vmbra, & tamē vmbra par est tempore corpori, non autem honore, sic sane hic mundus cõsecrarium quoddam est Dei, quippe qui ipsi causam vt sit præbeat. Et vero cõeuum est Deo, nõ tamen honore æqualis. Christ. Atqui non cernis absurditatem eorum quæ dicuntur. Primum quod electionis vacuum, & inuoluntariam causam cõcretionis rerum Deum esse fabulantur, qui cõsecrarium illius mundum esse comminiscuntur, quemadmodum & corporis consequens vmbra ipsa existit. Neque enim volentes nos vmbra sequitur. Igitur Deum ipsum etiā si ille nollet, mundus cõsequeretur, & absolutè fortuito subsisteret. Et (sic) perperam Deum causam esse dicit. Præterea illud etiam non considerat. Doct. Med. Quid tantem? Christianus. Aliam aliquam præterea causam esse vmbra. Nam non solum corpus illam parit, sed & lumen. Eo enim non posito non formaretur, aut consequeretur vmbra. Nam oportet lumen esse & corpus in medio, quæ vmbra creēt. Iam verò quamnam adiuuantē causam Deo sociabant qui inuoluntariam, & electionis expertem mundi causam Deū esse aiunt, quemadmodum vmbra corpus? cum ipse sit lumen intellectuale, & nullum corpus in medio collocatum sit quod vmbra consequi solet. Oppositum enim, ait, aliquis vestrorum sapientum, Soli corpus non (impedit ne splendor ulterius progrediatur) concedit vltra progredi, atque id esse splendorem vmbra. Vnde & talis formatur, quale ipsum corpus extiterit. Verum hæc absurda quanto animum implent scelere cum Deo & cogitantur & dicuntur ab omnibus his qui mentē vt cunque moderatam possidēt? Quis verò non mirabitur, imò verò ridebit exemplū. Aiunt enim vmbra non esse corpori honore parem, nec verò conspiciūt quod alia ratione hæc nõ pari honore afficiantur. Nam corpus luminum dimensione est, atq; dicitur. Vmbra autem corporis simulacrum si quis dixerit, nõ errabit. Igitur quod tempore æqualia sunt, non differunt. Doct. Med. Præclare, sed fortunate vir, si om-

Res que extat, quæ que effecti sunt.

ne quod fit in tempore. Tempus autem, simul cum Caelo, & caelum simul cum tempore erit, & tempus genitum simul cum caelo. Mensura enim est conuersionis mundi & motus, simul autem cum mensura, quod mensuratur esse necesse est. Quandoquidem relata sunt, & relata sunt simul natura. Quod si factum est tempus, Omne autem quod fit in tempore est. Tempus igitur in tempore factum est, & erat tempus ut existeret. Tempus ergo etiam antequam esset hic mundus, Quod fieri non potest. Quae si absurda sunt, erit igitur tempus, & mundus ingenitus. Quandoquidem omne quod fit, in tempore efficitur. Christ. Egregie, mi medice. Sapientis Platonis sententiam subuertere vos didicistis, tamen polliceamini vos ipsius disciplinam sequuturos & expetatis Platonici ab hominibus cognominati. Nonne haec illius sunt? Tempus simul cum caelo factum est, ut quae simul effecta sunt, simul etiam dissoluantur, siquidem ipsorum fiat dissolutio. Ut igitur veritati & huic orationi opem feramus nos, sic concise & simpliciter adificationem vestrarum captionum ex arena constantem diluimus. Dicimus igitur, primam sumptionem non esse veram, nempe omne quod fit fieri in tempore. Med. doct. In quo ergo tempus efficitur & mundus, si non in tempore. Christian. In aeo, mi medice. Imago enim eius est tempus: sicque non necesse est tempus fieri in tempore, aut quaeritur ioculariter, & captiose, & tempus vacuum tempore, ut tempus subsistat. Med. Eleganter, sed mihi istud narra, cum fatearis Deum esse bonum, & illum bonitate hanc vniuersitatem condidisse affirmes, bonitatemque solam causam dicas rerum constitutionis, quo pacto corrumpi ais hunc mundum, à bono, pulcher cum sit effectus? Bonum quippe omnia pulchra conficit. An mutabitur bonus, & quod dictu est nefas, fiet ut quae pulchre facta sunt, & recte coagmentata, corrumpi velit. Christ. Minimè. Non id de summo bono, ne per cogitationem quidem animo recipimus, quippe qui sit solus, & vnus semper existat, ortum non habens, constanter semper permaneat, & firmiter, neque vnquam suscipiat mutationem. Permansio enim est immutabilitas, & quod permanet, firmum est, & proprie vnus verèque existit, & omnis modi libertas, & firmitas, & summa beatitudo sempiterna, inuidiaque expers bonitas, ad quam vniuersa appetitio contendit, properat, ipsissimum bonum, & ipsissimè boni natura. Doct. Med. Quae ratione ergo ais interire hunc mundum, aut ab aeterno non esse factum, (nihilominus) perseverare Deum in sua bonitate. Christian. Tibi ego id quod etiam heri Philosopho talia interroganti respondi, dicam. Med. Doct. Dico, libenter enim audiam. Christ. Socratem Sophronisci filium, & Platonem Aristonis, & Alchibiadem, Cliniae, & principem peripatericorum Aristotelem, & singulos virorum homines pulchrum ac aliquid esse ducis necne? Med. Certè. Chr. & summi boni officia? Med. Opinor. Christ. Quo pacto igitur interit Socrates, interit & Plato, & pulcher Alchibiades, & insignis peripatericæ disciplinæ dux Aristoteles, intereunt & singulares homines, cum Deus bonus sit, qui & efficit in tempore pulchra. (Non enim ab aeternitate. Propria quippe Dei solius aeternitas, nec mundus sibi ipsi istud attribuerit,) & interire decreuit. Sic enim oportebat. Nam ad id quod vtile est rebus quodque ipsius conferet, beata illa, & inuidia carens natura mouetur. Med. Ego tibi familiari aliquo exemplo hunc errorem abstergam. Christianus. Mihi si

Soluit rationes Medici.

id praestes gratissimum feceris & bonè. Nam fat eis nihil perinde mihi amico tuo gratum esse, quam si errore aut falsis opinionibus meum animum liberes. Vter autem nostrum istud alteri fecerit, nonne maximè gratificabitur, (nonne maxima beneficia intulerit.) Quid tibi videtur? Med. Doct. Maximè. Christianus. Narra igitur quod vis. Med. Quemadmodum dux, qui sub se habet triginta, aut centum milites, exercet eos in praelio, & docet bellica. Quod si eorum aliquis intereat, alterum conscribit catalogo, Atque ita opus triginta militum centum, ut & vniuersa actio detrimentum aut vacationem sustinet, quod prudentia ducis substituatur alius in locum pereuntis, numerusque perfectus maneat. Sic certè, Deus loco eorum, qui sigillatim quotidie moriuntur, alios dum procreat, nullam aduersus vniuersam vniuersitatis harmoniam, & constitutionem noxam sustinet, nec patitur, sicque permanet in bonitate, etiam si pereant, & corrumpantur quotquot sigillatim in tempore procreantur. Christianus. Papè, quanta est exempli subtilitas, quam eximia & mirabilis haec sapientia? Non enim praementia, & stoliditate sentitis ea quae dicuntur, neque pilum prauarum & impiarum opinionum, & domesticis erroris, quem animo circumfexis velut quandam oculorum mentis lippitudinem euadere vultis. Etenim dux ille tuus, mi medice, vellet quidem illos prauos milites non interire, sed praeter voluntatem & consilium eos perdit, quod nequeat eos facere immortales, vnde alteram navigationem instituit, ut proverbio dicitur. Nam alios in mortuorum vicem inducit, & per alios numerum eorum, qui desiderabatur, supplet, sicque ille perfectum seruat & supplemento eorum qui subrogantur officium suum tuetur. Id verò de Deo, qui immortalia efficere potest, sentire nonne nugamentum est & insignis blasphemia. Itaque exemplum tuum plane ineptum est, & dissentaneum. Ac sanè ego vobis illud vicissim conuertam, & vestrum fatuum vobis proponam *προσαλοῦμαι* ostendam. Qua enim ratione dicitis nihil laedi ad opus ducem, sic sanè & Deus nihil noxae aut damni patitur ut sit opifex, & bonus, cum hunc mundum transformabit, & reformabit, & corrumpet non in aeternum (transformabit enim hunc) neque rursum ab aeterno non efficit ipsum (effecisset enim intellectualem) sic non in otio permansit Deus ante rerum quae sub sensum cadunt constitutionem, sed recto ordine procreat. Nam quod inordinatum est, non proficitur à Deo, sed à fortuna, & dum perimit hunc sensibilem & spectatum mundum, bonus est, permanetque in bonitate. Non enim penitus delet, neque perfecto exitio addicit, damnat, mulctat hanc vniuersitatem, sed in melius alterat, & commutat, & praestantior efficit. Novos enim caelos, & novam terram, iniquiunt divina oracula. Quod autem oportet perire hanc vniuersitatem, vel ex eius partibus quae quotidie intereunt intelligere est per facile. Cuius enim partes intereunt, illius totum necessario tandem iisdem affectionibus quibus partes ipsae subiicitur, uti docet Basilus egregius & diuus. suffragantur autem huic rationi etiam Stoici, & ista ratio de mundi interitu est, & necessaria, & ineluctabilis, Geometricisque necessitatibus, & vinculis, uti proverbio fertur, implicamini, dum non potestis firmitatem & vim demonstrationum atque rationum effugere. Caeterum ut te non tantum ratione arctemus, ad tuas etiam delicias cutrimus. Ecce enim Platonis philosophi tibi exponemus.

nemus sententiam, qui Timaeum conscribens, sic alibi de Deo, & hac vniuersitate pronuntiat. Quidnam est quod semper existit, nunquam autem ortum habet, ac quidnam quod semper fit, nunquam verò existit: illud quidem sanè intelligentia cum ratione comprehenditur, semper cum in iisdem versetur, hic verò rursum sensu rationis experite opinabile efficitur, atque interit, te vera autem nunquam existit. Rursum de opifice haec ponit. Parentem quidem & effectorem huius vniuersi inuenite arduum est, & vbi inuenieris, in vulgus indicare impossibile, & rursum de caelo. Vtrum nullum vnquam habuit ortus principium, an effectum est ab aliquo incipiens principio? Effectum est.

Aspectabile enim est, tractabile, & corporatum. Quae verò talia sunt, videntur genita. Et tertio tempus simul cum caelo effectum est, ut simul facta, simul etiam dissoluantur, siquidem eorum aliqua fiat dissolutio. Et quarto rursum omnem regem alios quos Deos suspicamini sic sanè affantem inducit. Dij deorum, quorum ego opifex, indissolubiles estis, me quidem volente. Ac quidem certe omne vinculum solui potest. Et rursum. Proinde quia facti estis, non estis immortales, neque indissolubiles penitus. Artamen non dissoluemini, neque cōsequemini mortis fatum, quippe meam voluntatem maiorem adhuc, & potentior adepti, quam vinculum illarum quibus cum efficeremini colligati constructique estis. Tene mi medice, his verbis potionamur? & tandem persuadeamus potabili oratione saluum auditum expurgare. Tuis ne auribus oportet plura insusurrare? Cerne enim ut ipse Plato ortum noxat caelum, & quatenus ortum dissolutioni, & interitui obnoxium? quod necessario dissolutio compositionem subsequatur. Omne enim compositum dissolui etiam natura solet. Nil verò te conturbet, quod adiecit Plato. Siquidem eorum aliqua fiat dissolutio, & iterum. Non consequemini mortis fatum, cum praesertim dixerit. Ac quidem certè omne vinculum solui potest, & rursum non estis penitus indissolubiles. Quin & de sua tabe caelum scribit ali, dum cum Timaeo disputat, naturaque omnes istiusmodi res interitui obnoxias agnoscit atque dissolutionis participes, quippe quae effecta sint. Quod si voluntate opificis immortalia haec esse asserat, nimirum commotus haec dixerit, sibi loquens contraria, & tanquam in nocturna dimicatione secum pugnans. Humana quippe sapientia pauci est censenda, atque ad eò nihil. etenim pauld ante natura sua posse interire quod effecta essent testatus est. Nonne? Med. Videtur. Christianus. Si igitur haec naturaliter interitui obnoxia sunt, nullatenus eos, qui natura interire possunt, Deos suspicari oportet. An tibi videtur iste mundus Deus esse, cum sit ortus & natura interitui obnoxius, quemadmodum ratio demonstrat, & Plato tradidit? Med. Quid debeam dicere necio.

Christianus. Progrediamur ergo oratione ad leges ratiocinandi accommodatius: stude autem sequi. Nam te istud facere cum vir sis disertus, & Philosophus cupio. fateor igitur Deum incorporeum, ingenitum, incorruptum, à tabe alienum, à concreione liberum. Medicus. Fateor. Christianus. hic autem mundus sensibilis videtur, & genitus, concretusque è materia, & forma & quatuor elementis compositus Platonis iudicio, propterea quod ad dissolutionem natura comparatus. Medicus. Videtur. Christianus. Si igitur, mi

Tom. 5.

medice, Deus aliter est affectus, aliter mundus, non igitur Deus est iste mundus. Quod si non est Deus, neque aliqua vlla eius pars, neque ergo sol Deus est, neque luna, neque quicquam eorum, quae in caelo conuertuntur, haec enim sunt vniuersi partes, haec Dei officia. Medicus. Rectè. Christianus. Si igitur haec sunt partes vniuersi, rectèque demonstratum vniuersum ortum esse, & natum ad dissolutionem, utpote concretum, & genitum. Quod verò sic se habent, ut collocetur extra beatam Dei naturam, iustum videtur. Sol igitur non est in Deos referendus, neque luna, neque aliarum planetarum vllus. Medicus. Minimè.

Christianus. Itaque simul demonstratum est solem alicuius rei non esse effectorem, siquidem Deus non concedatur, sed Dei officium. Solus quippe Deus opifex est, ut non productus ab alio. Medicus. Praeclarè loqueris, sed mihi istam dubitationem solve. Christianus. Quamnam? Medicus. Si aliquo tempore non fuit mundus, quo pacto erat Deus in suo pro more domicilio. Quo pacto seorsum ab vniuerso esse potest, quo pacto erit beneficus vbi non erunt ea erga quae beneficentiam exerceat. Præterea cuiusnam erit Deus?

Christianus. Videris mihi, mi doctor, velut è somno expergefactus, ignorare ea quae modo dicebamus. Colophonemque quaestionum nobiscum veluti putas te egregie proponere, nec cogitas. Beneficium nomen non necessario bene facere, quemadmodum neque efficere cogitur, sicuti docuimus. Sola enim diuina natura soluta est necessitate. Vos autem Deum sibi ipsi sufficientem, nullius indigum atque perfectum non arbitramini, minimèque aliquo eorum quae produxit egentem. Nam si non potest existere seorsum ab hoc vniuerso, maximam partem, aut fortasse totum atque ipsummet esse haec vniuersitas ipsius subsistentiae largitur: atque hac ratione vniuersitas ipsius est causa, non autem ipse vniuersitatis. Quod enim altero indiget ad constitutionem, illius est effectus, & non causa.

Quo igitur modo ipse constituit hanc vniuersitatem? Nam si eam constituit, ut inquit Plato, priusquam constitueretur (illa) non erat. Num cernis ut dicere, quod propter seipsum suaeque vtilitatis causa eam constituit, tollat alteram propositionem, nempe vniuersitatem Dei bonitate esse constitutam? Quod vestra oratio sursum deorsum mouet, atque construit? Si quidem seorsum ab hoc vniuerso esse non poterat. Si autem cum esset bonus, voluit res existere ipsis non egens, ut existeret, antecederet enim ea ut perfectus nullòque indigens, ipsa cum sit vniuersa sufficientia, non est profectò necesse, ut effectum sit coaruum effectori. Nam oportet effectorem antiquiorem esse effectu, & opificis opificem. Siquidem id quod fit secundum est ab eo quod efficit causa & tempore, nisi causa futura sit inuoluntaria, & non ratione, consilioque praedita.

Quemadmodum vmbrae corpus & splendoris id quod lucet. Quomodo enim summus opifex esset opifex, nisi volens id efficeret, quod facit? Sin minus, quemadmodum corpus vmbra, sic non opificem sequeretur haec vniuersitas subsistens fortuito & casu. Erit autem Deus beneficus, etiam si *faciat la-* nondum consistant ea quibus sit beneficiendum, *time.* velut habens in sese ea quibus beneficiam transferenda sint, etiam antequam ad subsistentiam veniant

111

& accedant ea, quibus bene fieri oportet. Exempli gratia, γένημα genimina dicimus ea quæ ad gignendum nata sunt, quamuis ea quæ gignuntur nondum existant. Nam sic opificem etiam dicebamus esse Deum, tamen si opificia nulla extarent, quod in se haberet effectrices rationes, & paratus esset actu efficere. Quippe apud Deum beatum, & perfectum, qui & perpetuo solus consistit, bonisque est ea quæ nondum sunt neque effecta sunt, quod futura sint velut quæ iam existant atque effecta sint existimantur, & quod pos- sit in puncto temporis, & momento indiuiduo omnia ad ortum adducere. Possidet enim simul ingenitam & coævam beatæ (suæ) naturæ voluntatem erga ea quæ & producenda sunt, & beneficiis cumulanda. Cæterum produxit cum profuturum iis quæ producta sunt vidit, atque ratio & ordo postulabat. Sic circa res Dei voluntas & beneficentia æterna est, non ut earum natura ex tempore. Nihilque eorum quæ procreata sunt videbitur aliquando sibi ipsi rapere, & attrahere dignitatem vnius summi opificis, quæ in semper coherendo posita est. Aut quomodo conveniret aut ambobus, & simul extantibus, & semper Deo dico, & mundo, propterea quod ille sit opifex, illud opificium? aut quæ attributio duorum, quorum vnum agit, alterum patitur? Quenam autem ratio ne contrarium existimemus, quod quidem etiam cogitare non possumus, siquidem ambo coæva sunt, nisi quæ Deus semper extiterit vacaveritque origine, mundus autem coepit, nec semper fuerit. Nam hic est ordo opificis, & opificij, ut quæramus & nos scire, & nobiscum natura alia rationis particeps si qua sit, quid sit opifex, & effector, quid opificia, & effectiones. Quidque perfectissima, & sibi ipsi sufficientissima, & omnium præcipua natura & dominatio, quid quæ effecta sunt, & quæ pendet à summi pontificis potestate atque arbitrio, ab ipso continentur, ipso solo egent, ipsi famulantur. Si enim simul cum opifice, & semper univèrsa consistant, ubi iam est præstantia opificis, quatenus omnia simul cum eo semperque existunt (in eo quod est simul cum illo, semperque existere) Iam verò quo pacto erit opifex eorum quæ simul semper existunt, & cum ipso nata sunt, quomodo autem extant, & quæ semper item dominatio & servitus Dei que suprema maiestas & dignitas. Quomodo autem erit in æquè præstantibus (δηοτήμοις) concisè (per vices κατὰ τοὺς ἀμείνους) existet & semper, & imperium & servitium, & Dei maiestas, quæ in omnibus eminet, & gloria excellit? Sic igitur Deus semper est opifex, & beneficus. Opificia autem non semper. Sic Deus eorum quæ nondum extabant Deus erat, ut quæ in ipso etiam ante ortum existerent. Univèrsa enim complexus est vi prænoscenti quæ ad ortum adducenda erant. Cæterum vnumquodque ut voluit, & quando consentaneum fuit, & ut præstantissime se haberent sapientia quadam & arte atque potestate effectorice produxit, estque opifex non ex iis quæ sigillatim sunt, sed ex sese. An non vocas benefactorem & conservatorem ipsius ægrotantis, & medicum cum cogitat, & deliberat ægrotanti opem ferre, etiam si nondum in opus perduxerit suam voluntatem, quod paulò post sit cogitationi adiuncturus opus. Med. Om- nino necessarium. Christian. Sic igitur, si quod religio- sum, & sanctum est in exemplo sumas, moneas autem quod dissentaneum (sic inquam) Deus benefactor, & opifex, & Deus eorum quæ beneficij effe-

cturus est, & procreaturus, non necessario beneficia conferens, aut procreans, neque ut Deus sit in rerum naturam res ipsas producens. Habet enim ex seipso id quod est, sed ut bonus & Deus. Mihi autem istud consideranda. Med. Quidnam. Christianus. Num tacentem hominem ratione præditum dicis ex eo quod ratione uti possit? Med. sit istud sanè. Christianus. Quid autem Pythagoras, & discipuli ipsius, qui que olim in Italia philosophabantur, ratione ne præditi videbantur, quando cum vel post aliorum silentium μετὰ τῶν ἄλλων τὴν σιωπὴν ἐπιλοσόφουν, alij in silètio philosophabantur? Med. Quidni? Christianus. Igitur, mi medice, Deus etiam ni deteriore sit conditione quàm vestri Pythagorici, & ceteri homines, Deus etiam erit & opifex, & beneficus, etiam si re ipsa aliquid quando non efficiat, ex eo quod possit semper efficere, & habeat erga illa, quæ beneficiis afficit, atque ad eò diuinitatem, voluntatem, & propensionem origi- ne carentem. Porro vos mihi videmini dum vultis incommodum vestra opinione exiguum effugere magno malo implicari. Ut enim sanè Deum, nunquam in otio fuisse versatum, sed benefecisse ab æterno pronuntietis, voluntatis expertem (brutamque) rerum causam, & non prudentem cum facitis, & conservam effectiorem insurgere facitis in effectorem, & coæva suo opifici comminiscimini opificia, in Deos illa referentes, & magnum nomen, & rem, quibus vultis attribuitis, tanquam aliquid aliarum rerum. Non concedentes solum Deum ipsum vnum, & bonum per omnia in omnibus primas ferre, & vnum esse, & solum, idque singulari modo. Nam si coævus Deo hic mundus est, quidnam est secundum quod nō est Deus melior hoc mundo. Istud erit sempiternè esse, & quomodo omnibus rebus in omnibus excellere, dicemus. Ac si simul Deus simul mundus semper autem Deus, & simul cum effectuore nata esse oportet effecta, ubi est ipsa vnitatis beati Dei, & libertas ab omni habitudine (omnis habitudinis vacuitas) & essentia extra natura corpoream (vel facilius, ubi Deus erit verè vnus, omnis habitudinis expertis, & extra omnem naturam corporatam?) Nam quæ simul sunt, ponuntur in relatis. Relata autem annexa sunt naturæ corporatæ, Deus autem essentia est incorporea, & intelligens. Itaque Deus & mundus non sunt simul. Quandoquidem Deus corpus non est, cui relata ad- hærescunt. Solus autem ingenitus, & sempiternus, tanquam vnum, & Deus. Cæterum, non video qui in contrarias opiniones ebriorum more, frequenter vertamini, hi enim materiam, quam receptaculum, & nutriceum soletis appellare formæ & figuræ expertem, permixtum cursum & ineruditè sese mouentem sine ordine & ratione opificem sanè accepisse & ad ordinem adduxisse tranquillitatem loco perturbatio- nis inferens, ac effecisse, & conformasse, atque prin- cipiam formæ priuatione liberasse, inquit Plato, in suo Timæo, & vos creditis. erat igitur aliquando ἀνοστή in univèrsa Platōnis sententia, & non erat hic mundus, & quæ nunc est harmonia. Hoc autem posito materia quidem erat Deo æternitate par iuxta eundem Platonem, non item mundus. Atque ita etiam vos tempore res fuisse productas confitemini, & nequaquam benefacere Deum ab æterno dicitis, quod tamen sursum, deorsum in vulgus spargitis, & circumfertis, tentantes imperitiores. Ac materiæ quidem inordinatio, & extrema deformitas quæ ac Deus expertis erit principij, eique coæva & honore par, & eo-

& eorumdem honorum, atque principatus, at quibus Deus sapiens & peritus pulcher digna tanquam inge- nita figura autem & forma, & mundus post adiecta materiæ videbuntur, ex quo consequetur tandem ab illa desitura, & desperanda esse figuram & formam, redituraque materiam in suam pristinam inordina- tionem, & deformitatem. Nam quo tempore inci- piunt, tempore etiam desinere natura solent. Cernis quantum delirium, quantaque amentia annexa sit vestris persuasionibus, dum non vultis Deum essentia- rum esse effectorem, sed solum figuram, instar fab- rorum, & pictorum, & structorum, qui sine præsen- ti materia, suam artem demonstrare nequeant. Sic igitur etiam Deum ni habeat in prociectu materiam, hunc mundum non fabricauerit, neque habuerit, se- cundum vos, ubi perpulchras rationes potestatis for- marum eius effectricis ponet. Quin & fortasse ino- pia materiæ minorem quam optaret hunc mundum fecerit, aut si sufficere ipsius voluntati materiæ totam etiam ipsius scientiam complexa fuerit aut susceperit, rationisque procreations. Præterea potestatem in- ordinatè, & inconditè sese mouentem adæquatis, & opponitis magnæ atque immensæ Dei potestati, ut quæ poterit cunctas eius rationes suscipere, & tanta esse, quantam ipsa voluit. Sic omni ex parte eam esse Deo parem honore, rationis & orationis consequentia de- prehendit, quo quid esse possit ad impietatem maius, propterea informis speciei, & figuræ expertis æquatur Deo, non tantum in eo quod semper existat, sed etiam quod eandem obtineat potestatem. Med. Doct. spu- ria ratione hanc comprehendi posse se cadere sub comprehensionem, (inquit ille,) docendi gratia sim- pliciter, ut in hypothesi hæc docuisse Platonem aiunt. Christiania. igitur (inquam) si sola ratione hanc percipi- mus, quemadmodum Tragelaphum animo fingimus, erit certè essentia, & substantia vacua. Si hoc igitur, non igitur ex materia antegresse Deus hoc uniuersum fabricauit, sed ex eo quod nihilum omnino erat. Hunc enim mundum esse genitum, demonstratum est, & cō- fessum. Habereque ordinem & harmoniam, quæ ab aliquo concinnante efficiatur. Non enim fortuito, ne- que casu existunt. Verum hæc materiæ fabula, & in- sulitas sententiæ à plerisque vestrorum, non ignobi- lium, & dudum refutata est. Vnde in præfati à dispu- tatione desistamus. Doct. Med. Aptè, tua oratio, amice, id quod querebatis demonstravit. Item adverte qui persuadeant mundum carere principio & fine. Christ. Narra. Doct. Med. perfectissimam figuram globosam esse Geometria docet, ut quæ neque principij habeat, neque finem. Eam autem hunc mundum fortiri effe- ctus ostendit. Oportebat enim præstantissimam figu- ram, & perfectissimam præstantissimæ rei, & absolutis- simæ attribui. Videtur igitur quo pacto, per hanc figu- ram huiusce mundi æternitas à parte vtriusque extre- mi demonstratur. Siquidem globosa figura, neq; prin- cipium habet, neque finem. Chri. sed, ô fortunate, mi- hi & tibi principium huiusce figuræ incomprehensum est, omnes tamen circuli principium & finem habent. Quandoquidem accedat Geometria, & describat figu- ram hanc in plano. Nonne ab aliquo principio incipit. Quemadmodum, inquit sapiens, ille Basilus, centro aliquo, & intervallo ipsum circumscribès. Doct. Med. Quid ni? Christ. Sic sanè hic mundus etiam si figuram globosam habere existimetur, à principio quodam tem- porali cæpit, & antequam conderetur, non erat, & fi- nem habebit, cum opifici videbitur extremum naturæ

ipsum imponere. Sic summa, & extrema vestra demen- tia nihili facienda videbitur, ratione, & demonstratio- ne deprehensa, & confutata. Quod enim hic mundus genitus sit, & interitui obnoxius cōsidera sequi ex hac ratione. Quin etiam clarius tibi hæc vera opinio inno- rescet. Med. consequor, συνέδομαι, nonne quod inge- nitum est, incorruptibile est? Christ. Aliquid ne inge- nitum est incorruptibile, necne. Med. apparet. Christ. Et an quod incorruptum ingenitum? Med. necessariò. Christ. & contra, quod est genitum, illudne corrupti- bile, & quod corruptibile, nonne illud est genitum? Med. pulchrè. Christ. corruptibilis autem mundus, ut ostendunt partes, igitur etiam genitus demonstratus est. Præterea, si quod corruptum est, ingenitum dice- bamus, & ingenitum incorruptum, Mundus autem sit genitus, quandoquidem omne corpus genitum, mundus igitur erit corruptibilis. Et rursum, si literæ non dicuntur incorruptæ, sempiternæ, & nauigium in Lybia primum compactum esse aiunt, nullusque sit la- bor, quo quisque amicorum tempore apparuit, recen- sere per stirpes, & enumerare. Si sanè nec concavitates terræ oppletæ sunt, neque salugo maris obtrahit, neque incorruptum est cuius partes corruptibiles, ne- que expertis cessationis seu interitus, & principij quod definitam habet naturam, neque sempiternam, in quo artes & homines à temporis principio constituti sunt, neque providentia ei qui habet à seipso statum (τὸ εἶναι) igitur mundus effectus est. Si ita est, etiam corruptur, vtrumque natura attributum habens effici, sci- licet interire. De huiusmodi fuit disputatio contra ei qui gloriabatur arte medica, qui sapientia omnis ge- neris nomine tuncbat & clarebat apud eos qui Nilū accolunt. Cæterum ut te conuiuio exceptum, & satia- tum perfectè dimittam, & nihil prætermitam eorum quæ conferunt ad quæstionem, alterum tibi congres- sum quem habui cum Philosopho exponam. Altera enim die, cum ipsi adessent, frequens discipulorum cœ- tus nobis exponebat aliud Aristotelis opus, quod de virtutibus moralibus ille conscripserat. Ac me consue- tudine interrogante, & promptè audiente ea quæ dice- bantur, sermo de ideis insperato effluxit. Dicebam au- tem ego Aristotelem non congruere cum ipsius ser- mone, sed de hoc cum Platone pugnare, quemadmo- dum & de aliis plurimis sententiis. Neque vtrumque Philosophum conuenire in his maximè sententiarum sententiis quæ præcipuæ sunt, & maximè omnium v- niuersæ, & commemorabam id quod à Stagirita dictū est. Valeant, Deæ portenta enim sunt. Ille autem co- nabatur agere μάχην, altercationem, pugnam siue re- pugnantiam. Atque hinc nescio quo pacto ad eundem sermonem de uniuerso reuoluti, relati que sumus. Fir- mabat igitur Philosophus, quasi pridie de eo nulla mo- ta fuisset disputatio mundū Deo esse coævū. Ego verò in ipsum vehementius, & acrius, atque ad eò acutius in- tuens, & velut incidēs in sermonem Mercuriale m au- dacius me ei opponebam, & iam istiusmodi propo- sitionem conficiebam. Christ. Ain tu Deum primam causam, & solū rebus omnibus excellere, esseque quo- uis modo citra comparisonem præstabiliorem. Amm. Aio, quis enim his contradixerit. Christ. omnium au- tem vnam sempiternitatem esse dicis. Amm. Quidni. Christ. Si igitur libenter hæc profiteris circa hanc con- fessionem, & omnibus excellere simpliciter Deum, pri- mam causam etiam ipse cōfiteris, præterea omnium vni- esse æternitatem. Igitur etiam illius ratione præ- cellere, & præstantiorem esse Deum hoc uniuerso

Sigilla ratione percipiunt materia, quid se- quuntur.

Pro piliis de vniuersis deo pèr- de de die.

Altera disputatio de ideis.

Teretis mactæ sunt etia inanes can- tes.

Alter con- gressus.

I ego & φ- βαρτον vel καὶ ἀφάρ- τον et non φθαρ- τον.

ἐπιμενεῶ τῆ τρεῖς ἴδε ἀνιῶ μὴ λε- γendum ἐπιμενεῶ τρεῖς pen- tus mixta

Altera disputatio de ideis.

Teretis mactæ sunt etia inanes can- tes.

Alter con- gressus.

necesse est. Ammonius. Maximè. Nam Deus est efficiens sempiternum. Mundus autem sempiternum effectum. Ac tanta virtusq; differentia quanta inter efficientem, & effectum, condentem, & rem conditam. Christianus. Atqui non quatenus efficit, & efficitur, differre diximus Deum & vniuersitatem, neque ratio istud aliter studuit. Istud enim etiam omnibus in confesso est, ceterum communem omnium sententiam destrueret, nonne dementissimum, & non hominis scientis, & Philosophi. Non igitur ratione efficiendi, & patendi, propositum nunc est vestigare, & venari differentiam inter Deum, & mundum, & incomparabilem Dei præstantiam: sed an solus sempiternus sit, & nullam communionem habeat cum mundo, ratione sempiternitatis. Quod si ita est, rursum quæro num sempiternum affirmes id quod semper est? Ammo. certè. Christianus. Deus autem sempiternus cum sit, nonne semper est? Ammo. sic sentio. Christianus. Ac mundus qui tua opinione sempiternus est, semper existit? Ammo. semper. Christianus. Si igitur sempiternum dicitur esse, id quod semper existit. Hoc autem non solius est Dei vestra sententia, sed etiam mundi, ubi est Dei eminentia: in quo citra comparationem vllam excedit vniuersitatem ratione sempiternitatis quæ est sempiternè esse, siquidem non ipse solus illud obtinet, sed etiam mundus cum ipso sempiternitatis dignitatem communem habet, eiusdem prærogatiuæ dignus effectus vestra opinione. Nunquid consideras, non oportere eum, qui philosophiam sibi vendicat, captiosè, & contentiosè, multum disceptare & cadmæam victoriam appetere. Hæc quidem ego dicebam, ille autem silebat magis malus effectus, quam aut lapis aut piscis. Cernebat enim eos, qui intererant nostra admirari, & Christianorū demonstrationes suspicere & inter se murmurant valde esse efficaces & firmas. Ille igitur quosdam quos olim imbuerat sua demetia, & fatuitate, iussit foras abscedere, neque audire quæ dicebatur, ne, vt opinor, aliquo modo afficerentur hac disputatione, & demonstratione, & Christiana sapere persuaderetur. Ego verò disputationi insistens, dicebam ei, Et verò istud, Philosophi mihi responde. Ammo. quidnam? Christ. An tu singularis rebus propriam esse notam, quæ soli conueniat, & semper, veluti homini risus, equo hinnitus capacitate? Ammo. Quid ni. Christ. Nonne igitur necessarium inuestigare quænam sit Dei maximè propria notatio, quæ soli, & singulariter ipsi conueniat & semper. Iam verò quænam fuerit dignior admiratione, & aptior beatæ naturæ quàm existimare eam sempiternam existere, & solam immutabilitatem, nullius egentem eorum quæ effecta sunt, quod ipsa perfecta sit, & per se sufficiens, semperque eodem modo se habentem simpliciter, & vniformiter, & neque principium vllum habet, neque finem, eum autem propter solam bonitatem condere. Cetera verò genita esse, & mutabilia, temporarium habere principium, ita vt solius Dei sit sempiternitas, annexumque ipsi sit vniformiter semper esse, & solum, & immutabiliter. Nullum igitur Græcorum ò philosophia (impeller enim eam velut animatam affari) qui natura obnoxij sunt mutationibus, & varietatibus, & omni motui & statui, Deo coæuum arbitris. Sic enim quod solum ipsius est proprium, & singulariter, & semper, summam eius dignitatem non tollemus, (περιαιρησόμεν) fingentes cōmunicare cum ipso aliquid eorum quæ natura mutabilia sunt, neque reuera existunt, sed vt tibi ò admirande, ex tuis fami-

liaribus, & amicis demonstrationes afferam, interrogabo etiam istud si mihi ad quaestum, & ad quaestionem respondeas. Ammo. Istud certè faciam. Christ. Tibi ne videntur quæ simul sunt, alia ex aliis causam habere posse effectricem. Ammo. Nequaquam. Christ. Dicis autem coæua esse de iis quæ sunt simul. Ammo. Dico. Christianus. coæuum autem Deo esse mundum? Ammo. Maximè. Christianus. Et effectorem mundi Deum? Ammonius. quid ni. Christian. Considera igitur omnino quid sit quod colligitur. Nam si mundus coæuus est Deo, coæua autem sunt simul. Quæ autem simul sunt, ex se inuicem causam habere nequeunt effectricem, ergo mundus ex Deo habere causam non potest effectricem. Sequentia sic vertenda, Si modo id quod sit non sit quædam vmbra, neque id quod est causa oritur cause in rationem subsistenti, & velut complementum essentia accedat, quemadmodum sit in sole, & splendore, & vt consubstantialia, exempli gratia, in Patre & Filio, sed causa sit effectrix, & consilij, electionisque compos, atque essentia alternatæ seu (commutatæ) procreatrix. Vbi igitur locum habebit, vir egregie, Deum mundi qui ipsi secundum vos coæuus est, effectricem, & hypostaticam causam affirmant, cum mundi essentia diuersa sit ab ipso, aut simul esse Deum & mundum ab æterno dicere, siquidem coæterna rectè dicimus simul esse. Quæ autem sunt simul, ex se inuicem effectricem causam habere nõ posse. Duorum enim alterum necessarium est, vt communes sententia, & Dialectica affirmatio & negatio ostendunt, aut effectorem essentia mundi Deum dicentes asserere non coæuam esse Deo sub sensum cadentem essentiam, aut si istud admittamus, inficari effectricem vniuersi esse causam. Quid videtur? Ammonius. videris vera dicere. Christianus. Eundem igitur sermonem recolamus laconicam breuitatem quoad fieri poterit. emulati, quæ enim pulchra sunt cõtina exercitatione, & opera solent quærentibus effici firmiora. Effectorem, & causam mundi Deum pariter confitemur. Ammonius. sanè. Christianus. coæuum Deo mundum esse suspicamini. Ammonius. Maximè. Christianus. coæua sunt de eorum genere quæ sunt simul. Ammonius. Quid ni. Christianus. Quæ sunt simul, alia ex aliis causam habere effectricem non quæunt? Ammonius. Non. Christianus. Mundus igitur coæuus cum sit Deo, vestro suffragio, ex Deo habere effectricem causam non potest. Atqui effectorem Deum mundi dicebamus? Ammonius. certè. Christianus. Non igitur coæuus erit Deo mundus. Omne enim effectum effectore posterius est causa & tempore. Ammonius. At si istud asseruerimus, perspicere in quod absurdum incidamus. Christianus. doce, lubens enim auscultauerim. Amm. nisi res coæternas Deo dixerimus: Deus sanè eas nolebat extare, atque ita, fuit cum voluntatem de rebus nõ haberet, ex tempore autem cum voluerit & constituerit necessario aliquando etiam contra volens, & deliberabit. Quo posito, non iam à nobis de Deo consentanea opinio seruetur. Nam in tempore velle & nolle deliberare, & deliberationem mutare, mutabilem inducit eum qui huiusmodi affectionibus obnoxius est. Christianus. Verum enimuèrò, mi Philosophi, non necesse est dicere Deum in tempore consilium cepisse de rebus procreandis, si earum natura negetur ei coæterna, & principij similiter expers. sed habuit de iis voluntatem carentem principio, tanquam bonus & Deus, in aptius autem perduxit cum cōmodum futurum

Aliter De
ait, aliter
homo &
consilium
capit.
Tertium
colloquii.
Nota de
s. Trinitate.

Legemini
istum Pa-
rad. Cit.

Nota.

Relat ad
personas
Priores. i.
Zacharia
refert. B.
amicum
Zacharie.

rum erat rebus quæ factæ sunt. Docuit deliberare, siue consilium capere, & velle in hominibus quidem dum vsurpatur, in cogitationem inducit mutationis, & alternationis consilij. At in Deo nõ humanam habet intelligentiam, siquidem Deus homo non est, accommodatè igitur ad naturas subiectas verbum istud intelligendum est. Ammo. Pulchrè dicitur. Christ. Fuit nobis aliquando, ò amice, etiam de principali, & beata Trinitate sermo, & verò Philosophus postulabat scire, qui candè & Trinitatè, & vnitatè esse dixeramus: hæc enim nõ esse vllò modo cōsentanea pronuciabat. Ego autè ad ipsum, Triadè dicimus esse, mi Christiane, Trinitatè in vnitatè & vnitatem in Trinitate, propter eam quod hypostasès quidè tres sunt, vnica autem essentia. Nam principium rerum focū diffinissima est natura, inuidia expers, bonitas, fons vitæ, intelligens lumen, ipsum summū bonum, & vnum prima causa ipsum quod est, quodque vere est, quodque semper se eodem modo habet, sanè velut mens, & pater verbum generans non pronuciabile, neque rursum internum, sed essentiale, & in se consistens, eiusdemque cum ipso essentia. Ab æterno coæternum quippe eiusdem cum ipso deitatis, non quidem hypostasi, sed essentia. Et aliam hypostasim ab æterno producens sibi ipsi, & verbo consubstantialiam, quem sanè Spiritum sanctum diuina vocat oracula, simul vna cum verbi & filij atq; sapientia generatione, absque vllò fluxu, & sectione, & exinanitione. Hic enim sunt corporum effectiones, supra ænum, & tempus & omne spatium quod animo agitari valeat. Vnus est cum verbo & opifice & sapientia, & diuino spiritu, illis in ipsum quæ sit in causam relatis, illo quidem per modum generationis, hoc vero per modū (προδιδωκός) progressionis siue processions (ἐκ πορευτικός.) Si quidem sapientia, & verbum præest constitutioni & opificio & procreationi rerum, spiritus autem diuinus inspirat vniuersis essentis rationis, & intelligentia participibus, & perficit illarum subsistentiam. Patre ergo verbi & sapientia productoremque sancti spiritus primam causam, & principium, dicimus deitatis esse principium carens tempore quæ in filio, & spiritu spectatur, quemadmodum loquitur noster Theologus Gregori. Sic beata, & principalissima Trinitas, & Trinitas est, & vnitas non in multitudinem alienam à ratione, & paganā dispersa. Vnitas enim, neque vnica hypostasi conclusa inuidè, & iudaicè. Trinitas enim est. Ammo. Igitur subsistentis, siue hypostasibus & numeris tria hæc sunt, essentia autè vnum. Christ. Ammonius valde exclamavit auditorum corona cum quadā voluptate, & gratia acclamante. Istud enim ipsum quod studebam mea oratione demonstrare, Philosophus collegit, & conclusit. Ille autem subridès valdè etiam sardonice cum quodam rubore tacebat, & alteri sermoni insistebat. Atque hæc tres quidem fuerint cum ipso congressiones. Duæ quidem de cælo & Deo, mundū non esse Deo coæternum, vna autem & beata & principalis Trinitate, nempe triplici vnitatè, & singularitate. Habui & alias multas de aliis sententiis, tam nostris quàm paganis, sed quia nihil institure tractationi, & contemplationi conferunt, in præsens tacere integrum duxi. Vis igitur, mi homo, satiatius nunc iis quæ commemorata sunt, & intellectis iis quæ cum Philosopho tractataque, a. vnum, pedem domum referamus? B. Nequaquam, mi Zacharia Zacharia. Etenim ipsum mihi Colophonem dubitationis cupio vt ex animo deleas. Eruditus enim & sapiens es orator. A. Sed heus tu mihi hos sermones variè iube. Non enim laudum cupidine, & ostentationis

ista percurrimus, sed vt tuæ incolumitati, & saluti studeamus. De laudibus autem ne verbum quidem: sed de amica veritate, & ecclesiasticis sententiis & documentis. Relictis igitur laudationibus, & ambitiosis honorumque cupidis, & appetentibus, propone quod vis, quidque mentem tuam turbat, & commouit circa sententiarum verarum professionem. Dicebas, vir bone, hunc mundum à Deo fabricatum post intelligentiam, quando ipsum oportebat in rerum naturam induci: liberè enim, & bonitate, non autem necessitate Deū condere. Sic Deum non actu ante sensitis mundi opificium permanere dicebas: vt efficientem intelligentiam, & in intelligentes naturas, primum beneficia effunderent, & ipsas suis gratis implerent. Alioqui nullo egentem eorum quæ ab ipso effecta sunt. Ex seipso enim esse opificem, & non ex iis quæ facta sunt, per se enim sufficiens & perfectus Deus. Nonne ista cōfirmabas? B. Maximè. A. Acutus mentèq; & memoria polles, & nihil eorum quæ inuestigabatur oratione te fugit. B. Iocaris, ò fortunatè, in reuerendis laudibus, & ipse quidem non vis laudari, sed laudare, quamquam æqualitatem etiam in vita æstimare æquum est. A. Sed his nunc omisissis propositæ insistamus tractationi. Cōmemora ergo quod tibi institimus in hac oratione explicare. B. Dicebas me dicere, post mundum, qui intelligentia percipitur, hunc qui sub sensum cadit effectum esse, eum & labi obnoxium esse eum, quatenus effectus esset, explicasti. Manere autem Deum in sua ipsius bonitate, citra illius noxam vllam, & detrimentum, etiam si mundus pereat, præclare, & fortiter tua oratio demonstravit, & pugnavit. Præterea dicebatur à te necesse esse, vt mundus transmutaretur, & immortalis fieret, sustinens quandam alterationem & commutationem in melius & transformationem præsentis status suscipiens sublimiorem, & sanctiorem, & diuiniorem. Nonne hæc sunt quæ enarrabatur? A. Sanè. B. Age igitur mihi quod quaero responde. Si mundum immortalitate afficiet Deus, & transmutabit, & refinget in melius, quæ ratio cur non à principio ipsum talem effecit, sed aliquando post cum immortalitate induit. Aut enim ignorantia pulchri talem non efficiebat, qualem effecturus erat aliquando, velut ex incuria, aut quod non posset, aut (nefas dictū) inuidia labem non effugiet. Atqui procul à beata natura ignorantio, & imbecillitas, & inuidia, & incuria, quid ad ista habes dicere. A. Nec ignorantio veri pulchri incorruptum non faciebat, nec quod non posset, nec rursum inuidia morbo victus. Nam abhorret summum & singulare bonum ab omni inuidia, sapiens atque adco ipsamet sapientia ab imbecillitate, & inscientia remotissima, est item immutabilis ab incuria. Nam extra bonū vnicum, & summum omnis inuidia posita est. Itemque imbecillitas, & inscientia extra sapientem atque adeo summam sapientiam, & incuria extra immutabilem. Sed oportebat congruere locum cum iis qui illum inhabitaturi erant, neque multum discrepare domicilium ab iis qui in eo victuri erant. Necesse est igitur cum nati simus mortales & fluamus quotidie, eam tiam, quæ nobis circumfusa sunt talia effecta esse. Rursum autem cum immortalitatem inibimus huc quoque consequi. Nonne sentis simile simili gaudere, esseque amicum, & contubernale, hanc enim audiuiti parcomiam, hoc & docuit poeticum dictum. B. Intellego quæ dicis. A. Sic igitur etiam hic mūdus stirpium & specierum omnis generis varietate animantiumq; diuersitatibus & mille formis distinctus, atque

exornatus his omnibus Dei beneficio fulgens. Præterea etiam rationis participes naturas homines habens in ipso eminentes, quorum causa præcipue sanè procreatus est à Deo, quamque causam solam esse qui dixerit cur sit, effectus non aberrantibus similis sibi ipsi efficiatur, & cum partibus consensionem complectens. Oportebat enim ipsum non plane discrepantem coaptari, sed habere aliquo modo cum incolentibus conuenientiam. Qualis verò esset conuenientia, siquidem aliis intercumbentibus & orientibus, temporisque transitum in rerum naturam fortientibus, & aliquando post pereuntibus. (Talia enim sunt quæ sub orrum & interitum cadunt.) Ipse immortalitate afficiendus erat à Deo? Præterea quomodo cum oculis intereat aspectu, & aliis sensibus essent prædita cælum, & quæ in cælis mouentur, si essent immortalia & incorrupta, & tabis expertia. Simile enim ad simile accedere ratio, & veterum sapientia, ipsaque experientia ostendit, & docet. Verum quoniam prouidentia, & beneficentia opificis rursus reuiuiscemus adipsascentes corpora immortalia, omniumque mutatione superiora, cum quibus & hoc æuum transegimus, & in hanc vitam processimus. (Non enim profusus, & perpetuo exitio nos signenta ratione participantia adduxit Deus summè bonus) oportebat rursus quæ nobis circumfunduntur talia esse, qualia & nostra corpora, gloriæ, & immortalitatis plena, & soluta omni mutatione, & alteratione, ut simile simili propinquet & attingat. Ista est ratio, beate vir, cur non ab origine hæc vniuersitas immortalis, & incorrupta à Deo producta sit. B. dubio dubium mihi soluisi, amice vir, Nam si etiam homines facturus erat immortales, cur beneficentiam suam distulit, cur non simul cum ortu immortalia omnia effecit? A. Ausculta præclarum sermonem quem diuinus ille Propheta, & Legislator Moses scripsit, quem & verum esse ratio deprehendit. Nā opifex & effector huius vniuersi post cæli & terræ, & maris procreationem, itémque solis, lunæ, stellarum, & eorum que in cælo, terra, aère, & mari degunt, hominem condens (oportebat enim quasi regi & conuiuæ ab omnium rege, & epuli magistro præparari regias aedes, & conuiuium, & quæ ad epulationem pertinent, deinde sic regem super terrâ imponi, & produci regem, & cõiuuam bonorum, quæ magnus epuli magister apposuerat) hominem, inquam condens bonus ille opifex, mentemque intelligentem, quam sanè imaginem ipsius esse agnoscit ratio cum corpore, quod sub sensum cadit componens, & colligans, & ab ortu primo immortalitatis seminaria per immortalem animam corporibus inferens, ut beneficentiam boni, & theoriam sentirent etiam insensilia ac per mixtionem intelligentis essentia, & temperationem eius particeps esset, suæ potestatis faciebat, & à necessitate liberum, solum, & sui iuris. Illa enim est nota & tessera ratione instructe, maximè naturæ, imago & imitatio superni regni αβλος, & certamen illud immortalitatis legem præbuit, ut nosset Dominum, & esset expertus regis & Domini, sciret quantumuis eorum quæ sunt super terram rex esset constitutus, id profectum è beneficentia Dei, qui eum regem constituit. Præclarum enim est suam seruilem conditionem agnoscere, quod arrogantiæ, & audaciæ, & superbiam & fastum exterminat primum & extremum malum, & omnino colligit prudentiam ac delphicam scripturam. Nolle te ipsum, in memoriam reuocat. Homo autem contemnens regem, & minus curas à legislatoris immortalitate, quâ si cu-

stos extiterit legis fortietur excidit, & punitur dissolutione. Oportebat enim malum nõ esse immortale, idque beneficio summi regis, & legislatoris, & opificis. Malum autem fuerit regionum iussum cõtemptio & neglectio, & erga suum benefactorè incuria, & despiciatus minimè culpam, ingrati animi effugiens. Hoc igitur principium alterius improbitatis cumuli, & aggregationis voluptatum, temeritatis, & intemperatiæ, homo sibi fecit, hæc ratio dissolutionis. Cæteri reformationis (αναπλασεως) & immortalitatis causa nihil aliud quam Dei bonitas, & commiseratio eius qui ceciderat, benignitatisque exuperantia. Miseratus enim opifex suum opus, & ipsum vinci à malo minimè ferens, dissoluit quidem vas mali recepraculum, sed iterum refingit, iterumque format prauos habitus, & formas delens ne perenniter ægrotemus, neque cursum perpetuo interitu, & sempiterno opificum furore damnat ad immortalitatem à principio factum. Verum postquam malum dissolutionis author fuit, & dux, itémque legis despicientia, rursus oportebat virtutem, & legis obseruationem, & vacuitatem peccati præesse restitutioni, & immortalitati. Proinde, fortunate vir, ipse Deus & legislator, & rex homo efficiatur, & manet Deus ac ipse naturæ opifex curat naturæ ægrotudines, puram in seipso ostendens, & liberam noxæ labique expertem naturam. Præterea etiam planè incontaminatam, & peccati vacuum, viaque efficitur immortalitatis suo opificio atque dux, & ut semel dicam, principium & hypothesis causa exulciscans corpus, & immortalitate afficiens, quod è nostra natura, & essentia ipsum verbum, & opifex sibi ipsi vniuit cum anima humana & intelligenti, ut vniuersam reformaret naturam. Quæ enim ratione, ubi primus homo subiectum sese reddidit dissolutioni & breui corruptelæ suæ fociordia vniuersum genus iisdem multatum est, ea ipsa ratione per opificem Deum permanentem, & interea effectum hominem, in quo nullam speciem aut motum sui ipsius malum caperit. (Erat enim fons cunctarum virtutum, & sanctitatis, & immortalitatis, & peccati vacuitatis) in vniuersum genus immixtum est fundamentum immortalitatis, & incorruptibilitatis συνθηματα (tessera.) Habes, charissime, causam cur à principio cum ipso ortu immortales non sumus effecti. Tu igitur oppositione vsus è comparatione per te ipsum differentiam opinionum (δοξασματα) considera & disce. Illi ætate parem opifici hunc mundum suspicantur, nõ permittentes Deum omnibus rebus secundum omnia, & in omnibus præstare & excellere, sed reducunt circumscriptum, & corporatum ad eandem gloriam cum immensa, & incorporea natura. Quemadmodum inquit Basilus ille magnus veritatis doctor, cum qui natura corruptibilis est, & omnino dissoluetur, ut ostendunt partes, & compositio, siquidem omnino id quod cõpositum est etiam dissoluetur, parem faciunt ei qui est incorruptibilis, noxiæ expertus reuera confitès, & semper eodem modo se habens. Quin & Deum efficiunt eum, & eius partes, imperiti, & agrestes prouidentia & consilio opificem esse Deum non concedunt expertè electionis, causam mundi esse ipsum exemplo peruulgato suspicantes. Rursum autè propriis, iuxta paræmiã capti sunt pennis. Eum enim qui à bono effectus est, & præclare coagmētatus nõ oportere corripit aietes de singulis hominibus interrogati, quorum causa maximè hæc vniuersitas fabricata est, ut nascantur, & intereant, à bono Deo facti, & præclare coagmētati, velut boni Dei opificia hærent, & lapidibus piscibusque

Companio gentium in exchistiana sententia.

piscibusque magis mali redduntur. Præterea hunc mundum minimè habere à seipso immortalitatem cõtinentes, ut enim audiui quendam è discipulis Platonis triumphantem, si cogitatione abstraheretur ab vniuerso opifex, aut ne contineret, & quæ condita sunt stabili ret complectereturque ea que ab ipso producta sunt, cæca omnia perirent, & interitus atque corruptela vniuersi sequeretur. Istud, inquam sic confitentes: Solem Lunam, & ut summam dicam, septem qui vocantur erronei, ipsumque cælum Deos esse prædicant, & causas eorum quæ sigillatim disputantur cum natura sint corruptibiles, sic eos Deos notis comminiscuntur, & magnum, & præstantissimum deitatis nomen & nomen contumelia afficiunt, & reducant ad tabem, noxæ corruptelæque expertem naturam. Ac hæc quidem istorū sunt opiniones, imo verò de vniuersitate fariolæ narrationes, & commenta erroris que licentia. Nostra autem de rebus sententia, & veritatis oratio talis est. Deū solum ingenitum, naturaque immortalem, principio carentem, sempiternum confitemur, mundum autem hunc qui sub sensum cadit, & cernitur, productum esse post eorum quæ sunt effectiorem. Ordine enim & consequentia efficit opifex, ne in rebus vlla sit inordinatio. Ordinis enim vacuitas, non est Dei, sed casus. Sic Deum ex seipso esse opificem, & non ex rebus procreatis. Cæterum nõ manere in ocio ante huius mundi sub sensum cadentis procreationem asserimus, ut pote efficientem res quæ intelligentia percipiuntur, & minimè necessitate ad res condendas adductum. Præterea mundum assistisse ipsi ab æterno, neuiquam dicimus, atque consecutum esse ne cum causam vniuersitatis consilij, electionisque vacuum statuat, quasi inducentes redundantiam quandam physicam, aut nauem alias trahentem, sed bonitatis exuperantia, & consilio opificem esse rerum procreationem asserimus, ut pote corruptibilem constituimus, effectus enim est, corrupti autem affirmamus non omnino aut in perpetuum, propter bonitatem effectoris, sed transmutari in melius, & cum nostris corporibus immortalitate affici post vniuersam consummationem. Nihil enim eorum quæ propter se à summo bono concreta seu confecta sunt perpetuo interitum traditur. Breuis autem interitus beneficij erga res rationis participes causa inductus est à summo bono ne perenniter ægrotaremus, utque simul ex earum non diuturno interitu & transformatione discerent naturæ intelligentes se non necessitate suæ naturæ sed largitate opificis esse immortales, & cum posset eis tribuere secundam sortem (καὶ οὖν ἀποβλεψα δευτέρας μολεως) in prima esse collocatos, ut in primum principium, & solum summum ipsum bonum & vnum inruerentur, ac nunquam satiarentur contemplatione sui benefactoris amarent regi, & illustratione diuina perfui, odioque haberent anarchiam. Simul autem excedens Dei ut & sapientia conspicitur, qui mortalia effecit immortalia, nec concedit ut nostram mortalitatem penitus ignoremus, aut ut in ea permaneamus, quemadmodum prodidit aliquis nostrorum sapientum. Quare eorum quæ sensu percipiuntur dissolutio non perennem interitum vniuerso asfert. Sic enim id quod sit, alterum à Deo esset, neque à summo bono procederet, sed molitus est ingès illa & varia Dei sapientia per dissolutionem humororum corporum consumere interitum quam malum introduxit, & immortalitatem communicare cum mortalibus, ut homines post experientiam interitus, & dissolutionis à Deo haberent causam dissolutionis, quam malum esse

Dei gratiam Deo declarari aucto & rogo. A. mihi rem gratissimam feceris, bone vir, si quicquid tuæ voluntati sedebit, perconteris. B. Deum suæ potestatis fecisse hominem dicebas? A. maximè. B. Et legem ab opifice accepisse, sed eam neglexisse, contempsisseque legislatorem. A. Equidem. B. ac eam causam esse narrabas dissolutionis? A. Ita est. B. Quid igitur, bone vir, necessarium fuit honorare seu exornare naturam liberatæ, & liberum arbitrium impartire, per quod ipsa attractura: aut quo pacto neglectus legis, quæ causam esse dicebas dissolutionis, posteriore vniuersitatis opificio Deus ante perciperet corruptibilem faciebat mundum? A. sciebat prænotandi facultate opifex hominem contempturum suam legem, foreque mortalem, si que anticipans mortalem ipsi præparauit mundum accommodatum domicilium. Ego autem tibi causam cur factus sit homo suæ potestatis respondebo, sed si quid aliud habes, interroga. B. Explicato quamprimum quod proposui. A. faciam. A. opifex bonus cum sit, cur verò ipsa bonitas summamque bonum primò vult non necessitatibus subici naturam nostram, more brutorum, ut quocunque impulsâ fuerit, trahatur, deinde ut honestum nostrum esse non è naturæ nexu, ut ubi virtutis opera & præclara volentes gesserimus, laude & præmiis digni simus. Coactum enim bonum ipsi gratum non est, sed quod consilio & delectu geritur. Tunc seruum tuum verberonem, & vincitum tamen laudes si quando. aliquid eorum, quæ iussa sunt præstiterit: an cum nulla necessitate iniecta & flagro nihil prætermittit eorum quæ ratione seruili conditionis debet efficere, neque aduersum ea quæ ipsi imperantur aggreditur, sed promptè cum animi voluptate famulatur. B. planè posterus amplector ac recipio. A. Quidni igitur opifex posteriori insular, illudque amplectatur, solam nostram bene agendi rationem expetens ac istam solam è nobis voluptatem capiens, ut saluemur, quemadmodum ait insignis ille & diuinus Clemens. Itaque, qui tollunt liberum arbitrium, & inculant opificem quod eos non fecerit consilij, & electionis expertes, nihil aliud quam brutam naturam & vim siue imperum præferunt rationis participi, inuoluntariam motionem præponentes voluntariæ motioni, & virtuti ratione & cõsilio prædita & instructa, ac propemodum ægreferrantes quod non pecora & simia, camelus & asini nati sunt. B. Me asinam certè & simiam, & camelum, & brutæ naturæ notam propter huiusmodi quæstionem fecisti. A. Iocatur.

dicebamus. Præterea & possent intelligere ex huius vniuersi dissolutione, & reformatione, & communione, atque frequentiore mutatione ipsum esse, qui principio condidit eorum quæ cernuntur magnitudines & species (καλλη) ac oportere horum contemplatione præsentem opificem suspicere, & admirari, neque iis quæ ab ipso procreata sunt diuinitatem attribuere propter pulchritudinem, & consonantiam, & concentum apprimè congruentem. Sicque iustissimè punit eos, qui ipsius opificia consecrant, & dominationem ipsi soli congruentem negant, ac fabulantur mundum esse coæternum ei cui soli æternitas conuenit, rēmque procreatam opponunt procreatori. Quemadmodum ait magnus ille veritatis asseror Gregorius. B. Rectè narras, ex comparatione summam omnia recensens differentiam aperuisti opinionum, & quantum lumen à tenebris differt, tantum interest inter vestra decreta, & fabulas paganas. Sed istud, fortunate homo, mihi quoque declarari aucto & rogo. A. mihi rem gratissimam feceris, bone vir, si quicquid tuæ voluntati sedebit, perconteris. B. Deum suæ potestatis fecisse hominem dicebas? A. maximè. B. Et legem ab opifice accepisse, sed eam neglexisse, contempsisseque legislatorem. A. Equidem. B. ac eam causam esse narrabas dissolutionis? A. Ita est. B. Quid igitur, bone vir, necessarium fuit honorare seu exornare naturam liberatæ, & liberum arbitrium impartire, per quod ipsa attractura: aut quo pacto neglectus legis, quæ causam esse dicebas dissolutionis, posteriore vniuersitatis opificio Deus ante perciperet corruptibilem faciebat mundum? A. sciebat prænotandi facultate opifex hominem contempturum suam legem, foreque mortalem, si que anticipans mortalem ipsi præparauit mundum accommodatum domicilium. Ego autem tibi causam cur factus sit homo suæ potestatis respondebo, sed si quid aliud habes, interroga. B. Explicato quamprimum quod proposui. A. faciam. A. opifex bonus cum sit, cur verò ipsa bonitas summamque bonum primò vult non necessitatibus subici naturam nostram, more brutorum, ut quocunque impulsâ fuerit, trahatur, deinde ut honestum nostrum esse non è naturæ nexu, ut ubi virtutis opera & præclara volentes gesserimus, laude & præmiis digni simus. Coactum enim bonum ipsi gratum non est, sed quod consilio & delectu geritur. Tunc seruum tuum verberonem, & vincitum tamen laudes si quando. aliquid eorum, quæ iussa sunt præstiterit: an cum nulla necessitate iniecta & flagro nihil prætermittit eorum quæ ratione seruili conditionis debet efficere, neque aduersum ea quæ ipsi imperantur aggreditur, sed promptè cum animi voluptate famulatur. B. planè posterus amplector ac recipio. A. Quidni igitur opifex posteriori insular, illudque amplectatur, solam nostram bene agendi rationem expetens ac istam solam è nobis voluptatem capiens, ut saluemur, quemadmodum ait insignis ille & diuinus Clemens. Itaque, qui tollunt liberum arbitrium, & inculant opificem quod eos non fecerit consilij, & electionis expertes, nihil aliud quam brutam naturam & vim siue imperum præferunt rationis participi, inuoluntariam motionem præponentes voluntariæ motioni, & virtuti ratione & cõsilio prædita & instructa, ac propemodum ægreferrantes quod non pecora & simia, camelus & asini nati sunt. B. Me asinam certè & simiam, & camelum, & brutæ naturæ notam propter huiusmodi quæstionem fecisti. A. Iocatur.

De libero arbitrio.

Voluptas Dei quæ.

ris, bone vir, ego verò existimabam non esse prudentis virique intelligentis in tam magnis ludere. B. gratia verberum captans istud dicebam me iocans. Nam ea quæ dicebantur sat intelligo, ac gratiam habeo summo opifici quod me rationis participem meæque potestatis procreauerit. Inculabo autem non ipsum quidem, quid enim homo inculauerit sapientem peritūque bonum, & probum, sed hominum & inuentiam quod mundum præferant virtuti, ille & inscientes vt si quis afficeretur pruritu & voluntate deceptus totum corpus vnguibus laceraret, non cogitans & expendes, secururam impetiginem. A. commune re-
 Et se habet similitudo. Si quid verò habes aliud, interroga. B. hæc mihi sola restat dubitatio. Quis hominum corpora in mille partes, & sectiones si contingeret diuisa, & à feris bestiis, tam terrestribus quam aquatilibus sæpe depasta, sæpe etiam penitus absupta, dicere reuiscera, & resurrectionem adeptura. A. Ego vbi tibi peruulgatam hanc quæstionem dilucro, finem imponam Dialogo, nisi aliqua alia dubitatio animum tuum conturbet. B. hoc vnum insidet animo meo, & inhaerescit. Nam mihi crede magna quæstionum importunitate, & errore animum meum expurgasti. A. Ipsi summo opifici gratia, qui hæc dicere concessit: stude igitur id quod fieri potest consentaneumque est corporum resurrectioni cognoscere. B. Age, libenter istud audierim. A. hominum corpora, paucis enim Philosophari necesse est, & quibusnam componi dicemus? B. è quatuor elementis rerum naturalium ratio & veritas ostendit. A. Hæc autem dissoluta quam in rem abire dicimus. Nonne in ea ex quibus constabant. B. omnino necessarium. A. Quid igitur mirum videatur, quid stupendum & si opifex, & sapiens, & potens qui & omnium rationes tenet, in mille segmenta & partes dissipata hominum corpora è quatuor elementis rursus redigit ad harmoniam. Qui enim ea prius coagmentauit, congregauit, & concinnauit, & aliquam temperationem admiratu, spectatuque dignam è contrariis sola voluntate coaptauit, idem dissolutam harmoniam (cruentum) in illa è quibus constabant reuocet ad indissolubilem consonantiam & coniunctionem. Hæc autem faciet magno suo nomine. An non diuina natura omnia quæ sunt supera, infera, interiecta comprehendit, & complectitur, estque extra vniuersum, & in vniuerso, & supra vniuersum, nihilque diuina illa vi, & omnibus superior essentia vacuum est, quæ sola interminata est, neque incipit finitionem? Nam deitas quantitatis experta est, & magnitudinis tanquam corporea. B. Maximè. A. Si igitur omnia replet, & spiritus Dei repleuit orbem terrarum, vt quidem aiunt diuina oracula, & in manu ipsius fines terre, qualis difficultas, aut qualis labor. Beato, illi numini, ea quæ in manu ipsius sunt cognoscere. Tunc ignoras, si quid manu complectare? B. minimè. A. Neque igitur opifex & sapiens corporum rationem ignorat, aut partem è quolibet elemento captam, & in ipsum denuo resolutam. Neque sanè præpotens humana corpora dissoluta congregare non poterit. Præterea istud mihi considera, Humanum hoc semen quod in mulieris vulua feritur, nonne guttam alicuius humoris esse sentis? B. certè. A. Quis igitur exiguam illam partem humoris, & seminis genitalis corpus hominis efficit, & animo colligat & facit animal rationis compos, mortale, & disciplinæ capax? Nonne summus opifex? B. sanè. A. Quid ergo tibi videtur: si etiam hic rationes corporum etiam post dissolutionem cognoscens, &

reditum in quatuor elementa, & ipsa eorum semina velut sapientia & potentia instructus opifex rursus ea reuiuiscere iubet. Ac sic quidem sub potestatem cadere resurrectionem perspicuum est. Audi præterea quod etiam consentaneum est. Primum quidem opifex, vt nihil eorum quæ ab ipso producta sunt, à morte & interitu perpetuo superetur, esse cuncta vult, atque adeo bene & semper esse, deinde nonne tibi videtur æquum, vt animæ præmia consequantur, quæ præclarum hoc vitæ certamen peregerant, & in hoc stadio curriculum (stadiū) bene cū corporibus cucurrerunt, cū quibus & vixerunt, & mille sudores virtutis exantlarunt? B. æquum sanè, & consentaneum videtur. A. Rursum autem vt ea quæ improbe hanc vitam transegerunt, & laxarunt quidem pennas à virtute, à multitudine autem intemperantiæ, & voluptatum superatæ sunt, & grauitatem carinæ consecutæ sunt, ac deorsum à prauo equo, & quæ in nobis sunt puerilibus impulsæ sunt, ignaræ suæ immortalitatis & supernæ cognationis, & imaginis illius primæ, & incontaminatæ cum corporibus in supplicij sacrum ergastulum penetrent, cum quibus prauè corruptæ sunt, & fluuios igne ardentis, quos Plato commemorat, & Coccyem traiciant quæ sacra oracula appellant fluuium ignis, & vermem non morientem (ἀνομιον σκόλημ) & gehennam & ignominiam suæ confusionem perpetuam, & custodiam suæ carcerem, & supplicium, & cætera id genus. B. Etiam istud consentaneū videtur. A. Expleta sunt quæ nobis in disputationem venerant. Proinde nunc tempus est, vt mentem ad precem conuertamus, & celebremus huius vniuersitatis conditorem atque opificem.

Domine & opifex huius vniuersi Pater, Verbum, & Spiritus sancte, Diuina Trinitas, & trina atque sancta vnitas. Pater principij expertus, & ingenite filii, sine principio genite, diuine spiritus procedens citra principium à Patre, Trinitas ineffabiliter in vnitate relata. Vnitas inenarrabiliter in Trinitate adorata, neque comprehensa, Trinitas increata, sempiterna & consubstantialis, prima, beatæque natura, & verum principium, ab inuidia alienissima bonitas, & verum ens, tribue nobis, vt purgata simus mente, & digni efficiamur tua cœlesti illustratione, & contemplatione, quo purè, quoad fieri poterit, te purissimum attingamus, si quidem fas est, & prauas notas, & typos animi expellamus, ostendamusque imaginem primam incontaminatam, neque superuacaneus nobis sit magnus tuus ò trias vnus Deus, & verbi aduentus, atque præsentia, & salutares, & nobiles passiones, quorum gratia peccato soluti sumus. Sic præterea ne animæ negligenter se habeant erga virtutem, sed meditentur dissolutionem antequam dissoluantur corpora, nec conturbemur dum resoluuntur nostri nexus, & vincula, & crebrò ad ista caduca conuertamur, moleste ferentes disunctionem. Præterea concede, vt vitæ nomenclaturam seu catalogum suppliciorum, neue experiamur acerbum exitium, sed in superas mansiones cooptes, & conscribas cum tibi gratum erit, scque præclare habeant nobis quæ pertinent ad hanc exercitationem, & vitam, quæ cum corporibus mortalibus geritur in sinu Abraham, Isaac & Jacob. Ita Deus sat à nobis exoratus est. Discedamus igitur.

BASILII ET GREGORII THEOLOGI, DIALOGVS DE INVISIBILI DEI ESSENTIA, EODEM GENEB. interprete.

Baf.

Græci Theologi non distinguunt principium à causa. Neque nos distinguunt.



BAS. Quid est principium. Greg. prima causa secundæ causæ. Baf. secunda ista causa essentialitèr in Mariæ vulua habitauit? Greg. Essentialiter. Baf. Vnde scimus essentiam Dei non energiam sine actionem in eius vulua descendisse? Greg. è Ieremia sic loquentem: Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Et homo est, & quis cognosceret ipsum? Baf. Si essentialiter descendit Deus, omnino igitur visus est à Virgine, omnino ab ipsa spectatus, vt qui in ipsa dignatus sit habitare? Greg. Non sequitur. B. Non igitur habitauit in ipsa. Ssc enim eum spectasset atque conspexisset. Greg. Ne id quidem, alioqui quoniam animas nostras non nouimus, animas, tua sententia non haberemus. Baf. Atqui nos habere animas scimus. Greg. sciebat & Virgo se intra ventrem habere Deum: sed & qui habent Spiritum sanctum, etiam si non conspiciant, ex energia & actione se habere Spiritum norunt. Baf. Sancti Deum quidem viderunt, at Spiritum non viderunt. Greg. Quinam viderunt. Baf. Abraham primus. Apparuit enim (inquit scriptura) Deus Abraham. Greg. Deum Abraham vidit specie luminis, non natura. Ait enim Dominus: Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Diem, inquit, meum non me. De die autem temporaria nõ loquitur, sed de Dei lumine, Quandoquidem etiam lumen, quod apud nos vocat, vocatur dies. Baf. Nonne & Iacob vidit, cum de se dicit. Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Greg. sibi vidisse imaginabatur, perinde ac si hominem conspexisset. At verò Angelum Deiferum in scalæ visione conspexit tanquam antiquum hominem intuens. Baf. Vnde igitur verba hæc vlturpauit. Vidi Dominum. Greg. ex actione, quam sensit in femore ex ascensu & descensu Angelorum, ex eo denique quod apposuit cognominatus est Israël. Baf. Quid de Iob dicente sentis. Auditu quidem auris audiui te prius, nunc autem oculus meus vider te? Greg. Viddit, quidè sed per turbine & nubes. Baf. Quid de Moese vultu illustri & glorioso, de quo legitur: Ore ad os loquar ei, & non per ænigmata? Greg. Moses gloriam Domini conspiciatus est, non naturam. Id testificatur scriptura, vocauit Dominus Moesem de media nube. Quæ Dei gloriæ species erat, quasi quidam ignis ardens. Baf. Saltem Elias, qui in cœlum eleuatus est, vidit? Greg. Minimè verò, Audiuisset enim tantum dicitur auram vocis tenuem. Cras (inquit scriptura) appropinquabis, & staueris in conspectu Domini in monte, & ecce adueniet Dominus, & spiritus grandis dissoluens montes, & conterens petras ante Dominum. Non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio. Non in commotione Dominus, & post commotionem ignis. Non in igne Dominus, & post ignem sibilus auræ tenuis. Quod cum audisset Elias, operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ. Non enim ausus contemplari. Baf. Quid ad Esaiam de se pronunciantem, respondebis. Vidi Dominum, & Seraphim stantia circum ipsum? Greg. Non solum Esaias non vidit Dominum, sed nec Seraphim vident.

Esaias quidem visionem spectauit. Nam scriptum, Viso, quam vidit Esaias. Seraphim autem quibus sena sunt alæ tegebant duabus faciem, quod non ferrent conspectum gloriæ Domini. Quod si Seraphim, qui omnium spirituum supercœlestium sunt maximi, non viderunt Deum, necesse est vt neque subiecti spiritus viderint. Baf. Quis igitur Propheta asserit. Vidi Dominum sedentem in folio, & omnis exercitus stabat à dextris eius, & à sinistris. Et alibi: Venerunt Angeli, vt astarent ante Dominum. Et rursus: Ego sum Gabriel, qui sto in conspectu Domini. Cum hæc enunciantur citra fallitatem, quo pacto prædicas non cerni Dominum ab ordinibus spiritualibus? An mentiuntur Propheta, an falluntur Angeli? Greg. Illi neque mentiuntur, neque viderunt Deum. Deum enim nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus. Sic enim scriptum est. Baf. si viderunt, non mentiuntur. Greg. si illi viderunt, Dominus fallitur. Quod si non viderunt, illi mentiuntur, Itaque tua quidem ratione altera partium non est vera. Baf. Quid ergo ad ista dicimus: figuratus est propter nos sermo. Scribitur enim. Exercitus Angelorum astabat à dextris & à sinistris. Ecquis (inquit) decipiet Achab. Et iterum, venerunt Angeli, venit, & Diabolus cum ipsis. Sic secundum te decepto cadit in Deum, at vt amicus cum Deo Diabolus colloquitur, ascendens in cœlum, & descendens. Quod absit cogitare. Greg. Non enim est iniquitas apud Deum, & mendacium vltimo modo. Ergo qui affirmant, Vidimus gloriam Dei, vera proferunt, Qui dicit, Nemo Deum vidit vnquam, vera similiter enuntiat. Naturam quippe Dei nullus vnquam vidit, nisi vnigenitus. Illud autem, Quis decipiet Achab, aut afficit etiam Satan, declarat permissionem Dei. Eo enim non volente, aut non concedente, fieri nequit, vt contra quis agat. Baf. sed nec Angelorum naturam homines cernunt. Greg. Quemadmodum non cadit Angelus Dei essentiam non capiunt, aut cernunt, sub oculis sic neque Angelorum naturam homines nisi gloriam, & id imperfectè, & aliqua ex parte. Baf. Abraham quomodo vidit? Greg. Vt homines. Vnde & vitulum, & panes subcineritios præparauit. Baf. Moses qui vidit? Greg. specie ignis. Et vocauit (inquit) eum Angelus in flammæ rubi igne. Baf. Maria Domini mater Gabrielem quo pacto conspiciata est? Greg. figura hominis. Vnde ambigens non credebat. Baf. An quod naturam habeant inuisibilem, non comprehenduntur, an propter circumfusa ipsis gloriæ magnitudinem? Greg. Vtranque ob causam. Baf. Quomodo comederunt Angeli apud Abraham. Quomodo Dominus post resurrectionem. Greg. Angeli quidem quemadmodum sol omnem subiectum humorem, si quidem ipsi appropinquet, nihil in suam naturam ex eo assumens, absumit, sic & ipsi subiectos cibos consumpserunt, nihil ex ipsis in propriam naturam conuertentes. Dominus autem quemadmodum ignis omnem quidem materiam sibi propositam in cinerem & fauillam redigit, relinquens vnicuique suam proprietatem, at oleum solum in suam naturam abreptum coassumit, sic etiam ipse verè manducabat, & secundum modum ὑποδελτυματος siue exempli, vt ipse nouerat, sibi proprium efficiebat.


F I N I S.

Genes. 12. Iob. 4. Num. 12. Exod. 33. 3 Reg. 19. 2a. 6.

Ibidem. Dan. 8. Luc. 1. 1oan. 1. 3 Reg. 17. Iob. 1. 2o.

ANASTASII PATRIARCHAE THEOPOLITANI, ET CYRILLI ALEXANDRINI,

COMPENDIARIA ORTHODOXAE FIDEI EXPLICATIO.



Hys tu, cuius es religionis? A Christianus sum. Quid est verò Christianus? Qui ex Dei voluntate vivit, & piè, & ita vt Deo placere studeat: bene denique se gerit. Quod ad Deum attinet, quot naturas profiteris? Vnicam.

Quamnam? Deitatem. Quid est Deus? Essentia cuius nullus est autor, causa omnium quae sunt, siue causa omnipotens: cui prorsus nihil desit: omnis denique causae & naturae supersententialis causa.

Quomodo credis? Credo in vnum Deum Patrem, & in vnum Filium ac Deum, ex Deo ac Patre genitum: & in vnum Spiritum sanctum, Deum ex Patre procedentem.

Quare differt Filius à Patre? Hypostasi, quatenus Pater est ingenuus, Filius autem genitus. Est enim ex Patre.

Spiritus sanctus verò quonam differt à Patre & Filio? Hypostasi, quatenus procedit.

Ergo consequenter in tres Deos credis. Absit. At certe in tres naturas. Minime.

Atqui tres Deos recensuisti: quomodo igitur inquis, Absit? Atqui etiam si tres recensui, tria tamen dico propter triplicem coessentialis & indiuiduae Trinitatis substantiam. Nam & Pater est vnus Deus, & Filius est vnus Deus: & Spiritus sanctus est vnus Deus & vnica Deitas in tribus hypostasibus statuitur, & vnica essentia, vnicum regnum, vnica potentia & natura.

Quid est autem essentia? Res quae per se est, neque altero indiget ad hoc vt ipsa subsistat.

Quid est natura? Res vniuersalis, & hypostases sibi subiectas complectens. Aut sic definitio. Vera existentia rerum: vt essentia, natura, forma, sint vna & eadē res.

Quot hypostases agnoscis in Deitate? Tres, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum.

Quid est hypostasis? Essentia cum suis quibusdam proprietatibus, ab iis quae eiusdem sunt speciei numero differens, id est, persona coessentialis. Personas autem in Deo dicimus incorporeas & omnis figurae expertes.

Quidnam est singulis istis tribus hypostasibus proprium? quid item commune? Proprium est Patris, ingenitum esse: Filij verò, genitum esse: Spiritus sancti, processio. Communis autem illis est Deitas, & commune regnum.

In oeconomia (id est incarnationis mysterio) quot naturas profiteris? Duas, Deitatem & Humanitatem: vt idem Filius sit perfectus Deus & perfectus homo.

Quot naturales voluntates & actiones in Christo profiteris? Duas: vnā diuinā, alterā humanā.

Mat. 8. Quae est voluntas diuina? Purgare leprosos: vt, Volo, purgator: & caetera huiusmodi: vt & illud, Vade, & fiat tibi sicut credidisti.

1. Tim. 2. Quae est actio diuina? Vt seruentur omnes homines, & ad veritatis notitiam perueniant. vt illud, Pater meus

Ioan. 5. vsque nunc operatur, & ego operor.

Quae est voluntas humana? Potum querere, quod etiam in cruce accidit: & cibum expetere, vt illud, Habetis hic aliquid edulij?

Quae actio humana? Iter facere, fatigari, & similia. Quot hypostases in fidei de Filio professione, profiteris? Vnicam: vt idem & vnus sit Filius Dei & Filius virginis.

Quid commune habet Filius cum Patre & Spiritu sancto? Communem habet cum illis naturam suae deitatis, quatenus est Deus perfectus: communem verò cum hominibus habet naturam humanitatis suae, quatenus est homo perfectus.

Quid est Deus? Si vis nosse quid sit Deus & quomodo sit adorandus, attentè ausculta, & veritatem cognosce. Patris, Filij, & Spiritus sancti vnum est consilium, sapientia vna, potentia vna: neque vnus quidem exiit ante secula, alter verò post secula, sed simul Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: Filius in Patre, & Spiritus in Filio, cohaeret enim haec natura: vnde vna est natura, & vna Deitas: distincta quidem in tres hypostases, sed in vnitatem occurrens, habita essentiae ratione. Idcirco etiam quum Patrem dicimus, & Filium ac Spiritum sanctum profiteremur, vnicum Deum dicimus. Est verò Deus commune nomen Patris, Filio, & Spiritui sancto: Pater verò, & Filius, & Spiritus sanctus, non sunt communia nomina, sed propriae singulorum hypostases. Pater enim nō dicitur Filius, nec Filius dicitur Pater, nec Spiritus sanctus vocatur Pater aut Filius: at Deus semper Trinitas appellatur. Itaque quū tres hypostases siue tres personas dicimus, nō dicimus tres essentias, siue tres naturas, siue tres Deos: sed vnū Deū, vnā essentiam, siue vnā naturam profiteremur, ne arianizemus. Et rursus quum vnā essentiam siue naturam dicimus, non dicimus vnā hypostasim, ne sabellianizemus: sed tres hypostases siue tres personas in vna deitate, vnā essentiam & naturam credimus. Est autem Deus, essentia quae omnem contemplationem superat, mens quae comprehendi nequit, pulchritudo cuius ratio arte nulla iniri potest, magnitudo quae cerni non possit, gloria omnem cogitationem effugiens. Filius, est ineffabilis proles, sermo nulla ratione explicabilis, mens insuperabilis, essentia inuariata, natura inaccessa, character subsistens. Spiritus est intellectualis & simplex, subtilis, planus ac pellucidus, omnis noxae & maculae expertus, & omnia intuens. Imago Patris est sol, radius Filij, radij calor est Spiritus sanctus. Itaque sol est Pater, radius Filius, splendor ignitus est Spiritus ille prorsus sanctus. Et sol quidem nunquam caelum deseruit: Filium autem vt radios, splendorem videlicet ab ipso refulgentem, emittit in terram, & Spiritum sanctum, vt calorem quo superiorem & inferiorem mundum vndiquaque foueret & bonis cumularet. Ita nobis cogitandum est de vnica in tribus hypostasibus Deitate. Natura, essentia, forma simul eadem est, hypostasis & persona idem est. Et essentia quidem siue natura id quod commune est designat: hypostasis autem siue persona, quod singulorum proprium est declarat. Vt (exempli gratia sic dicamus) in homine, Oranes homines vnus & eiusdem naturae sumus, vna & eadem natura omnium est: siquidem omnes homines ex anima intellectuali & corpore constat:

status: hypostasibus verò multis, & infinitis & innumerabilibus. Et Petrus ac Paulus vnus & eiusdem sunt naturae, hypostasibus autem diuersis: & naturam quidem inter se communem habent, diuiduntur autem hypostasibus siue personis.

PROFESSIO FIDEI FACTA A BEATO MARTINO ARCHIEPISCOPO TYRONENSI.



Memens Trinitas est vna diuinitas. Vt autem per Sacramentum cognoscatur, vnitas est ab eo qui est, Spiritus sanctus, à quo qui est, & vnigenitus: sic existens diuinæ naturae lucis spiritus, à sese per naturam, per substantiam maiestatis, potestatis, virtutis, diuinæ lucis: spiritus vnus in duobus, & vterque in idipsum. Pater in filio, Filius in Patre, vterque in Spiritu Sancto. Sic tribus personis confitemur corpus praesentiae, quod super omnia cuncta concludit. In hoc mysterium ergo credimus esse, ex nullis extantibus cuncta orta. Quod mysterium mens humana concipere non potest, nec oratoria lingua enarrare, neque diffusi sermonis Bibliothecarum volumina. Si totum mundum libri replerent diuina scientia, non possit inenarrabilis enarrari: qui est indicibilis, nullo modo possit describi, neque concludi aut verbum aut substantia propria diuinitatis suae, qui est fons diuinæ lucis substantiae sua natura. Sileat lingua oratoria, quia deficit sermo de indicibili. Cūm con- summauerit mens humana de diuina maiestate dicere

aut differere, tunc incipit. Quanta sit autem diuina ele- mentia, nemo scit, nisi qui genuit, & nemo comperit secreta Patris, nisi is qui per naturam nascendi initium amisit. Omnis ergo mansuetudo & modestia peritorum conuertatur ad Prophetam: de dominica auctoritate praesumat dicendo: Credidi propter quod locutus sum. Quod autem per mysterium simplex sit professio, vt fundamentum Ecclesiae solidat Apostolica auctoritate, praedestinatio sequens praesumat dicens: De caetero nemo mihi molestus sit. Ego credo in Christum, & hunc crucifixum: quia cūm confiteretur filium hominis, confiteretur & Spiritum sanctum: quia è Spiritu sancto & Maria Virgine mediator nascitur: cūm confiteretur primogenitum, necesse est de vnigenito, qui testimonium dicat, vnum, & solum sine origine esse, in tertiam personam patrem confiteretur existentis diuinæ naturae lucis spiritus, vt dixi, qui secundum naturam, vt supra dixi, est vnus in duobus, & vterque in idipsum, Pater in Filio, Filius in patre, pater in Spiritu sancto vnum in sancta Ecclesia, nunc & per immortalia saecula saeculorum, Amen.

VITA FAUSTINI PER GENNADIUM.

Austinus Presbyter scripsit ad personam Flaccilla regina aduersum Arianos & Macedonianos libros septem his eos maxime scripturarum testimoniis arguens & conuincens, quibus illi prauo sensu videntur ad blasphemiam. Scripsit & librum quem Valentiniano, Theodosio, & Archadio imperatoribus pro defensione suorum, cum Marciliano quodam Presbytero obrulit. Ex quo ostenditur Luciferiano schismati consensisse, quia Hilarium Dicitantensem, & Damasum Urbis Romae Episcopum in eodem libro culpauit, quasi male consuluerint Ecclesiam, quod praenarratores Episcopos in communionem & Sacerdotium pacis recuperanda gratia receperint, quod Luciferianis ita displicuit recipere Episcopos, qui in Ariminensi concilio Arianis communicauerant, vt Novatianus Apostatas penitentes.

Sequuntur Capita libri.

- In primo, Epistola ad Reginam, & de professione Impia Arianorum, aduersus hoc quod dicunt, de filio, erat quando non erat, & sit sempiternus, & quod omnia per ipsum facta sunt, & quod sit eiusdem substantia cuius & pater, vt pote vnus filius, & vnigenitus filius, & quod pater & filius vnum sunt deitate.
- In secundo Capitulo, quod non sit ex nihilo factus filius, sed vnus sit filius, de ipso patre vero, & sine initio genitus.
- In tertio Capitulo, quod Dei filius sit omnipotens, & indemutabilis, & quod vna sit omnipotentia patris & filij, sicut & vna deitas, & Sacramento incarnationis filij, vel potius suscepti ab eo hominis.
- In quarto Capitulo, de hoc quod ait filius: Pater maior me est.
- In quinto Capitulo, hoc quod in Actibus Apostolorum legitur: Certissime itaque sciet omnis domus Israel, quia & dominum illum & Christum Deus fecit hunc Iesum, quem vos crucifixistis.
- In sexto Capitulo, de hoc quod in Proverbiis legitur: Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua.
- In septimo Capitulo, de Spiritu sancto, & in finem faciendum lege in Christo: Deo & domino memor Faustini, quacumque fidelis anima legeris.

FAUSTINI EPISCOPI, DE FIDE CONTRA ARIANOS OPVS EGREGIUM, AD FLACCILLAM IMPERATRICEM.

FAUSTINVS AVGVSTINVS FLACCILLAE.



Reginam te orbis Romanus suscipit: & quia iam nihil est quo amplius crescere debeas in rebus humanis, sublimitatibus non contenta terrenis, sacra in Deum fide cœlestia desideras possidere: quæ verus filius Dei, in se pie credentibus pollicetur.

Et hoc quasi vna de sapientissimis elaboras, intelligens omnem hanc regni sublimitatem nihil profuturam, si non ad cœlestem gloriam consequendam, veræ fidei cognitione & defensione contendas, Et tamen apparet quàm grata sis in Christo Deo & Domino nostro, qui vobis hoc regnum tribuit, cum sollicita interrogatione perquiris, quomodo capitula illa solvantur, quæ ab Ariani aduersus Catholicos sacræ legis interpretationibus opponuntur, Habens affectum veræ fidei, cupis prout possibile est, intelligere, quod fideliter credis. Quia & tunc magis anima religiosa, velut diuinis epulis pascitur, cum quod credit intelligit. Sed & cum execreris impius voces Hæreticorum, tamen religioso studio instrui aduersus eos desideras, vt & rationem iam respicias: ne hoc quod execraris, quasi ex regni potentia, præsumptionis videatur esse, non probationis. Sed huic tam pio, tam necessario, & pulcherrimo desiderio tuo, est me imparem vides, tamè vt resistens obuiam venire nõ audeo. Confiteor enim quod hac me inabilis cõscientia, & imperitia squallidi sermonis suffundit vt taceam: hac feruor fidei, periculum (quomodo enim periculum nõ videtur si aduersus hostem) credit esse si taceam, impium prouocati conscientia eloquendi, quæ verecundia, quasi terga vertamus. Maxime, cum in causa fidei non sermonum sublimitas requirenda est, quando ipsa sola testimonia diuina sufficiant, quæ potius operantur, quàm quæuis fecundior eloquentia. Sed nec vitiorum conscientia cogitanda est, quando potius reuelatur, si primo Deum non trepidet confiteri, exemplo illius Euangelici latronis, qui quo die confessus est Deum, ipso die meruit cum eo in paradysum, quem confessus fuerat, introire. Incipiamus ergo, obediens religiosissimis præceptis tuis, collidere cum aduersario, non quidem de nostris viribus præsumentes, sed habentes fiduciam de præsidali patrocinio saluatoris, aduersus quem more gentilium, & furore Iudæorum, bellum exagitat impietas hæreticorum. Sed quia in his quæ scribere dignata es ex persona hæreticorum, vidi plurima esse confusa, vt videreris mihi non plenius nosse quæ adserat Ariani, melius opinatus sum si primum liquido palam facerem quomodo credant, & quomodo sub ambiguitate sermonis simplices animas capiant. Et tunc maxime, cum sub communi confessione impia sua verba commendant. Quia & tunc de mum absolutionem fidelis responsio manifesta est, si prius sacrilogæ sectæ impia tergiuersatio propaleatur.

De Professione Ariatorum.

Ariana impietas, adserit quidem multa nobiscum iisdem sermonibus, sed non iisdem sensibus, cum ad diuinæ fidei confessionem vocatur. Nam iisdem quibus & nos vocibus, personat Deum patrem, & Deum filium, & omnia à Deo patre per filium facta, & filium ante secula genitum. Sed cum nobiscum per hæc verba concordet, nihilominus sacrilegis verborum interpretationibus, à piis Ecclesiæ catholicæ sensibus aberrantia dicens patrem, vt non vere genuerit: ita si-

lium quoque pronuncians, vt apud eum adoptione nõ natura sit filius, id est, vt aliunde ad filij nomen adsumptus, non vere de Deo patre sit genitus. Nam licet & ante secula filium natum esse fateatur, tamè ei initium tribuit, dicendo: Erat quando non erat. Sed & sic quoque per eum facta dicit vniuersa, vt cum adserat ex nullis extantibus substitutum, quia præassumpsit, non vere de Deo patre genitum. Et inde est, quod ita vult haberi persuasum, Christum Deum quidem esse, sed non verum, cum initium deputetur, & filius quidem ita vt factus intelligatur esse, non natus. Siquidem non vere de patre natus est, sed de nihilo substitutus. Ab hoc quoque & immutabilem credit, quia in fide eius non vere Deus, neque vere filius est. Et vt hos impios sensus apud ignaros vel simplices commendat, adhibet quoque, vt sibi videtur, scripturarum diuinarum testimonia, dicens ex persona Sapientia prolatus: Deus creauit me in initio viarum suarum in opera sua. Christum autem sapientiam esse Apostolus quoque confirmat, dicendo: Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Constat ergo Christum (qui est Apostolo interprete, sapientia) esse creaturam. Consequens est, vt non sit vere Deus qui sit creatura. Iam nec vere filius, qui sit vere Deus qui sit creatura. Iam nec vere filius, qui non sit à Deo genitus, sed creatus. Et si creatus est, erat ergo quando non erat.

Hęc sunt nequitia arma proposita, aduersus quæ deprecantur, vt adserionis aduersa propaleatur impietas, non quidem nostro (vt diximus) ingenio, sed gratia Dei adiuuantis semper pios conatus, tu modo quælo ne squallido sermone fatigeris, sed rerum intenta virtutibus da calculum veritati. Hoc autem non vt librum scripsimus, sed quasi cum præsentem aduersario certis disputationibus dimicamus. Et primis cõtra hoc quod dicunt: erat quando non erat: occurrendum est quod semper fuerit, & opponendum de euangelio testimonium dicente Ioanne: In principio erat verbum: sicut enim Christus Dei sapientia & Dei virtus est, ita & Dei verbum est: Cum ergo dicit: In principio erat verbum: quomodo Ariana impietas dicit: erat quando nõ erat? In principio, inquit, erat verbum: non dixit, in principio factum est verbũ: & vtique quod in principio erat semper fuisse credendum est. Si enim, vt putat impietas, factura est filius, sine dubio scriptura diuina hoc ipsum quod factum est in principio prodidisset, & ex illa vtique institutione qua et Moses locutus est scribendo: In principio fecit Deus cœlum & terram. Si enim & filius Dei factura esset dixisset Ioannes, in principio factum verbum. Sed præuidens euangelista, magis autem spiritus sanctus per euangelistã, futuros impiæ mentis homines, qui dicerent de filio: erat quando nõ erat, ideo sic cœpit: In principio erat verbum. Nihil enim illo asterius est qui inuenitur ante principium. Scripturæ diuine ob hoc æditæ sunt, vt secundum illarum sensum nostrã fidem dirigamus, non vt nostros sensus illorum sacris dictionibus inseramus. Viderit si sunt quædam capitula quæ sui obscuritate dare putantur occasionem ambiguitatibus, certe in hoc capitulo nulla ambiguitatis occasio est. Non licet interpreti aliter sentire quàm scriptũ est: nec opus est vt nunc nostros sensus ingeramus, Sufficit ad plenam percipientia fidei noticiam, vt diuina verba recitemus. In principio erat verbum. Nunquid aliqua hic est opinio temporis? Nunquid aliqua suspicio seculorum, vel aliquod interuallum puncti aut momenti alicuius, vt dicere audeas, erat quando non erat? In principio, inquit, erat verbum, & ne forte verbum

Bum intelligas quod est loquentis officium, sequitur, & verbum erat apud Deũ. Non dixit, & verbũ quod locutus est Deus, sed, & verbũ erat apud Deum, ipse post rem interpretatus est, & quid sit verbũ dicens, & Deus erat verbum. Si in principio erat verbum, & hoc ipsum verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ, cõfusa est impietatis interio. Probatum em̄ de hoc capitulo Christum filiũ Dei & semper fuisse, & sepe inseparabile à patre, & semper Deũ. Sicut em̄ sine initio est cũ dicitur: in principio erat, sic & cũ dicitur, apud Deũ erat, inseparabilitas eius à patre sine initio declaratur, sed & cũ hoc verbũ Deus esse definitur, nõ est ambigũ quod sine initio Deus creditur. Hoc em̄ quod præuicisti dicēs, in principio, ad omnia referendũ est, id est, in principio erat verbũ. Et cum sequitur, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbum, sine dubio in principio subaudiendum est. Denique & ipse ita concludit dicens: Hoc erat in principio apud Deum. Quomodo ergo erat quando non erat qui semper est? Quomodo ex nullis extantibus est, qui semper apud Deum patrem est? Quomodo creatura qui semper Deus, immo & per quem vniuersa creatura est? Sequitur enim omnia per ipsum facta sunt, quomodo ergo ex nullis extantibus factus est, per quẽ omnia facta sunt? Si enim & ipse factus est, quomodo per ipsum omnia facta sunt? non enim cum fieret, potest sui auctor esse qui non fuit. Atque ideo infectus esse credendus est per quẽ omnia facta sunt, quia vanum est & absurdum vt & ipse cum non extaret, factus per se esse dicatur. Similiter & Paulus docet Christũ semper fuisse, & Deum esse, & æqualem patri. tunc enim vere Deus cum æqualis est patri, quia nec æqualis esse diceretur, si non vere Deus haberetur. Innotia est enim *Phil. 2.* Dei veri, si ei non Deus verus dicatur æqualis. Ponit itaq; in epistola sua: hoc enim existimate in vobis quod in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æquale Deo, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens. Si vere homo est Christus cum formam serui accepit, vere quoque Deus est cum in forma Dei esse perhibetur. Nec alia ratione æqualem diceret Deo, nisi in forma Dei esse, verum Deum esse voluisset intelligi, & qui vere Deus, vtique semper Deus est, non potest dici de Deo, erat quando non erat, sed & per semetipsum omnia facta, ait Apostolus Paulus scribens: Quia in ipso creata sunt omnia, siue quæ in cœlis, siue quæ in terra, inuisibilia & visibilia, siue throni siue dominationes siue principatus siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, ergo ipse semper est per quem & in quo omnia facta sunt. Sed & hymnicus cantus ait: omnia in sapientia fecisti: non tamen ipsam dixit factam esse sapientiam. quia & Apostolus cum dicit: & ipse est ante omnes, factam negauit. si enim eum, qui non erat, factum credi voluisset, ita posuisset: & ipse factus est ante omnes. At cum dicit: & ipse est ante omnes: omnibus dedit initium, quorum anterior, immo & factor est, ipse vero sine initio est, qui ante omnes non factus, sed esse memoratur. Item Apostolus vnus, inquit, Deus pater ex quo omnia & nos in ipso: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Et hic cum dicit per Christum esse omnia, apertissime factorem discreuit à factis: Nec posse intelligi naturam facturam in eo qui fecit omnia. Sed videamus si & Moyses hoc idem docuit quod Apostoli adnunciauerunt, id est, omnia ex Deo facta esse per filium. Inter cetera cum fabricã mundi refert ait: Et dixit Deus, fiat firmamentum in medio aquarum, & sit diuidens

inter aquam & aquam. Et factum est sic. Et fecit Deus firmamentum & diuisit Deus per medium aquæ, cum dicit, & dixit Deus, fiat firmamentum, in dicente patris intelligenda persona est: cum autem dicit, & fecit Deus, in faciente filij intelligenda persona est. Nam si non putas ita intelligendum, Apostolica periclitabitur adseritio dicēs, vnus Deus pater ex quo omnia, & vnus dominus noster Iesus Christus per quẽ omnia. Nisi enim totam fabricam mudi per filiũ factam esse credideris, immo & omnia visibilia siue inuisibilia, quemadmodũ in fidem recipis vocem Apostoli dicentis, Vnus dominus noster Iesus Christus per quẽ omnia. Et illud quoque quod supra retulimus, quia per ipsum creata sunt omnia. Nec non & illud, omnia in sapientia fecisti. Sed & hoc quod Ioannes persecutus est, omnia per ipsum facta sunt. quomodo omnia si negas de filio Dei dictũ. Et fecit Deus firmamentum & diuisit Deus per medium aquæ: ergo & Moyses factorem filium inducit, non factum. Si enim factum sancto spiritu reuelate didicisset, inter cetera quæ facta describebat, ipsum quoq; prius factum esse memorasset. Sed absolutius inferius profertur vbi iam fabricati mundi incolæ faciendus est. Et dixit Deus, faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram. Non est vnus personę dicere, faciamus ad imaginem & similitudinem nostrã, sed neque diuersa deitatis. Nam pluralitas horum verborum, id est faciamus & nostram, patris & filij personam significat. Quod autem singulariter imaginem dicit, vna deitas, vna virtus vtriusque personæ manifestatur. Si creatura est Christus, quomodo in opere Deo consors adhibetur? Ad ipsum enim dicitur, faciamus. Si non est verus filius, quomodo vna illi cũ patre imago est? Adoptiuus filius non habet imaginẽ adoptantis. Potest quidem habere munificentiam, non autem potest imaginis habere naturam. Scio quidem discretionem imaginum, quas nunc exequi longum est & non necessarium, sed quod facit ad causam vindico dicēs. Hoc in loco nulla discretio est imaginis, vbi & patris & filij vna imago perhibetur. Non enim dixit, faciamus ad imagines nostras, sed ad imaginem nostram. Et ne forte stupida mente, õ quisquis ille es hæreticus, vsurpares etiam de vna persona dici potuisse, faciamus, vt sit scilicet apud se cogitantis effectio, non designatio personarum, subsequitur, & fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eũ, quæ coram in luce posita sunt, si quis non videret excus est. Deus, inquit, fecit, ad imaginẽ Dei fecit. Nõne apertissimũ est quod iam tunc spiritus sanctus per Moysen euangelica Sacramenta tractabat dicens Deum & Deũ, non tamen duos Deos, quia vna imago est patris, & filij. Et õ quam omnia prosperte edita sunt. Deũ & Deũ sacra scriptura pronunciat, vt Sabellium excluderet defendentem patris & filij vnã esse personam. Sed ne iterum Arius sub occasione personarũ duos Deos introduceret, inter verba, quibus pluralis significatio personarum est, vnã imaginem inseruit. Hoc ita esse inuenies, intendens testimonio dicenti, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quid agis impietas Ariana: si creatura Christus est, quomodo creaturæ & creatori vna imago est? diuersitas naturæ non admittit vnus formæ communionẽ. Multæ sunt voces in libris Moysi, quibus redargui possint impij in filium, immo & in patre. Nam quomodo nõ in patre hæc tẽdit impietas, quæ profano spiritu exercetur in filiũ, cũ patri adimunt quod vere patris est, auferentes filio quod vere filij est? quomodo enim vere pater est qui se cundũ ipsos non genuit? Quomodo Christus vere filius

Col. 1:1 Psal. 103 Ioan. 1

eius est, quæ negat vere de ipso patre generatū: sed vt dixi, multæ sunt voces in libris Moysi, quibus redargui hæc eorum possit impietas. Sed quia hæc ipsa non studio librū scribētis exequimur, sed velut inscidā certas summas quasi properates delinamus, vt tuo qualitercūque videamur obedisse præcepto, cæteras voces prætereundū est, maxime, quia in diuinis vocibus nō numerus testimoniorū, sed auctoritas requirēda est, quæ idonea est, etiam si vna voce proferatur. Sufficit interim de hoc vno capitulo Moysen concordasse cū euangelis & Apostolis. Deū & Deū prædicat Moyses sicut superius de Genesi testimoniu loquitur. Ita & Ioannes Deū & Deū adnuntiavit dicēs: In principio erat verbū, & verbū erat apud Deū, & Deus erat verbū. Nemo dixit duos Deos, licet Deū & Deū dicerent, nemo non vnā imaginē patris & filij adnuntiavit. Et ideo vnum Deū nōn videt in confessione fides catholica, non tamen vt per cōfessionē vnus Deus filius negetur esse quod Deus est, quia sicut pater Deus est, ita & filius Deus est. Nā si nō sicut pater Deus est, ita & filius Deus est, quomodo illic vna imago est secundū Moysen? vel quomodo secundū Paulum in forma Dei Christus est æqualis existēs Deo? Sed & Ioannes cū verbū adferret in principio apud Deū esse, nō extra Deū esse per hanc verbi Dei à Deo inseparabilitatē, idē mihi videtur significare quod in significatiua imaginis & forma est. Nā si per vnā imaginē eandēque formā patris & filij inseparabilitas ostenditur, cur nō cū Ioannes Dei & Dei inseparabilitatē adnūciat per quod ait: & verbū erat apud Deū, & hoc erat in principio apud Deum. vnā imaginē eandēque formā patris & filij significasse credatur? Plane hic sensus videtur ambiguus, si nō idē euāgelista hoc ipsam paululū infra apertius persecutus est dicens: Et vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à patre, sicut & vna imago, eadē forma, ita & gloria non alia est filij quā quæ patris est. Interea qui Christū de adoptione filiū dicit, quomodo intelligis gloriā eius quasi vnigeniti à patre? quod scio plures esse Dei filios de adoptione profiteris, quod si & Christus adoptiuus est, quomodo vnigenitus à patre est? cū non sit vnigenitus existētibus quoq; aliis tamē adoptionem filij? Quod si vere vnigenitus à patre est ideo, quia ipse solus de ipso vere patre generatur, quomodo adoptiuus adferitur, cum adoptiuus inter plures adoptiuos proprietatem vnigeniti à patre habere non possit, sed si adoptiuū sunt, de nullo tamen eorum dictum est, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, sed de Christo solo dictum est: & vidimus gloriā eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Non ergo adoptiuus est, de quo hoc dicitur, quod de adoptiuis dici non potest. Et merito vna illi imago cum patre est: quia ipse solus vnigenitus à patre est. Quid enim mirum, si in filij imagine, patris imago signatur? Ideo ipse saluator dicebat: qui me vidit, vidit & patrem. Non hoc vt Sabellius dico, quasi seipsum patrem dicat esse, qui sit & filius (Cōfiteor enim patrem esse qui genuit, filium vero esse qui natus est) Sed cum dicit: qui me vidit, vidit & patrem: sicut patris & filij non vnam ostēdit esse personā, ita & vnam ostendit esse deitatem, cum in patris & filij substantia nulla diuersitas inuenitur. Iterum in hoc quoque loco dicam: Si creatura est filius, quomodo qui videt filium, videt patrem? Nemo enim in visione creaturæ patrem videt. De inspectione enim creaturæ creator videri potest, pater autem non videtur nisi de inspectione filij. Si ergo Christus creatus & non verus filius, non potest in creaturæ visione pater videri. Et quomodo ait: qui me vidit, vidit & patrem? nisi quia vere filius

de Deo patre natus est. Et ideo cum videris filium, necesse est vt patrem videas. Sine filio enim pater non est, sed sicut quod nec filius sine patre. Inde etiam subdidit. Ego in patre, & pater in me. Non vtiq; per quamdam passiuam confusionē, sed quia consequēs est, vt vbi pater est, illic esse cognoscatur & filius, & vbi filius est, illic etiam patrem extare cognoscas. Est & alius sensus dicti istius, qui me vidit, & patrem vidit, non qui corporeis oculis in corpore vidisset Iesum, vidisset patrem, refertur, alioquin absurda est increpatio domini ad Philippum dicentis: Tanto tempore vobiscum sum, & nō me nosti Philippe? Secundum corpus enim non solus Philippus videbat Iesum, sed & omnes Iudæi, qui ei aduerfabantur, nec tamen per hoc quod videbant secundum corpus Iesum, patrem quoque vidisse credendi sunt. Quid ergo est, qui me vidit, vidit patrem? Intende cordis aciem & vide secundum fidei spiritualis obtutus, Christum filium Dei non creaturam esse, sed creatorē. Intende eum vere esse Deū, sine initio, sempiternum, & secundum hoc quod Deus est, inuisibilem, inæstimabilem, incorruptibilem, indemutabilem, & per omnia talem, qualis est & pater eius, qui eum genuit, & ita videns filium, patrem quoque te vidisse non dubium est. Hoc sensu accipe & illud quod ait, ego in patre & pater in me. Pater enim cum sit perfectus, perfectum filium genuit, & cum sit inuisibilis, incomprehensibilis, inæstimabilis Deus & verum lumen, & filius talis natus est, qualis est & ille qui eum genuit. Et ideo ait: ego in patre, & pater in me. Cum enim omnia quæ sunt paternæ virtutis & deitatis, habentur in filio, pater in filio est & filius in patre. Et ideo præmisit: Si me sciretis, & patrem meum sciretis, quod eadem sit patris & filij substantia, quod vna sit vtriusque cognitio: sed creaturæ & creatoris non est vna cognitio, quia non & vna substantia est, patris autem & filij vna cognitio est. Ergo non est filius creatura, sed creator est, sicuti pater creator est, & Deus est, sicuti & pater Deus est, non tamen per hoc duos Deos dicimus. Hic est vbi impie hæretice diabolico furore quasi in stulticiā istius cōfessionis inardescis, cum Deū & Deū audis, nec tamē duos Deos dicimus. In hatus enim de literatura seculari in hac quaestione insanabiliter ægrotas, & putas te debere cōstringere, vt duos dicamus cum Deum & Deum confitemur. Noli infelix aduersus Christum Deum, qui totius creaturæ Episcopus est, Aristotelis artificis litū argumenta colligere, qui te christianum qualitercūque profiteris: nec aduersus piam confessionem inenarrabilis de Deo Sacramenti, vt calculo calūniator, quasi ex disciplina tertenæ supputationis circumscripitor aduersus. Inspice potius diuinos libros, & diuina fide diuinis vtere sermonibus. Legisti vtiq;: & in lumine tuo videbimus lumen: quæ hic distātia luminis à lumine est? Possuisset enī & distātia si fuisset, ne quis luminis à lumine nullā distātia crederet, quod si nulla distātia est, non ergo duo lumina, sed vnū lumē est, cū in lumine patris filij lumē agnosceretur, hoc lumē est de quo Daniel loquitur dicēs: & lumē cū ipso est. Nō enī de aliqua creatura hoc dicit, sed de splendore ipsius Dei existētis sempiterni luminis pater & lumē sempiternū. Si vero negatur filius Dei lumē esse sempiternū, quomodo in patris sempiterno lumine lumē filij, quod nō est sempiternū videtur? Sed in laudib⁹ dei nō est hæc falsa dictio sanctorū, in lumine tuo videbimus lumē. Ergo & filij lumē sempiternū est, quod nō distat à patris lumine sempiterno. Et ideo licet lumē sit filius, & pater lumē sit, vnū tamē patris & filij lumē est, quia in patre & filio nulla discre-

Ioan. I.

Philip. 2.

Ioan. I. 4.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

psal. 35.

Dan. 5.

Gen. 5. Philip. 2. 773
tio, nulla separatio luminis est, quomodo nec imaginis secundū Moysen, nec formæ secundū apostolū Paulū. Sacramentū autē inseparabilis vnitatis, secundum hoc quod vterque, id est pater & filius æqualiter & indiuise neque secundū portionē Deus vnus & pluralitatis, & secundū hoc quod vnus pater est & vnus filius, etiā de hoc capitulo manifestatur, quod legimus in euangelio ipso saluatore dicente: ego & pater vnū sumus. sumus enim pluralitatem significat personarum, quia hic pater & filius vnus deus sit, cum ambo, id est pater & filius, vnū sunt secundū deitatem, non vnus secundū personas, ego & pater vnū sum⁹. Hac vna voce & Sabelli⁹ excluditur, & Arius cōfunditur. Sabellius enī ipsum dicit patrem, qui sit & filius, hoc modo tāquā si vnus habeat duo nomina, & interpretatur vnū, ideo dictū, vt vnus persone singularitatis crederetur. Cōtra vero Arius respiciēs ad hoc quod ait, sumus, in hoc sermone pluralitatē intelligens, introduxit impiam pluralitatē Deorū, credēs vnū sempiternū Deū, & aliū qui esse cœperit Deus, vnū omnipotentē, & aliū qui nō sit omnipotēs. Sed d̄ cœcitas: In vtriusque habent ante oculos quod pie videant, & incauris offensionibus impie litigare contēdunt. Saltē cōmōdent sibi sensus suos, & pie fidei perspicit veritatē. Sabellius admiratione virtutū, quas Christus operabatur, Christū Deū verū esse credit, & non quia aliquādo cœperit, sed qui semper fuerit & possit omnia. Credit hoc Arius & nō blasphematur in Christū quem filiū cōstituit. Item Arius negat Christū esse patrem, negat hoc & Sabellius, & pie prædicat, quod Christus vere Deus est, nō existēs pater, sed filius. Adhuc apertius dicā: Sabelli⁹ vindicat Ariū, quod Christus verus Deus est, & Arius vindicat Sabelliū, quod Christus sub confusionē veri Dei verus & filius est, & mihi catholico ambo vicerūt, immo & mecum ambo vincunt impietatis errorē, cum meū ambo intellexerint sacre fidei veritatē, quæ & pluralitatem personarū, & vnitatem Deitatis intelligit, in hac pronuntiatione Dei dicētis: Ego & pater vnum sumus. Sed hanc diuinā pronuntiationē, & hanc piam diuinā pronuntiationis intelligentiā Arij scētatores cū diuina querunt subuertere, alio modo interpretantur, & dicunt, vnum sunt quidē, sed non substantia, nō deitate, non potestate, sed voluntate, id est, quia vnā, eandēque habeant voluntatē, ideo ait, ego & pater vnum sumus. Dicite d̄ hæretici impij, qui substantiatuum verbū Dei est, & linguæ sermonē dedit, nescit loqui, & ignorauit alium sensum vestrū propriis & cōpetentibus sermonibus explicare, & inefficax fuit dicere: ego & pater vnum volumus, si tamen hoc in loco vnitatem voluntatis, & non substantiæ ac deitatis volebatis intelligi? Sed nunc quaeso Regina memineris, quæ capitula ex persona hæreticorū scribere dignata es. Ipsi hæretici aiunt: Qui me misit pater, ipse mihi præceptū dedit, quid dicam aut quid loquar, & descendi de cælo, non vt faciā voluntatem meā, sed voluntatem eius qui me misit pater. Hoc artificiu hæreticorum est, vt alibi negent, quod alibi consentent, vt cum vident se præsentiu quaestionū abolitionibus vehementer adstringi, serpentino lubrico semper eludant. Certe dicitis d̄ hæretici, præceptum dedisse filio patrem, quid dicat, quid loquatur, & quomodo, quasi nesciat loqui, vos verba eius emendatis, immo iam patris, quia filius quod dicit, quod loquitur secundum præceptū quod dedit pater ei, & dicit & loquitur. Iam me intelligitis, quia cum prophano spiritu aduersus filij deitatem exercere vestram contenditis a-

mentiam, etiam in patrem prorūpit insipientes. Clamat filius: ego & pater vnum sumus, & vos quasi grāmatici, veluti inefficaciam dominicæ pronuntiationis suppositi verbi demutatione supplentes, emendatis & dicitis, hoc quod ait, sumus, volumus intelligendum est, vt scilicet sic dictum sit, ego vnum volumus. Sed reclamat filius etiam contra vos dicens, illa quæ dixit, ad vestræ impietatis participes Iudæos, quare loquelam meā non cognoscitis? habeat suas parabolas & allegorias & enigmata, hoc tamē loco apertissime & plene dictū est, ego & pater vnū sumus. Et quomodo vnū sunt, alibi quoq; declarat cū dicit: credite mihi, quia ego in patre & pater in me. Et ne videretur ipse de se vsurpare quod non erat, vt veritatē dictionis ostendat, præmisit dicens: nō creditis quia ego in patre, & pater in me, verba quæ loquor vobis, à me ipso non loquor, pater autē in me manēs ipse loquitur. & opera quæ ego facio, ipse facit. Sed alibi, sicut docuit me pater, hæc loquor, & qui me misit, mecū est, nō relinquit me solū, quia ego quæ placita sunt ei sēper facio, nō quia filius ignoraret quid sibi loquendū erat (quid est enī quod Dei sapientiā ignoret) sed vt duritiā indomitæ fidei tuæ ad piā diuinā vnitatis intelligentiā, patris quoq; auctoritate molliret, ait, pater in me manens, ipse loquitur, vel illud: sicut docuit me pater, hæc loquor. Sicut autē opera filij opera patris sunt, eo quod faciēte filio pater in ipso manēs faciat, ita quæ loquitur filius, pater in ipso manēs loquitur, nō aliud quā quod loquitur filius, quia nec filius aliquid loquitur, quā quod loquitur pater in ipso manēs. Eadē ergo patris & filij loquela est, sicut eadē & operatio. Ideo dicebat, alioquin, ppter opera ipsa credite, q̄ vtiq; similiter faciebat vt pater, vt postremo vel auctoritate operū crederetur quia filius in patre est & pater in filio est. Hoc autē quō intelligēdū est quod ait: ego in patre & pater in me, iā supra exposuisti est, sed & nunc breuius dicā secundū indifferentiā substantiæ audiendū est, ego in patre & pater in me. Sed illud quod ait: ego & pater vnum sumus: secundū indifferentiā substantiæ vnū sunt pater & filius. Nolo ergo impie hæretice vt indifferentiā substantiæ patris & filij adimas, importune vnitatem volūtatis intersecas, quā alibi impie negas dicēdo: scriptū est, descendī de cælo, nō vt faciā volūtatem meā, sed volūtatem eius qui me misit pater. In hoc capitulo ignorās dictionis ei⁹ Sacramētū, tā impie negas patris & filij vnā esse volūtatem, quō tibi credā q̄ sinceriter cōfiteris, qd̄ vna eadēque volūtas patris & filij significatur in hoc qd̄ p̄nūciat d̄ dicens: ego & pater vnū sumus. tu si vere credis qd̄ pater & filius vnū sūt volūtate, video quō negare possis q̄ & substantia, diuinitate, & potestate vnū sunt: quare enī nō vna substantia sit vna diuinitas & potestas, quibus vna volūtas est? Si enī ex æquo illis volūtas est, ex æquo & diuinitas: si nō ex æquo diuinitas, neq; ex æquo volūtas, nec enī volūtas & cuiuslibet. Nō tamē dei volūtas parere nō pōt. q̄ alia est vis volūtatis eius q̄ deus est, & alia vis volūtatis ei⁹ q̄ deus nō est. Volūtas dei naturaliter bona & perfecta est, indemutabilis est, semper eadē existēs, & sine initio & sine fine perseverās. Volūtas vero ei⁹ q̄ nō est de⁹, eo quod habeat initiu sicut & ipse q̄ nō est de⁹, & nutare pōt & verti, sicuti & ipse qui nō est de⁹, ac per hoc nec vere bona, q̄ nō naturaliter bona: nec vere perfecta est, q̄ potest verti & minui, ita vt quod hodie voluit, crastino noluit, vel quod hodie noluit, crastino velit. dicā exēplo apertū: āgelus iste qui nūc diabolus est, antequā fieret diabolus, bonā habuit voluntatē, sed vbi factus est diabolus, p̄prij arbitrij agitatione, amī sit bonā voluntatem, ideo scilicet, quia ex factura sub-

Ioan. 1. 4.

Ioan. 8.

Ioan. 1. 0.

scitit & non naturaliter Deus est. Hoc & de omni creatura rationabili sentiendum est, & si enim quidam eorum non declinauerunt, neque declinat ab vna volūta-
 te, tamen innotū habent posse declinare, quia creatura sunt & non Deus. Hoc enim quod non declinat, ex disciplina perpetua obseruatione opinent, non ex natura indemutabilis veritate. Deus autem sicut ipse solus sine initio bonus & perfectus & inconuertibilis est, sine initio quoque habens bonam & perfectam & inconuertibilem voluntatem, non per institutionē neque ex profectu obseruationis habet bonam & perfectam & inconuertibilem voluntatem; sed ex natura indemutabilis veritate, quæ bonus & perfectus & inconuertibilis Deus est. Viderit si qua fortassis est hæresis, quæ hunc sensum respuat, tu tamen præcipue ad hoc Ariane con-
 fiteri, conuertibilem & mutabilem dicis, quod eum à Deo factū de nihilo prædicas, nō tamen de Deo vere natum. Si hæc tibi sententia est quod omnis creatura vertibilis est & mutabilis, Christum autem dicis esse creaturam, ergo & ipse secundū te ex conditione creaturæ conuertibilis & mutabilis existens, non habet inconuertibilem & indemutabilem voluntatem. Er quomodo interpretaris quod pater & filius vnum sunt voluntate, cum patris & filij secundū te diuersæ sunt voluntates & contrariæ, quia scilicet vna est indemutabilis & inconuertibilis, alia vero mutabilis & conuertibilis est. Deprehenderis & tegetis hæretice fraudulente, quomodo conatis simplices animas circumuenire & capere. Constrictus enim & coarctatus testimonio dominicæ pronuntiationis dicentis, ego & pater vnum sumus, vt de hac voce qualitercunque te voles, quæ claris sermonibus in patre & filio vnitatem deitatis ostendit subcubasti necessitate, non arbitrio ad hoc, vt vel ad momentum in præsentī capitulo summis labiis, & vt ita dixerim, superfigie sola verborum, vnitatem voluntatis interferas, quo expressus & viuacius & medullitius vnitatem deitatis excluderes. Tollis enim sensum vnitatem substantiæ qui facile creditur ipsa simplicitate verborum, & interpretaris sensum vnitatem voluntatis. Aut quia supradicta ratio eius non facile apud omnes intelligitur, interim simplicem decipias auditorem, cum illud agis, ne vnitatem diuinitatis intelligat. Nam & vnitatem voluntatis in patre & filio fides catholica sincerissime & verissime credit, non labiis sed toto corde, quæ & vnitatem substantiæ & diuinitatis agnoscit. Sicut enim indemutabilis, & inconuertibilis substantiæ est cum patre filius, ita & indemutabilis & inconuertibilis voluntatis est cum patre filius. Atque ideo vna voluntas est patris & filij, sicuti & vna virtus & vna imago. Magis enim dixerim quod ipse filius voluntas est patris, sicut enim patris & filij vna imago cum sit secundū Moysen, tamen & ipse filius imago Dei inuisibilis scribitur ab Apostolo, ita & vna voluntas cum sit patris & filij, definitur quod voluntas patris est filius, & Dei inuisibilis imago. Similiter & de virtute intellige. Fides enim catholica dicit vnam virtutem esse patris & filij, & tamen scribit Apostolus, Christum Dei esse virtutē, & Dei sapientiam: pie ergo dictum quod filius voluntas est patris, sicut idem ipse est & sapientia Dei. Et tamen si adhuc mouet hic sensus, intende ad ea quæ dicimus. Certe Dei sapientia Christus est. quid autē est Dei voluntas quam Dei sapientia? Non enim in Deo aliud voluntas est, & aliud sapientia. In hominibus quidem potest esse voluntas, non tamen hæc ipsa & sapientia, quia voluntas hominis eruditione & meditatione &

1. Cor. 1.

profectu peruenit ad sapientiam sibi possibilem: Dei autem voluntas non eruditione, non meditatione, non profectu peruenit ad sapientiam, sed ipsa nihil indigens naturaliter substantia sapientia est. Vnde & Christus Dei sapientia existens Dei quoque & voluntas est, quia in Deo non aliud voluntas & aliud sapientia.

QVOD NON SIT EX NIHILO FACTUS filius, sed verus sit filius, de ipso patre vere sine initio genitus. CAP. 2.

Quid vno lapidis icū Goliaz frōtē percutiens, magni corporis sortem strauit inimicum, sed nostræ non est virtutis de vno lapide vincere duplici, vt opinor ex causa, quia nec nos tales vires habemus quales habuit & Dauid, & isti nimis frontem præferunt impudētia & impietatibus obduratam. Vnde iam licet multos lapides, non inuacuum miserimus, tamen adhuc in Dei gratia repetendum nobis est, & impudens frons eorum lapidanda est, vt & si non caro eorum effundat cruorem multis pertusa vulneribus, tamen vel pudore eeu effusione sanguinis erubescat, si etiam & ea quæ illorū esse scripseras opprimantur. Hæc verba esse hæreticorum. Ex nihilo (inquit) Deus sibi filium fecit, si fecit cum ex nihilo, creatus est, & non filius. Et quid est quod filium dicis, quem creaturam esse confirmas? cum dicis eum factum esse ex nihilo, non ergo potes & filium eum dicere & creaturam, filius enim ex natiuitate consistit, creatura vero ex factura. Quid tibi contraria profiteris, vnū elige è duobus, dic aut filium verē filium, aut creaturam verē creaturam, si ita filium dicis, vt vere filium dicas, negasti eum creaturam. Er quomodo eum de nihilo factum esse dicis quem vere filium cōfiteris? Si autem eū dicis vere esse creaturam, cur eū filium nominas? cum in eo istius nominis abneges veritatem? Sed viuis lapidibus diuinę vocis percutiamus frontis ipsius impudentiam. Tu dicis esse creaturam, ego dico eum esse filium, quis inter nos de professionis veritate pronūciat, puro quod libenter habeas, vt ille dicet, à quo tu renuentibus nobis, factum dicis Christum ex nihilo. Audiamus ergo quid de cælis ipse pronūciat, hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Nunquid dixit, hic est quem ego feci ex nihilo? Et vide quia hoc tum primum dicit, quando Iesus vt homo accessit ad baptismum, & puto non alia ratione, quā quia poterat credi nō esse filius Dei qui corporeus videbatur, & inter ceteros homines ipse quoque, vt homo peccator veniebat ad baptismum, cum peccata propria non haberet. Ne ergo sacramentum baptismatis in homine adsumpto, cōsummans Iesus nō vere dei filius crederetur, clamat de cælo pater: hic est filius meus dilectus. Intellexerat quidē, & Ioannes suum illum esse dominū quando aduenienti ad baptismum ait: ego debeo à te baptizari, & tu venis ad me? Sed ne forte apud aliquos Ioanis testimoniu, non tam magnum videretur, & vinceret fidem carnis & humilitatis in Christo, & omnia omnino quæ per carnē eius agebātur, ipse quo nemo maior, ipse quo nemo melior cognitor, dat testimonium de cælis dicens: hic est filius meus dilectus in quo bene cōplacui. In quantū enim manifesta fides erat circa carnē saluatoris, in tantum & manifesta fides esse debuit circa deitatem saluatoris. Tunc enim & verus est Deus, si sit & verus filius. Carnē quidē eius vel potius hominē dicam, nemo ambigebat, quia nec ambigi poterat, sed illud quod in homine erat, & natum cum homine, quia videri per naturam nō poterat, ne esset incertum, voce & quasi digito patris ostenditur dicentis, hic est filius meus dilectus in quo

1. Reg. 17.

Mat. 8.

Philip. 2.

Mat. 17.

Mat. 15.

Ioan. 2.

Ioan. 9.

Philip. 2.

quo bene complacui. Et interim patris auctoritate fides vtriusque substantiæ, id est, Dei & hominis commendatur in Christo. Hominis enim in se fidē dei filius ipse significabat per contentionem & partum virginis, per infantia vagitum, per cunas & inuolūta, per ipsa matris vbera, per ipsa materni lactis alimenta, per incrementa corporis & ætatis, per hoc ipsum quod venit vt baptizaretur. Vides quomodo interim vique ab baptismū exurrexit in se hominis veritatem? tanto pressius hoc agens, quanto difficilius credi poterat Deum hominem fieri. Et ne forte ad hoc coactum putes & non sponte filium Dei filiū quoque factū hominis esse, audi Apostolum dicentem de eo: qui cū in forma dei esset, nō rapinā arbitratus est esse æqualē Deo, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiēs. Si ergo semetipsum exinanivit formā serui accipiēs, non coactus est, sed sponte factus filius hominis, existens in forma Dei Deo æqualis. Habes igitur filium experimentē in se fidem hominis. Itē videamus fidem in eo diuinitatis expressam, & licet sufficienter supra de fide eius diuinitatis expressum est, & adhuc sunt alia quoque multo copiosiora quibus fides diuinitatis appareat, tamen illa nūc taceo. Sufficit enim mihi fide in Christo diuinitatis interrim pater ostendat dicens, hic est filius meus dilectus in quo bene cōplacui. Quid ais hæretice? credis sine dubio Christo, quod se filiū hominis fecerit. Quid sentis de patre? Estne veridicus apud te, cum Christum filium suum esse testatur? Credisne patri cum Christum filium suum esse testatur? Iam maioris auctoritatis apud te est Christus, cui de fide in se hominis credis, & minus idoneus pater est, cui de filij testatione non credis. Er quō patrem maiorem Deum vindicas, cuius vocem quasi minimi deprecias? Vel quomodo Christum minorem adferis, cui tantum credis, quantum nec ei, quem maiorem prædicas? Magnus iste honoratus est, quem patri defers, vt ei non credas de suo filio profertenti, qui tamē iterum & alibi profertetur esse illum suum filium, quando cum Apostolis Petro & Iacobo & Ioanne dominus ascendit in montem, & resulsit facies eius vt sol, percutiat iterum diuinum testimonium tuæ frontis impudentiam. Et ecce (inquit) nubes lucida obumbravit eos, & ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene cōplacui, ipsum audite. Cum eo certe Moyses & Helias pariter videbantur loquentes, quos vtique de adoptione factos esse filios Dei negare non potes, & quomodo de solo Christo vox diuina testatur dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui, ipsum audite. Si enim & Christus de adoptione filius est, cum staret inter duos filios adoptiuos, dixisset vtique, & hic filius meus est, nec Christus esse solus crederetur, at eū dicit: hic est filius meus dilectus, adoptionis filios separauit, vt proprietates verę natiuitatis in Christo solo filio crederetur. Sed nō sufficit vt Christum tantūmodo suum filiū esse profiteretur, addit etiā quod vero filio debebatur dicēs: ipsum audite. Magnam immo & patrem sibi auctoritatē ostendit in filio, cum ita audiendus est filius vt audiendus & pater est. Quid ergo iam dixerit Christus audiendus est, & videamus si nusquam se dicit esse filiū Dei, si nusquam se Deū patrē habere profiteretur, ipse vox est: Omnis plantatio quā non plātauit pater meus, eradicabitur, & iterū. Domū patris mei fecistis domū negociationis, & alibi quoque, & tu credis in filio Dei? Nunquā præsumeret dicere, pater me, & patris mei, & tu credis in filio Dei, nisi esset confidentia nature, quæ vindicat vocabulum veritatis in patre de conscientia proprię natiuitatis, Quid enim ille in-

lenter loqueretur, qui semetipsum humiliavit, factus obediens vique ad mortem, & mortē crucis? Sunt & alia testimonia plurima, sed nos nunc non librum scribimus, vt omnia prosequamur, sed causa veritatis paucis testimoniis summas claudimus, vt vox illa obruat quæ negat Christum verum esse filium Dei. Sane, dicit se Christus filium esse hominis quoque cū ait & videbitis filium hominis, & quem me dicit esse filium hominis: hoc est enim Sacramentū fidei in Christo, vt cū illum filium hominis, illū filiū Dei esse credideris, credas quoque & filium hominis esse cum factum, illud enim quod filius Dei est, naturaliter possidet. Hoc autē quod filius hominis factus est, quia beneficiis nobis præstitit, & ideo qui Christum filium Dei esse non credit, impius est, sed & qui Christum filium hominis esse factum confiteri dedignabitur, ingratus est. Tu tamen hæretice credis quod Christus filius Dei filius quoque hominis factus est, & cum hoc ipsum saluator de se dicat, non abneues. At vero cum dixerit pater, hic est filius meus: & cum dixerit filius, pater meus tu vt cor Pharaonis obdurasset non credis. Superest impudentia tua, vt quasi melancholicus non vera perspicies patrem & filium dicas esse mentitos. Non inquit nego filium, sed nego verum filium. Ergo & Petrus ideo beatitudinis vocem meruit, quia Christum verum filium esse non credit, licet filium Dei viui sit confessus. Magnum reuera confessæ fidei Sacramentum est in Petri conscientia, vt cum labiis dicat: tu es Christus filius Dei viui, in corde tamen habeat quod non sit verus filius Dei viui. Ego homo sum, verba audio, verba intelligo, interpretationem tacitā cordis audire non possum. Christū filiū dixit Dei viui, nisi & adoptiuum adiecerit. Ego aliud nihil intelligo quā quod & loquitur. Viderit si Christus quo dominus & Deus cor adspicit, mihi tamen qui auribus tantū audio, debuit etiā per vocē fieri cordis manifesta confessio. Propter quem & Petrus interrogatus, Non enim sibi soli Petrus interrogatus est, sed & omnibus, vt cum ille de Christo bene cōfiteatur, & nos similiter disceremus patris confessione ad beatitudinem peruenire. Er interea videamus si digne Petrus beatitudinis præconiū consequitur, credens in corde quod nō sit verus filius, sed & adoptiuus, si digna hæc patris reuelatio est, & non potius carnis & sanguinis. Plurimi certe adoptione sunt filij Dei & non solum Hieremias, qui adhuc cum esset in vulua matris sanctificatus est, Neque solus Ioānes baptista, qui in vtero matris infans exultauit in spiritu. Sed neque solus Helias qui mortē ad huc vsque nō passus est, vel quilibet ex numero prophetarū, ex quibus vnus (vt in euangelio reuelatū est) putabatur Christus. Sed ad hoc nomen adoptionis meretrices & publicani præcedunt vos in regno cælorum, vbi non nisi filij adoptionis sunt. Cum ergo nec blasphemis nec turpibus adoptionis gratia denegeret si se corrigant, hoc pro magno Sacramento pater Petro reuelauit, quod scilicet filius quidem Dei viui est, sed adoptione potius, & non natiuitate, & tantum nomine nō etiam & nominis veritate: plane qui hoc credit non beatus est ille, sed miserimus omnium hominū, habēs non solum intelligentiā carnis & sanguinis, verū etiam & spiritū diaboli. Sed quæso Regina sentias quod multa in hoc loco dici poterant, quæ ego ad consequentia festinans prætereō, credens, quod data occasione quasi vna de sapientissimis plus possis sentire quam loquimur, secundū sententiā Salomonis: Da sapienti occasiōnem & sapientior erit. Hæc vestra Ariana doctrina est, hæc vestra interpretatio singularis, hoc secretū fidei ve-

Mat. 26. Mar. 8.

Mat. 3.

Mat. 16.

Hier. 1. Luca. 1.

Mat. 21.

Ioan. 13.
Ioan. 1.

Ioan. 3.

Gen. 22.

Rom. 8.

Gen. 22.

stræ, hoc mysterium. Adoptione (inquit) Christus filius est, & non verus filius, interrogemus & Ioannem, potest & hic verum didicisse, siue quia interfuit cum Petri laudata confessio est, siue ex peculiari dilectione saluatoris, quia ita erat ei proximus, ut etiam supra pectus eius recumberet, videns quid hærens pectori eius hauserit. Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris. Nulla creatura vidit Deum secundu hoc quod Deus est. & ideo ait, nemo vidit vnquam, sed sequitur: nisi vnigenitus filius. Ergo vnigenitus filius non est creatura, qui Deum videt, quem nulla videt creatura. Et ne forte vnum cum Deum de adoptiuis filiis crederes, amputauit occasionem sensus impij, cum cum dixit non solum filium, sed etiam vnigenitum filium. Hoc nomen non habet focios. Et licet dicantur alij filij, adoptione tamen, nõ natura filij. Sed Christus solus vnigenitus filius est, quia solus verus filius est, non adoptione, sed natura: non nuncupatione tantum, sed & genere solus verus filius est, qui etiam in sinu patris est: filij adoptiui in sinu Abraham sunt: qui autem verus filius & vnigenitus filius est, in sinu patris est. Intellege tamen & in hoc inseparabilem paternæ substantiæ filium, quod in sinu patris esse dicitur. Item legimus: Sic enim dilexit Deus mundum, ita vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non video quomodo dilectio Dei commendetur ad mundum, si nõ est filius verus & vnigenitus quæ dedit pro mundi redemptione. mundus sine dubio creatura est, si & Christus creatura est, quid contulit mundo dans pro creatura creaturæ? Omnis creatura seruili conditione censetur, si Christus creatura est, seruus est. Et quomodo redimit ad libertatem, cum seruus nullo iure possit conferre libertatē? & tamē Abraham vt commendaret dilectionem quam habebat ad Deum, proprium & verum vnigenitum & dilectissimū filium obtulit in holocaustum, cū hoc ipsum Deus ad probandam cunctis eius in se dilectionem fieri præcepisset, & tu dicis impie, quia Deus volens commendare dilectionem suam mundo, non habuit verum filiū quæ daret, sed vnus est necessitate more steriliū: vt quia verum de se genitum filium non habuit per naturam, vel ex nihilo factum daret. Dic impie, maiore virtute dilectionem commēdauit Abraham proprium & vnigenitum filiū offerens, quā Deus, qui nõ propriū neque vere vnigenitum dedit? & est qui velit Deus magnopere cōmendaret, & inferius cōmendat quā cōmendauit homo? Et ille Deus quæ maiorē prædicat, minor est homine in cōmendāda dilectione, minus em̄ commendauit dilectionē, si non verū & vnigenitū filiū dedit pro mundi dilectione: & Abraham plus cōmendauit, qui propriū & vnigenitū obtulit. Sed absit hæc impietas, vt vel in dilectione cōmendanda minor sit Deus qui est per omnia inestimabilis. Verū em̄ & vnigenitū filiū dedit diligēs mundū. Hoc etiā Paulus vas electionis exequitur, volens Dei in nos cōmendare dilectionē dicens: Qui suo filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum: cum dixit suo filio, proprietatem veritatis expressit in nomine. Et vide tamē quo sermone vnus est dicens: qui suo filio non pepercit. Legisti vtiq; dicentē deū ad Abraham, cū filium pro Dei dilectione vellet occidere: Ne iniicias manū tuā in puerū, ne facias illi quicquam. Nūc enim cognoui quia times Deū tuū, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Dicit & Paulus: Qui filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eū: dicit Aposto. ex dei voce, modo cōmendaret dilectionē, im̄ pprie vnus fuerat verbis diuinis, si nõ

& hic de verò filio loqueretur, & tamē qui filiū nesciat in patre Abraham & filio eius Isaac imaginem præcessisse futuræ veritatis in Deo patre & Christo vnigenito filio eius. Sacramentum præcedentis figuræ monstrauit & Apostolis, cōsignans ipsis sermonibus veritatē, quibus & primū figura signata est dicens: Qui filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eū. Si ergo figura erat in Abraham cum offert filium: veritas autē in Deo patre cū tradidit filiū, quid ais doctor impietatis? vbi maior vis versari debet, in figura, an in veritate? Sine dubio in veritate. Et quò tu minorē exhibes veritate pleniorē figurā? Plenior enim est figura vbi verus filius offertur, & minor est veritas, vbi secundu te non verus filius traditur. Sed plane maior est veritas, & minor est figura, hoc est, si vis probari, crede verū vnigenitū filiū Dei, & intelliges quod multo plus quā Abraham gessit Deo, dās filiū suū vnigenitū pro mundi dilectione, secundu Euangeliū, vel cū secundu Paulū, suo filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit eū. Abraham enim licet filiū obrulerit, tamē pro Dei dilectione obtulit, cui quicquid obtuleris, non æquas id quod dignus est, & obrulit filiū, quæ posteaquā per naturā habere nõ potuit, per Deū tamen contra naturam adeptus est. Obrulit ergo Deo quod ei contra spem naturæ Deus dederat, & obrulit filiū. Facit ad causam, si dixerò se minorē, & sine illa cōditione præsentis, quā doq; mortalitatis legē morituræ cōtra examina, quod Deus præstiterit filiū suū, præstiterit quem non sero ex alicuius adeptus est gratia, sed semper habet sine initio, ex proprietate naturæ natū de se talem, qualis & ipse pater est qui eum genuit inuisibilem, & inestimabile, sempiternū, & impassibile, & immortalē, & omnipotentem, sicut & ipse pater est: & postremo per omnia seculum hoc quod Deus est æqualem ei qui eum genuit. Vides qualem dedit filium patre? Ecce iam Deus inestimabiliter superior inuenitur in filio. Et nunc considera, quod hunc talem vnigenitum filium pro mundi dilectione præstiterit, & expende nunc quidnam sit mundus, vtiq; creatura est. Similiter & Deus quid sit expende, vtiq; creator est, & nūc iam compara quem dilexerit Abraham, & quem dilexerit Deus Abraham quidem dilexit Deum, sed reuolue quāta Deus Abraham præstiterit, & inuenies quod Abraham multo minus Dei dilectionis debitū reddidit, quā debeat, licet reddiderit quantū reddere potuit. De autē mundū diligit pro nulla sibi ab eo gratia data. Vides quia multum commendabilior est dilecto Dei, quæ nõ ex debito præstatur, quā illa Abraham quæ præstatur ex debito? Sed vide adhuc supereminentiam dilectionis, quia Deus diligit mundū non solū sibi qui eum condidit, nullo merito iustitiæ commendatum, verum etiam peccatorum aduersum se impiū mundū. Ergo dilexit Deus peccatis & impietatibus eum, non quia peccata & impietates dilexit mundi, sed dilexit mundū, vt de peccatis & impietatibus mundus ipse liberetur. Et audi Apostolum per hæc mire commendantem Dei dilectionē, cum scribit ad Romanos: Vt quid & Christus, cum adhuc infirmi essemus secundu tempus pro impijs mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem suam charitatē Deus in nobis, quoniam si cū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis iustificati nūc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Intelligo quid qui hoc testimoniū secuti desiderant, sed nunc quod facit ad causam breuiter pandimus. Mundum habitatores mundi interpretatus

Rom. 5.

Ioan. 3.

ratus Apostolus, ostendit quod pro impijs & peccatoribus mortuus est Christus, vt suam charitatem commendaret in nobis qui sumus in mundo. Et moritur (inquit) Christus pro impijs & peccatoribus, quandoquidem vix pro iusto quis moritur, licet forsitan pro bono quis audeat mori. Iamne intelligis quā innarrabiliter præcellat dilectio Dei, vbi est veritatis expressio? & quā minor sit dilectio Abraham, vbi figura signata est? Non hoc dico quasi non multum dilexerit Abraham. Imò tantum dilexit Deum, quantum & potuit, quantum nemo ex natis mulierum superegredi potest. Sed licet multum dilexerit Deum, & de toto corde, & de totis viribus animæ suæ dilexerit, tamen inenarrabili supereminentia diuinæ dilectionis in infinitum superatur. Quis enim possit explicare dilectionem quam Deus mundo præstiterit, dans vnigenitum filium suum, ita vt homo nasceretur qui Deus est, & haberet secundum carnis humanæ sortem initium natiuitatis, qui sine initio de patre natus est, & ille æqualis Deo in forma Dei semper existens, accepta forma seruili, minor secret, non solum patre, verum etiam Angelis, imò & hominibus, nescio si non & multum in secula, vermi quoque comparatus, & postremo, vt infandum naturam susceptæ humanæ animæ, vsque ad mortem tristitiam pateretur, qui totus gaudium vidit, non solum Abraham quidem eius cupientis videre, est & gauisus est, sed & omnium sanctorum. Præstiterit ergo mundo vnigenitum filium suum, vt qui vera vita est, pendens in ligno secundu carnem, mortem crucis pateretur, occulta interim sempiterna & inuolabili diuinitate eius, quæ illi vna cum patre est. Videlicet, vt pro mundi dilectione Deus maiestatis crucifigatur in terra, qui filium Dei credentibus vitam æternam præstat in cælis. O te beatissimum Patriarcham Abraham, cuius maxima dilectio in Deum non nisi inexplicabilis diuinæ dilectionis inundatione submergitur. Et nescio si non hoc pro respectu tuæ dilectionis & fidei, Deus impio præstiterit mundo. Tibi enim & semini tuo promiserat Deus vt hæres esses mundi per iustitiam fidei, sicut docet Apostolus Paulus. Sed satis tardo si hunc locum voluero plenius exequi, ad te conuertor hæretice, commonens vt intendas quomodo Deus diligens mundum, dedit vnigenitum filium suum, vel vt ait Apostolus, quò filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Si Sacramentum istius ineffabilis diuinæ dilectionis agnosceres, nunquam aduersus filium Dei impias componeres questiones: quas qui pie mentis est, per illa quæ supra diximus intelligit absolutas. Sed adhuc reliquam partem propositi testimonij videas, vt tuæ frontis impudentia multo pressius obturetur. Nam cum dixisset: sic enim dilexit mundum Deus, vt filium suū vnigenitum daret: prosequitur & dicit: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Iterum dicam. Si creatura est vnigenitus filius, quomodo qui credit in eum non perit, sed habet vitam æternam? cum credere in creaturam sit diuinitatis offensio. Respice ad Apostolum Paulum, considera quæ opprobria, quas obscuritates de his referat, qui (vt ipse ait) commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & seruiuerunt creaturæ potius quā creatori. Tu si sic credis, & sic colis & seruis vnigenito filio Dei, vt eum dicas esse creaturam, illa te mala miser expectant, quibus illi puniuntur, qui mutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & seruiuerunt creaturæ potius quā creatori. Adoptione (inquit)

Christus filius Dei est, & non verus filius. Omnia leguntur Evangelia, & nusquam scriptum est, quod Christus adoptione est filius, & bene quod Ioannes. Ille Ioannes recumbens supra pectus Domini, causas scripti Euangelij referens posuit, & dixit: Multa quidem & alia signa faciebat Iesus: coram discipulis suis, vt credatis quomodo Iesus est Christus filius Dei, & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius. Estne adhuc apertius explanatum? Multa (inquit) & alia signa fecit Iesus, & licet omnia non sint scripta, quia nec scribi poterat infinita rerum copia, tamen hæc ipsa ideo scripta sunt, vt credamus quod Iesus est Christus filius Dei. Et vt fidem singulorum prouocaret, ostendit & præmium dicens. Vt credentes vitam æternam habeatis in nomine eius. Si vere adoptione esset filius Dei & non natura, si sola nuncupatione, & non etiam quod in nuncupationis intelligentia est, nusquā magis hoc ipsum explanasset, quā in vltimo scriptio-nis, ne fides in ambiguo derelicta, vitam æternam perderet per credulitatis incertum. Sed Evangelista, qui adhuc positus est, vt habens gratiam sancti spiritus, illa maxime lucidius panderet, quæ ad vitæ æternæ præmia pertinerent, non ambiguo clausit Euangelium, sed manifestissimè expressit descripta Euangelia, vt credatis (inquit) quoniam Iesus est Christus filius Dei, & vt credentes vitam æternam habeatis in nomine eius. Etiam ne hic suspitio est creaturæ in filio Dei, vbi qui crediderit quod filius Dei est Christus, æternam vitam possidet, & non aliter quā in nomine eius, qui vtiq; non est creatura, sed creator, & non adoptione filius, sed vere filius Dei. In nomine enim creaturæ ne quidem vitam temporalem potest quis adsequi, nisi aliquis eam non auferendo præstare dicatur. De nihilo (inquit) fecit sibi Deus filium. Præterea multa testimonia. loquatur Ioannes Christi Domini dilectio perspicuus scribens Epistolam ait: Omnis qui diligit patrem, diligit eum qui ex eo natus est. Nunquid ait: diligit eum quem Deus fecit ex nihilo? Sed nec patrem omnino nominasset, nisi scisset de eo natum filium, & non factum. Nunc quia ita intelligendum est, vt tu hæretice interpretaris, quod scilicet ab eo factus sit ex nihilo, quem ex patre natum dicit Ioannes, quæro, nunquid secundum te solus Christus factus est ex nihilo? Nonne, vt taceam de alijs, etiam mundus ipse ex nihilo factus est? ergo & mundus à nobis diligendus est, si diligendus est pater. Sed clamar idem Ioannes: Nolite diligere mundum. Nunquid nam tam leuis est Ioannes, vt ipse sibi contraria prædicaret? Absit hæc impietas, vt dicatur Ioannes repugnantia sibi loqui, qui in sancto spiritu loquebatur. Scit distantiam facti & nati in ipso iam principio Euangelij sui, sicut supra expositum est, cū de ipso capitulo tractaretur, & ideo nõ vt facturam intelligit eum quem dicit ex patre natum: quia nec singulariter poneret, si hoc quod ex patre natum est, facturam voluisset intelligi, scilicet multos factos esse ex nihilo, sed singulariter ponens de solo vero filio posuit dicens, quod ex patre natus est, quia vere ipse solus ex patre natus, cæteri autem omnes facti sunt, vt conditore. Nolite ergo facere vim diuinis sermonibus, quid inseris quod ille non loquitur, quod doces quod ille non docuit? christianus es? Et si apud te verus doctor est Ioannes, crede quod docuit: ex patre (inquit) natus est, hoc credideris, si diligis patrem, & diligendo patrem, diligis filium qui ex eo natus est: quod si non credideris quia ex patre natus est, neque

Ioan. 20.

Ioan. 5.

Ioan. 2.

Israel Saluator. Ergo cum Deus in Deo est, & non est Deus prater eum, in quo Deus est, & ipse est Deus Israel Saluator, ostenditur vnitas diuinitatis in patre & filio, sicut & omnipotentia, & quicquid omnino diuinae substantiae est, hoc solo differens a patre filius, quod ille pater est & hic filius, id est, quod ille genuit, & hic natus est: non tamen quia natus est, minus habet aliquid quam quod in Deo patre est, imago Dei inuisibilis existens, & splendor gloriae & character substantiae eius. Hoc qui de filio Dei non credunt, Esaias sententiam sustinebunt dicentis: Erubescant & confundentur omnes qui aduersantur ei, & ibunt in confusione. Sed Hieremias de filij deitate exprimit dicens. Hic est Deus noster, & non estimabitur alius absque eo, qui inuenit omnem viam prudentiae, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto sibi, post in terra visus est, & cum hominibus conuersatus, non utique pater Deus, sed filius factus homo in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est, naturam hominis sine peccato exercens propter nostram salutem. De quo & legitur: Et verbum caro factum est, & habitabit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vniuenti a patre. Si ergo verbum caro factum est, & habitabit in nobis, natus ex virgine nobiscum Deus, quo nunc haereticis proficis, si infirmitatem adsumptae carnis obicias: si animae humanae, quam cum carne suscepit (vtilis est) nobis aestus describas, cum constet eum secundum quod Deus est & Dei filius, esse per omnia ut patrem impassibilem. Ideo enim & illa quae sunt deitatis eius expressimus, ut iam si quid humilitatis & infirmitatis in Christo legitur, non deitas eius violari credatur, sed natura suscepti hominis, & disciplinae quam traiebat executio probaretur. Vanum est enim voluisse ut hominem nasci, licet ex virgine, tamen hominem, nec infirmam hominis in se designare naturam. Vanum est praecipere dare quibus homines viverent, & ipsum iam simulatque homo esse dignatus est, sine praecipitorum obseruatione concurrisset. Ille si non hominis infirmitatem factus homo exercere voluisset, qui se crederet quod homo factus fuerat ex originis nostrae matrice, licet viri sine complexu. quandoquidem hodie non sint qui negent eum nostram gestasse corpulentiam, etiam posteaquam infirmitates carnis exercuit, ille si factus homo non seruasset quam docere venerat disciplinam, non bonum magisterij dedisset exemplum. Quis enim discipulorum seruare conaretur quod non magister ipse seruauit factus ut homo, cum hodie iam quicumque seruat ipsius exemplo releuatur ut seruet. Vides quia & infirmitates pati debuit ut homo natus probaretur; & factus homo obseruaret quodcumque docuisset ut ceteros inuitaret: magis autem dixerim ut ceteros subleuaret. Iam enim caro nostra didicit in eius carne reuari. Si enim infirmitates hominis pati noluisse, ut quid & de virgine in hominem natus est? & si nolebat obseruare praecipere quae Dominus, ut quid & formam serui acceperat quae praecipere & obedientiae obnoxia est. Ad quid totum Sacramentum a Deo adsumpti hominis, hoc est, ut quod in Adam non est de obedientia seruatum, in Christo homine de obedientia seruaretur. Hoc ipsum Apostolus Paulus inter cetera quae diuine tractat adferit. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita per vnus obauditionem, iusti constituentur multi. Habes Sacramentum obauditionis in Christo, quam non ex infirmitate, sed ex bonitate deitatis praestat in salutem homi-

Hier. II.

Toan. I.

Rom. 5.

nis disciplinam. Videamus nunc & Sacramentum passionis. Totus Adam peccauerat, totus Adam expulsus de paradiso fuerat, totum expulsum suscipere debuit, qui totum saluare venerat. Non autem videbatur totum expulsum in se suscepisse, nisi illum suscepisset per substantiam carnis & animae eius. Hoc enim totus homo est per naturam, hoc autem tunc probari potuit, si infirmitates eius carnis & animae sustineret, licet sine vitio peccatorum, ut vere non aliam substantiam carnis & animae suscepisse putaretur, ut cum in se hominem ab infirmitatibus & passionibus liberat, etiam hos qui secundum vestigia eius sectantur, liberatos esse crederemus. Sed patrocinetur huic sensui gentium doctor Apostolus viaciens, & ut mylticus scribens: Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur. Sed naturam suscepti in eo hominis melius describit Esaias: Domine quis credidit auiditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est: Annunciavimus coram ipso sicut puer, sicut radix in terra sitiens, non est species ei, neque honor formae, & vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem, sed species sine honore deficiens, praeter ceteros homines homo in plaga positus, & sciens ferre imbecillitatem in infirmitate: quia auersa est facies eius, deprecatus est, nec estimatus est, hic peccata nostra fert, & pro nobis dolet, & estimauimus eum in dolore esse, & in plaga, & in malo. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra, doctrina pacis nostrae super eum, plaga eius nos sanati sumus, omnes sicut oves errauimus, homo a via sua errauit, & Dominus t. eum pro peccatis nostris, & ipse quod male tractus est non aperuit os suum, sicut ovis ad occisionem adductus est, & sicut agnus coram tondeute se sic non aperuit os suum, in humilitatem eius iudicium sublatum est, generationem eius quis enarrauit, quia auertur a terra vita eius, ab iniquitatibus plebis meae adductus est ad mortem, & dabo malos pro sepultura eius & ipsos diuites pro morte eius, quia iniquitatem non fecit, neque dolorem in ore suo locutus est. Sufficit hoc testimonio probatum, quod omnem in se hominis naturam peregit, sine peccato tamen suo, licet peccata portaret. Sed ne homo tantummodo crederetur, interposuit & dixit: Generationem eius quis enarrauit illam utique, quae de Deo patre generatus est, quae sine initio est, & ideo de ea ait: generationem eius quis enarrauit? non quasi ignorabilem, sed quasi inexplicabilem dicens. Omnes enim catholici scimus quia de Deo patre natus est, sed inenarrabiliter: & ideo ait, generationem eius quis enarrauit? Hanc autem generationem qua de virgine secundum carnem nascitur, refert Evangelium. Eius quoque tempora describens, diuinae eius generationis initium (ut diximus) inuestigare non potest, sicut nec diuinitatis, quae illi vna cum patre est, & ideo ait: generationem eius quis enarrauit. Si ergo Sacramentum fidei hoc accepimus, ut Christum & Deum credamus & hominem. Deum quidem, quia de Deo sine initio natum: hominem autem, quia de virgine in temporibus natum, non calumniemur diuinitati eius, cum pro nostra medela quae sunt hominis exequitur, habens in se acceptam hominis naturam: quia nec homo negandus est, cum propria diuinitatis naturalem exercuerit potestatem, accepta in se forma serui. Si ergo adorat patrem, & si nihil ab se facere se dicit nisi quod pater viderit facientem, ut nihil nunc aliud dicam, certe humanae extollentiae modum quam magister imponit, ut

Mat. 6. Ioan. 6.

Toan. 14. p. 3. Heb. 2.

Matth. 1.

Toan. 1.

ut tanto magis addiscat homo Deo deferre, quanto detulit & verus filius: quia causam subiectionis propriae non habebat, qui & formam orandi dederat, ut non tam fieri nostram voluntatem rogaremus, sed voluntatem patris qui est in caelis. Et ideo, ut quod docuerat impletur ait, Non veni ut meam voluntatem facerem, sed voluntatem eius qui me misit. Sed & quod minor factus est, & quod crescit, quod proficit, quod esurit, quod sitit, quod laborat, quod flet, quod dolet, quod tristis est, postremo, quod moritur ad naturam adsumpti hominis referendum est, quam pro Sacramento nostrae salutis mystice exercuit, sub illa intelligentia, quae supra in testimonio Esaias relata est, sub hoc fidei Sacramento non solum capitula soluantur quibus interrogare dignata es, sed & omnes quaestiones, quas contra filij diuinitatem coaptant impij haeretici.

DE HOC QVOD AIT FILIVS, Pater maior me est. CAP. 4.

Acceperunt & has quaestiones, quas ex diuersa parte proposituras fortiores specialiter absolutas. Dicunt (inquis) haeretici, ad deprimendam filij perpetua & perfectam in omnibus deitatem scriptum: pater maior me est. Sed requirendum est quando hoc dixit filius, nonne quando hoc impletum est in eo quod scriptum est, Minorasti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum. Quomodo minoratus est exponit Apostolus Paulus, testis caeli coelestis: Paulus minorasti eum, quod minoratus videmus Iesum propter passionem mortis, glorie honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem, pro omnibus ait, non pro se. Ergo qui pro omnibus gustauit mortem, quid mirum si pro omnibus & minoratus est? pro omnibus autem gustauit mortem, non pro se, eo quod omnibus in peccati reatu positus, ipse homo factus nullo proprio peccato tenebatur obnoxius. Et vide quomodo hoc ipsum, quod minoratus est propter passionem mortis, & gratia Dei pro omnibus gustauit mortem, ad decorem operis interpretatur sapientissimus Paulus, ita subsequens: dicebant enim eum propter quem omnia, & per quem omnia multis filiis in gloriam adductis ducem salutis eorum per passionem consummari. Vides quam paucorum, quamve decorum nostrae salutis Sacramentum in eo quod filius est minoratus, ostendit? Quomodo ergo ad obscurandam diuinitatem eius impropere quod exequitur ad decorem? pater maior me est. Hoc tunc dixit filius, posteaquam verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et vide ne mutabilem credas, quasi deserit verbum esse, posteaquam caro factum est, sed manens semper verbum Dei, & caro quoque factum est expressius loqui voluit, ne quis in eo non veram carnem crederet. Siquidem & positam pressam locutionem non desunt qui dicant, carnem illum habuisse putatiuam. Ut autem manifestum sit verbum carnem factum, non demutatione diuinae substantiae, sed susceptione carnis humanae, intende quid sequitur, Et habitauit in nobis, non ergo interceptum est verbum demutatione, quod per carnem adsumptam habitabit in nobis. Habitatio enim probat perseverantiam verbi. Hoc ideo interposui, ne quis filium Dei demutabilem credat, cum leget, & verbum caro factum est. Dicit ergo filius, pater maior me est, posteaquam verbum caro factum est, & suscepit officium ministrantis. Venit

enim non ministrari, sed ministrare. Pater maior me est, quid ais veritas? quomodo dicis patrem tibi esse maiorem? recte vna tibi & patris imago est secundum Moysen, eademque forma secundum Apostolum Paulum, qui me etiam docuit quod sis splendor gloriae, & character substantiae eius, sed & tu ipse docuisti dicens, qui me vidit, vidit patrem, ego in patre, & pater in me, & ego & pater vnum sumus. Sed & quaecumque facit pater, facis & tu similiter, tua enim verba sunt, quaecumque enim ille, haec & filius facit similiter, & sicut pater suscitavit mortuos & viuificavit, sic & filius quos vult viuificavit, & ut honorificent filium, sicut honorificant patrem. Cum ergo eadem tibi imago est, eadem forma, eademque substantia, eadem naturae unitas, eadem potestas, eadem libertas voluntatis, idem honor & omnia omnino quae patris sunt, tua sunt, quia & quae tua sunt patris sunt. Quomodo ergo dicis, pater maior me est, cum in omnibus quae sunt deitatis talis es, qualis & pater? Loquatur Apostolus Paulus, 2. Cor. 13. in quo Christus loquebatur, secundum quod ipse ait, philip. 2. An experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Christus? Quid dicit Apostolus? Qui cum in forma Dei esset, non tapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Ergo secundum hoc quod in forma Dei est, & quod aequalis est Deo, non est maior pater. Et quomodo maior est pater, subsequencia demonstrant. Sed semetipsum (inquit) exinanivit, formam serui accipiens. Vide ne & hic interceptionem diuinitatis intelligas, cum audis quod semetipsum exinanierit. Intende enim ad id quod sequitur, formam serui accipiens. Manere ergo in suo statu ostenditur, qui formam serui dicitur accepisse. Sed quamuis maneat & perseueret in eo status diuinus, tamen semetipsum exinanierit, scilicet per occultationem diuinitatis formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Iam talis si dicat, pater maior me est, non impugnat aequalitatem diuinitatis, sed designat Sacramentum susceptae humilitatis, per hoc quod semetipsum exinanierit formam serui accipiens. Iam tale est si dicat, Qui immit me pater, mandatum mihi dedit, quid dicam & quid loquar, & descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me: ostendit quod semetipsum exinanierit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus obediens usque ad mortem, & tamen quae est in his diminutio eius diuinitatis, si ad amputandam in hominibus arrogantiam ipse non sibi arrogans loqueretur? Mentior si non hoc ipsum testimonium ideo posuit Apostolus Paulus, ut ad humilitatem saluatoris exemplo singulos prouocaret. Hoc ita inuenies, si eandem Epistolam quam scribit ad Philippenses, intentius legeris. Sed et si haeretici nolunt hoc Sacramentum exinaniti Dei per acceptionem formae seruilis esse dictum, pater maior me est, hoc non est bene dictum, dicamus & nos patrem maiorem de solo Sacramento generationis. Et hunc enim pium sensum nonnulli catholici profectioni sunt, dicentes patrem & filium eiuudem esse substantiae, & secundum substantiam alterum altero non esse maiorem. Qualis enim pater Deus est, talis & Deus filius est: nihil enim minus ex se genuit quam ipse est, perfectus enim existens perfectum genuit, & plenitudo existens plenitudinem genuit. Et si ergo quia Deus Deo aequalis est filius, tamen quia filius minor dicitur patre, id est, quia filius de patre sit, pater autem

Heb. 1.

Toan. 5.

2. Cor. 13.

philip. 2.

genuit filium. Et ideo non dixit, Deus maior me est, sed pater maior me est.

QUOD IN ACTIBVS APOSTOLORUM legitur, Certissime itaque sciat omnis domus Israel, quia & Dominum illum, & Christum Deus fecit hunc Iesum quem vos crucifixistis.

CAPVT 5.

Inter cetera hereticorum, vt scilicet filius Dei factura credatur, etiam hoc ex persona diuersae partis posuisti, quod legitur in actibus Apostolorum beato Petro dicente: Certissime sciat omnis domus Israel, quia & Dominum illum & Christum Deus fecit hunc Iesum quem vos crucifixistis. Sed huius quoque quaestio- nis absolutio manifestata est secundum superiorem expositionem, in qua diximus filium Dei etiam filium hominis factum, qui etsi pati non potest, quia secundum hoc semper impassibilis perseverat sicut & pater eius, tamen per hoc quod homo factus est, natus de Maria virgine passibilis est, quippe qui & mortem sustinuit, & mortem crucis, manens in se semper, quia Deus inuiolabilis etiam cum in homine & versatur & crucifigitur. Hunc ergo Iesum qui est secundum carnem Dominum illum & Christum fecit Deus: nam secundum hoc quod est vnigenitus filius Dei, qui est verbum, & sapientia Dei, non est aliqua factura, neque expectans promotiones, quippe existens in omnibus Deus perfectus sicut & pater eius. Hic autem Iesus secundum carnem Dominus factus est, quando primum forma illa seruilis quam acceperat Ioannes peccato liberata est. Adam enim de Domino in seruitutem recidit ex commissione peccati. Omnis enim qui facit peccatum seruus est. Saluator autem reuocauit multo firmitus, imo & incorruptibilis in adsumpto homine dominium, cum in eo ipsum peccatum, quod per Adam fuerat causa abiectae seruitutis, abstergeret. sed factus est iterum vere Dominus, cum in illum populi credentes se eius dominio subdiderunt. Prouocati enim per hortamenta sacrae scripturae dicentis: Seru- re Domino in timore: vnusquisque iam cognoscens in Christo saluatorem Dominum ait: Nonne Deo subdita est anima mea. Huius enim seruum fieri summi decoris est, quasi quaedam supereminens mundo nobilitas. Ideo & Apostolus ad gloriam suam scribit: Paulus seruus Iesu Christi. Vides quomodo sit factus Dominus, quando illum & qui persecutus fuerat suum Dominum pro summa sui gloria constituit? Factus autem Dominus secundum carnem, non solum Dominus, sed & Christus. In Christi autem nomine regis & sacerdotis sacramenta versantur. Legimus in veteri scriptura sacerdotes & reges apud Israelitas olei vnctione consignatos, atque ideo vocabantur Christi. Quod enim Graece Christus dicitur, hoc apud Latinos vnctus siue linitus interpretatur. Sed saluator nunc vere Christus secundum carnem factus est, existens verus rex, verus & sacerdos, vtrunque idem ipse, ne quid in saluatore minus haberetur. Audi itaque ipsum regem factum cum dicit: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Audi quod etiam sacerdos sit de patris testimonio dicentis: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Aaron primus in lege ex vnctione chrisimatis factus est sacerdos, & non dixit, secundum ordinem Aaron, ne & saluatoris sacerdo-

Act. 2.

Ioan. 8.

Psal. 2.

Psal. 2.

Psal. 109.

tium successionem habere posse crederetur. Illud enim sacerdotium quod fuit in Aaron successione constabat, sacerdotium vero saluatoris, non in alterum successione transfertur, eo quod ipse sacerdos ingiter perseveret, secundum quod scriptum est: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Est enim saluator secundum carnem, & rex & sacerdos, sed non corporaliter vnctus, sed spiritualiter. Illi enim apud Israelitas reges & sacerdotes olei vnctione corporaliter vncti reges erant & sacerdotes, non vtrunque vnus, sed singuli quique eorum, aut rex erat, aut sacerdos. Solo enim Christo perfectio in omnibus & plenitudo debetur, qui & legem venerat implere. Sed licet non vtrunque singuli eorum essent, tamen regali aut sacerdotali oleo vncti corporaliter Christi vocabantur. Saluator autem, qui vere Christus est, spiritu sancto vnctus est, vt adimpleret quod de eo scriptum est, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo iocunditatis praefertur. In hoc enim plus quam fortes ipsius nominis vnctus est, cum est vnctus oleo iocunditatis, quo non aliud significatur quam spiritus sanctus. Hoc verum esse ab ipso saluatore cognoscimus. Nam cum aperuisset & accepisset librum Esaias & legisset, Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, adimpletam tunc dixit prophetiam, in auribus auditorum. Sed & Petrus princeps Apostolorum, illud chrisma vnde saluator Christus ostenditur, docuit esse spiritum sanctum, id ipsum & virtutem Dei, quando in actibus Apostolorum ad fidelissimum & misericordem, qui erat tunc centurio, loquebatur. Nam inter cetera ait: Incipiens a Galilea post baptismum quod praedicauit Ioannes Iesum Nazarenum, quem vnxit Deus spiritu sancto & virtute, hic circumibit faciens virtutes & magna, & sanans omnes oppressos a diabolo. Vides quia & Petrus dixit hunc Iesum secundum carnem vnctum esse spiritu sancto & virtute. Vnde & vere ipse Iesus secundum carnem factus est Christus, qui vnctione sancti spiritus & rex factus est & sacerdos in aeternum. Haec autem ideo profectus sum, vt liquido appareat Iesum filium Dei non secundum quod est verbum & sapientia Dei, crucifixum, vel factum esse Dominum & Christum, sed secundum hoc quod assumptit de Maria, quamuis per adsumpti hominis passionem & vnigenitum filium Dei passum esse dicamus: non quia vere ipse vnigenitus filius, qui est verbum & sapientia Dei, passus est, sed quia quicquid in assumptum hominem eius iniuria vel passionis illatum est, id totum ad ipsum vnigenitum impassibilem Deum quadam ratione reuocatur. Vnde & Apostolus Paulus scribens ad Corinthios ait: Si enim cognouissent, scilicet & principes huius saeculi, nunquam Dominum maiestatis crucifixissent. Si ista manifesta sunt, apparet iam quomodo dictum sit: certissime itaque sciat omnis domus Israel, quia & Dominum illum & Christum Deus fecit, hunc scilicet Iesum quem vos crucifixistis, quem & idem Petrus supra virum nominauit dicens: Viri Israelitae, audite haec verba, Iesum Nazarenum virum a Deo approbatum in vobis virtutibus & prodigiis & signis, hunc scilicet Iesum Christum, quem & Paulus hominem dixit scribens ad Timotheum. Vnus Deus, & vnus mediator Dei & hominum homo Iesus Christus: qui & dicebat in Euangelio: Nunc autem quaeritis me occidere hominem qui veritatem locutus sum vobis. Non pro impio Fortino haec loquimur, qui nudum vult esse hominem sine Dei verbi

Psal. 44.

Psa. 61.

Act. 10.

1. Cor. 2.

Act. 2.

1. Tim. 2.

Ioan. 5.

verbi

verbi incarnatione, sed contra Arium Antichristum recitamus, qui vult ipsum vnigenitum filium, qui est verbum & sapientia dei, qua dominum, & qua hominem crucifixum, & ipsum factum esse dominum & Christum, sed etsi durissima obstinatione contendunt, dicentes de ipso deo verbo scriptum esse, quod deus illum fecerit & dominum & Christum, nec sic pertimescimus fiducia veritatis, ne forte per hoc quod scriptum est, verbum dei factura credatur. Fac enim verbum dei factum esse dominum & Christum, quod hoc praedicitur eius substantiae, qua semper est verbum dei. Intende enim quia non substantiam verbum dei dixit esse factum, sed hoc ipsum verbu, quod semper est filius dei, factum esse dominum & Christum. Non enim idipsum est hoc quod omnino erat fieri, & id quod erat aliquid fieri. Na & deus fit aliquoties adiutor & protector, non quia factus est adiutor & protector, nam etiam hoc quod deus est factus esse credendus est. Nam Moses posteaquam diuino sensit auxiliu ac protectione de Deo qui eu contra Pharaonem & adiuuerat & protegerat, dixit: adiutor & protector factus es mihi in salutem. Et multa similia testimonia inuenies, quae ego ne multum adhuc prolonge, praeterco. Si ergo cu deus fit adiutor & protector, non hoc quod deus est fieri creditur, sed hoc ipsum quod adiutor & protector esse dignatur. Quid est quod verbum dei factum esse dominum & Christum dicunt, putemus dei verbi substantiam factam? nunquid quia legitur: Et verbum caro factum est, ideo quoque ipsum verbum factum esse credendum est? Sed manifestissime expressum est, non tam verbu esse factum, quod erat in principio apud deum, sed ipsum verbum quod semper erat, postea factum esse carnem: vt factura non tam in verbo sit, quam in hoc quod caro factum est. Ita ergo & cum dicitur verbum dei factum esse dominum & Christum, non tam substantia dei factam esse intelligendum est, sed quia dominus & Christus factus est, hoc ipsam verbum quod semper deus erat. Fit autem dominus eorum, qui se ei inancipant proposito seruiendi. Et da mihi venia beatissime Mattheae, si dixero quod nondum tibi Christus deus erat dominus, quando adhuc theloneo seruebas. Sed & apostolis vnuerfis tunc primu dominus factus est, quando derelictis omnibus eidem seruire maluerunt. Ipsarum quoque gentium tunc dominus factus est, quando idololorum vana superstitione derelicta, ipse gentes se eius dominio tradiderunt. In quantum enim quis peccati seruus est vel mammonae, in tantum dei seruus esse non potest. Cum ergo peccato & mammonae quis abrenunciauerit faciens iustitiam, habendique cupiditatem respuens, tunc Iesus dominus eius efficitur. Eadem quoque ratione eum etiam Christum fieri intelligitur. Siquidem vt supra dictu est, reges & sacerdotes Christi vocabulo taxabuntur. Factus ergo saluator rex eorum qui regno mortis ulterius non tenentur astricti, in quorum mortali corpore cessauit regnare peccatum, posteaquam per diuina magisteria didicerunt docentibus Apostolis: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Sed cum fungitur pro nobis sacerdotis officio, Christus verissime factus est, maximo defensor & aduocatus pro nobis semper assistens, interpellans quoque patrem, quia solus purissimus sacerdos, vt expiata labe delinquentiae diuina eius propitiatione seruemur. Per haec ergo quod Iesus factus est & Christus & dominus non tam substantiae eius diuinae aliquid confertur, quam nobis prospectum est.

Tom. 5.

quibus regni eius & sacerdotij ac dominij potestas velut munus salutare collatum est. Non videtur absurdum si & illud similiter intelligas quod ait: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Etsi enim constitutus esse dicitur, tamen cum additur, super Sion montem sanctum eius, ostenditur quod non de illo regno eius dicat, quod habuit antequam etiam constitueretur rex super Sion montem sanctum eius. Rex enim est ante omnia aera & (voro) continens approbatur, quod possit omnia continere quae facta sunt.

DE HOC QUOD AIT SALOMON, Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua.

CAP. VI.

Tangamus & illam in ultimo quaestione, quam inter cetera addidisti. Dominus (inquit) creauit me initium viarum in opera sua. Dicit haereticus: vides creaturam esse sapientiam, quae vtiq; interprete Apostolo Paulus Christus est: ergo Christus, inquit, qui est sapientia, non est verus filius, sed creatura existens, adoptione factus est filius. hoc venenū Ariano- rum est. Sed o quam caeca est impietas ad id videre, quod pium est iam semel. quia vt scriptum est, oderunt sapientiam, & verbum domini non adsumpserunt. Nihil in illa syncerissimi decoris aspiciunt, sicut & lippientibus oculis nulla est visio veritatis, quandoquidem alter eorum renunciat aspectus quae in fide rerum est, sed & cui saporem proprium redundans sui fellis amaritudo vitiauit, si dulcia mella degulset, vt amaram dulcedinem mellis infamet, non recognoscens multam propriae amaritudinis. Sed o miser haereticus, quid potes veri luminis videre, cum caecus viuas vel ambules in viis tenebrarum, omnia quae sunt impietatis excogitans? Clamet licet vir ille spiritalis suauissimo experimento diuinæ epulationis inuitans: Gustate & videte quoniam suavis est dominus, sed tibi si gustaueris nihil suae sentitur in domino, eo quod sicut scriptum est: Venenum aspidum sub labiis tuis est, eo quod os tuum maledictione & amaritudine plenum est. Denique cum infinita & ipse Salomon de dei sapientia praedicauerit, & ita diuine de ea fuerit profectus, vt non aliud in illa crederetur, quam quod in natura dei est. In illis omnibus haereticus caece intuens, hoc solum videre se credit, per quod probaret eam esse creaturam. Sed scriptum est, inquit, dominus, creauit me initium viarum suarum in opera sua. Sed nos non ibimus longius, neque de aliis libris, qui sunt pro sempiterna eius sapientia proferemus, sufficit nunc si de hoc ipso loco vnde testimonium protulit, pars diuersa superetur. Ais haereticus scriptum: Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua. Sed intende quia haec ipsa sapientia nihilominus ait: ante omnes autem colles genuit me. quomodo ergo haec ipsa sapientia in eodem loco & creatam se esse dicit & genitam? Et prius est vt videamus quid primum sit, vtrum quod genita, aut quod creata est. Sed licet primum dixerit: dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua, tamen ne esse creaturam putares, cucurrit ad illud, quod prius esset insequenti, dicens: ante omnes autem colles genuit me. Vide enim ne putes postea genita, quia primum praemiserat se creata. Etsi enim in ordine sermonu primum positu est quod creata est, deinde autem

Psal. 2.

1. Cor. 2.

Psal. 33.

Psal. 33.

Psal. 8.

L.L.L.

quod genita, tamen sensus hoc indicat, quod prius est genita quam creata, vt sit sensus ita sapientiae dicentis: Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua. Sed ne quis me putet per hoc esse creaturam, aut tunc primum esse coepisse, quando creauit me initium viarum suarum in opera sua, subsequor & dico, ante omnes autem colles genuit me, vt scias prius me genitam quam creatam. Cum enim dicit: ante omnes autem colles genuit me, facit illud esse postea qua creata est, vt praecedat & sit anterius illud genita est. Si ergo sic creata est vt ante fuerit genita, sensus impietatis exclusus est, quae ideo dixerat creatam, vt tunc primum substituisse sapientia crederetur, quando & retulit se creatam a domino initium viarum suarum in opera sua. Ecce enim sensus manifestat, etiam antequam crearetur sapientiam substituisse: quippe quae prius est genita quam creata. Sed magis commedabitur hic sensus catholicus, si & ipsa verba, prout nobis possibile est, discutiamus, quibus vel genitam se refert sapientia, vel creatam. Dominus, inquit, creauit me initium viarum suarum in opera sua. Intende quia cum dixerit, non tacuit, ne vere creatura putaretur, sed prosequitur explanans, quod sit creata, & ob quam causam sit creata. Ait enim: creauit me initium viarum suarum. Et cum sequitur: in opera sua: palam est quod ostendit etiam causas cur creata sit, initium viarum Domini. Non ergo sapientia, quasi quae non esset, creata est ad hoc vt esset, sed cum super substantia liter fuerit, tunc creata est secundum dispensationem initium viarum domini, & in opera domini creata est. Initium ergo viarum domini creata est sapientia, non tamen quia substantialiter antea non erat, ideoque creata est. At vero cum dicit se ante omnes colles genitam, non propter, quod patris sempiterna progenies, vt quaedam causas creatam se dicit initium vi. do. id est in opera domini. Ergo & ex hoc manifestum est non esse creaturam sapientiam, quam in aliud creata est, id est in opera domini, cum ipsa sit genita non in opera, sed de patre existens, vt diximus, sempiterna progenies. Sed & hoc intendendum, quod aliud est dicere, creati sapientiam, & aliud est dicere, quod sit creatura. quamuis enim legatur creatam esse sapientiam, nusquam tamen legitur creatam esse creaturam. Non enim omne quod creatum est, iam & creatura dicendum est. Licet omnis creatura creata sit, sicut nec omne quod factum est iam factura adseueranda est, licet omnis factura facta sit. si videtur obscurum, exemplo dilucidabo: Legimus quendam gratulatorie dicere ad dominum in Psal. 57. Ego autem cantabo virtutem tuam, & exaltabo mane misericordiam tuam, quia factus es susceptor meus & refugium meum in die tribulationis meae. Ecce deus factura est, & hoc est quod dixi, Non omne quod factum est iam factura dicendum est. Deus enim non existens factura, qui semper est, factus est susceptor & refugium in die tribulationis homini. Vt quod factus est susceptor & refugium in die tribulationis homini, videatur contulisse quod factus est, non tamen quia susceptor & refugium hominis factus est, & iam quoque deus factura esse credendus est, cuius diuina substantia sempiterna est. Similiter & sapientia si creata dicatur, non tamen creatura quae semper est, sed cum existat semper, creatur ad aliquid, vt proficit, non vt creatura dicatur quasi facta quae non fuit. Erat enim inseparabilis a deo dei sapientia, & haec ipsa existens dei sempiterna progenies, creata est initium viarum domini. Sed adhuc

Psal. 57.

apertius edisseram: Certe sapientia dei ipsa est, quae & verbum dei esse dicitur, vt superioribus ostensum est, & nunquid quia de verbo dei scriptum est: Et verbum caro factum est, iam & verbum facturam esse adseueramus, quasi tunc primum esse coeperit cum caro factum est? Sed bene quia apertissime demonstratum est per verbum omnia facta, & in vltimis temporibus hoc ipsum verbum carnem factum: non ergo factura est verbum dei, licet factum caro esse dicatur. Ita & sapientia licet dicatur creata esse initium viarum domini & in opera, non tamen creatura est quam constat ante omnem esse creaturam: quandoquidem omnia in sapientia facta sunt. Adde & hoc, quia non omne quod creati dicitur, quasi fiat in substantia intelligendum est. Denique quidam vir videns cor suum esse quibusdam sordibus infectum, precem fundit ad dominum, dicens, Cor mundum crea in me Deus, non vtique cordis substantiam in se fieri precabatur, sed vt hoc ipsum cor in eo existens quod erat sordidum, crearet mundum. Non ergo omne quod creati dicitur, iam statim & secundum substantiam fieri intelligendum est: quandoquidem cor quod erat, id ipsum vt mundum crearetur a domino precabatur. Ergo & sapientia cum creati dicitur, non tam substantia eius, quasi quae non erat, facta est, sed ipsa existens (vt saepius dictum est) creata est initium viarum domini in opera eius. Ergo quod creata est sapientia, ad mysterium vel rerum creandarum, vel humanae dispensationis intellige, quam cum dei sapientia dignanter adsumit, creata dicitur. Quod vero se genitam dicit, vt nihil in illa minus diuinitatis agnoscat, quam habet ille qui genuit. Valde enim impium est credere quod aliquando deus sine sua fuerit sapientia. Vnde & quia vera genita est a deo sapientia, id existens secundum substantiam quod creata est genitor, sapientia autem ipsa Christus est, ergo Christus qui est sapientia non est adoptione filius, sed verus filius existens dei progenies, & non factura.

DE SPIRITV SANCTO. CAP. VII.

Vniuersas quas de patre & filio scripseras questiones, prout Dei gratia praestitit, arbitror absolutas, tamen hoc apud te quod verum est, tua religiosa prudentia iudicabit, quamuis fatear & coartatione temporis, & rei festinatione, & ipso arido angusti mei sermonis eloquio, summas earum me potius tetigisse, quam plenitudinem profecutum, quia non vt librum (sicut praedixi) scribere coeperam, sed quasi cuiusdam abbreviationis de fide quaedam taxatio signaretur, ne ad hoc me de tua mira beneuolentia prouocatum infidelem crederes si tacerem. Sed nunc de sancto spiritu, etsi breuiter, confitendum est, nisi non aliquid de eo specialiter dixerimus, credamur similiter blasphemare sicuti & illi, qui dicunt illum esse creaturam, quorum tamen miramur insaniam, quod impie sentiant de eo, quem sanctum spiritum confitentur. Si enim spiritus sanctus est, quomodo creatura est? Non enim sic sanctus est, vt caeteri, qui ad sancti vocabulum fide, & deo placita conuersatione, atque ipsius sancti spiritus sanctificatione venerunt, sed ipse naturaliter semper sanctus est, ita vt alios sanctificet. Non tamē vt ipse, quasi vt quod ante non habuerit, extrinsecus acceperit sanctitatem. Hoc nomen sancti ita possidet, vt possidet pater & filius,

& filius, possidet autem non ipse aut pater existens aut filius sed vt spiritus dei. Sic autem spiritus dei dicitur non vt angelus, neque vt homo dei, quorum natura a diuina substantia inestimabiliter discreta est, sed sic est spiritus dei, vt sit eiusdem substantiae cum patre & filio, quia & vna sanctitas est patris & filij & spiritus sancti, quandoquidem idem spiritus sanctus vsque adeo vere & naturaliter sanctus est, vt hoc ei naturaliter & verum sit vocabulum. Intende enim ad verba saluatoris dicentis: Euntes ergo nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Sicut enim verum vocabulum patris est, & verum vocabulum filij est, ita et verum est vocabulum spiritus sancti. Et quomodo verum vocabulum patris dicatur, scire poterimus, si animaduertamus quomodo verus deus dicitur: multi dicuntur dij, sed non sunt veri dij. Et taceo nunc de satana ac demoniis, eorumque similibus, qui vsurpatione impia dij vocantur. Dicti sunt quidem & homines dij, secundum hoc testimoniū in Psal. 83. Ego dixi dij estis, et filij excelsi omnes. Sed quam vere sint dij, subsequencia manifestant, quae ita se habent: Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principib. caderis. Si ergo vbivbi quilibet sancti dij vocantur, hoc illis pie & cum iustitia viuentibus & dei gratia prouenit, maxime cum in eis sanctus spiritus inhabiter, de quo quidem vocabulo excidunt, si non ambulare in viis domini perseuerent. Nemo ergo de creaturis verus deus est, quia nemo naturaliter deus est, solus autem deus naturaliter deus est, hoc ipsum existens sine initio & sine fine. Per hanc nunc veri dei intelligentiam intelligamus, & verum vocabulum patris. Apud homines enim exinde pater quis dicitur ex quo genuit filium, sed licet ex se genuerit filium, tamen non proprie verus est pater, cui accessit hoc vocabulum, & hoc ipsum a deo praestitum, quo quidem & tandem pater dicitur, quamdiu eius uiuit & filius. Sicut enim nato ex se filio, vocabulum patris adeptus est, ita et morte filij vocabulum patris amittit. Deus autem solus proprie verus pater eius, qui sine initio & sine patre est, Non enim aliquando coepit esse quod pater est, sed semper pater est, semper habens filium ex se genitum, sicut & semper verus deus est, sine initio & sine fine perseuerans. Ergo sicut vocabulum veri dei solus obtinet deus, ita vt vocabulum veri patris ipse solus obtinet, qui sine initio & sine fine solus pater vocatur: Ita intelligamus, & verum vocabulum filij dei. Apud homines enim qui filius est, coepit esse quod filius est, & morte patris amittit hoc vocabulum. Frequenter autem ex dei filij vocabulum transit in vocabulum patris, cum genuerit filium. Non est ergo proprium & verum vocabulum filij creaturae, quia & esse coepit filius, & potens est hoc vocabulum non habere, vel patris occasu, vel cum idem ipse transfertur in vocabulum patris, etiam antequam conditio mortis obueniat. Solus autem filius dei verus est filius, existens hoc sine initio, sine fine, semper habens patrem, & nunquam ipse uti est genitus, generans accepit vocabulum patris, vnde & proprium & verum vocabulum filij in solo filio dei est, habens hoc naturaliter, verus deus est. Si ergo cognouimus quomodo proprium & verum vocabulum patris est, & quomodo proprium & verum vocabulum filij est, sequitur vt ita intelligamus quomodo proprium & verum vocabulum est spiritus sancti. Scilicet, cum hoc ipsum est naturaliter spiritus sanctus sine initio, sine fine. Nunquam enim ex aequa nominis autoritate cum patris &

Tom. 5.

filij veri vocabulis sancti spiritus vocabulum iungetur, si non & sancti spiritus proprium verumque vocabulum probaretur. Si ergo hoc ei proprium & verum, & naturaliter sine initio & sine fine vocabulum est, non est igitur creatura spiritus sanctus, qui ita proprium & verum vocabulum sancti spiritus habet, sicut nulla potest habere creatura. Sed & cum praecipit dominus vt gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti baptizentur, apertissimum est spiritum sanctum non esse creaturam, vel ex ipsa societate, quae illi vna cum patre & filio est, vel quod nunquam praeeperit dominus vt in creatura nomine aliquis baptizaretur. Multum enim diuinae potentiae derogaret, si cum confessione diuini nominis par quoque creaturae confessio poneretur. Et bene quod vnum nomen posuit, dicens: In nomine patris & filij & spiritus sancti, & vna principalis autoritas crederetur inuisibilis & perfectae trinitatis. Quomodo enim spiritus sanctus a principali autoritate discretus esse credatur, quando de ipso scriptum legitimus in Psal. 50. Et spiritu principali confirma me? Ergo & per hoc ostenditur quod vna est principalitas patris & filij & spiritus sancti, siquidem & in omni conditione patri & filio confors inuenitur. Accipe interim vel vnum testimonium in Psal. 32. Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum: & per hoc ergo ostenditur spūs sanctus non esse creatura, siquidem & ipse cum patre & filio conditor adprobatur. Dicam plane & deum & dominum spiritum sanctum, doctus amatoribus ecclesiasticis virtis, & qui ipsi per testimonia scripturarum diuinarum prius a viris apostolicis eruditi, suis posteris tradiderunt. Exequerer & ego singula illa quaeque testimonia, nisi apud animam fidelem de his quoque quae supra breuiter intimata sunt, sancti spiritus diuinitas eluceret. Maxime quia & nunc mihi non tam disputatio de sancto spiritu proposita est, quam vt de diuino eius nomine pia confessio signaretur. Hoc tamen ad compendium probandae diuinitatis eius subdam, quod etiam per hoc ipsum deus probatur spiritus sanctus, per quod ostenditur non esse creatura. Omne enim quod est, aut diuinitas, aut creatura est, sed spiritus sanctus hoc ipsum existens sine initio & sine fine non est creatura, ergo spiritus sanctus res est diuinitatis, quia incorruptibilis & inde mutabilis, & sempiternus spiritus dei. Vna est ergo diuinitas patris & filij & spiritus sancti, sicut & vna sanctitas eiusdem perfectae & inseparabilis trinitatis. Sed hic finem facimus. In quantum enim quis intentione, vt sacras scripturas, de fide loqui voluerit, intantum non deerit quod loquatur. Hoc autem non ambigo quod si quis forte loquens haec ipsa legerit, delinquentiam incurrens inueniet, non tamen si fidelis est pie confessionis errorem, quam quidem in nobis ex dei gratia praestitam cupimus vsque ad mortem, auxilio eius qui praestitit vindicare sine labe communionis haereticorum atque praenicatorum: quia & deo teste metuimus eorum principes inueniri. Viderit, si quis putat se de eorum societate reum non posse fieri, habens fiduciam propriae conscientiae, qua integram fidem vindicat, ita vt nunquam ipse eius fidei praenicator extiterit. Tamen ego in causa dei cautius timere compellor, siquidem & de ipsis cautum legitimus: haereticum hominem post vnam correptionem deuita, sciens quoniam peruersus est huiusmodi, & peccat, & est a semetipso damnatus. Sed & de poena praenicatorum dicit Esaias: Et veniet omnis

Matth. 28.

Tit. 3.

Isa. 66.

LII ij

caro in conspectu meo adorare in Hierusalem, dicit Dominus Deus, & procedet sancti, & videbunt membra hominum qui prauaricati sunt in me, & vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt in visionem omni carni. Sed & Apostolus ait: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Qui & alibi idem Apostolus post descriptionem malorum: non

solum, inquit, qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus ea. Et multa alia sunt testimonia diuina, quibus supradictorum consortium prohibetur. Sed ego haec ideo ipsa licet breuiter intimo, vt ne nos de vana superstitione credat aliquis nolle communicare cum talibus quos perspicit per diuinam sententiam reprobari.

FAVSTI EPISCOPI DE GRATIA DEI,
ET HVMANÆ MENTIS LIBERO ARBITRIO,
VITA FAVSTI PER GENNADIUM.



FAVSTVS ex abbate Lerinensis monasterij apud regnum Gallie Episcopus factus, vir in diuinis scripturis satis inuentus, ex traditione symboli occasione accepta, composuit librum de spiritu sancto: in quo ostendit eum iuxta fidem patrum & consubstantialem, & coeternalem esse patri & filio, ac plenitudinem Trinitatis obtinentem. Adidit quoque opus egregium de Gratia Dei qua saluamur, & libero humane mentis arbitrio, in quo opere docet gratiam Dei semper & inuolare, & procedere, & inuare voluntatem nostram: Et quicquid ipsa libertas arbitrij pro labore pia mercedis acqviserit, non esse proprium meritum, sed gratia donum. Legi eius & aduersum Arianos & Macedonianos paruum libellum: in quo coessentialem pradicat Trinitatem. Et alium, aduersus eos qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum. In quo & diuinis testimoniis, & patrum confirmat sententiis, nihil credendum incorporeum prater Deum. Est eius Epistola in modum libelli ad Diaconum quendam Gratium nomine adita: qui a fide catholica discedens, ad Nestorianam abiit impietatem. In qua Epistola admonet eum credere sanctam Mariam virginem, non purum hominem genuisse, qui postea susciperet diuinitatem, sed Deum verum & hominem verum. Sane eius & alia scripta, quae quia necdum legi, nominare nolui. Vna tamen voce egregius doctor & creditur, & probatur. Scripsit postea & ad Felicem praefectum praetorio, & patricia dignitatis virum, filium Magni Consulis iam religiosum, Epistolam ad timorem Dei hortatoriam, conuenientem personis pleno animo poenitentiam agere disponenibus.

DOMINO DEVINCTISSIMO, ET MIHI SPECIALI
AFFECTV VENERANDO AC SYSCIPIENDO, FRATRI
Lucido presbytero, Faustus.



Candis charitas est parum cauti fratris errorem, per Dei adiutorium & gratiam magis velle curare, quam sicut summi Antistes meditantur, a bonitate suspendere. Quid possum de hoc sensu, sicut vis, cum unanimitate tua per literas loqui, cum te praesens multa & blanda & humili conlocutione nunquam potuissim ad vitam veritatis adducere. Loquentes ergo de gratia Dei, & obedientia hominis, id omnino statuere debemus, vt neque proni in sinistra, neque importuni in dextram, regiam magis gradiamur viam. Illud autem veneratione tuam dixisse miratus sum, quod nullus unquam sub religioso professione contra catholicam fidem, vel scripserit vel praedicauerit: cum plurimi multiplices & prophanos errores suos, etiam scriptorum monumentis crediderint inferendos, qui tamen Christiano nomine gloriabantur. Breuiter ergo dicam, quantum cum absente loqui possim, quid sentire cum catholica ecclesia debeas, id est, vt cum gratia Domini operationem baptizati, aut famuli semper adiungas, & cum qui praedestinationem, excluso labore hominis, asserit, cum Pelagij dogmate deserueris. Anathema ergo illi, qui inter reliquas Pelagij impietates hominem sine peccato nasci, & per solum laborem posse saluari, damnanda praesumptione contenderit, & qui cum sine gratia Dei liberari posse crediderit. Item anathema illi, qui hominem cum fidei confessione solenniter baptizatum, & asserentem catholicam fidem, & postmodum per diuersa mundi huius oblectamenta prolapsus in Adam & originale peccatum perisse asseruerit. Item anathema illi, qui per Dei praesentiam in mortem deprimi hominem dixerit. Item Anathema illi, qui dixerit illum qui perit, non accepisse vt saluus esse possit: id est, de baptizato, vel de illius atatis pagano, qui credere potuit & noluit. Item anathema illi, qui dixerit quod vas cotumelia non possit ad surgere vt sit vas in honorem. Item anathema illi, qui dixerit quod Christus non pro omnibus mortuus sit, nec omnes homines saluos esse velit. Cum autem ad nos in Christi nomine veneris, aut cum a sanctis sacerdotibus euocatus fueris, tunc oportune, si dominus in seruit, locis suis testimonia proferemus: quibus & quae catholica sunt manifestentur, & quae catholicis sunt contraria, destruantur. Nos autem per illuminationem Christi veraciter & confidenter asserimus, & cum qui perit per culpam, saluum esse potuisse per gratiam, si gratia ipsius famulatus, laboris obedientiam non negasset. Et cum, qui per gratiam ad bona consummationis metas, seruitio obsequente, peruenit, cadere per desideriam, & perire potuisse per culpam. Nos ergo per medium Christo duce gradientes, post gratiam, sine qua nihil sumus, laborem officiosae seruitutis asserimus, sed omni modo arrogantiam & praesumptionem laboris excludimus, vt totis viribus desudantes ne gratia in nobis euacuetur, quicquid de manu domini susceperimus, donum pronuntiemus esse, non pretium, scientes laboris ipsius fructum officij rem esse non meriti, cum Euangelista dicentes: Serui inuiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Haec quia strictim pro epistola breuitate memorata sunt, aut recipere se, aut respicere vnanimitas tua recurrente sermone respondeat. Ceterum qui hanc veritatis mensuram, graua precedentem & conatu ad surgente, non sequitur, dignus erit qui a sacris liminibus arceatur. Ego tamen in diuina misericordia tua toto sincerae benignitatis amplexu in via retinens, in matris ecclesiae gremio permanere, repudiatio hoc errore, desydero. Qui si cito respuatur, ignorantia fuisse videbitur. Blasphemia vero reputabitur, si pertinaciter defendatur. Gratiae namque in autorem retorquemus inuidiam, si dicamus quod ei possibilitatem capefenda salutis noluerit dare qui perit, ei diuinae atque capere iam possit arbitrij libertatem, cum minime negare possimus, quod mandati prauaricatore in iudicij sui examinatione damnabit. Qui enim non est obnoxius de suscepto, nescio quomodo reus possit esse de perditio. Ac sic peccantes in Deum, cuius in primis incautus asserimus gratiam, in postremis eius videbimur impugnare inuicem. Huius autem Epistola exemplar inuenimus in conuentu sanctorum antistitum, si ita necesse fuerit proferendum. Quam si suscipendam putaueris, frater, aut subscripseris manu propria, mox remittat, aut sequentibus scriptis omnino se improbasse respondeat. Quod si eam subscripserit (vt dixi) transmittere nolueris, aperte adhuc te in errore persistere ipso silentio comprobabis: ac proinde iam necessitatem mihi facies ad personam tuam publicis conuentibus exponendam. Et ideo secundum haec, quae a me sunt directae, rescribe, vt eam remittas circumscriptionibus aut agnoscas, aut respuas.

castellego, q. e. gloria opuscula Faustini inter apocrypha refert.

Cetera Faustini opuscula vt apocrypha uideantur. h. g. in. epistola in tim. p. 62.

mixatione damnabit. Qui enim non est obnoxius de suscepto, nescio quomodo reus possit esse de perditio. Ac sic peccantes in Deum, cuius in primis incautus asserimus gratiam, in postremis eius videbimur impugnare inuicem. Huius autem Epistola exemplar inuenimus in conuentu sanctorum antistitum, si ita necesse fuerit proferendum. Quam si suscipendam putaueris, frater, aut subscripseris manu propria, mox remittat, aut sequentibus scriptis omnino se improbasse respondeat. Quod si eam subscripserit (vt dixi) transmittere nolueris, aperte adhuc te in errore persistere ipso silentio comprobabis: ac proinde iam necessitatem mihi facies ad personam tuam publicis conuentibus exponendam. Et ideo secundum haec, quae a me sunt directae, rescribe, vt eam remittas circumscriptionibus aut agnoscas, aut respuas.

Et subscripserunt Episcopi, qui ordine subsequuntur, qui in ea quoque Synodo adfuerunt.

- | | |
|--------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------|
| <i>Alexandri in Christi nomine Episcopus relegi & s.</i> | <i>Eufronius relegi, & admiratus sum plenitudinem sanctam.</i> |
| <i>Faustus exemplar Epistola mea relegi & s.</i> | <i>Megetius Episcopus relegi & subscripsi.</i> |
| <i>Paulus Episcopus in Christi nomine relegi & s.</i> | <i>Claudius in nomine Christi Episcopus relegi & s.</i> |
| <i>Eutropius in nomine Christi Episcopus re. & subs.</i> | <i>Leucadius in nomine Christi Episcopus relegi & s.</i> |
| <i>Pragmatius in Christi signo Episcopus relegi & s.</i> | <i>Iulianus in nomine Christi Episcopus re. & subs.</i> |
| <i>Patiens in Christo Episcopus re. & s.</i> | <i>Lucius Presbyter relegi & s.</i> |

EPISTOLA LVCIDI PRESBYTERI, ERRORES
PRÆTERITOS REVOCAVTIS.

Dominis beatissimis & in Christo reuerendis patribus, Leontio, Eufronio, Fomeio, Puentio, Mamero, Patiensi, Piriano, Auxiliano, Fausto, Megetio, Paulo, Græco, Eutropio, Basilio, Leontio, Claudio, Leucadio, Pragmatio, Marcello, Prætextato, Iuliano, Amicali, Ioanni, Opilioni, Licinio, Puentio, Theoplasto, Episcopis, Lucidus.



Orreptio vestra, salus publica & sententia vestra, medicina est. Vnde & ego summum remedium duco, vt praeteritos errores accusando excussem, & saluifera confessione me deluam. Proinde iuxta praedicandi recentia statuta concilij, damno uobiscum sensum illum qui dicit, humane obedientiae laborem diuinae gratiae non esse iungendum. Qui dicit post primi hominis lapsus ex toto arbitrium voluntatis extinctum: Qui dicit quod Christus ac saluator noster mortem non pro omnibus salute suscepit: Qui dicit quod praesentia Dei hominem uiolenter compellat ad mortem, vel quod cum Dei pereant voluntate qui perierunt: Qui dicit quod post acceptum legitime baptismum in Adam moriatur quicumque deliquerit: Qui dicit alios deputatos ad mortem, alios ad vitam praedestinos: Qui dicit ab Adam usque ad Christum, nullos ex gentibus per primam Dei gratiam, id est, per legem naturae in aduentum Christi fuisse saluatos, eo quod liberum arbitrium in primo parente perdidissent: Qui dicit Patriarchas ac Prophetas, vel summos quoque sanctorum, etiam ante redemptionis tempora, in paradysum deguisse: Haec omnia quasi impia & sacrilegia repleta condemno. Ita autem assero gratiam Dei, vt animus hominis & conatum, gratia semper adiungam, & libertatem voluntatis humane non extinetam, sed attenuatam & infirmatam esse pronuntiem, & periclitari eum qui saluus est, & eum qui perit potuisse saluari. Christus enim Dominum & saluatorem nostrum, quantum pertinet ad diuinitas boni aut suae, pretium mortis pro omnibus obtulisse. Et quia nullum perire uelit, qui est saluator omnium, maxime fidelium, diues in omnibus qui inuocant illum. Assero etiam per rationem & ordinem saeculorum, alios lege gratiae, alios lege Moysi, alios lege naturae, quam Deus in omnium cordibus scripsit, in se aduentum Christi fuisse saluatos, tam n ex initio mundi ab originali nexu, nisi intercessione sacri sanguinis non absolutos. Prostito etiam aeternos ignes, & infernales flammis factis capitalibus preparatas: quia perseverantes humanas culpas, merito sequitur diuina sententia: quam in se incurruunt, qui haec non toto corde crediderint. Orate pro me Domini sancti, & Apostolici patres.

Lucidus Presbyter hanc Epistolam manu propria scripsit, & quae in ea asseruunt assero, & quae sunt damnanda, condemno.

PROFESSIO FIDEI CONTRA EOS, QUI DVM PER
GLORIAM DEI VOLUNTATEM ALIOS DICVNT AD
vitam attrahi, alios in mortem deprimi, hinc fatum cum gentilibus
asserunt, inde liberum arbitrium cum Manichæis negant.



Dominis beatissimo ac reuerendissimo Leontio Papa, Fausto. Quod pro solitudine pastorali beate Papa Leontii, in condemnando praedestinationis errore concilium summorum Antistitum congregastis, vniuersis Galliarum Ecclesiis praestitistis. Quod vero ad ordinanda ea quae conlatione publica doctissime protulistis, operam infirmis humeris curamque mandastis, parum, vt reor, tanto negotio, parum sanctae existimationi vestrae consulistis, & me iudicio charitatis, vos periculo electionis onerastis. Quia ergo & vestram laborare personam sub imposito nobis sacre cognoscitis, communem causam hoc loco agitis, si ei quem opinioni vestrae impari cernitis, manum suffragij porrigatis. Studiū asserende gratiae cōpetenter & salubriter suscipit, qui obedientia famuli laboris adiungit, tanquā si patrono vel Domino inseparabiliter pedisse quis minister imberet. Quod si vnum sine altero erit, aut inhonoris absque seruo Dominus apparebit, aut seruis Domini locum, conditionis immemor, occupabit. Recte ergo inter adiuuantem pariter & admittentem ordo iste seruabitur, vt hic teneat plenus iure dominum, & ille tota reddat subiectione seruitiū. Augebitur autē dignitas imperantis, si ei semper praesto sit sedulitas obsequiū. Socientur imi summis: seque socientur, vt subiiciantur: subiiciantur vtique, nō aequentur. Sed sicut deesse non cōtinet gubernatori remigē suum, sacerdoti ministrum suum, imperatori militē suum: ita oportet gratia humanae obedientiae inseparabiliter seruire iure cōiuncta sit. Vt quia Pelagius nudū laborem impertinens exaltans, & humana demēs infirmitatē sine gratia sibi posse sufficere, stulte credidit, impie praedicauit, elationis turrim in caelis conatus erigere, blasphemias

eius breui sermone prastringere, & confutare necessarium iudicauimus. Ne forte is, qui donum laboris, id est, preceptum iubentis excludit, afferentibus nobis quod Dei misericordia fide & operibus promerenda est, catholicam vocem ad Pelagij sensum, discretionis nescius, applicaret, & omnia via regia in dexteram cadens, in sinistram declinare nos crederet, & dum de labore seruo gratia loquimur, offendiculum ante pedes caci opposuisse videremur. Cum autem mentionem de opere ac labore fecerimus, Propheta, Apostoli, Evangelista & verbis utemur & sensibus. Quibus si quis contraire praesumpserit, non nostra inuenta destruet, sed caelestia sine dubio iura dissoluet, & fidei fundamenta tentabit. Latius vicumque sermonem de praesentia & praedestinatione produximus, ut qua putabamur obscura, absolutiora tardioribus redderentur. Non autem aliquos, qui verborum phaleris delectantur, offendat, quod testimoniorum virtute contenti, absque sublimitate sermonis, lucem protulimus veritatis. In quo quidem opusculo, post Arelatenensis concilij subscriptionem, notis erroribus deprehensis, aduici aliqua Synodus Lugdunensis exegit. Finis Prologi.

SEQUUNTUR CAPITA LIBRI PRIMI.

- 1 Quod Pelagij sensus, qui gratiam negauit, primo loco necesse sit destrui.
- 2 Contra objectionem Pelagij, qua dicit paruos baptismo non egere.
- 3 Contra hoc quod dicunt, quia per solam gratiam omnis homo sine ullo labore seruetur.
- 4 Contra eum sensum, qui dicendo vnus ad mortem, alter ad vitam praedestinatus est, rebz ipsi spem intercludit orandi.
- 5 Vbi legis opera destruantur, & gratia commendatur.
- 6 De eo quod ait, gratia Dei sum id quod sum.
- 7 Quomodo intelligendum sit: gratia, inquit, salui estis per fidem, & non ex vobis.
- 8 Contra hoc quod dicunt liberum arbitrium ex toto fuisse sublatum.
- 9 Qualiter infirmitas liberi arbitrij intelligenda sit.
- 10 Quomodo intelligendum sit: non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Vel illud, Non veni vocare iustos, sed peccatores in penitentia.
- 11 Contra hoc quod dicunt, ad malum tantum liberum arbitrium promptum esse homini, ad bonum prorsus non esse.
- 12 Contra eum sensum qui dicit, quod vas in contumeliam non possit adurgere, & sit vas in honorem.
- 13 Item velle & nolle sicut ad malam, ita etiam ad bonam partem hominis arbitrio patet fuisse commissum.
- 14 Vbi sibi gratia Dei, & voluntas humana testimoniorum assertionem sociantur, & de paruis inanis calumnia transeundo prastringitur.
- 15 Contra hoc quod dicunt eos, qui post baptismum pereunt, in baptismo penitus non credidisse.
- 16 Contra quorundam persuasionem, qui dicunt Christum non pro omnibus mortuum.
- 17 Contra hoc quod Evangelicam sententiam, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me adtraxerit eum, imperito & improbo sensu interpretantur.
- 18 Contra hoc quod dicunt, quia Dei violentia inducet hominem, ne venire valeat ad salutem.
- 19 Contra hoc quod dicunt, quia homines voluntate Dei impellantur ad mortem.

FAVSTI EPISCOPI DE GRATIA DEI,
ET HUMANAE MENTIS LIBERO
ARBITRIO, LIBER PRIMVS.

QUOD PELAGII SENSUS, QUI
gratiam negauit, primo loco necesse sit destrui.
CAPVT I.



De gratia Dei, & tenuitate liberi arbitrij, inluminante sancto spiritu, iuxta Evangelicas disciplinas, & Apostolicas regulas tractaturi, primo loco Pelagij blasphemias, scilicet iamdudum ecclesiae catholicae fide proditas, eruditione confusas, auctoritate calcatas, breui & necessario sermone prastringendas esse credidimus. Pro eo quod inter reliquas dogmatis sui abominationes, etiam laboris hominis valere posse sine gratia, elatione damnabili adfirmare conatus est. Et ideo nepharios sensus suos vel ex parte aliqua in medium proferre curabimus, ut sollicitus quisque cognoscat, multo aliud esse salutari gratiae officium laboris adiungere, aliud vero nudum absque patrocinio gratiae laboris, temeritate vna asserere. Hic ergo dum altius humanam fragilitatem, immemor diuini timoris, extollit, iudicij sui perdidit sanitatem. Ita ex parte alia cecidit, dum arbitrij libertatem integram praedicat & inlaxam, sicut illi qui ea ex toto asserunt fuisse euacuata,

Hoc itaque loco gemini inter se conuolantur errores, quorum vnus sola gratiam, alter solum laborem, relicto tramite atque mensura veritatis, insinuat. Sectarum genere dispares, sed impietate cõsimiles. Diuerso quidem studio, sed spiritu vnus serpentis insibilant. Quorum vnus, id est, solius gratiae praedicator, prima quidem fronte venentium suum sub specie pietatis occultat: alter, id est, laboris assertor, protinus extatrem tumore improba elatione manifestat. Haec professio, insinuando solum laborem ipso sui titulo detestanda: illa magis sub religioso colore metuenda est. Haec sacrilegium suum ipsis suis auribus prodit, illa virus suum imis visceribus, penè antequam sentiantur, infundit. Duos angustum oblidere fretum scopulos putes, quorum vnus subdeprimatur in profundum, alter minatur in caelum. Vnus infestus nauigantibus, cernitur, alter caeca naufragia improuisus operatur. Ille gratiam loquitur, hic laborem. Vtrunque eloquia diuina confirmant. Si dissidentes remoueas, & dicta coniungas, plena fidei sinceritas apparebit. Sed quia velut temerarij remiges sine magistro inexplorato mari vela committunt, ac temperare moderamina nesciunt, & gubernacula tractare non norunt, hic tanquam in Scyllae male dextrum fertur periculum, ille in laeuum Charybdis tendit abruptum. Et quid eos inter haec facere oporteat, si requiras, prouiso gubernatore nauim

nauim fluctibus credant, medium teneant cursum, & ambo statu dextro perducentur ad portum. Videamus cui impietati geminum hunc errorem assimilare vel conferre possimus. Pari modo in petram scandali offendunt, vel illi qui Christum dominum solum Deum, vel illi qui solum hominem, amissa discretionis luce, asserere praesumpserunt. Penè vtraque nimietas, dum discretionem atque discrimen tenere nescit, aequale crimen incurrit. Proinde qui Christum solum hominem dixerit, negauit auctoris potentiam: qui solum Deum, perdidit misericordiam redemptoris. Ac sic, qui vnam in domino saluatore substantiam confitentur, in hanc constringentur necessitatem, ut aut solum hominem caelo lapsum, aut solum Deum cogantur dicere crucifixum. Sed non ita est. Mortem enim nec solus Deus sentire, nec solus homo superare potuisset. Et ideo eam pro gemina ratione substantiae, homo suscepit, & Deus vincit. Si ergo partibus proprietates suas reddas, & Christum Deum simul atque hominem credas & asseras, perinde est, ac si gratiam cum labore coniungas, & ab adiutorio Dei conatum hominis non repellas. Ita tamen, ut adnitentis deuotioni, elationis culpam penitus non admisceas. Quia quantum detrimenti est non laborare, tantum periculi, de labore praesumere. Dicit ergo Pelagius, quo ad obtinendam salutem natura hominis sibi sola sufficiat. Ita haec pestifer doctor adfirmat, quasi adhuc factura conditionis nostrae, in statu suo inlibata, permanceat. Ego arbitror quod libertas arbitrij sibi sola sufficere sine praesidio gratiae non potuerit, etiam antequam privilegium illius, transgresso violaret. Quomodo vero nunc potest sibi sola sufficere, ad cuius arrogantiam dicitur. Quia sine me nihil potestis facere? Ad cuius praesumptionem diuinus sermo dirigitur, Nisi dominus aedificauerit domum, inuanum laborant qui aedificant eam? Quod vtrique elationi sine gratia perficere denegatur, humilitati vero cum gratia implere conceditur. Prosequitur adhuc Pelagius Adam mortalem factum, qui siue peccasset, siue non peccasset, esset mortuus. Sed cum dicit Apostolus. Propterea, inquit, sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors, intelligis, quia si peccatum non praecessisset, mors secuta non esset, & donata immortalitas perduccisset, quam vtrique manifestum est sub proposta lege praestitam, & cum conditione conlatam, ut si non recessisset superbus ab obedientia, permaneret aeternus in gloria. Nam cum interdictum caeleste sanxisset dicens: In quacunque die comederitis de ligno scientiae boni & mali, morte moriemini. Inliciti guttus male suasa praesumptio, facta est ex accidenti mortis occasio. Morte, inquit, morieris. Si nihil largientis contulit gratia, quid est quod abstulit damnantis offensae? Mors itaque, id est, peregrinum & aduentitium malum, non est ordo naturae, sed poena sententiae. Quoniam, inquit, dominus mortem non fecit. Aeternitatem creditam fuisse homini, liuor ipse restatur inimici. Et quia ei immortalitatem deiecit inuidit, ideo causam mortis ingressit, dicendo: In quacunque die comederitis de ligno hoc, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii. Si hoc tantum dixisset: cum manducaueritis, satietatem de cibi suauitate capietis, vsque ad concupiscentiae carnalis inlecebram transgressio peruenisset. Cum vero hanc praerogationis proposuerit finem dicendõ, eritis sicut dii, edacitatis culpa vsque ad diuinitatis ambitum, & vsque ad crimen maiestatis accessit. Facti sunt ergo sicut dii, dono gratiae caelestis exuti, & de beatae stationis culmine proturbati. Ac sic calli-

das serpentis pro superbiae malo eiectus è caelo, machinas sibi ad hominem subruendum de casu proprio, lapsuque disposuit, & quomodo cecidit, sic decipit. Quid vero aliud intelligendum est, etiam in ipsa qua homo conditus est, Dei imagine, nisi perennitatis insignem quam perennitatem non solum animae non ademptam, sed etiam corpori agnoscis resurrectionis virtute reparatam. Quapropter immortalitatem homini commissam non dubites ante culpam, quam reddi perspicias etiam post ruinam. Asserit ergo Pelagius siue peccasset, pelagius, siue non peccasset, omnibus modis fuisse moriturum. Et hoc ex ipsa prauitate descendit, quia negat originale delictum. Dum enim adfirmare contendit mortalem necessitatem conditionis fuisse, non transgressionis, vult videri originem huius debiti, non à seruo, sed à domino, non à contemptore, sed ab auctore coepisse, ut mortis lex ordinationis credatur esse, non criminis. Et hanc lugendam contritionem super humanum genus, non praeruaricator putetur transmississe, sed conditor. Et vbi est illud? Inuidia autem diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Dum autem peccatum originis denegat, tollit omnino causam qua redemptor aduenit. Videamus vtrum per voluntatem Dei an per hominis prauitatem, infelix & deslenda conditio initium sumptur. Audi quid tuba perfonet veritatis. Propterea, inquit, sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors: ita in omnes homines mors pertrahit, in quo omnes peccauerunt. Dicendo Pelagius Adam mortalem factum, in primo facturae ordine constituit mortem, quam pro noxa praeruaricationis tertio gradu constat impositam. Homo enim opus Dei peccatum, opus diaboli: mors, poena peccati. Nam Apostolus non dixit: voluntas Dei mors, sed stipendium peccati mors. Dolos ergo eius in profundo latentes, sollicitus inspiciamus. Ideo mortem applicat conditori, ut de quo potissimum malo initium ducat, non possit agnosci. Ac sic liberius adfirmat, infantes nexu originis non teneri. Quod cum dicit, duplici impietate blasphematur, dum & mortem ad auctoris inuidiam renocat, & negando originale vinculum, gratiam reparatoris exacuat. Itaque ut possit asserere paruos baptismo non egere, generale peccatum negauit. Quo negato, hic ordo erroris sui fuit, ut vnde mors esset generata, nesciret. Quid mirum, si arborem illam in fructibus non agnoscat, quam noluit in radice cognoscere? Quandoquidem causam vulneris suppressit, & abscondit gladium quo vulnus inflictum est. Stipendium, inquit, peccati, mors. Quia intelligere neglexit tanti principem mali, ideo ignorauit impositam mortis conditionem, pedissequam esse peccati. De qua praefati sumus: stipendium peccati, mors. Dignam secundum tale opus mercedem recepit, tale stipendium meruit qui diabolo militauit. Vnde vas electionis euidentissime rationem redemptionis ostendit, & praedicat dicens: Quid enim cum adhuc infirmi essemus, Christus pro impiis mortuus est: vix enim pro iusto quis moritur. Hoc est dicere: Si abundasset in terris iustitia, non fuisset è caelis transmissa medicina. Sed ut adueniret vnica sanitas, generalis exegit infirmitas. Inter haec cum Pelagius tantis sacrilegiorum vinculis inligetur, non mirum, si per reprobum sensum multiplici tradatur errori, qui per solum laborem putat posse saluari. Merito contra huius arrogantiae praesumptionem, sermo diuinitis vim suae auctoritatis, vel increpationis exseruit. Nemo, inquit, venit ad me, nisi pater attraxerit eum. Et iterum: Non volentis neque currentis, sed miserentis Rom. 9.

est Dei. Quod merito ad se dictum esse reputavit, qui salutem suam cum Pelagio propria in voluntate ac virtute constituit. Quod vtrique illi obiici non necesse est, qui non de solo labore presumat, sed conatibus suis quotidianam Dei misericordiam & iugem gratiam implorandam esse cognoscit, & auxilium domini per uigili obsecratione deposcit.

CONTRA OBJECTIONEM PELAGII, quia dicit, parvulos baptismo non egere. CAPUT 2.

Attendant etiam hoc Pelagius: Si per baptismi donum, inquit, tollitur originale peccatum, de duobus baptizatis nati, debent hoc carere peccato. Quomodo, inquit, mittunt ad posteros, quod ipsi in se minime habuerunt? Quibus facile responderetur, duas esse natiuitates, de quarum vna peccatum ex generantis voluptate transmittitur: ex alia autem, sanctificatio de regenerantis adoptione donatur. Quomodo, inquit, mittunt ad posteros, quod ipsi in se minime habuerunt? Quam irrationabilis & plena iniquitatis obiectio. Nō vis ut transfundant in posteros, quod natura est, & vis ut eis possint velut de suo conferre quod gratiæ est? De qua natura Apostolus dicit: Eratis, inquit, natura filij iræ. Merito quasi de proprio dare nequeunt, quod de sursum & extrinsecus acceperunt. Imprudentissime per parentes filijs innocentiam puritatem Pelagius dari credit. Ad parentum ministerium natiuitas secunda non pertinet. Officium vult esse hominis quod Dei munus est, vt velut quodam hereditario ordine per hominum currat posteritatem, quod extra humanam constat esse substantiam. Originale autem peccatum, ex parentibus etiam baptizatis per carnis originem ad filios transire non dubium est, dicentibus nobis quotidie cum Propheta: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Sicut & Apostolus istud insaniabile piaculum ex vno in omnes homines pertraxisse confirmat. Sed dicit Pelagius ideo non esse originale peccatum, quia ipsa concupiscentia generationis ex Deo sit. Vnde autem veniat nexus iste, qui per posteros trahitur, si requiras? sine dubio per incentiuum maledictæ generationis ardorem, & per inlecebrosam vtriusque parentis amplexum. Nam cum illum solum videas ab originali immunem esse contagione, qui non carne, sed spiritu, nec erubescenda passione, sed stupenda benedictione conceptus est, agnosce causam mali originalis de oblectamento natum conceptionis, & de vitio voluptatis. Propterea etiam Adam & Euam in origine sua obnoxios conditio ista non tenuit, quia à duorum ministerio eorum quoque ortus alienus, inlecebram in sui natiuitate & creatione nesciuit. Sed forsitan requiras, quare in conceptu sit positum originale delictum. Initium totius ruinae inobedientia fuit. Primum enim exaltatus homo, postea humiliatus est & confusus. Et quia cum in honore esset, non intellexit, ideo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quandiu ergo circa auctoris obsequium, humilitas reuerentiam tenuit, nuditatem conscientia immaculata non sensit. Cum vero illo animo vt Deus esset, gustum cibi lethalis adpetiit, & damnadam cupiditatem in ambitum maiestatis extendit, immemor legis & madorum legis, rebellis mulctatur in impugnatione membrorum. Et dum æqualitatem domini sui presumit, corporis sui perdidit potestatem. De superbia namque nata est incontinentia. Nam quid in eo percussum esset

Eph. 2.

Psal. 50. I. Cor. 15.

Psal. 48.

ostendit, quado verecūda cōtextit. Præcessit elatio, secuta confusio est. Diuinitatis ambitiosus, libidinis cœpit esse captiuus. Sed forsitan dicas: dum hæc differis, nuptias damnare deprehenderis. Non ita est. Ordinatio nuptialis ex benedictione cœpit: generatio corruptionis, ex transgressione cœpit. Interim nuptiarum munus adhuc in paradiso à creatore concessum, & earum vsus extra paradysum iam sumpsit exordium. Peccatum in medio fuit inter generationem & concupiscentiam. Quicquid præceptio diuina constituit, hoc laudo, quicquid humana præuaricatio adiecit, hoc reprobo. Quomodo si aliquis atro inquinamento candorem niuæ vestis aspergat, non displicet factura, sed macula. Vestimenti non amisit vsus, etsi perdidit dignitatem. Futura erat indubitanter casta & sincera generatio, si non intercessisset inimica transgressio. Sed immaculatos thoros caro maledictioni addicta maculauit, & per superbiam spiritum, simplicem corrupit affectum. Et sicut immortalitatis priuilegium, ita donum perdidit puritatis. Non in querelam vocatur nuptialis gratia, sed ob scæne passionis iniuria. Non aurum in culpam venit, sed quicquid auro obryzo adulterinum fraus iniquitatis admisit, sicut Pelagij spiritum ad meliora studia à Deo conditum, corruptione pestifera nequitia auctor infecit.

CONTRA HOC QVOD DICVNT, quia per solam gratiam omnis homo sine vlllo labore saluetur. CAP. 3.

Nunc veniendum est ad illos, qui dum gratiam alijs dari, alijs negari asserunt, munus gratiæ cum Pelagio perdidit. Dicunt ergo ad cultum Dei atque famulatum, etiam post baptismi salutarem donum denotatæ seruitutis obedientiam non requiri, sed solam per se gratiam effectum humanæ salutis operari. Totum, inquit, solus est gratiæ. Istud melius à nobis poterit dici, hoc magis nostris partibus conuenit adplicari: qui non in partem, sed in totum genus humanum, gratiæ beneficia fatemur extendi: sic tamen vt ei vigilantia humanæ studium per omnia iudicemus adiungi. Nam qui negat gratiæ ad sociandum famulari laboris conatum, subtrahit homini seruitutis officium. Nescio vbi, aut quando ab opere ferriari, quando ocio debeat derelinqui, qui etiam in paradiso iubetur operari. In quo (sicut legimus) ita est constitutus, vt operaretur & custodiret illum.

CONTRA EVM SENSVM, QVI DICENDO vnus ad mortem præordinatus, alter ad vitam prædestinatus est, rebus ipsi spem intercludit orandi. CAP. 4.

Cum dixerint: totum gratiæ Dei est: quis non ad tam reuerendum nomen omni cordis inclinatur affectu? Sed cum responderimus: totum plane gratiæ est, sed omnibus ea offert atque ingerit ad salutem, omnium conditor ac redemptor. Ad hæc illi longe à pietatis tramite recedentes, respondere presumunt: Non eam saluator omnibus dedit, quia nec pro omnibus mortuus est. Ecce statim in secundis apparet gratiæ impugnatore, qui in primis putabatur assertor. Obiiciunt nomen gratiæ, vt abominandum sensum operiant blasphemiam. In alterutram itaque partem subsidia orationis excludunt. Quid enim vltra speret, quem iam gratia suam fecit? In quo e contrario non desperet, quem præfinitio

præfinitio violenta damnauit? In hoc culpa, in illo gratia locum non habet. Periclitabitur in vtroque iustitia. Remunerabitur sine fidei merito adsumptus, damnabitur sine proprio crimine derelictus. Salus illuc ingerenda est non querenti, huic auferenda laboranti. Sed dicit: Ideo orare debet, quia ex qua parte sit nescit. Quis non putet rationabiliter ac sapienter fuisse responsum? Sed quid orare homini proderit in vna harū duarum conditione omnimodis constituto? Nam & si ad quam partem fuerit deputatus ignorat, vtranque tamen partem defixam esse & immutabilem non ignorat. Quid refert si nondum nouerit locum suum, qui definitissimè nouit, quia nullum iam recipiat vel dextera periculum, vel sinistra profectum? Quod si adhuc tam confusa persuasio orationem necessariam putat, indubitanter agnoscat, quia contra definitionem suam & de salute ad perditionem, & de perditione transtie poterit ad salutem. Si ergo orandi vsus prætermitendum esse non æstimat, studium non excludat operandi. Quid est hoc pulsare debere me iudicas, & aperiendum mihi esse desperas. Alterutrum ergo faciat, aut fructus orationis neget, aut legem statuta perditionis excludat. Videmus itaque quia hæc plena erroris assertio, dum causam intercludit orandi, de luce gratiæ incipit, & finis eius in tenebras sacrilegij incurrit ac deficit. Sic diabolus, calliditate veteris artificij ac multiformis ingenij, condit blanda peccandi. Sic etiam malefici facere solent qui mortiferos herbarum tēperant succos, in condito, aut aliquo dulci poculo nescientibus propinaturi gustum mentita suauitate componunt, virus amaritudinis obscurant fraude dulcedinis. Prouocat primus odor poculi, sed præfocatus inclusus sapor veneni. Mel est quod ascendit in labia, sel est quod descendit in viscera. Dicit quod in alterutro rerum statu illos sibi mors vindicet, istos vita defendat. quæ cum dicunt, qui vnum in origine perditum, alterum in prædestinatione adfirmat electum, vide quo improba persuasione declinet. Quid enim aliud dicit, nisi quod adiutorio orationis neuter indigeat. Nam iam præordinatis ad vitam necessaria non erit, deputatis ad mortem prodesse non poterit. In isto superuacua, in illo infirma iudicabitur. Beneficia supplicationis qui in acquisitione prædestinationis est, non requirit: qui vero in perditionis parte, non recipit. Quod si curam impendendam æstimat orationi, indubitanter intelligat ea quæ imminet, posse mutari, secundum illud Euangelicum: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Item, Vigilate itaque omni tempore, orantes vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Et iterum, hoc genus dæmonij non eiicitur nisi per orationem & ieiunium. Quod si oratio necessaria non est, cur ipse qui exorandus est, formam orationis instituit & orauit? In eo ergo qui indoctis auribus solius gratiæ assertionem blanditur, propheticum illud implebitur: Malignus, inquit, nocet, cum se commiserit iusto. Auri species primo colore præfertur, sed plumbi vilitas intrinsecus latere deprehenditur. Quomodo si sub prælato mentiri cuius habitu subito hostis appareat, aut si se inimici dolosa subtilitas trāsfigeret in angelum lucis, ita sub pietatis fronte gentilitatis malum, & intra gratiæ vocabulum, absconditum erit fatale decretum. Si ergo vnus ad vitam, alter ad perditionem (vt asserunt) deputatus est (sicut quidam sanctorum dixit) non iudicandi nascitur, sed iudicati. Neque vlla sibi iuxta hæc poterit æquitas constare iudicij. Nam si nihil Deus famulo dedit, à famulo quid reposcit?

Mar. 15. Luc. 21. Mat. 27.

LEGIS OPERA DESTRVNTVR, ET gratia commendantur, vel contra hoc quod indoctissime testimonia pro solius gratiæ adseruione proponunt. CAPUT QVINTVM.

Legimus, inquit, ad Romanos: Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Item. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei autem qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. Addunt etiam: Si autem gratia, non ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia. Quibus respondendum est, duo esse genera operum, quorum vnum post aduentum domini remouetur, aliud improbatum. Nam dicitur: ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, aperte fidem, legis operibus anteponit. Neque enim Apostolorum testimonia compugnantia & contraria sibi esse dicemus, cum alius Apostolus dicat: fides sine operibus mortua est. Et iterum, ostēde mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis quoniam vnus Deus est, bene facis. Et dæmones credunt & contremiscunt. Item, Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Sed nec ipse doctor gentium Paulus, diuersus sibi & contrarius apparebit ita dicens: In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus. Et iterum. Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Quæ imperitis & indoctis & his qui veritati obstinato spiritu reluctatur, discordantia videbuntur. Verum iuxta catholicam regulam, Opera legis euacuatur, quæ secundum literam sunt, & ea quæ post gratiam comitante gratia gerenda sunt asseruntur. Videamus si hoc ita esse rebus ipsis adprobare valeam? Opera legis destrui legimus, cum Iudæorum comprimit elationem dicens: Vbi est, inquit, gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem factorum? non, sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Similiter & ad Galathas dicit. Scientes, inquit, quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Christi Iesu. Et nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Propter quod, ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Ac sic euacuati opera error impius dixit, sed quæ illa essent, dolosa calliditate suppressit. Nunc ergo patet intelligendi difficultatem, si personarum vel operum intellexeris distinctionem. Ad Iudæos enim dicitur: Non iustificabitur ex operibus legis omnis caro. Ad Christianos vero iam in Christo renatos, ita instructionis sermo dirigitur: Operamini bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Et iterum. Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in opere domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in domino. ad Christianos, inquam, dicitur: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui est in cælis, id est, vt non tam otio resoluamur, quam de operibus bonis, non in nobis, sed in domino gloriemur. Ad Christianos dicitur: In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet illum & operatur iustitiam, acceptus est illi.

Rom. 4. Rom. 11. Iac. 2. 2. Cor. 6. I. Cor. 3. Gal. I. Math. 5. Act. 10.

DE EO QUOD SIT, GRATIA DEI sum id quod sum. CAP. VI.

15. Vdi Apostolum laborem cum gratia humili confessione miscntem: Gratia autē dei sum id quod sum, & gratia illius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia dei mecum. Vide quomodo ad gratiā donum, semper subiungit laboris obsequiū. Nō ego autem. Quia mētionem solius laboris intulerat, cito quasi ad amplexū matris gratiæ recurrit dicens: sed gratia dei mecum. Gratia, inquit, dei sum. Primas partes soli gratiæ pie subiectus adscripsit, media quæque labori magister obedientiæ deputavit. Vtrumque in consummatione moderatus, gratiam laboremque coniunxit. Non dixit ego sine gratia: vel, gratia sine me, sed gratia dei mecum. Quæ prius singillatim distincta protulerat, quàm bene in sermonis sine connexuit. Ac sic apud regeneratos, quando gratia sine labore, vel labor sine gratia in scripturis ponitur, supprimitur non separatur. Cum vnum sine alio dicitur, tacetur alterum, non negatur: secundum illam regulam, quā antistes Augustinus insinuat: Non omnia quæ tacentur negantur. Sed & alio loco dicit Apostolus: Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Ecce beatus Apostolus iam Christo acquisitus, iam vas electionis effectus, nequaquam sub nomine prædestinationis & gratiæ, orio manus relaxat, sed cum dei beneficiis conatus suos iungit, & dicit: Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Ecce iam partis dextræ miles est, & vide quomodo periclitari metuit iam probatus, quomodo reprobari pertimescit electus. Iam victoriam in manibus habet, & necdum arma deponit. Iam perductus est ad triumphum, & adhuc militiæ pertimescit euentum. Quæ cum ita sint, perspicite te non contra infirmam quamcumque personam, sed contra summi Apostoli doctrinam armis impij erroris insurgere, & Christo, qui intra eum loquitur contradicere. Dumque laboris seruitium & orandi causas adimis, ianuam salutis humano generi intercludere te agnosce. Et dum Pelagij impietatem nescis refugere, ad Manichæorum dogma pestiferum, qui liberum arbitrium rotum denegant, te intellige declinare.

Ephe. 2. QUOMODO INTELLIGENDVM SIT: Gratia inquit, salui facti estis per fidem, hoc non ex vobis. Dei enim donum est, nō ex operibus, ne quis gloriatur. Vbi fides inra opera numeratur, & cibus legis perire, cibus gratiæ manere describitur. CAP. VII.

Galat. 3. Heb. 10. Heb. 11. Sicut inter opera legis, & fidei desidiæ amicus, & discretionis ignarus, ab intelligentiæ tramite deuiaſti, ita inter duo gratiæ tēpora persuasionem tuam pessimum ducem secutus, lucentem catholicæ fidei regulam perdidisti. Tempus gratiæ, quo redēpti sumus, merita hominum non expectauit, opera penitus non quæsiuit, sola Dens fidei nostræ deuotione contentus fuit, secundum illud Apostoli: Credidit Abraham deo, & reputatū est illi ad iustitiam. Sicut & alio loco dicit Iustus autem ex fide mea uiuet, quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Iustum eum & ex fide viuere asseruit, quia ei fidem & iustitiam quærenti contulisse se meminit. Sed dicendo: Quod si subtraxerit se, cum ad deuia voluntarius declinauit, non perit quasi derelictus, qui se ingentem misericordiæ subtraxit ingratius. Item ad Hebræos, Credere autem oportet ac-

cedentem ad deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Quam bene & domini officium coniunxit & famuli, dicendo, & inquirentibus se remunerator sit. Sicut enim ad deum largitio remunerandi, ita ad hominem deuotio respicit inquirendi. Sed dicis, fidem ipsam non omnibus posse competere. Non mirum si homini, ad quem denegas opera pertinere, etiā fidem studeas derogare, quā manifestum est inter opera deputari, sicut habemus in euangelio: operamini non cibū qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Vbi cibus, id est, intellectus literæ perire, cibus vero gratiæ, id est, fides permanere, describitur, & ita continuatus sermo consequitur. Dixerunt ad eum Iudæi: Quid faciemus vt operemur opera dei? Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus dei, vt credatis in eum quem misit ille. Aduertis quia nihil in famularu dei sine opere geritur, quando & is qui credere videtur operatur? Item in Apostolo. Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Similiter & ad Theſſalonicenses secunda, Dignetur vos uocatione sua deus, & impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus fidei in vobis. Et de Abraham in epistola apostoli Iacobi. Vides quia fides cooperabatur operibus illius? & ex operibus fides consummata est. Geminum hic officium recognosce, & operationis, & fidei. Gratia, inquit, salui facti estis per fidem. Prima itaque uocatio compendium fidei requirit à nobis, sequentis vero temporis gratia redēptis, ablutis, innotatis, sedulitatem operis, & curā laboriosæ seruitutis indicit, vt quod sine labore accepimus, opitulante adiutorio cum labore seruemus, Apostolo commonente, Videte, inquit, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Agnosce distinctos esse gradus uocationis, & consummationis. Fidem expectat à paruulis, opera etiam cum fide à confirmatis requirit, ita tamen vt credulitatis affectum proficientibus augeat, & laborantibus adiutor cotidianus adsistat.

CONTRA HOC QUOD DICVNT, LIBERVM ARBITRIVM EX TOTO FUISSE SUBLATVM. CAPVT VIII.

Huius improbæ persuasionis assertor, hominem intellectu locupletatum, ratione præditum, diuinæ imaginis honore decoratum, brutis animantibus, & iumentis insipientibus æstimat comparandum, vt ad viam rectam nullo suo ductu, sed violento tantum autoris imperio pertrahatur. Quo genere eum etiam insensibilibus adſimilare contendit elementis: vt sicut de ratione terrarum, quæ nihil vbertatis arbitrio suo proferunt, quæ propriæ fecunditatis ignaræ sunt, quibus sensus alicuius nec libertas suppetit, nec voluntas, frugum tamen prouentus ex his cultore operante capiuntur: Ita ex homine ab omni exercitio virtutis ocioso, iustitiæ fructus ac bonarum rerum adpetitus atque profectus, solo deo insistente sumatur, & quasi in nullo vel sentiat vel consentiat, ita cum adpetierit gesseritve, in nullo ad conatum eius ac studium pertinere iudicentur. Et sicut mare magnum, quod huc atque illuc ventis agitantibus volutatur, ita ad quodcumque bonum vel facinus, sine vilo affectu suo, solo diuinæ potestatis impulsu, mens humana verſetur. Quæ cum ita sint, si hominem à sinistra mali non reuocat intellectus, si ad dexteram boni non excitat ambitus, iam nō hominis tenebitur condicione, sed pecudis. Ecce hæreticus sub prætextu gratiæ, qualem vult hominem esse post

Esai. 26. Heb. 10. Psal. 36. Psal. 33. Psal. 24. Psal. 23. Psal. 83.

Rom. 12. Iud. 19.

Deu. 30. Psal. 118.

Psal. 118.

Matt. 19. Ioh. 5.

post gratiam. Itaque si liberum arbitrium ex toto perit, quod vti que in amore innocentie, vel operatione iustitiæ, vel in corporis sanctificatione consistit, si hoc ex toto in primi hominis præuariatione sublatum est, quomodo legimus, Iustitiam discite qui habitatis terram. Et iterum: Iustus autem ex fide mea uiuit: & iusti hæreditate possidebunt terram. Et, oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum? Nunquid penitus interiit innocentia, quia in primo eius gradu possessor eius stare neglexit? Non opinor, quia scriptū est: Innocentes & recti adhæserunt mihi. Et iterum: quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus, & mundo corde. Et iterum. Dominus non priuabit bonis ambulantes in innocentia. Nunquid sanctificatio corporis ex toto amissa esse credenda est, quia membris in seruo rebeli suā non seruauit feruitutē, discussa est primæ dignitatis puritatis? Non vti que, quia legimus: Vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, placentem deo. Et iterum: Sancti estote, quia ego sanctus sum. Ita hoc genere bonorum, illorum quæ male securus paradisi incolæ à benigno autore susceperat, non perit actio, etsi est amissa perfectio. Non, inquam, harum virtutum perit castitas, etsi est temerata virginalis integritas.

QUALITER INFIRMITAS LIBERI ARBITRIJ INTELLIGENDA SIT. CAP. IX.

Sed interrogas & ais, quomodo intelligendum est infirmatum humanæ mentis arbitrium? Attenuata libertas eius, ita gratiæ admnicula plus requirit, sicut homo longa infirmitate confectus, adiutoris ac solatijs, gressu titubante magis indiget. Igitur sicut post inueteratam luxuriæ consuetudinem, reparatio continentiæ multo labore constabit, & sicut longo temulentia vsu captiuata sobrietas cum violentia rigida crucis vix recipitur, quæ prius cum inlaxa teneretur, paruo negotio seruabatur (Siquidem cum voluptate quadam iniolata conscientia possidetur) & quemadmodum post diuersa carnalium blandimenta vitiorum, quæ facile prima ætas statum suum retinere calcare potuisset, cum magno luctamine, velut contra ardui montis ascensum ad virtutis viam reditur, ita humani arbitrij à deo concessa libertas florem vigorēque gratiæ suæ perdidit, tamen ipsa non perit, vt diuina munera non tam interdita sibi sentiat, quam cum summo labore ac sudore per adiutorij patrocinium sibi repetenda esse cognoscat. Audi legislatorē de voluntatis arbitrio disputantem, cum dicit: Posui ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malum, elige vitam vt viuas. Et iterum. Viam veritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus. Vides quod neminem hic premit fati, vel imposte perditionis necessitas, vbi competit eligendi potestas? Neque enim in vnam partem trahit prædestinatio, vbi vtriusque partis defertur electio. Item: Fiat manus tua vt saluum me faciat, quia mandata tua elegi. hoc est dicere: Sollicitabar me quidem in sinistram partem perniciosæ mundi voluptas, sed in dexteram mandatorum tuorum traxit vtilitas. Itaque cum gentes ipsæ ad mali boniue iudicium insto sibi dirigantur arbitrio, quanto magis moderari ad bonam partem voluntatis suæ libertate potest humilis Christianus, qui possibilitatem suam in dei adiutoris virtute cōstituit. Ad quem dicitur: Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes. Et iterum. Vis sanus fieri? conscientis quantum cordi humano potens factor indiderit, voluntatem ipsiusquem est sanaturus interrogat. Nam & alio loco populum am-

bulantem concessa arbitrij libertate sic arguit: Educ foras populum cæcum, & oculos habentem, surdum, & aures ei sunt. Hic quod surdus & cæcus est, contumaciæ esse intelligitur, non naturæ. Et in Euangelio aperte ostendit inditum esse homini bonæ voluntatis affectum. Si quis inquit, vult post me venire, abneget se ipsum sibi, & tollat crucē suam & sequatur me. Hoc est dicere: Meæ miserationis est vt voceris, sed tuæ voluntatis commissum est vt sequaris. Videamus si per ortū ad se inuitet hominem deus. Abneget, inquit, seipsum sibi, id est, qui malus est, bonus esse contendat, & supplicans dicat: & ex voluntate mea confitebor illi. Iubetur vnusquisque ex voluntate conuerti, ne peccator fortasse desperet in melius se posse mutari. Si quis, inquit, vult post me venire, abneget seipsum sibi, id est, alter efficiatur ex altero. Patientia vincat iracundiam, temperantia refrenet concupiscentiam, humilitas exturbet superbiam, crux conterat voluptatem. Quis hec sine labore cordis, sine afflictione carnis, sine magno hominis vtriusque luctamine dormiētī sibi per solam gratiam æstimet cōferenda? Abneget seipsum sibi, hoc est dicere: O homo non putes te ita ab auctore tuo cōditum, vt de iniquo iustus, de luxurioso castus, de maliuolo benignus esse non possis. Quod vt consequi valeas, non factura in te est mutanda, sed vita. Nunc ista dicentes, non laborem gratiæ cōæquamus, sed omnino gratiam sine comparatione præponimus.

QUOMODO INTELLIGENDVM SIT, Non volentis neque currentis, sed miserantis est dei. Vel illud, Non veni vocare iustos, sed peccatores in penitentiam. CAP. X.

Sed dicis: In tantum nihil est hominis, sed totum gratiæ dei, vt Apostolus dicat: Non volentis neque currentis, sicut sibi arrogat Iudæus ex lege, vel Pelagius ex liberi arbitrij præsumptione, sed licet cū hominis seruitute, totum tamen miserantis est dei, non volentis neque currentis. Hic illum euidenter notat & arguit, qui solum se sibi sufficere, sine manu adiuantis existimat. Cæterum ad eum, qui cum miserantis auxilio conatus suos iungit, non dicit, non volentis neque currentis, sed multo aliter ad eum loquitur. Sic, inquit, currite, vt comprehendatis. Et iterum. Tam bene currebatis, quis vos impediuit veritati non obedire? Si non est etiam voluntas expectanda currentis, quare dicitur? ego igitur sic curro, non quasi in incertum: & iterum. Cursum consummaui, fidem seruauit? Non volentis neque currentis. Ipse sibi obtexit errorum tenebras, qui in scripturis sanctis vel personas nescit interrogare, vel causas. Hoc loco Apostolus gentium asserens fidem, Iudæorum superbiam coerceat & comprimit, qui sibi iustitiam de legis operibus adrogabant, ac dei misericordiā & gratiam respuebant, qui suā, vt dicit Apostolus, querentes statuere iustitiā, iustitiæ dei non sunt subiecti. Quos & alio loco simulata iustificatione, & obliqua per ironiā voce condemnat dicens: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Iustos, id est, qui sibi de præsumptione iustitiæ blandiuntur. Sicut & alio loco iustificatorem respuit pharisæum, & accusantem se suscepit publicanum. Non veni, inquit, vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam, id est, non veni Iudæos ex lege sibi iustitiæ priuilegia vindicantes, sed potius gentes requiro ex fide peccatorum penitentiam profiteres. Nam & ipsorum elationem & alio loco ita dicit: Non est opus sanis medico, sed qui male habent. Iudæi

autem iustos & sanos se iactabant esse, sed non erant. Quis autem sanum se sano corde dicere auderet, quādo vniuersitas generis humani vno serpentis morsu percussa languebat. Vna est ergo spes sanitatis infirmo, si se coram medico agnoscat infirmum. Dignum vero est vt remedio careat, qui aegritudinem suam scire dissimulat. Et propterea magis gaudij erit angelis in celo super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent poenitentia. Quis non hoc loco vere iustos esse credat hos, qui non indigent poenitentia? sed nemo magis eget salute, quā qui se non intelligit indigere. Et ideo magis verus ille pastor exultat super vna oue quæ ab errore reuocata est, quā super nonaginta nouem ouibus, quæ non errauerunt. Et quis eo mortiferi erroris malo esse possit immunis cum propheta testatur. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit. Quam dolenda cæcitas iudæorum, viam negato saluatore perdidit, & errorem suum scire nolebant. Hic ergo sermo diuinus sub appellacione iustorum, sine præiudicio sensus alterius magis iudæorum notat atque increpat arrogantiam. Nam cum denarius & centesimus numerus iustos perfectosque designet, nonus & nonagesimus iniustos & peccatores ipsa imperfecti numeri ratione designat. Itaque hoc loco iudæi elationem, qui se ex lege iustificans, redemptoris misericordiam repudiauerat, apostoli doctrina castigat dicendo non volentis. Quia in humili Christiano ipsa obedientia subiectio curtus est & ascensus, in iudæi elatione lapsus est & decursus. Non inquit, volentis neque currentis. Quomodo vox ista pertinere potest ad fidelem & Christi legibus subditum, ad quem dicitur: Et in lege domini fuit voluntas eius: & quod præfati sumus: si quis vult post me venire, & voluntarie sacrificabo tibi domine. & qui voluerit animam suam saluam facere, perdet illam. & qui perdidit animam suam propter me, inueniet illam: Vide quam magnum opus, & quā arduum perdendæ & inueniendæ animæ etiam in hominis voluntate constituit. Et propterea ita concludit. Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui, & tunc reddet vnique secundum opera sua. Aduerte quia dum dicit, opera sua, salutem hominis non in prædestinatione factoris, sed in operatione famulantis largitor gratiæ conlocavit. Ergo hic non conditio hominis, sed conuersatio designatur. & ideo alio loco dicit: Omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit siue bonum siue malum. Agnosce hoc loco non aliena generis vel originis mala, sed propria corporis gesta nonissimo discutienda iudicio. Quapropter ex homine qui in Christo renatus est, non quod natus est, sed quod operatus est. Si ergo actus hominis non est etiam voluntatis, quomodo dicit, si volueritis & me audieritis, bona terræ comedetis? Itaque cõditor vnusquisque exterioris & interioris hois deus, sicut potetia sua corporis humani membra disposuit, ita ordinatione sua ministerium vsūque membrorum, homini agere ac dispensare permisit. Et sicut dextram in omni homine ipse formauit, sed in potestate hominis posuit, vt eam quo vellet extenderet, & aduersa opera conferret, pati modo sensum rationis, & arbitrium voluntatis in vnamquamque animam inseruit, inspirauit, infudit, sed eam in manu humani consilij moderandam & exercendam reliquit, cuiusque officia iuri hominis dominioque commisit, vt si malum deprauatus oppeteret, in arbitrij libertate permittitur sibi scire, licere ne-

Luc. 15.

Esa. 53.

Rom. 14.

Esa. 1.

sciret. Si autem bonum cuperet, actionem & perfectionem eius à conditore deposceret, ad mercedem vero illius officiosa deuotio pertineret. Et ideo hominis formator & rector, bonæ voluntatis homini deputauit vsū, sibi reseruaui effectum. Non ergo æquum iustumque, vni velle concessit, & alteri denegauit. Sed sicut omni homini manum, oculum, gressumque donauit, ita similiter omni homini voluntatem, vt eam in quamlibet partem versaret indulgit. Iustitia ergo in homine non personale, sed generale & publicum dei munus, est aditus capefendæ salutis. Quasi fons quidam in medium mundi huius expositus, & in commune concessus, ad hauriendum vniuersis patet, vt largitori merito reus sit, qui haurire neglexerit. Omnibus itaque oblatum est, quod ab omnibus repositum est. Nam si circa hominis (vt dicunt) salutem specialis est dispensatio, nescio quomodo generalis poterit esse discussio. Sed cum dicit: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal dei, quod ab omnibus terribiliter exigeret, nisi omnibus misericorditer obrulisset. Igitur in prociūtu militiæ constitutum ita Apostolus adhortatur: Labora quasi bonus miles Christi. Nemo militas deo, implicat se, negotiis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Nam & qui in agone contendit, non coronatur, nisi legitime certauerit. Et iterum: Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Audi & alio loco Apostolum non tua oria prædicantem. De cætero, inquit, fratres, confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quia non est nobis conluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cœlestibus. Propterea accipite armaturam dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare State ergo succincti lumbos vestros in veritate, induci lorica iustitiæ, & calciati pedes in præparatione euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis resistere in die malo, & in cõsequenti, sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, aperitissime ostendit à deo possibilitatē arbitrij omni homini fuisse concessam, qua ei promptum esset nõ solum carni suæ resistere, sed etiam diabolo repugnare. De quo & alio loco dicit. Vigilare inquit, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Si huic aduersario iam certos quosque impositos, quomodo asseris, originis necessitas deputasset, non quæreret quos deciperet, nec deputatis vigilare prodesset. Sed non ita est. Nam sicut hostis omnibus admo- uetur, ita omnibus præsidij & adiutorij dextera non negatur, & orantibus ac vigilantibus misericordiæ benignitate succurritur. Quæ vti que pulsantibus, magis ex deuotione, quā ex prædestinatione defertur. Itaque inter ista, qui dicit solam gratiam sine exercitio operis & laboris posse sufficere, nõne tibi videtur in hac blasphemix vocem alienata mente prorumpere? Nemo vigilet, nemo ieiunet, nemo luxuriæ impugnationem abstinentiæ contritione castiget, nemo bellum virtutis mortificatione exterioris indicat, nemo interioris curæ plagas salutifera afflictione contendant, nemo libidini contradicat, nemo criminibus remedia per laborem maceratæ carnis inquirat, nemo hostem inlecebris obscenæ voluptatis armatū crucis viribus repercutiat,

1. Cor. 9.

2. Tim. 2.

Eph. 6.

1. Pet. 5.

curiat, sed contra ignea inimici iacula nudum pectus exponat, nemo debita æternæ morti obnoxia, elemosynarum sacrificiis redimat, nemo per opera misericordix atque iustitiæ curam vulneribus ferat, sed integra ea ad diem iudicij perferat. Ecce hic qui paulo ante adfertor gratiæ putabatur, intercludendo viam salutis humane, impugnat or gratiæ, per quam salus ipsa conlata est inuenitur, & in diaboli transisse consilia adiutor perditionis ostenditur.

CONTRA HOC QVOD DICVNT AD
malum tantum liberum arbitrium promptum
esse homini, ad bonum profusus non esse.
CAPVT XI.

Esaie 51.
Rom. 6.

Rom. 6.

Rom. 6.

Esa. 36.

Colo. 3.

Eph. 5.

Rom. 12.

1. Cor. 15.

Vbi est illud prophete, Audite me qui sequimini quod iustum est & queritis dominum; Vel illud apostoli, Nescitis quoniam cui exhibuistis vos ad obediendum, serui estis cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obediens ad iustitiam. Dum ergo Apostolus ab homine studia meliora deposcit, inesse ei facultatem bonæ voluntatis ostendit, quam cum præferimus, aperte ordinationem atque mirabilem dispositionem sui prædicamus auctoris, quam ad iusta officia præparatam idem Apostolus demonstrat dicens? Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius, sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo. Item, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra, seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Nonne hic ipsum eundemque hominem ad bonorum operum studia prouocat, quem prius malis deditum fuisse manifestat? igitur dum liberi interemptor arbitrij in alteram partem omnia ex prædestinatione statuta & definita esse pronuntiat, etiam suprema remedia poenitentix sensu abruptæ impietatis euacuat. Et quomodo prædicat gratiam qui misericordiam negat? Quomodo videtur asserere Dei donum cuius tollit auxilium? Quomodo audet de scripturis presumere testimonia qui scripturarum conatur excludere beneficia? Quomodo mihi dicitur, declina à malo & fac bonum, si iam malum declinare non possunt? Quæ Apostolus loquitur: mortificate inquit, membra vestra, & iterum, Eratis inquit aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulat. Quomodo mihi mutationem mei, legis prædicator insinuat, si inimitabilem legem factor imposuit: Expoliantes, inquit, vos veterem hominem cum actibus eius, induentes nouū. Quomodo concretam peccati labem inseparabiliter ad originem & cõditionem pertinere contendis, quam deponi & exui posse cognoscis, intellige contrario te spiritu aduersus sanctum spiritum loqui, qui legis & prophetarum sacramenta, qui euangelicæ veritatis oracula mundo in adiutorium dedit, & præcepta diuina per laboriosæ seruitutis officia, gratia cooperante seruantibus, regnum cœlestis promisit. Quapropter honorem sancti operis ac laboris de præmij magnitudine ac dignitate merite, cuius palmam tu pariter & coronam vilem absque dubio iudicas, si eam sine laboriosa contritione adprehendi posse confirmas. Nunquid potest si-
ne magna operis intentione mandatum illud diuinæ
Tom. 5.

præceptionis impleri? Noli, inquit, vinci à malo, sed vince in bono malum. Vel illud: Nolite seduci, corrumpunt mores bonos colloquia mala, & quomodo inter hæc asseris acceptum gratiæ donum nullo modo periclitari, cum legas, infirmum moribus bonum à malo posse corrumpi? Num qui docuerit vt obtineatur quod Apostolus dicit: In omnibus tribulationem patimur, sed non angustamur, aporiamur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, deiciimur, sed non perimus. Et quod alio loco dicit. Mihi autem mundus crucifixus est, & ego mundo. Si hæc atque huiusmodi, quibus scripturæ sanctæ plenæ sunt, per otium comparantur, cur non ab omnibus obtineatur? Multum & remunerantis gloriæ, & remuneratoris iustitiæ derogabitur, si summi & illustres viri per quietem & desidiam coronantur. Er vbi est illud propheticum? Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Si procuratio iniquitatis salutis otiosum negotium est, communis, & generalis & lata est virtutis via, ergo mentiantur euangelia, quæ dicunt: Quæ angusta porta & arda via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Si opera cessabunt, honorem merita non habebunt. Si nihil fuerit in labore arduum, nihil erit in virtute preciosum. Sed hæc ardua via ostendit ignauos, & labor deterret otiosos. Non ergo violentia præscientis, sed inobediencia peccantis in causa est, sicut legitur: Perierunt propter iniquitates suas velut somnium exurgentis. Et iterum: Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Et alio loco: Non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare. Non ergo impossibilitas ab opere iustitiæ hominem reuocat, sed iniquitas & voluntas. Cum autem Apostolus dicat: Peccantem coram omnibus argue, nulla ratio est qua vel arguendus sit vel condemnandus qui delinquit inuitus. Sed non ita est. Nam cum per prophetam suum dominus dicat: Vnumquemque secundum vias suas iudicabo dominus Israel, quicumque succubuit passioni, non præscientia vrgente superatus est, sed peccato blandiente seductus est. Adhuc negantes conatum laboris humani, testimonium istud opponunt: Nisi Dominus ædificauerit domum, inuani laborant qui ædificant eam. Qui hoc imperite obiciunt, & totum homini denegandum credunt, primum secundum sonum literæ, intellectum suum expedire non possunt. Nunquid enim Dominus per se tantum velut solitaria procuracione salutem humani generis administrat? Non vti que. Sed cum corpus per membra dispositum capit exequatur imperium, ædificat domum suam per ecclesiæ præfules atque pastores, per eos qui dicunt: Dei enim adiutores sumus. Qui enim curâ suscipit saluandi hominis, adiutor est redemptoris. Ædificat ergo domum hanc Dominus per sanctos suos, & sancti per Dominum suum. Ædificatur ecclesia per eum qui dixit: Vt sapiens architectus fundamentum posui. Nunquid aliter ædificat & cognoscis ecclesiã quam per labores & officia sacerdotum, per ministeria & exempla sanctorum per apostolorum virtutes, & martyrum mortes? Sed inter hæc cum vsque ad omnium malorum tolerantiam, vitæque iacturam laborare debeat famulus, ad dominum tamen semper est referendus laboris effectus. Qui vero vel initium operis sibi presumit arrogare, vel finem ad illum merito dicitur. Nisi dominus ædificauerit domum, inuani laborant qui ædificat eam. Carteri sicut ab homine indefessæ seruitutis expectanda deuotio est
2 MMm

2. Cor. 4.

Gal. 6.

Psal. 6.

Psal. 72.

Psal. 6.

Psal. 77.

1. Tim. 5.

Psal. 126.

1. Dor. 3.

Matth. 25.

I. Reg. 9.

ita operis consummati domino est deputanda perfectio, cuius dona ille solus non habuit, qui servare neglexit. Nam & ille servus se accepisse cognovit, qui commissum sibi talentum negotio salutis duplicare contempsit, sed terrae potius otio languente mandavit. Sed & Saul gratiam Dei à Samuele vinctus accepit, & munificentiam specialem, regalémque potentiam, sub conditione hac, ne à praeceptis Dei declinaret, obtinuit. Et qui lucos & fana cum phyrhonibus suis magistro sacerdote subuererat, defuncto eodem, cum magistro fidem perdidit, & ad phylonissae postmodum responsa fallentia conuolauit, qui se ad deum pertinere potuisse idolorum subuersione monstrauerat.

CONTRA EVM SENSVM QVI dicit, quod vas in contumeliam non possit adsurgere, vt sit vas in honorem.

CAPVT XII.

I. Reg. 2.

A iunt vas contumeliae in vas honoris transire non posse, eo quod dixerit Apostolus, An non habet potestatem figulus lutum ex eadem massa facere, aliud vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Hoc loco praecedentes causas, quibus vel in honorem, vel in contumeliam homo transeat, conclusa locutione suppressit. Nam cum homo per gratiam esse coeperit vas honoris, inuigilandum est, vt acceptus honor diuina cooperatione seruetur, ne adquisitus homo, postmodum in vas contumeliae culpa existeret veretur. Quod autem dicunt ab ineunte aetate praefinitum, in melius non posse mutari deteriorum hominis statum, hoc illic futurum creditur post vitae huius excessum, vbi iam nec emendatio, nec mutatio erit apud inferos. Caeterum vsque in finem, & ad iustitiam transire pessimi, & periculum possunt timere perfecti. Sicut legitimus in Regum: Qui glorificant me glorificabo eos: qui autem contempnunt me, erunt ignobiles. Quare iste honoratur, & ille despicitur? Propter hoc vtique, quia & ille Deum glorificare potuit qui intulit contumeliam: & ille contemnere qui detulit gloriam. Quia placere domino Deo suo & potuit nolle qui voluit, & potuit velle qui noluit. Nec putes hic naturae esse distantiam, ipse est qui vult, ipse est qui non vult. Quisque ergo renatus in Christo, nisi prius fuerit vas malitiae per culpam propriam, vas offensae & irae esse non poterit. Et e contrario, vt praecedentibus causis iusti iudicis sententia subsequatur. Ostendamus vas contumeliae in vas honoris adiutorio Dei, & studio suo posse transire. Si, inquit, dixerit impius, morte morieris, & egerit poenitentiam à peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam, vita viuet & non morietur. Quid est impius, nisi vas contumeliae? Ecce per remedium poenitentiae subito honoratur candore gratiae, & induitur decore iustitiae, vt peccatorum fece deterfa, confidenter possit dicere cum propheta: Asperges me domine hyssopo & mundabor, lauabis me & super niuem dealabor. Audi Apostolum quomodo dealbari posse pronuntiat maculas conscientiae, vt de vase iniquitatis, vas sanctificationis appareat. In domo, inquit, magna, non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. Quid enim alia sunt vasa in honorem, alia vero in contumeliam? Attolle cor liberum ab immutabili necessitate humana conditio, & agnosce circa salutem hominis domini tui ineffabilem bonitatem. Cum

dixisset, alia quidem in honorem, alia vero in contumeliam, manum spei fidelibus aperuit, ac dilatauit ita dicens: Quod si quis se ex his expurgauerit, erit vas in honorem sanctificatum. Vas ergo cordis virtuosiusque rei capax est, & quod in se ante permisit infundi, facile potest prioris propositi mutatione vacuari, vt ipsum atque idem vas in se & apud se effusa iniquitate permaneat. Itaque vas ad substantiam hominis, quod vero in vase conditur, ad genus ac diuersitatem pertinet voluntatis. Et alio loco ostendit Dominus perditum restitui posse, cum dicit: Non sum missus, nisi ad oues quae perierunt domus Israël. Et iterum, Epulari & gaudere oportet, quia hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit, perierat & inuentus est. Non ergo in natura eius fuerat facta perditio, sed qui recessit ad contemptu mortuus fuerat, reuixit desiderio reuertendi. Nam sicut sui criminis est quod longe pij parentis refugit oculos, ita sua est deuotionis quod per insitum sibi bonum delibans & adurgens, ad paternos recurrit amplexus. Sed gratia quae pulsauerat peregrinantem, ipsa suscepit reuertentem. Recedat hinc originalis definitio vel fatalis. Ecce mortuus viuificatur, & perditus inuenitur: Sicut & mulier euangelica quae amissam in domo drachmam, id est, rem vel cuiuscunque muneris vel salutis, lucerna inquit accensa, & ad gratiae oleum adponit studium suum, & cum Dei adiutorio iungit se requirentis intentio. Ac sic quod intus perdidit, intus inuenit. Si quando ergo homo ex bono malus, vel ex malo bonus effici arbitrio mentis adnititur, voluntas quae libera est, à Deo data corrigitur, non vis praedestinationis operatur. Et quotiescunque in sacris paginis legeris: In quacunque die conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Et iterum: Nolo mortem impij, sed vt reuertatur impius à via sua & viuat. Conuertimini à viis vestris pessimis. Et iterum: Impietas impij non nocebit eum, in quacunque die conuersus fuerit ab iniustitia sua. Et illud: Auferte vetus fermentum, vt sitis noua confersio. Et quoties homo ad meliora, deterioribus repudiatis, gratia iuuante conuertitur, toties de vase contumeliae, vas honoris efficitur. Vt vero de bonis mali efficiantur, hoc facilius in se recipit humana fragilitas, vt de vase honoris, in vas contumeliae transeat. Sicut legitimus in Abacuc: & escae eius electae. De quibus etiam dicitur: Aurum vt paleas reputabit. Hieremias quoque, Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Sicut & Apostolus dicit: Tollam ergo membra Christi, & faciam membra meretricis? Itaque manifesta sententia est, de Christi corpore posse hominem in partem diaboli per culpam propriam commutari. Sicut & alio loco absolutissime docet de optimo pessimum fieri, & templum dei posse violari, ita dicendo: Vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis. Siquis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Ecce iam templum Dei esse dinoscitur, ià à sancto spiritu possidetur, & tamen per incuriam violari atque corrumpi, & ab indigno hospite occupari posse memoratur. Sicut & propheta increpat animam, Dei gratia sponte vacuatam. Ego plantauit vineam electam, omne semē verum, quomodo conuersa est in amaritudinem vitis aliena? Ecce vineam à Deo nobili radice plantatam, studio cultoris electam, proprio ostēdit crimine deprauatam. Et ideo de ea in Esaiā cantiquo loquitur: Expectaui vt faceret vnam

Luc. 15.

Exch. 33.

I. Cor. 5.

Tren. 4.

I. Cor. 6.

I. Cor. 6.

Hier. 2.

vnam

I. Cor. 10.

Esai.

vnam, fecit autem spinas. Expectatio increpantis agricolae, ostendit hanc vineam dare fructus potuisse iustitiae. Et cum stantem cadere testetur posse, cum dicit: Et qui se existimat stare, videat ne cadat, Et e contrario, ad iacentem loquitur: Nunquid qui cadit non resurgit? Potens est enim deus statuere illum. Aperte ostendit statum hominis in diuersa non pro constitutione Dei, sed pro arbitrij libertate posse versari. Sed & Esaias euidenter affirmat deprauata corrigi, & dilui posse maculata, cum ad peccatores loquitur dicens: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.

ITEM, VELLE ET NOLLE, SICVT ad malum, ita etiam ad bonam partem hominis arbitrio potest fuisse commissum.

CAP. XIII.

Inter haec sollicitate nobis apud haereticos requirendum est, vtrum homo bonum non possit an nolit, insita homini bonae semina voluntatis. Quod euidenter adsignat ita dicens: Si volueris, mandata conseruabunt te, & noli deficere à disciplina domini, & noli abstinerere benefacere egeni, & noli fabricare in amicum tuum mala, & nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, & noli repudiare consilia matris tuae, & noli intendere fallaci mulieri, & nolite intelligere vt bene ageret, & noluerunt accipere disciplinam. Cui nolle obicitur, velle in promptu fuisse euidenter ostenditur. Et plura similia sunt in eloquijs veteris testamēti, quae omnia ipsam specialiter constringunt, & conueniunt voluntatem. In libris etiam nouis euangelicis & apostolicis, quid aliud nisi libertas voluntatis ostenditur, vbi dicitur: Nolite thesaurizare thesauros in terra, & nolite eos timere qui occidunt corpus: sobrius estote, iusti, & nolite peccare. Et ad Timotheum. Noli negligere gratiam quae in te est, nec bonum tuum velut ex necessitate sit, sed ex voluntate. Et alio loco. Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi. Nolite detrahere in alterutrum, & nolite errare, Deus non iridetur. quae enim seminauerit homo, haec & metet. Et, nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Videmus ergo & in bonam, & in contrariam partem, posse humanae mentis transire consensum. Et ideo alio loco dicit: Bonum (inquit) facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Operemur ergo bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Nolite, inquit, diligere mundum, nisi ei bonum ad meliora contulisset affectum, mali ei non interdiceret appetitum, & ideo in sinistram crimine suo trahitur, qui à domino suo vocatur ad dexteram. Et propterea iterum dicit: Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Aperte mali necessitate non premitur, cui victoria de boni electione promittitur. Non enim in deua lex originis trahit, quem auctor in biuo collocat, ac sic cui voluntas indita est vt vincere malum possit, si forte aduersarios voces, sit animus, ei pugnandi desuit euentus, non desuit obtinendi. Legimus ad Hebraeos: Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Secundum haec si libertate peccamus? qua causa si reus sit requiras, quia

post acceptam notitiam veritatis, ad spiritum declinauit erroris. Post acceptam inquit, notitiam: Intellige eum accepisse gratiam, & per negligentiam perdidisse, & iterum. Irritam faciens legem Moysi sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur, quāto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiae contumeliam fecerit? Quis sub duobus, aut tribus testibus accusatur, & quasi proprii criminis reus moritur, si iam inexcitabili ad peccandum naturae lege deprimitur? Sed ideo absque dubio meretur poenam, quia potuit, & noluit custodire iustitiam. Qua vero causa in tanto bono exutus sit si requiras? quia, inquit, spiritui gratiae contumeliam fecit. Agnosce hoc loco quia gratia non tam negata homini desuit, sed hominem prius ab eodem derelicta & contempta, deseruit benignitas dantis. Cum quodam dolore increpat contumeliam respuentis, ac sic cum ad deum voluntarius declinauit, non petiit derelictus, qui se ingerenti misericordiae subtraxit ingratus. Similis effectus illis, de quibus psalmista pronuntiat: Et benedixit eos, & multiplicati sunt nimis. Et in sequenti, causas amissae benedictionis obtendit. Et seduxerunt inquit, eos vana ipsorum, & seduxerunt eos in inuio & non in via. Hic prauaricator mandati, ideo apparuit reus, quia ad malum magis seductus est quam coactus. Simiter & ad Galathas transgressionis noxam ad hominis retorquet offensam, ita dicens: Sed tunc quidam ignorantes Deum, his qui natura non sunt dii seruiebatis. Secundum hanc naturam Deus est Christus, cui seruire praecipimur. Sequitur. Nunc autem cum cognoueritis Deum, immo cogniti sitis à Deo, quomodo conuertimini ad infirma & egena elementa, quibus de nouo seruire vultis? Non dixit, boni esse non potestis, sed mali esse vultis, nisi in bono potuissent stare correcti, non arguerentur ad deteriora prolapsi. Ad quos iterum dicit: Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Ecce istos qui de fide geniti facti fuerant abortiui, asserit adhuc posse ad Christi imaginem reformari, & dum perditos adhuc filios vocat, prauaricationem sine desperatione condemnat, docens & reparari perdita, & auferri posse conlata. Nam cum alio loco haereticus apostolice sententiam praedestinationem Dei vel praefinitionem interpretetur esse cum legitur: miserebor cui volueris, & misericordiam praestabo cuius miserebor, interrogandus est vtrum quod vult Deus, ordinatum an inordinatum, iustum, an iniustum sit? Cum id, quod necesse est, iustum esse responderit, dicendum est: Puto hic verba esse iustitiae, quia voluntas diuina, iustitia est. Et ita haec elocutio intelligenda est, miserebor cui volueris, id est, quem iustum esse cognouero, cuius promptam fidem videro, quem praecipis meis obedire perspexero, quem meam facere probauro voluntatem. Et misericordiam inquit, praestabo cuius miserebor: quod ita intelligendum est, Qui conlata à Deo misericordiam subdita & sollicita mente seruaerit, amplioem misericordiam consequetur, sicut alio loco dicit. Qui enim habet, dabitur illi, & superabundabit, id est, quia acceptum dei donum cum vigilantia & cordis timore custodit, magis ac magis gratiae ipsius capiet augmentum, vt ei profectus ipse patiat incrementa profectuum: sicut alio loco dicit. Et sanctus adhuc sanctificetur.

Psalm. 116.

Gal. 4.

Gal. 4.

Rom. 9.

Quod autem & illud ad præfinitionem Dei putant esse referendum, quod Apostolus dicit: Ergo cuius vult miseretur, & quæ vult indurat: Dicis itaque mihi, quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? Manifeste hic sub interrogantis vel obiectantis persona contrarium sensum Apostolus intromittit, quem ex aduerso propositum sequenti increpatione castigat dicens: O homo, tu quis es qui respondeas Deo? An non habet potestatem figulus lutæ ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Hic infidelis curiositatem, arguentis autoritate compefcit, & cum dicit: An non habet potestatem? Hic calumniantem solum dei obicit potestatem, contemnens ei de ratione qui vniuersos humanos actus diuinæ ordinationi indocte & infideliter adscribat. An non habet potestatem figulus lutæ ex eadem massa facere, aliud vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Inter hæc dum dicit, ex eadem massa, quicumque duas humani generis massas esse arbitrabaris, vnam sacra ex lectione cognosce. Duas autem facit prauitas studiorum, & diuersitas voluntatum. Ita pro earum qualitatibus, non pro impulsu dei, vnusquisque aut contumeliam vas, aut honoris efficitur.

VBI SIBI GRATIA DEI ET VOLUNTAS humana, testimoniorum assertione sociantur, & de paruulis inanis calumnia transeundo perstringitur. CAP. XIII.

Si bene intendas animum, aperte copioseque cognosceis, quo modo per sanctarum paginas scripturarum, nunc afferatur gratiæ virtus, nunc humanæ voluntatis ad sensus. Fragilitatem arbitrij demonstramus, cum ad deum dicimus: Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. Item iubet sermo diuinus, vt aliquid vigor possit arbitrij, dum ad hominem dicit: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Arbitrium commendat sapientiæ sermo, cum dicit, Omni custodia serua cor tuum. Sed apostolus sine diuino adiutorio hoc fieri non posse manifestat, cum dicit: Dominus custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu. Afferit propheta voluntatis propriæ facultatem, de semetipso dicens, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas. Sed nihil de solis eius viribus intelligit præsumendum, cum proclamat ad deum. Inclina, inquit, cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam. Propter liberum indicitur nobis, rectos cursus fac pedibus tuis, & vias tuas dirige. Sed nos ad gratiam confugientes, pro infirmitatis conscientia supplicamus. Dirige in conspectu tuo viam meam, & perfice gressus meos in semitis tuis. Imperat nobis, qui propriæ voluntatis generali dispensatione ius tribuit, inluminare vobis lumen scientiæ. Pro eo vero quod totum ad authorem gratiæ referendum est legimus: qui docet hominem scientiam, vel, dominus illuminat cæcos. & iterum: Illumina oculos meos ne vnquam dormiam in morte, & beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Apostolus arbitrij prædicator, libertatem eius ita incitat dicens: Custodite animas vestras. Sed misericordiam dei protektatur, ita commemorans: Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum. Per hæc itaque quibus modo arbitrij libertas asseritur, modo cælestis largitas demonstratur, nunc homo de

concessis viribus admonetur, ne de sola gratia speret otiosus: nunc de gratia sperare præcipitur, ne de solo sit labore securus. Sed dicis: Si prædestinatio non est, cur in paruulis alij baptizantur, alij sine baptismi sanctificatione rapiuntur? Serpentiæ fraudis est, ad tenebrosas cauernas relicta luce transfugere. Cum per omnia volumina sacre literæ euidenter liberum loquantur arbitrium, Quid rationis est vt interrogare velis occulta, cum sollicitudini tuæ plenissime videas respondere manifesta? Quid vtilitatis est certa omittere, & incerta consulere, de quibus nihil inuenis catholica lectione conscriptum? Non intelligis quod in veritatis iniuriam persecutaris, quicquid veritas scire te noluit? Materiam de liberi arbitrij ratione proponis, & ad discutendum infantiam statum pernicioso errore delaberis? in quo nullum penitus vestigium liberi arbitrij, nullum apparere potest propriæ voluntatis indicium.

CONTRA HOC QVOD DICVNT, EOS qui post baptismum pereunt, in baptismum penitus non credidisse. CAP. XV.

Hoc loco respondendum est, in quo auctore hoc legis, de quo doctore hoc asserere præsumis? & cum in baptismo aboleri peccatum originale non deneges, & firmum esse baptismum comprobetur, vbi indiuisa trinitas inuocatur, da causas quibus baptizatus adhuc intra debitum originale consistat. Et ipsi inquis, in Adam pereunt, quia in baptismum non crediderunt. Nonne tu paulo ante dicebas, ad capefcenda Dei dona studium hominis non requiri? Ecce tu ipse manifestissime profiteris sine accipientis deuotione irritam esse munificentiam largientis. Tu, inquam, ipse confirmas sine merito fidei, id est, sine cooperatione voluntatis humanæ, gratiam nihil prodesse, & quomodo dicis totum Deus sibi de statu hominis referuauit, & nihil homini dedit? Ecce etiam secundum sententiam tuam nec ipsum sibi regenerationis potest constare mysterium, nisi homo iuxta benedictionis donum adhibuerit credulitatis affectum. Cui negas conatum, quid ab illo requiris ad sensum? Cum autem propheta dicat. Exibunt aquæ viuæ de Hierusalem, in quibus vitalis vndæ sacramenta designat, quomodo fieri potest, vt innouatus homo delectam veteris hominis cautionem secum retineat? Quomodo fieri potest, vt cum debito Adæ in Christo absolutus resurgat? Quomodo fieri potest vt de sacri fontis intugum cum adoptiuo dei adhuc mortem vita parturiat? cum dicat apostolus: quicumque in Christo baptizati estis Christum induistis? quem vtique nullus induere potest, nisi indumenta primæ natiuitatis exuerit. Cui autem ad baptismum sponte venienti, baptismum non profuisse poteris edocere, cum etiam hæretico in trinitatis nomine regenerato tantum per se virtus ipsa mysterij conferat, vt si postmodum ad Christi fidem transeat, baptismatis iteratione non egeat? sed ita operante gratia ablutus iudicetur, vt tantum benedictione chrismatism induatur. Hunc vero persuasione tuæ reprobum sensum catholica dætestatur ecclesia. Ideo, inquis, genitili quamlibet vnda perfusi minus baptismi non accipiunt, quia ad baptismum infideliter veniunt. Non ita est. Aduerte quia hoc ipsum ad baptismum venire & salutem desiderare, iam fidei est. Quicumque inquis, post baptismum pereunt, in Adam

Adam pereunt, quia in baptismo non crediderunt. Rectius diceres ideo eos perisse post baptismum, quia ad gratiæ donum iungere noluerunt laboris officium, quia eos consuetudinis negligentia cordis quæ desidia à vigilantia operis & à sollicitate seruitutis reuocauit indaltria. Quod si culpa incredulitatis causa est perditionis, quid de paruulis sentiemus, quibus in parentum deuotione, & in lactentis infantie simplicitate integra fidei peruigilia deputantur, qui absque vilo infidelitatis periculo immaculata regenerationis munera consequuntur, & multi eorum processu ætatis in mortis præcipitia demerguntur? Quæ id ratio agit, nisi quia expugnari se patiuntur ignauia resoluente? & causam cur fracti viderentur exposuit. Propter incredulitatem, inquit, fracti sunt, non vtique propter scientiam. Non specialem esse circa credentes dei munificentiam docet, quando & eos quos incredulitas arguit credere potuisse demonstrat. Quo genere, etiam infideles copiam fidei accepisse manifestat, & dum de naturalibus fractos dicit, præsumentes salutifera castigatione compefcit: Si, inquit, naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Et subdidit. Et illi, inquit, si non permanferint in incredulitate, inferentur, potens est deus iterum inferere illos. Magnanimitatem itaque hic, & humilitatem cordis adloquitur. Humilitatem, vt & qui infertus est, frangi timeat: magnanimitatem, vt spem remunerationis & qui fractus est non deponat. Sic ouem perditam pastor sedulus inquisiuit, & inuentam subiectis ad ouile humeris reportauit. Quomodo sequentem relinqueret, qui sequitur etiam relinquentem?

CONTRA HOC QVOD DICVNT, Christum non pro omnibus mortuum. CAPVT XVI.

Dominum nostrum Iesum Christum aiunt humanam carnem non pro omnium salute sumpsisse, nec pro omnibus mortuum esse. Hoc omnimodis catholica dætestatur ecclesia. Nam si ita esset, quomodo Apostolus diceret: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur? Hic dici non potest pro parte totum. Nam sicut pars prima sententiæ, omnes in Adam moriuntur euidenter ostendit, sine dubio hoc quod sequitur, in Christo omnes viuificabuntur. Nihilominus ad omnes in Christo viuificandos, non ex parte, sed generaliter pertinere Apostolus indicauit. Idem etiam impij per virtutem resurrectionis Christi resuscitandi esse creduntur, licet etiam non iudicandi, sed puniendi resurgant. Cum autem Apostolus dicat: qui est saluator omnium hominum maxime fidelium: quod dixit, omnium hominum, ad propositum diuinæ bonitatis aspexit. Quod autem dixit, maxime fidelium, illos hoc loco pronuntiauit atque distinxit, qui per fidem, per obedientiam, per subditam voluntatem redemptoris munera susceperunt. Pro vniuersis autem venisse Christum, idem Apostolus declarat: Caritas, inquit, Christi vrget nos iudicantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuunt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Quia ergo resurrectio generalis, ad virtutem pertinet redemptionis, si redemptio non ad omnes

pertinet, nec ad omnes resurrectio pertinebit. Et ideo quia sicut omnes resurgimus, licet non omnes immutabimur, ita dominum redemptorem cum generalis misericordiæ beneficio venisse testamur, & si illud infidelitas, quia noluit, non recepit. Nam deum quolibet tempore qui quæsiuit inuenit, & qui inuenisse non visus est, non quæsiuit. Quod si, quem admodum abrupta blasphemata impietas, alij ad mortem præordinati, alij prædestinati videntur ad vitam, nullam Christus veniendi causam, nullam moriendi quam pietas eius inuenit habuit necessitatem. Nouum ergo remedium nihil agere posuit, si ante secula res humanas definitio vetusta præfixit. Sed quia fatalis persuasio, quæ vim præscientiæ cogentis inducit, omnimodis respuenda est, ideo magis & legem dedit, & Prophetas mediis temporibus excitauit, quia arbitrium voluntatis humanæ adtenuatum noverat, non ablatum. Quod si ex toto vigor eius perisset, quomodo legeretur. Et in lege domini fuit voluntas eius: Et iterum: Voluntarie sacrificabo tibi domine. Et ad Philemonem: Vt non ex necessitate, sed voluntarium esset bonum tuum. Et cum dicat in euangelio: Caro mea est quam ego dabo pro mundi vita, dubitare penitus non debemus, quod pro toto mundo se impenderit, qui plus dedit, quam totus mundus valebat. Sicut & beatus Ioannes euangelista testatur. Ipse est enim propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum sed & pro totius mundi. Sed dicis, quomodo totum mundum redemit? Ecce videmus homines in peccatis suis vivere: quomodo putabimus redemptos quos videmus permanere captiuos: hoc loco intellectum de proposita similitudine colligamus. Verbi gratia. Si legatus aliquis vel sacerdos intercessurus pro ciuitate captiua largius pretium deserat, & vniuersum captiuitatis populum de manu eius recipiat qui belli iura retinebat, & omnis omnino relaxetur lex, ac necessitas seruitutis, & inter hæc si forte illic aliquos de captiuis vel oblectatio consuetudinis vel male blandus prædo solliciter, gratuitum beneficium vnusquisque voluntatis suæ seruus recuset, nunquid minorauit gratiam pretij contemptus ingrati? Nunquid aliquam beneuolentiæ redemptoris intulit diminutionem qui respuit libertatem? Non ita est. Quinimmo sicut redemptori gratus potest esse qui rediit, ita de contemptu reus est qui remansit. Volentes enim redemite voluntatum remunerator. Iustus enim arbiter deus voluntarium cupit redire, quæ non inuitum meminit corruisse. Quæ cum ita sint, dic mihi, quem à gratia redemptionis exceperit, qui damnationis anti-quæ chirographum generale delcuit?

CONTRA HOC QVOD EVANGELIUM cum sententiam imperito & improbo sensu interpretantur. CAPVT XVII.

NEMO, inquit, venit ad me, nisi pater qui misit me adtraxerit eum. Quis tam immemor salutis suæ, sit qui adtrahentis misericordiam negare præsumat. Sed ille vere impius est, qui eam non omnibus ingeri, non omnibus testatur impendi, Hoc loco adtracti salutem adtrahentis putat esse violentiam. Apparet illum non nosse nisi catenas obnoxie seruitutis, qui deuotæ nescit vincula charitatis. Hic autem sermo diuinus specialiter

Rom. 1.

Phil. 1. Phil. 2.

Ioan. 6.

1. Ioan. 3.

1. Co. 15.

1. Tim. 4.

2. Cor. 5.

Tom. 5.

Ioan. 6.

Euseb. 18.

Io. 6.

Mat. 9.

Osee. II.

Cant. I.

Mat. II.

Io. 6.

Ioan. 6.

inrepat hominē de propriis sibi viribus arrogantem, & de labore suo impie præsumentem. Cum inter hæc vnus totum labori, alter totum gratiæ iudicet deputandum, impletur in vitroque græca sententia: Nimietates inquit & æqualitates, sunt similis improbitas: & par esse probatur impietas, si totum soli gratiæ, vel si totum soli adscribatur labori. Quid nos oportet inter ista sentire, nisi vt semper gratiæ subiiciamus laborem, & semper gratiam cū labore sociemus. Sed ante omnia arrogantiam laboris refugiamus, nec nobis quicquam de eius meritis vindicemus, ne pharisæum imitari mortifera iactantia præsumptione videamur. Nā cum ille orans indubitanter verum diceret, seiuo bis in sabbaro, decimas de omnium quæcunq; possideo, euacuauit veri fidem, quia veritati miscuit vanitatem. Non ergo operatio sed cordis elatio declinandam est. Nemo, inquit, venit ad me, nisi pater adtraxerit eum. Nunquid velut insensibilis & inepta materies de loco ad locum mouendus est & trahendus? Sed adficienti, & vocanti domino famulus manum fidei, qua adtrahatur extendit, & dicit. Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et ita se duo ista coniungunt, adtrahentis virtus, & obedientis affectus: quomodo si æger aliquis adfurgerē conetur, & facultas animum non sequatur, & propterea sibi porrigi dexteram deprecetur. Clamat voluntas, quia sola perse eleuari nescit infirmitas. Ita dominus inuitat volentem, adtrahit desiderantem, erigit adnitentem. Quid est autem adtrahere, nisi prædicare, nisi scripturarum consolatoribus excitare, increpationibus deterrere, desideranda proponere, intentare metuenda, iudicium comminari, præmium polliceri. Audi dominum non duris nexibus sed manibus adtrahentem, & dilectionis brachiis inuitantem, sicut ait propheta: Adtraxi eos in vinculis charitatis. Et illud. Post te in odorem vnguentorum tuorum currimus. Et ideo dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, ne vilis excusare se possit exclusus, qui conuincitur inuitatus. Licet enim non omnes obedientiam exhibituros esse prænosceret, omnibus tamen & velle & posse donauerat. Hoc loco sollicitus requiratur, vtrum quisque adtrahi velit, an nolit. Si non vult, ab solite adtrahentis beniuolentiam non meretur. Si autem vult, ecce iam cum deo & hominis consensus operatur. Nemo, inquit, venit ad me, nisi pater adtraxerit eū. Quomodo adtrahentem vides, quorū dissimulas videre venientem? & ideo sicut gratiæ est quod adtrahitur, ita obedientiæ probatur esse quod sequitur. Hæc adtrahentis dei misericordia si dignis datur, aduertis quia iam & studio humanæ consequens est, vt etiam reprobis non negetur, & euidenti miseratione bonitas dei indiscreta, & iustis & peccatoribus offeratur. Sed is quæ respicit adtrahentem, requirit omnimodis præcepta seruantem, vt per quandam voluntatis ansulam, comprehendit & adtrahi valeat qui vocatur. Quod si eum puras adtrahere nolentes, cælesti iusticiæ iniquitatis pondus imponis. Sed si inuenitur adtrahere nolentes, quanto magis complectitur desiderantes. nam etiam qui sine labore videtur adtrahi, laboraturus est vt inhaereat adtrahenti. Quanti enim venerunt, & recesserunt? quia adtrahenti in gratia perseverare desideratore vocante noluerunt. Sicut in euangelio scriptum est: Multi ex discipulis eius audientes, abiierunt retrorsum, et iam cum illo non ambulabant. Item? Dixit autem Iesus ad duodecim. Nunquid &

vos vultis abire? respondit ei petrus. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus quia tu es Christus filius Dei. In vtrisque libera fuit voluntas, & in illis vt ingrata mente discederent; & in istis, vt cum libertate fidei permanerent.

CONTRA HOC QVOD DICVNT, quia Dei violentia induret hominem ne venire valeat ad salutem. CAP. XVIII.

S ipse, vt blasphemus vult, obdurat, quomodo ait in Psalmo: Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra? & iterum. Secundum duriciam autem tuam & impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ. Item in Hieremia: Percussisti eos, & non doluerunt. adtraxisti eos, & reuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Adhuc causam obdurationis aduerte, secundum sententiam sapientissimi Salomonis, qui dicit: Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit, id est, de assiduitate peccandi, desperatio nascitur: obduratio vero ex desperatione generatur. Dum dicit Hieremias: Noluerunt reuerti, vides quia obduratio cordis, crimen est propriæ voluntatis? In honestus, cupidus, & cruentus, & cuiuslibet facinorosis seruus, si peccatis non reluctetur. Videamus vnde obduratio ista nascatur. Non vtique violentia compellentis, sed clementia relaxantis obdurationis occasio est. Dūmque ad penitentiam sustinet delinquentem infatigabilis bonitas, abutitur beneuolentia remittentis elata securitas. Ideo ait beatus Apostolus: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit? Secundum duriciam autem tuam & cor impenitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Aduertis quod Apostolus dicendo, secundum duriciam tuam & cor impenitens, non deo, sed homini culpam indurationis cordis adscribit. Ignoras, inquit, quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit? secundum duriciam autem tuam, & impenitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei. Agnosce quia non austeritas dei indurat corda malorum, sed bonitas. Nam qui a tribulationum laboribus ac flagellis pro dei patientiam non affliguntur, ideo superbia deprauantur. Quod ita esse euidenter & propheta commemorat dicens: In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia eorum. Ac sic dum pœna in iudicium referatur, dūmque ad emendationem prouocat domini longanimitas, in seruo contemptum nutrit impunitas. Qui reddit, inquit, unicuique secundū opera sua. Certe non imponit deus homini secundū præscientiā peccati necessitatē, à quo secundū opera sua legitur exactur? esse rationem. Peccaui, inquit, propheta, & quid accidit mihi triste? hoc est dicere: Certū est deum nescire peccata, qui non accelerat pro vltione supplicia. Et iterū. Dicit enim in corde suo: Oblitus est deus, auertit faciem suam ne videat vsque in finem. Dum ergo dicit: Oblitus est deus: patientiam remittentis negligētiam iudicat ignorantis, & arbitratur oblitum quod magnanimus dispensator referuat in posterum. Quo genere, metuentem ammonitio dei castigantis emendat, contemnentem magis lenitas moderantis obdurat, vt putet de deo impius, quod vsque in finem ignorantia obsecurante non videat quicquid ad præsens beneuolentia

ria sustinentis punire dissimulat. Et cum proberur ab insultante contemptus, obdurationem putatur operari. Dum enim iram inter crebrescētia peccata suspenderit, peccatorem insultare permittit.

CONTRA HOC QVOD DICVNT, homines voluntate Dei impelluntur in mortem. CAP. XIX.

S I autem, vt dicit hæreticus, per voluntatem dei trahuntur homines in perditionem, quomodo in lectione Regum mulier loquitur ad David? Nec vult, inquit, deus perire animam, sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abiectus est. Item & Ezechiel sub verbis dei ita dicit. Multo labore sudatum est, & non exiit ab ea nimia rubigo eius, neque per ignē immundicia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata à fordibus tuis. Ecce deus hominem non solum saluari optat, sed pro eius purgatione multo labore defudat. Porro pro ratione iustitiæ per se effectum medentis cura non peragit, quia voluntatem eius qui est purgandus expectat. Item, defecit sufflatorium, frustra conflauit sufflator: maliciæ enim vestræ non sunt consumptæ. Dum audis sufflatorium vel conflatoris officium, intellige purum metallum adulterina permixtione corruptum, & à naturali sinceritate vitiatum. Si homo in mortem impulsus ac voluntate dei agitur, cur item sub Ezechielem impatans, & velut dolens loquitur: quare moriemini domus Israel, quoniam nolo mortem impij dicit dominus? reuertimini & uiuite. Et quomodo eos in mortem, vt blasphemus, impellit, quos ad vitam non solum nutu iubentis, sed affectu supplicantis inuitat. Item, Vno ego dicit dominus, nolo mortē impij, sed vt reuertatur impius à via sua & uiuat. Reditum se in potestate habere cognoscat, qui à domino prouocatur vt redeat. Vno ego dicit dominus. Ne de indulgentia reus dubitet, iudex clementiam suam etiam quadam sacramenti interpositione confirmat. Sed & per Apostoli Petri sententiam volūtas benignissimi in sinuatur auctoris. Non tardat inquit dominus promissum suum, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed ad penitentiam reuerti. Peccati ingeritur penitentia, vt in confrenda misericordia locum possit habere iustitia. Sed patienter, inquit, agit emendationem hominis, quia impatienter desiderat, patienter expectat. Item secundum Lucam: Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illam dicens, Non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Hic constringendi sunt hæretici. Si dominus peccatoris salutis intercluserat aditum, ergo falso istorum defleuit exitum. Si autem eoru perditionem videret, vt manifestum est: amore perdidit, non voluntatem suam homini, sed consensum hominis voluntati suæ defuisse monstrauit. Quid mirum si pro salute hominis lachrymas fudit, mox sanguinem profusus? Item in Mattheo. Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas: & noluisti. Duas res hic agit sermo dominus. Nam dum dicit, Quoties volui & noluisti, in deo propositi bonitas, in homine arbitrij est expressa libertas. Dicendo autem, Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, saluare se eos voluisse pronuntiat, cum euidenter proferat causas, per quas salutem eis negare debuerit. Hoc loco duplici ge-

nere in seruo iniquitas cruentæ mentis ostenditur. In domino indulgentia benignissime voluntatis aperitur. Si deus perire vult hominē, quomodo dicit etiam propheta Micheas, Indicabo tibi o homo quid sit bonū, & quid dominus requirat à te? vtique facere iudicium, & diligere misericordiā, & sollicitum ambulare cum deo tuo. Dum dicit, & quid dominus quærat à te, vtique facere iudicium: promptam exercendi boni operis voluntatem non reposceret, si non dedisset. Vides, quia sicut dei est vt prouocans adhortetur, ita obedientiæ hominis reseruat est, vt sequatur.

FINIS LIBRI PRIMI.

CAPITA LIBRI SECVNDI.

- 1 Contra hoc quod impie asserunt, a deo induci cor Pharaonis.
- 2 Quod præscientia dei, nec ad iustitiam, nec ad contraria humanas violenter urgeat voluntates.
- 3 Quod aliud sit præscire, aliud prædestinare.
- 4 Contra hoc quod dicunt: In istos misericors est, quos adquiri, in illos iustus est quos relinquit, cum & circa malos misericors, & circa bonos etiam iustus apparcat.
- 5 Contra hoc quod dicunt, non tam noluit, quam non potuit saluus esse qui perit, iuxta quod legimus: & non poterant credere.
- 6 Quid sit quod ait. Cum enim nondū egissent aliquid boni aut mali. Et quid sit quod ait, vt propositum dei maneret. Et contra hoc quod dicunt: Totus perit, Adam.
- 7 Ad cuius imaginem & similitudinem primus homo sit conditus. Et contra hoc, quod natura legem aut inuente dicant aut iustitiam non fuisse.
- 8 De eo quod natura legem in primo homine asserunt interisse, nec per posteros viguisse vsque ad saluatoris aduentum.
- 9 Contra hoc quod dicunt: Quia ante gratia tempus agnitio vnus dei genibus concessa non fuerit.
- 10 Genes deum naturaliter sapuisse. Similiter & de Niniuitis.

FINIS.

FAVSTI EPISCOPI, DE GRATIA DEI, ET HVMANAE MENTIS libero arbitrio, liber. I.

CONTRA HOC QVOD IMPIE asserunt a deo induratum fuisse cor Pharaonis. CAPVT I.

Hic sensum scripturæ sanctæ sollicitus perferretur, & obicientis animum consulamus, vtrum Pharaon volens, an inuitus à domino fuerit induratus: si volens, ipsi vtique culpam obdurationis assignas: si vero inuitus, iniquitatem dei obdurantis accusas. Quæ enim iustitia erat, si quem ipse obdurauerat, ipse puniret? Cum vero dominus ipse ad eum loquatur & dicat: cur non vis dimittere populum meū? vel, vsquequo non vis subici mihi? ecce vbi diuini testimonij liberam fuisse in Pharaone agnoscimus voluntatem. Hac ratione Pharaonem dicit dominus obdurabo, dum enim mihi in decem plagis, quas à Mose exoratus remoueo, insultare permitto. Ego, inquit, obdurabo cor Pharaonis. Sic interdū familiariter etiam apud homines genus huius elocutionis adsumimus, MMm iij

Epo. 8.

fic interdū contumacibus famulis exprobramus mansuetudinem nostram ita dicentes: Ego patientia mea te pessimum feci, ego remissione mea maliciam tuam superbiamque nutriui, ego te contumacem indulgentia mea reddidi, ego dissimulatione mea cor tuum vt contra me obduratur animauit. Er hoc modo quod in bonitate domini virtutis est testimonium, in serui in probitate sit vitium. At autem sermo diuinus: Vidensque Pharaō eo quod data esset requies, ingranauit cor suum. Manifestissime hoc loco indulta requies cor Pharaonis indurasse perferibitur. Hoc enim quod dicit: obdurauit cor suum: non passiuum verbum est, sed actiuum. Vis scire quia diuina moderatione ob causam induratae mentis operatur? Idem ipse Pharaō in decem plagis positus cum percuteretur mitigabatur: cum laxaretur, ingranabatur, Ac sic impium diuina seueritas inclinabat, bonitas obdurabat, & vt se esse liberi arbitrij demonstraret, castigatē Deo populū dimittebat, parcēte reuocabat. Perspice quomodo rebellem spiritum cœlestis lenitas obdurat. Accedentibus micoribus, & flagellis recentibus insolescit. Agnosce rationem obdurationis, & vim propriæ voluntatis. Hebræum populū quem egredi pro imposta sibi contritione nunc præcipit, & pro plagarum moderatione nunc prohibet, ad extremum incumbētibz plagis, etiam festinus perurget, & abire compellit. Nō ergo induratur in multa dei potentia, sed contemprior efficitur in multa dei patientia. Denique inter alternas vices castigationis & remissionis flagellatus humiliatur, exauditus erigitur, liberatus insultat, afflictus obtemperat, & filios Israeliticōs post decimam plagam emisisse cognoscitur, ad primam eum emittere potuisset voluntas postrema testatur. Et cum inter medias correptiones proficitur: Iustus es domine, ego vero & populus meus impij: non se à deo, sed à voluntate propria deprauatum conscientia suæ testis ostendit: & tu deum circa Pharaonem durum vel iniquum fuisse præsumis asserere, quem circa se iustum & pium ipse sacrilegus nō potuit abnegare: Immittere deum Christianus esse conqueritur, quē pium etiam impius confiteretur. Hoc ergo agit in hominibus cœlestis misericordiae dispensatio, quod in terris pluuiæ superuenientis infusio, ad copiosū imbris inlapsū, cultus & edomitus celsis multiplicatur germinum foetibus: verum inculcus & crudus inutilibus herbis repletur, & sentibus: ac sic vnus idēque imber duas res diuersas atque contrarias iuxta culturæ aut studij operatur, aut vitium. Sicut legimus: Terra enim sæpe venientem super se bibēs imbrem, & generās herbam oportunam, illis à quibus colitur, accipit benedictionē à deo. Proferens autē spinas ac tribulos reproba est & maledictio proxima, cuius consummatio in combustionē. Agnosce terram sub vno eodēque imbre nunc spinas & tribulos germinantem, nunc fructus benedictionibus idoneos proferentem. Eodem modo dum misericordia dei expectat & parcit, emendatur obediens, obduratur impoenitens.

*QVOD PRÆSCIENTIA DEI
nec ad iustā nec ad contrariā humanā
violenter urgeat voluntates.*
CAP. II.

Præscientiam & prædestinationem Dei male intelligunt astruentes, quod inde humanorum actuum causa nascatur. Primum quid ex quo pendeat vel pro-

cedat perspicere debemus. Nō propterea homo quodcunque facturus est, quia eum coactura sit præscientis auctoritas, sed magis deo præsciendi ingerit qualitatem libertas præsciti hominis ac voluntas. Ergo non de violentia præuidendi imponitur homini causa peccandi, sed magis de consecutus hominum meritis ordo exoritur prænoscenti. Generalis itaque præscientia quæ de statu mundi totius apud Deū manet, de potentia nascitur, sed circa statum hominis qualitates & species prænoscenti, de humani actus inspectione tuatur. Sed inter ista, deo respondes & dicitis: O domine quomodo bonum adprehendere valui, quem tu malum futurum esse præscisti? non ita est. Aliud est quod vult deus, aliud est quod permittit deus. Vult itaque bonum & permittit malum, præscit vtrunque, iusta bonitate adiuvat, iniusta pro arbitrij libertate permittit. De suo est quod dat gratiam, de tuo quod prænoscenti offendit. Et inde est quod circa iniquos inaccessibiliter inuenitur prohibere quæ prouidit. Nūquam praua hominum studia præcipere ad meliora conuertit si ea sciret non posse mutari: & ideo respondebit tibi consequenter diuina prouidentia. O homo non te talem feci, qualem te futurum esse præsciuī. Bonum te pro iustitiæ meæ lege formauit, & ne malum sequeris admonui, malum te pro consecutura voluntatum tuarum iniquitate præuidi. Vbi non compulsi, sed consensio peccandi deprehenditur. In querela, non auctor, sed præuaricator in culpa est. Si ad factorem, inquit, o homo respicis, bonū esse potuisti, si ad præcognitorem, tu me pro gestorum tuorum ordine, vt de te malum prænoscerem compulisti. Sed renouis & dicitis: Præscientia & prædestinatio humanorum actuum atque meritorum præscit & excitat causas. Non ita est, magis de origine voluntatis humanae, genus præscientia deriuatur. Sed vt aliqui cogitationis suæ prauitate ducantur, & actus suos de præscientia æstiment inchoari, hoc de proprio animi vitio ac de inemendabili obstinatione procedit, dum simulant passionibus reluctari, & putant se non posse quod nolunt. Legem dicunt esse immutabilis mali, consuetudinem delinquendi. Sed adhuc dicitis, quia opera ac voluntates hominum, de nutu & impulsu præscientia cœlestis incipiunt. Non ita est. Hoc potius agnosce, quod præscientia dei de materia humanorum actuum sumat exordium. Quid de nobis præscire ac præordinare debeat deus, quātum pertinet ad futurum, in profectu hominis defectūque consistit. Accipe illud exemplum, quo præscientia dei pro humana se actione conuertit. Ad decumbentem Ezechiam regem, mors deseruit in verbo tristi, vatis veridicij adnunciata responso ita dicitis: Ordina domum tuam, nam cras morieris. At ille conuersus ad stertem ordinauit domum suam, quia humiliavit animam suam. Propheta quidem exploratæ sanctitatis agnoscit, sed desperatio spe repellitur. Oratio interdicit oraculo, resoluit deprecatio definitionē: fides plena, dicti superat veritatem. Ineuitabilem denuntiatæ mortis causam, extrema vincit desistentis infirmitas. Humiliat se fragilitas humana, & vim quandam patitur diuina sententia. Sicut ait: Regnum cœ-

*QVIA ALIUD EST PRÆSCIRE,
aliud prædestinare.* CAP. III.
Apostolus

Rom. 8.

Apostolus ait, quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui. Aliud est præscire, aliud prædestinare. Præscientia itaque gerenda præno-

Apostolus ait, quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui. Aliud est præscire, aliud prædestinare. Præscientia itaque gerenda præno-

scit, postmodum prædestinatio retribuenda describit. Illa præuidet merita, hæc præordinat præmia. Præscientia ad potentiam, prædestinatio ad iustitiam pertinet. Præscientia de alieno subsistit actu, prædestinatio autem de iudicio suo. Illa facinus manifestat, ista cōdemnat: illa testis, hæc iudex est. Cum illa pronuncianerit causam, tunc prænunciat ista sententiam. A præscientia quæ sunt nostra produntur, à prædestinatione quæ sunt præparantur. Ac sic nisi præscientia explorauerit, prædestinatio nil decernit. Oculi autem vicem, præscientia virtus exercet, & quod se aspectui obtulerit, hoc videt. Nunquid fecisse creditur, quod deprehendisse cognoscitur? Cum autem oculi ea videant, non quæ ipsi intrinsecus operantur, sed quæ eis extrinsecus offeruntur. Si peccatē quempiam forte conspexerint, non opinor videntis, sed committentis flagitium iudicabitur: Ita non ad prænoscentis, sed ad præcogniti pertinet seatum omne delictum. Sic & Deus ea ante diem hominis præuidet, quæ non à se, sed ab homine facienda sunt. Et sicut materia existentis efficit vt eam oculi acies contempletur, non autem oculus facit vt res videnda nascatur: ita & præscientia Dei, ea quæ de hominum meritis secutura sunt, non vt eueniant exigit, sed euentura præcurrit. Et quia facris eloquiis moris est, vt per assumptam quamcunque similitudinem asserendæ rei aperiant veritatem, sicut interdum vel grano sinapis, vel fermento mulieris euangelicæ, vel lagenæ missæ in mare, & quàmplura talia, regnum cœlorum legimus comparari, ita & nos distinguere cupientes futura instituti gen^{er} colligitur præscienti. Quod si præscire compellere est, qui præuidet peccatorem, ergo ipse causa peccati est? præscit adulterium Deus, ergo ipse ossa & medullas ignibus obsecrati furoris inflammat? Præscit Deus homicidam, nunquid ipse bestialis motus perturbatis sensibus suggerit? ipse ad peragendum facinus gladium eruentæ mentis exacuit? Præscit impium, ergo ipse ad profana sacrificia spiritum dementis instigat? Itā ne quarum rerum vltor est, earum & auctor esse credendus est? & inter hæc ad malum perurgere iudicandus est capriua voluntatis ad sensum, qui nec diabolo compellere permittit inuitum? voluntas est quæ operatur delictum, voluntas est quæ meretur auxilium. Sed dicitis: Inuenio vbi sola gratia sine societate humanæ voluntatis operetur. Nam in Bethlehem omnis innocentium populus tam beatam mortem ex sola Dei prædestinatione consequitur. Non ita est. Nam tum forsitan solius gratia verteret operatio, si innocentis sanguinis non intercessisset effusio. Quod si vna tunc fuit innocētium causa, cur non omnis illic saluatur infantia? ab illius enim temporis gloria omnis ætas alterius sexus aliena est. Si vis prædestinationis specialē per singulos facit conditionem, quare hic omnes pueri diuersis diem vel mensium temporibus nati vnā obtinent felicitatem? Si vero promiscua in genere humano electionis ratio agitur, cur ab hoc munere omnis status puellaris excipitur? Hic ergo decreti sorte cessante, mors pueris pro diaboli inferitur furore, mortis vero beatitudo pro dei honore confertur. Non ergo eos prædestinatio morti addixit, sed causæ occasio conserauit. Hæc itaque parualorum interfectionem, non dispositio Dei, sed impietas ordinauit inimici. Deus autem qui etiam malis hominum bene vtitur, perempti

gloriam, de scelere perimētis operatur. Contraria quidem malitiæ disponit inuentor, sed bonitatis auctor in melius consilia aduersa componit.

*CONTRA HOC QVOD DICVNT, IN
istos misericors est quos adquiri, in illos iustum est quos
relinquit, cum & circa malos misericors, &
circa bonos etiam iustum appareat.*
CAP. IIII.

Si hominis statum Deus, sicut blasphematur impietas, non æquitate sed potestate disponit, ille fortassis qui pulsauit excluditur, & ille qui non quaesuit adtrahitur, Ac sic nec circa saluatos misericors fuisse videbitur, quibus non dedit vt ex officio misericordiam mererentur: nec circa perditos æstimari poterit iustus, qui sine proprio crimine à misericordia repelluntur. Quod si ambo rei sunt in natura, & in isto iusticia periclitabitur qui sine merito indignus eligitur, & in illo misericordia, qui perditioni sine peccati iudicio deputatur. Quia enim misericordia honoratur otiosus? quia iusticia damnatur innoxius? Itaque dum imperite tollit homini libertatem, impie Deo probatur negare iustitiam. Si dicas, quia tantum misericors in adquisito, & solum iustus in perditio est, in vtraque persona abrupte negabis vtrāque virtutem. Nam nec in hoc erit æquitas, si eligat non probatum: nec in illo bonitas, si perdat immeritum. Nos autem geminum hoc in Dei operibus bonum, inseparabili confertum fatemur amplexi, sicut legimus. Misericordiam & iudicium cantabo Psal. 100. tibi domine. Et iterum. Misericors dominus & iustus Psal. 14. & Deus noster miserabitur. Et iterum, misericors & iustus dominus. Nam misericors est, & in perditos quos inquit & inuitat errātes, qui diu sustiner delinquentes. Et sicut solem suum orri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, ita vtroque indifferēter lumine rationis impleuit, honore imaginis suæ induit, ad gratiam redemptionis generaliter euocauit. Itāne misericors in illo nō fuit, in quem tanta congestit, quem de neglecta & perditā misericordia iudicauit? Iam illud minoris negocij est, vt erga adquiretos sicut misericordem ita iustum esse doceamus. Iustus inquam, & circa eos quos suscipit reuertentes, quos non deserit laborantes, quos dignos efficit libertate, fideliter seruientes. Hæreticus autem ideo circa malos negat misericordē, quia non credit oblatam fuisse salutis copiam his qui delabantur in mortem. Ideo circa bonos non asserit iustum, quia nihil eis æstimat pro humili deuotione conlatum. Misericors ergo est, quia & malis ingerit rationis intellectū, & bonitatis affectum. Iustus vero quia obedienti proponit præmium. Iustus quia nullū saluat inuitum. Itaque Apostolus magnifice ad donum gratia officium laboris adiungit ita dicens: Laborantem agricolam oportet de fructibus accipere. Ecce quomodo sibi ammirabili commercio diuina & humana sociantur. Ad obedientiam pertinet labor, fructus vero laboris ad gratiam. Et iterum. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem: secundum quod in euangelio dicit: Cum feceritis hæc, dicit, serui inutilis sumus, quod debuimus facere, fecimus. Aduerte, quia non excludit operis studium, sed operantis requirit obsequium: nec laborem seruitutis recusat, sed humilitatem uentis insinuat. Vitium ergo quo laborem imperitissime refugendum putas, non in opere, sed in corde consistit. Totis ergo viribus laboro, sed quic-

Psal. 100.

Psal. 14.

Psal. 140.

Matth. 5.

2. Tim. 2.

1. Cor. 3.

Luc. 17.

quid de superna largitate percepero, gratia non industria deputabo, Beneficium vocabo, non pretium. Donum testator esse non debitum, remunerationem non retributionem. Ita cum ex officio aliquid agimus, nequaquam nos imputare Deo possumus, quia solvimus quod debemus. Tu vero diuine ne inideas bonitati, si opus quod a me illo adiuuante bene gestum est, vel etiam accepta perdidit? Hoc genere nec conuerti eos permittunt mala precedentia, nec sanari.

CONTRA HOC QVOD DICVNT,
Non tam voluit, quam non potuit saluus esse qui perit, iuxta quod legimus: et non poterant credere. CAP. V.

Ioan. 12. Esai. 6.

Inter haec cum Ioannes euangelista commemorat, propterea non poterat credere, quia iterum dixit Esaias: excecauit oculos eorum & indurauit eorum cor, hoc loco elocutio conclusa sic resonat, quasi eis non credendi necessitas imponi videatur inuitis. Sed ex illis causam vel culpam incredulitatis exortam in consequentibus lectionis ordo manifestat ita dicens. Veritatem & ex principibus multi crederent in eum, sed propter Pharisaeos non confitebantur, vt de synagoga non eicerentur. Dilixerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam dei. Absolute hic indicat, sicut & de Simone legimus, etiam infidelibus vim credulitatis fuisse conlatam: quibus sicut facultas credendi adfuit, ita voluntas defuit consistendi. Quod creditur, gratia largitas est: quod professionem creditis non accommodant, metis improbitas est: & impletur in eis: qui autem non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. Ecce quomodo bonum voluntatis & fidei admixta malitia deprauauit, sicut alio loco in eodem euangelio ipse dominus dicit: Quo potestis vos credere, qui gloria ab inuicem accipitis, & gloria quae a solo est Deo non quaeritis? Vides ergo quia sicut subpressis causis absconditur veritas, ita manifestis remouetur obscuritas? quae in Esaias testimonio densiores paulo nebulas videtur obducere, dum eos quos propria nequitia surdos caecosque reddiderat, a Deo asserit obsecatos, ne forte conuerso ad Deum corde sanentur. Itaque vt paululum differamus quod Mattheus apertius elocutus est iuxta ipsius sermonis rigorem, qui ex verbis prophetae austerius percussit legentis auditum, altius requiramus, quare hoc loco nolle putetur dominus vt sanentur, id est, ne momentanea conuersione suscepta conlatis beneficiis abutatur, itam, cum probati fuerint susceptam neglexisse ac respuisse recidua infirmitate medicinam, sicut ille ad quem ipse dominus loquitur: Iam sanus factus es, nolipeccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Aduerte bonitate sanitatis impiu praegrari. Sic Pharaon insultasse deprehenditur misericordiae Dei, quem ad ictus plagarum respiscensentem & conuertentem, & humiliantem se, quoties sanare voluit, toties deteriorem esse post humanitatem clementiae deprehendit. Quare (inquam) istos sanare dissimulat? ne fiant vtique illius similes qui supra petrosam feminatus est, id est, qui ad momentum cum gaudio suscipit verbum, qui ad tempus credit, & in tempore tentationis recedit. Quid est momentaneam suscipere sanitatem, id est, ad tempus credere, & in tempore tentationis pro animi infidelitate discedere, & ad leuem tentationis aestu infirma radice deficere. Videamus quos sanare tetauerit & eis paru pro consequenti incredulitate profuerit. Ecce seruo illi in euangelio magnis de-

Mat. 4.

Ioan. 5.

Esai. 6.

Mat. 4.

Mat. 13.

bitis & anime languoribus oppresso, decem milia talenta quae ei remissa videbantur, per crimen propriae maliciae adiectis cruciatibus exiguntur. Vbi & aduertendum est quo modo ad quosdam perducuntur, & beneficia iam conlata reuocantur. Sed & ille depulso a se imundo spiritu, ad tempus legitur fuisse sanatus, de quo dicit sermo diuinus: Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per loca arida, quaerens requiem, & non inueniens, tunc dicit: reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens inuenit vacantem, scopis mundatam & ornatum, id est, vacuatam virtutibus, & vanitatibus adimpletam, Tunc vadit & adsumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi, & sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Ecce cui sanitatem conlata est, non profuit. In quem multiplicatis malis nocius languor incubuit & increuit. Sed & alio loco is, qui post acceptam notitiam, veritatis, id est, post conlatam (veritatem) sibi curam salutis, sanguinem testamenti pollutum duxerat in quo sanctificatus est, id est, in quo sanatus est, grauiora mereri supplicia Apostolo adtestante perhibetur. Sic itaque gratia in culpam vertitur, nisi custodia subsequatur. Sed in his euangelista Mattheus dum increpauit cor, obruratas aures, clausosque oculos ad culpam hominis refert, cur non sanaretur apertiore sensu, & dilucidata ratione perdocuit. Dum (inquam) dicit: increpauit est cor populi huius, & auribus grauius audierunt & oculos suos clausuerunt, Nonne tibi videtur vclut interrogatibus, cur videntes non videant, & audientes non intelligant, euidenter protinus dedisse rationem de causis propter quas non videant neque intelligant? quia audire & videre, id est, intelligere & obedire noluerunt. Quia (inquam) non omnes obediunt euangelio, quia tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem: sicut etiam per se iam dominus loquitur: filios alui & exaltaui, ipsi autem me spreuerunt. Et iterum, Quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. Et in actibus Apostolorum, Videntes (inquam) Iudaei, repleti sunt zelo, & contradicebant his quae a Paulo dicebantur, blasphemantes viam domini. Et item: Instabat (inquam) verbo Paulus, testificans Iudaeis esse Christum Iesum. Contradicentibus autem illis & blasphemantibus, excutientes vestimenta sua dixerunt: Sanguis vester super caput vestrum erit, mundus ego ex hoc iam ad gentes vadam. Contradicentibus (inquam) illis & blasphemantibus. Vide quomodo remedia ingerit medicus, & recusat agrotos. Quorum duritia etiam beatus Stephanus pari auctoritate increpat dicens: Incircuncisi corde & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis. Ecce quare videre non possunt: quia spiritu sancto resistunt, atque a se clausis spiritu oculis lumen veritatis excludunt. Quod ergo in euangelio sequitur, & dicit: Ne forte oculis videant, & auribus audiant & corde intelligant, & conuertantur & sanentur. ne possint conuerti atque sanari, obdurati cordis vitium & poena peccati est. Ne inquit conuertantur & sanentur eos. Non hic sanitatem volentibus denegat, sed contradicentes se sanare nolle, id est non debere pronuntiat. Ad conferendum remedium promississima est bonitas medici, sed intemperantia contradicentis infirmi. Nam qui ita intelligendum putat quod eos sanare noluerit, absoluit hominem & damnat auctorem. Nullus ergo excluditur a beneficiis Dei, qui primum de neglectis beneficiis iudicandus est.

QVOD

QVOD SIT QVOD SIT, CVM enim nondum egissent boni aliquid aut mali. CAP. VI.

Rom. 9.

Malac. 1.

Mat. 13.

Rom. 9.

Act. 17.

Ioan. 12.

Illum vero Apostoli sensum intra gentilis decreti arare conantur angustias, quod dicit: Promissionis (inquit) verbum, hoc est, secundum hoc tempus veniam, & erit Sarae filius. Non solum autem, sed & Rebecca ex vno concubitu habes Isaac patrem nostrum. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi Esau autem odio habui. In his verbis hoc vult intelligi gentilitiae persuasionis impietas, quod Deus absque villo inter malum & bonum moderatois examine, non ordine regentis, sed iure dominantis, illum affectu dignum reddat, hunc odio, illum recipiat studio, hunc excludat imperio. Et inter duos perditos, nulla consideratio laboris, nulla deuotionis habeatur, sed vnus sine ratione cessantibus officiis assumatur, alter sine discretionem damnatur. Ac sic dum in alterutro nec meriti existit materia nec delicti, auferuntur omnia futuri causae iudicij. Quod si haec rerum indigna confusio etiam in sensu humanae mentis aliena est, sollicitius requiramus, quid diuinae conueniat Apostolo differre iusticiae, inter duos populos constitutos Iudaeorum doctor & gentium, dum ita ait: quia maior seruiet minori, in seniore Iudaei arrogancia reprobarunt. In iunioris gentilis eligitur. Itaque ipse sibi obducit ignorantiae nebulas, qui non tam scripturis sanctis sequaci sensu se accommodat, quam scripturas sanctas ad intellectum suum violenter adtrahere & praesumptive nititur adplicare, & id sibi pro capta suo omnia precedentium vel sequentium ratione perliadet, vnde penitus loqui Apostolus non instituit. Quod si ad capitulum ipsius, de quo agitur, recurras exordium, omne absque vlla difficultate declinabis ambiguum. Si magister gentium de genere hominum tractare coepisset, & diceret homini totius vitae cursum origine praefinitum, & magis necessitati subditum, quam libero arbitrio fuisse commissum, eo quod Dominus omnino pro potestatis nutu violento, quo decreto alios relinqueret ad perditionem, alios eligeret ad salutem, tunc forsitan velut, per lineas decurrentes colore hunc iniqua persuasio possit asserere. Cum vero Apostolus promissiones Dei & vocationem gentium altius repetitis textat exemplis, & Iudaeorum praesumptionem omnimodo comprimere studeat, qui improbe de legis operibus intumescerent, non in origine seniorum Imahele vel Esau decretum fatale constituit, sed in benedictione Isaac & Iacob electionem populi minoris ostendit, & propterea minorem maiori non velut potentia Dei, sed pro iusticia praetulit. Perinde enim impietatem Iudaeorum, sicut obedientiam gentium prauidebat. Quia ergo dicit: Cum enim nondum egissent boni aliquid aut mali, non ex operibus sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori. Ex vocante quidem dictum est, non tamen ad compellendos vel repellendos sed ad credituros & non credituros dictum esse manifestum est: vt diuina sibi constante iustitia, ad hominis pertineat voluntatem, vel renuere, vel obseruare praecipit. Cum ergo audis, ex vocante dictum est, inuitantem intellige non cogentem. Item dum dicit, non ex operibus, asserit circa eos non legis opera, quae vtique nondum aduenerat, sed etiam

ante legem diuinae misericordiae ac munificentiae dona viguisse. Non ex operibus inquit. Audis legis opera destrui, & tu propterea incepto sensu etiam sub gratiae lege viuere, alios sine operibus gratiae credis posse saluari, alios etiam cum operibus prohibente naturali nexu & lege fatali ianna salutis excludis. Iacob dilexi Esau odio habui. Quomodo hic iuxta prauis sensus interpretem circa nondum natos, sententia caelestis exeritur? Nec reus enim esse potest nondum genitus, nec dilectus: nihil enim meretur nondum productus in lucem: sed sicut in futurum adhuc erat eorum reposita conuersatio, ita futura praescientis offensio, futura praenuntiatur electio. Nam diuina prouidentia sicut nouit iudicare de gestis, ita adhuc gerendis nescit praediacare. Nemo itaque putet quod fratribus nondum natis diuersorum necessitas sit praefixa meritorum, cum hoc post transactam vitae militiam de eis Malac. 1. Rom. 9. chias Propheta commemorat, & de praeterito eorum statu diuinum proferat manifesta aequitate iudicium. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid mirum est si iusticia diligat innocentiam, & respicit iniquitatem, Apud quam etiam futura facta sunt: Quod autem minor maiori ex lege praepositur, & Iacob neglecto fratre diligitur, hinc paulo tardioribus obscuritas nascitur, quod prolatum dilectionis vel odij testimonium nondum natis fratribus arbitrantur, dum & euidentes causae quibus vnus displicuerit, alter placuerit supputantur. In his ergo duobus non naturae iura hominibus praefiguntur, sed de fide gentium & infidelitate Iudaeorum iusticiae statuta narrantur. Non enim hoc loco iuxta literam personae specialiter germanorum, sed rerum causae ac mysteria describuntur, Dicente Domino: Duae gentes sunt in ventre tuo, & duo populi de ventre tuo diuidentur. Quod si de praefixa lege originis tractaretur, quid opus erat vt maioris & minoris aetatem quod ad rem non pertinebat insereret, nisi quia apud Iudaeorum profetiam semper in duorum vocatione populorum seniori iunior antefertur: In qua tamen partium diuersitate multi & de Iudaeis reprobis eliguntur, & de electis gentibus reprobandur, vt intelligas in vtroque populo iustum iudicem non decreta obseruare sed merita. Sed dicit: Cum adhuc non egissent aliquid boni aut mali, iam praefinitis partibus deputantur. Quid mirum si quorum actus prauidit, eorum exitus praesignauit? Et ideo sicut eos cursum viuendi pro arbitrio proprio disposituros esse costabat, ita pro Dei potentia praenoscuntur, pro iusticia praordinantur, hoc totum de eis praedicitur, non praefinitur. In Iacob ergo fidelis populus describitur, In Esau incredulus designatur, de quibus vtrisque ita dicit: Quid ergo dicemus quod gentes quae non sectabantur iusticia, ad praehederunt iusticia: iustitia autem quae ex fide est: Israel vero sectans legem iusticiae, in legem iusticiae non peruenit. Quare: quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis. Dum dicitur, non ex operibus, vides quia legis opera destruntur, & quod gentibus obedientiam apernit ad misericordiam: Iudaeis vero praecedens iniquitas & incredulitas praeparauit offensam? Non ex operibus (inquit) sed ex vocante dictum est, Non illos dicit propriis operibus vacuos, sed negat ex operibus legis fuisse saluatos. Absit, vt proponi hic damnatio originis aestimeret, vbi vocantis benignitas & obtemperantis humilitas praedicatur: & vbi fidei diuitias doctrina generalis inculcat, ac lumen credulitatis insinuat. Non ergo se hoc loco iniquitatis asser-

De eo quod natura legem in primo homine afferunt inserisse, nec per posteros viguisse, Neque ad saluatoris aduentum. C. A. P. VII.

SED dicis naturalia bona commemoranda non esse, quia ante aduentum Christi nequaquam gentes ad salutem pertinuisse manifestum est. Qui natura in bonis suis negat predicari debere, nescit profecto ipsum naturae auctorem esse qui gratiae est. Hoc qui imprudentissime negat, negat naturae bonum extra dei opificium, & aut numen quod esse arbitratum aut fatum. Cum vero ipse sic conditor qui reparator, vnus idemque in vtriusque operis praeconio celebratur, iure itaque vtriusque rei munus assero, quia me scio illi debere quod natus sum, cui debeo quod renatus sum. Et propterea non ideo nego conditoris dona quia perdididi, sed priora ideo sequentibus non exaequo, quia multipliciter in melius reparata suscepi. Extollam beneficia creatantis, sed in immensum praeferam redimentis. Nec hoc quidem videbor incautus, si profitear, quod aliquoties in dispositionibus nostris, non quidem in vitae nostrae primordiis, sed dumtaxat in mediis, gratias speciales & ex accedenti largitate venientes, voluntas nostra deo ita ordinante praecedat. Vtrum ita sit, sacra interrogemus eloquia. Legimus in euangelio dicentem dominum: Quid tibi vis faciam: & iterum. Vis sanus fieri? Vides quia non tribuitur munus salutis, nisi prius interrogetur desiderium voluntatis. Sed & cum venitur ad baptismum, prius accedentis voluntas inquitur, ut regenerantis gratia subsequatur. Et in curatione Cornelio, quia praecessit voluntas gratiam, ideo praue nit & gratia regenerationem. Nihil hic ut opinor redoler praesumptionis, cum & hoc ipsum incessabiliter assera quod deo ipsam debea voluntatem, praesertim cum in omnibus eius motibus ad opus gratiae referam, vel inchoationis initia, vel consummationis extrema. Abraham quoque ex media gentilitate progrediens, non solum cum omni familia sua ad salutem vocatur, sed etiam pater multarum gentium testimonio ipsius veritatis efficitur. De dei bonitate est quod vocatur, de propria voluntate quod promptus obsequitur. Iob quoque sine animi libertate incumbenti in se holti non potuisset obistere, sed iungit magnitudinem cordis cum auxilio protectoris. Ac sic iustitia remunerantis, deuotionem pugnantis ostendit. In spiritali bello, ita ad hominis laborem videtur pertinere confidens, sicut ad deum refertur euentus. Amicos quoque Iob ex gentibus venisse nondum promulgatae legis ostendit, & dum pro eisdem Iob praecipiente domino supplicasse, & exauditus esse memoratur, his quoque adhuc in gentilitate viuentibus, salus indubitata confertur. Raab quoque in tantam nationis gentilitate fuit, ut ex gentibus congreganda typum praefereat ecclesiae. Haec etiam in salute cum omni domo sua fide operante suscipitur. De qua legimus: Fide Rahab meretricis non perit cum incredulis. Vnde hic extra legem positi accusantur increduli, nisi quia legem naturae, cui fides iuncta est, seruare noluerunt? Vnde obiicitur incredulitas, nisi quia in promptu fuit credendi facultas? Liberi itaque arbitrii ratio facit, ut remuneretur credens, & damnatur incredulus. Legimus in libro geneleos: Nondum enim completa sunt peccata Amorreorum: praedicat dominus filios Israel in terra Aegypti humiliandos, atque inde ad perdendas impias nationes, & percipiendas promissas sedes in signis & miraculis educendos, sed hoc prius fieri non posse testa-

Mar. 10. Ioh. 1.

Gen. 17.

Iob. 2.

Heb. 11.

Gen. 15.

cur, quam gentes quas eis traditurus erat, peccatorum excrescentium magnitudine, flagellis debitis locum faciant, & extendi in se manum afflictionis, extremam summam iniquitatis mole compellant. Vbi expectatur multiplicatio peccatorum, prauitas arguitur voluntatum. Qui gentili absoluto a lege praeccepti, imponit pro aequitate sententiam, legem naturae arguit fuisse calcata: simulque longanimitas sustinentis, iustitiam probatur manifestare damnantis. Nemo enim moram ex moderatione praemittit, qui ex praedestinatione punire disponit. Nondum (inquit) impleta sunt peccata Amorreorum. Dum in plenitudine peccatorum commemoratur perditionis causa, auferitur praefixa necessitatis inuidia. Diuinae hoc loco patientiae agnosce virtutem. Liberandus, & subuersus impias gentes, populus Israel interim in seruitute retinetur, donec iniquitas gentium compleatur. Tandiu vltionem affert ira iudicij, quamdiu crescat in cumulum mensura peccati. Ut concurrente sibi bonitate, & seueritate sub vno eodemque tempore: hinc absolutio filij, inde contritio exerceatur inimici.

CONTRA HOC QVOD DICUNT quia ante gratiae tempus agnitio vnus Dei gentibus concessa non fuerit. C. A. P. IX.

IN grandi profundo ignorantiae voluntantur, qui dicunt quod vnus dei notitiam habere non potuerint gentes ante saluatoris aduentum, cum Apostolus asserat factorem mundi per facturam suam magnificentiam potuisse cognoscere, ita dicendo: Quod notum est dei, manifestum est in illis: Inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas, ut sint inexcusabiles. Quomodo tu excusabiles dicis, eo quod alieni fuerint a coelestibus donis, quos deus ex hoc inexcusabiles proteclatur, quod abusi probentur acceptis, & opificis sublimitate sine difficultate scire potuissent, si opus interrogassent. Longe est hoc ab omni ratione atque pietate, ut homo ad cognoscendum deum nuper putetur eruditus, cui vniversus ab exordio rerum testis est mundus, & ideo in eadem epistola dicit: Cum enim gentes quae legem non habent naturaliter quae legis sunt faciunt. Non ergo recenti magisterio ad comprehendendam legem dei credatur imbutus, qui id, quod naturaliter habet in primi vltiq; hominis conditione percepit. Immurauerunt, inquit Apostolus. gloria incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Dum imprudens abiecta & indigna veneratur, debuisse se omnimodis cultu dignioribus profiteri. Dumque lignum adorat, & lapidem, in promptu habuit ut sapere adorare terrestrium & caelestium conditorem. Na dum homo colendum esse aliquid probat, ipse intellectus colendi crimem conditoris ostendit. Quomodo enim religionis habuit sensum? Inuenisset abique dubio deum, si inquirendi adponere voluisset affectum, Dicente domino: quaerite & inuenietis. Cum enim mens humana ad videndum oculos aperuerit, statim se desideranti quaesita lux ingerit. Ideoque lex intrus inserta docuit venerationem, sed negligentia & contumacia inuenire non meruit veritatem. Et propterea dum se mortuis simulachris & figuris insensibilibus figmentum caeleste prosterunt, iniuriam, non solum factori, sed & in se facturae suae intulit, & exyberandis semetipsum contumeliis, propriae immemor generositatis affectu, atque ex errore ipso poenam recepit erroris, sicut ait Apostolus: Et

Rom. 1.

Rom. 2.

Rom. 1.

Mat. 7.

Rom. 1.

Et

Et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt deum habere in notitiam, tradidit eos Deus in reprobum sensum. Hic rebellis sensus sponte corruptus, non violenter ablatus est. Sicut (inquit) non probauerunt deum: habere in notitiam, tradidit eos deus in reprobum sensum. Qui pro causis praecedentibus derelinquitur, non facto premitur, sed iudicio reprobat. Quod si requiras, vnde indoctis nationibus, in illa ingenita feritate peccatum? Vnde nisi per animi motum mentisque consensum? Denique peccudes & bruta animantia a peccato omnimodis libera sunt, quia discretionis nescia, & rationis ignata sunt. Tu deteriore pecude, hominem facis. Cur enim ei relinquis peccatum, cui tollis arbitrium: aut si cum subdis peccato, noli priuare iudicio. Non ergo mentitur iniquitas sibi, nouit quid in occulto homini dederit cognitor occultorum. Et ideo quid ab eo quique pro malo opere corripitur & condennatur, bonum facere potuisse conuincitur. Magna est ergo vis animi in vtraque parte, dum & super honestate fundatur, & super inhonestate confunditur. Et ideo dicitur per prophetam: Palpebrae eius interrogant filios hominum, dominus interrogat iustum & impium. Quid me iudicis natus interrogat de peccato, si suae definitionis est quod delinquo. Itaque qui finxit singillatim corda hominum, vias hominum & emerita conscientiarum secretus diffusor interrogat. Sed si te & ipse discutas, si quando in sinistra declinare voluisti, nonne trepida conscientia ne peccares ammonuit: Nonne te velut censor occultus, tristis cogitatio castigauit? Ac sic homines scipos latere non possunt, testimonium reddente illis conscientia, & inter se cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus. Inter haec si requiras vbi sit libertas arbitrii posita, vbi sit voluntas hominis constituta, & vbi nisi in intellectu, in ratione, atque sapientia? Quae cum ita sint, prius necesse habebis homini negare sapientiam, auferre rationem, ut adimere liberam valeas voluntatem. Quamobrem si quando delictum aliquod anima intra domicilium suum captiua meditat, reclamant ei cogitationum secreta, interdunt ei intrinsecus officia sua, sed vires subtrahit resistendi consuetudo peccandi. Sed reuoluis, & dicis quod mali & qui ad perditionem trahuntur, non acceperint arbitrii libertatem. Primum scire debemus, quia libertas arbitrii, duplici ministerio praedita est, nunc ad salutem, nunc ad perditionem sui propra est. Sed opponis quod voluntatis libertas solis liberandis competat, & in redemptionis beneficio constitutis. Non ita est. Libertas ad donum gratiae, & ad propositum consentientis pertinet vitae: libertas vero arbitrii non est res accidentis munificentiae, sed naturae. Quae rebus illam, vel tribuitur, vel conseruatur, etiam non requirentibus ista confertur. Illa renascentibus ministratur, ista nascentibus. Libertas ad solam dei pertinet operationem, liberatio & ad subditi hominis seruitutem. Illa bonis confirmata, ista & malis insita est. Illa adquisitis, & perseverantibus competit, ista & perditis suppedit. Illa condentis, ista & obedientis est. Illa potentiae, ista est misericordiae. Illa originis & generis, ista est muneris & virtutis.

Isa. 10.

GENTES DEVM NATVRA liter sapuisse. C. A. P. X.

Plenus spiritu sancto propheta Daniel, sciens deum in sensu hominis appetitum boni maliue posuisse, Tom. 5.

ita Nabuchodonosor alloquitur dicens: Quamobrem consilium meum placeat tibi o rex, & peccata tua eadem. Ieremolyns redime, & iniquitates tuas miserationibus pauperum. Et peccata, inquit, tua eadem. Ieremolyns redime. Praefixum videri non potest, quicquid redimipoteit. A sanitate itaque non excluditur, cui remedium persuadetur. Simulque ei arbitrium non negatur cuiuscumque sensus exigitur. Liberi animi officium non amisit, qui probatur suscipere potuisse consilium. A salute alienus non inuenitur, cui materia saloris ingeritur. Et cui offert propheta comparanda indulgentiae occasione, inesse ei voluntatis asserit potestatem. Sed & hoc quod Balchasar gentilis arguitur, dicente propheta: Laudasti deos argenteos, & aureos, & lignos, & lapideos, & deum in cuius manu status tuus est non laudasti. Vides quia hic alienigena deum & scire potuit & laudare, sed noluit? Inesse homini intellectum dei pariter & cultum, ideo propheta memorauit, quia legem naturae indifferere intra omnis hominis sensum vigere cognouit. Et propterea cum praefato Nabuchodonosor regi, Daniel vim omnij reuelasset, deum se non ignorare quamlibet profanus ostendit, ita dicens: Vere deus vester deus deorum est, & dominus regum. Sed & Darium quis ita de deo sentire & eloqui docuit, nisi vis rationis & legis, cum Daniel deum conuersione posse placari edocuit? Vnde fuit quod deum cum conditione cognouit irasci. Non enim magna illa ciuitas longae eruditione respuit, nec ei momentis intellectu petenda salutis accepit nec docuit populum propheta, sed terruit: nec misericordiam promisit, sed immutabilem sententiam nunciauit, & tamen vtriusque (sicut scriptum est) contra spem in spem credidit, atque ipsa sibi remedia quodammodo interdicta promisit multum placitura deo, etiam promissa quaesisset. Quae quidem remedia, ideo interdum a domino suppriuntur, ut violentius acquisita seruentur. Simulque interposita obtinendi difficultate, dum munificentia absconditur, fides probatur, exercetur ambitus, manifestatur affectus, totumque hoc in homine ignis interior a deo insitus, & ab homine cum dei gratia nutritus operatur. Ostendit itaque gens illa, ea quae salutis hominis competunt, ipsa ordinatione facturae dei intra hominem conlocasse, & ante munera redemptoris, circa rationabilem creaturam semper auctoris dona viguisse. A conditorum quidem summo praefixa per naturam, sed confirmanda per gratiam. Per gratiam, inquam, in cuius tempore praeteritorum salus erat consummata saeculorum, quia nihil ad perfectum adduxit lex vel litera, vel natura. In Niniuitis ergo euidenter manifestata est clementia & bonitatis plena vox domini ita dicentis: Repente loquar ad gentem & regnum, ut euellam, & destruam, & eradicem. Si gens illa poenitentiam egerit pro peccato suo, & ego poenitentiam agam super malo quod locutus sum ut facerem ei. Optat iudex misericors caelestis decreta consilij pio immutare mendacio, si reus medicinam festinet adhibere peccato. Inuitas homini pondus damnationis imponit, qui remedium satisfactionis ostendit, & sedula obsequij seruitutis expectat. Et ideo perfecta illa prouidentia, quae in hoc saeculo virtutum exercitiis delectatur, ordinatissimum & sapientia sua dignissimum iudicauit, ut hominem conditum ad sacrae imaginis dignitatem, hic prius agonibus & conditionibus exploraret, illic vero donis & retributionibus adimpleret: ut cum famulus exhibuisset in labore obedientiam, de minus ostenderet in remuneratione iustitiam: ut cum infirmitas humana obtulisset humilem deuotionem, ineffabilem diuinam potentiam exerceret largitatem. Ingirer ergo

Ioh. 1.

Isa. 18.

2 N N n ij

Psal. 69.

Isa. 5.

1. Cor. 2.

Rom. 5.

Sup. 18.

laborandum, sed à gratia nõ recedendum, & dicendũ: deus in adiutorium meum intende. Ipsum ergo adiutorij vocabulum, laborantis requirit officium. Adiutorij itaque sermo duos indicat, operantem & cooperantem, petentem & promittentem, pullantem & apertentem, querentem pariter & retribuente. Hoc solum nostrum est, vt qui pro fragilitate idonei non sumus, saltem querendi & pullandi importunitate placeamus. Vbi erit sedulitas miserentis dei, si cum persona nihil mereatur indigni, & ad hoc desideria accedat ocioſi? Et ideo nisi obsequendi studium obedientia indefessa præterierit, locũ remanedi iustitia non habebit.

Er propterea sermo diuinus in spe laboris sui positum describit agricolam, ita dicens: Ecce agricola expectat pretiosum tertę fructũ, vt recipiat temporium, & serotinum. Quid est serotinum: quod serotinum? Temporij fructus sunt, quos stipendij militiæ presentis adquirimus. Serotini sunt, quos post emeritam seruitutẽ in illius seculi retributione capiemus. Temporij sunt fides atque sinceritas, cordis beneuolentia, corporis temperantia, contẽptus mali, appetitus boni, tranquillitas mansuetudinis, puritas castitatis. Serotini fructus sunt, adquisitio rerum immortalium, hæreditas celestium, proprietates æternorum. De quibus dicitur: Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus his, qui diligunt illum. De quibus per Apostolos & Martyres dicitur: Non sunt condignæ passionis huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Temporij itaque fructus in virtutibus sunt serotini in remuneratione virtutum. Temporij sunt, quos hic opera capiunt in præceptis. Serotini, quos illi vota cõsequuntur in præmiis. Quantum ergo delectetur deus sine murum, id est, validissimum contra offensam dei supplicationis obstaculum, sicut ille de quo legimus: Prostravit enim homo sine querela deprecari pro populo, proferens seruitutis suæ scutum, restitit iræ, & finem imposuit necessitati. Qui staret, inquit, oppositus contra me, propterea, ne disperderem eã, qui ostendit quomodo eius ira superetur, quodammodo placatus irascitur. Inter hæc, quicunq; à potentissimo ac iustissimo conditor ita factum hominem dicit, vt vnus in sinistram sine proprio crimine impulsu tantum præscientiæ deputetur, alter in dextrâ indiscussis meritis adtrahatur, hoc aperte asserere reprehenditur, inordinatas vel iniqtas esse dispositiones & factoris & iudicis. Sed hoc loco sollicitus indat auditor auctori summo, cum hominem plasmare disponderet, auctori, in quã, summo in ministrũ & consiliũ hominis fabricandi, quatuor asstiterent virtutes. Quæ quatuor? Potentia vtique, bonitas, sapientia, atque iustitia. Tu vide quã deo ex his quatuor defuisse præsumas asserere. Itaque ad intellectũ euidentius colligendum, proferant si placet singulæ istæ virtutes, quasi tractatus & allocutiones suas. Potentia dicat: Faciamus post cœli regnum in secundis mirabilem creaturã, ne in imperij nostri possessione, quæ prima sunt, hæc etiã videantur extrema. Istã speciosam mundi machinam consummemus, vt in ea hominem faciamus, & præficiamus per quem mūdus ordinetur, possideatur, ornentur. Bonitas dicat: Fas non est vt sola beneficiis nostris cœlestia perfruantur. Faciamus & in terra hominem, circa quem abundantia gratiæ nostræ exerceamus, circa quem beneuolentiæ munera dilatemus, in quæ pietatis ingenitæ diuitias profundamus. Sapientia dicat: Non solum faciamus, sed etiã sensu rationis ac discretionis honoremus, prudentiæ lumine replea-

mus, faciamus simplicem, faciamus astutum. Simplicem malum callidus inferat: astutum: ne incautus incurrat. Insinuemus ei affectum boni, intellectum mali, & iuxta gubernationẽ nostrã permittamus eum in manu consilij sui, ac proprij in libertate iudicij. Tractat inter hæc secũ potentia, cui inest & præscientia: Quid agim?, quod eũ arbitrio suo permittim? liberũ? In peccati deuia prænoscmus transiurũ, & pretiosã dona facturæ conuersurum esse præuidemus ad instrumenta nequitie. Et ideo si opus in eo nostrũ volumus esse perpetuũ tollamus ei de potestate peccatum. Dicit iustitia: Non ita est. Non cõpetit legibus nostris, vt is, quem à contrariis oportet probari, de virib? suis nõ possit agnosci. Non cõpetit, in quã, hoc legibus nostris, vt eum, quem glorificari etiã ex officio suo volumus, materiã & causam gloriæ denegemus: vt eum, quem cupimus munerari per nudam gratiã, faciamus de labore proprio nil mereri. Exerat potius in eo singillatim sociã istã, germanãque virtutes, exerat partes suas. Potentię sit inter cuncta visibilia, præsertim inter hostes habitaturũ creare sublimem, sapientiæ ordinare prudentem, bonitatis adiuuare certantem, iustitiæ coronare vincentem. Talem ergo hominem pro vtilitate sui, ac pro nostri dignitate faciamus, quem in dexteram partem nõ trahat necessitas, sed voluntas: qui malum ratione intelligat, bonum virtute perficiat. Talem faciamus cui bonitas in natura, malitia vero extra naturam sit, qui bonum in voluntate, malum habeat in potestate, qui bonum naturaliter velit, malum actualiter possit, qui mandata nostra custodiat voluntarius, & periclitari non possit inuitus. Cui prima ista sit laudis occasio, vt peccare & possit, & nolit. Sufficiat autẽ, quod in quadrupedibus & brutis, subiicienda sunt homini, iam fecimus tale animal, quod dum non est obnoxium culpæ, fructum non potest habere iustitiæ. Hunc autem non oportet esse pecudis similem, cui commissuri sumus nostræ imaginis dignitatẽ. Interrogemus ea quæ peccati nescia ac rationis ignara, absque vilo prudentiæ honore formauimus: Nunquid proderit pecudi simplicitas sua, aut arbori fecunditas sua? Erga hominẽ nostrum non poterimus laudi conferre palmam, si vultus necessitati seruire naturam. Hunc ergo conditione subditum, discretionẽ liberum, ratione perfectum, ita ordinare nos æquum est sub potestate permissa, & lege proposita, vt custodia præcepti, aditus & causa sit præmij. Nam si mali copiam ac licentiam non habuerit, boni gloriam non habebit. Si iuxta beneuolentiam nostram non etiam suo studio vel labore prædicabilem tenuerit sanitatem, non erit innocentia sed inertia: & præterea præmium perit, vbi meritum non præcedit. Bona nostra non potest seruare, qui nescit adquirere.

Nisi fuerit obedientiæ præmissa deuotio, gratiæ vilescit oblatio. Simulque verecundia remunerantis est, si honoretur otiosus, si remuneretur ignauius. Quin potius cooperãte adiutorio etiã suo opere fiat dignus, & cum bona conscientia sit beatus. Nam nisi fuerit tribuentis iusta liberalitas, non erit accipientis perfecta fœlicitas: & nisi prius explorata fuerit inquirerentis auditas, in quo iocundabitur benignitas largienti? Adhuc cum iustitia verba cõserit, præscientia & ipsa ita dicit: Melius est vt non fiat genus humanum, quã ita fieri videatur vt pereat. Respondet bonitas atque iustitia. Non ita est. Propter impiũ Cain Abel pius in rebus non erit? propter crescentem malitiam mundus Noẽ iustitiam non videbit? propter iudam non habebimus

mus Petrum? propter eos qui vitio blandiente vincendi sunt, in vitam non venient, qui per rigidam magnanimitatem virtutis auferã iusto iudicio coronandi sunt? propter præuaricatorum multitudinem, prætermitterentur in nihilũ iustorum secula, millia martyrum, regnũque sanctorum? propter eos quos suo crimine prænoscmus peccaturos, nõ faciemus eos quos præscimus etiam suo merito placituros? Si ita est, plus fraudabit potentia nostrã præcognita, quã consummata malicia. Nocebit siquidem bonis malorum præscita generatio? nocebit bonis, qui propterea cteandi nõ erunt, quia creata quandoque soli sibi nocere potuisset? Sed dicat bonitas. Ita faciamus humanũ genus, vt peccare non possit. Cui respondeat contra circumpecta iustitia: Quomodo terrestribus dabimus, quod celestibus indolumus? quomodo habebit fragilitas hominum quod natura non obtinuit angelorum? Quæ cum ita sint, non audeat creatura de creatoris opere disputare. Potentię itaque fuit, vt immortalẽ ex nihilo hominem conderet: sapientiæ, vt capacem rationis efficeret: bonitatis, vt ad beatitudinem præpararet: iu-

stitiã, vt nõ ante eligeret quam probaret. Sed inter hæc aliquis persistit, & dicit: Si constat peccatores in illo seculo supplicij addicendos, & æternis ignibus mancipandos, sic fieri homo debuit, vt is omnino peccare nõ posset. Quid præcurrit õ homo authoris tui dispensationes? quid queris rem immortalitatis in regione mortis? quid queris in militia quod paratur in gloria? quid ante emeritum laborem poscis quæ præparata sunt post laborem? Dabitur hoc, sed iam in æternũ iustificato, quãdo id quod conlatum fuerit, perire non possit. Dabitur hoc, sed in tempore beatitudinis, vbi iam peccatum nec vincere sit necesse, nec scire. Vbi ad peccandum non voluntas, nõ possibilitas erit. Vbi sanctẽ, integrẽ, piẽ viuere nõ erit diligentia, non industria, sed natura. Dispensante ita diuina misericordia atque iustitia, vt qui hic studuerit integritati, nulla illic vltiã possit labe corrumpi. Dignum enim esse iudicauit, vt homo peccare qui noluit infirmus, non possit æternus. Sed vt labentibus in immensum seculis sine metu gaudium, sine inuido præmium, sine hoste sit regnum.

CHRISTIANAE DISPUTATIONES. XV.
THEODORI COGNOMENTO ABVCARAE,
 EPISCOPI CARVM, CONTRA PLEROSQUE SVI TEMPORIS
 Hæreticos, potissimum autem Saracenos, vel Arabas, & Agarenos, Trithicitas, Theopaschitas, Iacobitas, Monophysitas, Iudæos, Nestorianos, & Origenistas.
 A. D. C. V. D. Ioannem sanctandream, ex cuius bibliotheca prodierunt.
 Christianarum Theodori Abucaræ Disputationum Dispositio.

PRIMA Disputatio, cum Emefeno cursore habita, qui rationibus Deum esse sibi demonstrari petierat, hæc dno- decim capita continentur.

1. Quod Deus sit, & eorum quæ sunt omnium creator. A finiti & infiniti, geniti & ingeniti natura.
2. Quod Deus sit. A terra natura, qua solo Dei verbo fulciatur & subsistit.
3. Quod rerum omnium creatori filius sit.
4. De quinque cognitionis modis.
5. Quomodo modo se Deus cognoscat, quodque Christus filius Dei sit, idẽque Patri consubstantialis.
6. Deum ab iis rebus describi, quæ nobis eximie sunt, & maiore in pretio habentur.
7. Deum à perturbationibus & vitiosis affectionibus liberum prorsus & immuncem esse.
8. Cur Deus plures filios non genuerit.
9. Quis nam hunc in mundum à Deo mittendus fuerit.
10. Spiritum sanctum, Dei thesaurum, cuius que dispensatorem Christum esse.
11. Quæ Christus Dei filius non seipsum, sed spiritum sanctum des fidelibus.
12. Dei regnum, thesaurumque, spiritum sanctum, ab æterno esse.

Secunda Disputatio, Aduersus Infidelẽ quendam habita, Deũ esse vbiq; probat, & modũ, quo sit, ostendit.

Tertia Disputatio, Aduersus Trithicitas, Arabas, hoc est, qui tres esse Deos contenderent, Deum trium & vnum esse demonstrat.

Quarta Disputatio, Aduersus Monophysitas, hoc est hæreticos vnã in Christo naturam esse contententes, De lucta Christi cum diabolo sex capitibus differit.

1. Quomodo modo Christus diabolum vicerit, quãque diuersa, & que erronea, Iacobitæ & Nestoriani de Christo senserint.
2. De humana Christi mente.
3. Primum mens Christi à seipsa, an ab alio moueretur.
4. Quãnam arte Adam à Diabolo victus sit.
5. Mahometæ collatio cum diabolo, quibus que illecebris Pseudoprophetae ille Saracenos ad exlegem, legem suam pellexerit.
6. Quo sensu Christus in tentationem à Diabolo induci non potuisse dicendus sit.

Quinta Disputatio, Aduersus Saracenos habita, ostendit Christum verum esse Deum, quãlibet homo fuerit.

Sexta Disputatio, Aduersus Theopaschitas, hoc est eos, qui Deum passum esse falso astruerent, ostendit Christi hypostasim, cum pro nobis passus est, minime solutam fuisse.

Septima Disputatio, Aduersus Agarenos, tria capita continentur.

1. Iudæos improbe fecisse ostendit, qui Christum, quãlibet volentem crucifixerint.
2. Præcedens axioma exemplo confirmat ab iis ducto, quæ in bello contingunt.
3. Altero item exemplo, ab oculo vlcerato, idẽ ipsum confirmat.

Octaua Disputatio, Aduersus Iudæos, tria continentur capita.

1. De vero & catholico sacra scriptura sensu, atque obiter de pio sacrarum imaginum usu.
2. De Iudæico & hæretico, eodẽque falso scripturarum sacrarum intellectu.

3. *Pium quemlibet Christianum filium Israel esse.*
 Nona Disputatione, Aduersus Nestorianos, Quod vnus idemque sit Dei filius & virginis
 Decima Disputatione Aduersus eod. Nestorianos, Deum Verbum & Deum hominē vnū & eundem esse.
 Vndecima Disputatione, Aduersus eod. Nestorianos, duo capita continentur.

1. *Christum verē, non phantasticē, seu fictē & imaginariū, natum ex virgine passum, crucifixum, mortuum, &c. esse.*
2. *De pudenda sophista cuiusdam Nestoriani tergiversatione.*
Duo decima Disputatione, Aduersus eod. Nestorianos, probat Mariam virginem Theotocon, vel etiam Iesutocon, hoc est Dei vel Iesu genitricem, potius quam Christocon, seu Christiparam appellandam esse.

Terriadecima Disputatione, Aduersus eod. Nestorianos, Christi nomine vtramque naturam, diuinam & humanam designari confirmat.

Quartadecima Disputatione, Aduersus Origenistas, Iustitia quid, eiusque modi quot.
 Quintadecima & vltima Disputatione de 5. hostibus differit, à quibus nos Christus asseruit, nimirum Morte, Diabolo, legis maledictione, & condemnatione, peccato & inferno. Cuiusquidem Disputationis septem hæc capita sunt.


1. *Mortem transgressione primi Adæ introductam, secundi Adæ Christi obedientia destructam esse.*
2. *Quonam modo serui diabolo facti sumus, nosque ab eius seruitute Christus asseruerit.*
3. *Quare post peccatum homo à seipso per penitentiam in integrum restitui non potuerit.*
4. *Hypotypoticum exemplum modi, quo nos Christus à diaboli tyrannide vindicauit.*
5. *Quomodo Christus nos à damnatione legis exemerit.*
6. *Qui nos Christus à peccato liberauerit.*
7. *Quonam modo Christus regnum inferni destruxerit, & piorum animas inde reduxerit.*

Dispositionis Disputationum Abucaræ Finis.

THEODORI ABVCARÆ, EPISCOPI CARVM,
 DISPUTATIO PRIMA CVM EMESENO CVRSORE HABITA, QVI RATIONIBVS DEVM ESSE SIBI DEMONSTRARI PERIERAT. Disputationis huius septem hæc sunt capita.

1. *Quod Deus sit, is que rerum omnium creator. A finiti & infiniti natura.*

Interlocutores, Saracenus, & Abucaræ. Saracenus.



HEVS tu, demonstra Deum esse, vt promissisti. A B V C A R A S. Quicumque numerus additionem admittit, eidem finis quoque addi solet. Humanus ergo numerus, quia recipit additamentum, idcirco finitus est, etiam si quantitatē ignoremus. Ponamus verò,

breuitatis & diluciditatis gratia, omnes homines cētū esse numero. Iam fieri non potest, vt hi omnes geniti sint. Quamuis enim alij ex aliis originem trahant, mēs tamen generationem ad summum ascendentium gradum deducens, in vno consistit, qui prorsus ingentis est. Nec enim vlla ratio admittit, vt cum ad primum & summum venerimus, eius generationem ad alium referam. Nam si genitus esset, ex alio genushaud dubie duceret, donec in primo & summo ingenito mentem figeremus. Itaque necessarium est, vt hic vel instar germinū ex terra productus sit, vel sit æternus, vel à creatore quopiam ortum traxerit. Iam si ex terra germinasset, vtique alios in hodiernum vsque diem, instar arborum herbarūque germinaret. Quia verò ita hoc succedere non videmus, perspicuū est ne primum quidem germinasse. Neque verò æternus esse queat. Nam si principio careret, æternūque esset, haudquaquam moreretur periret. Quod enim principio caret, idē nec vllō fine terminatur. Superest ergo, vt factus sit. Quod autem factum est, factorem suum habet. Itaque aliquis creator & factor est hominum.

2. *Quod Deus sit. A terre natura, qua solo Dei verbo fulciuntur & subsistit.*

ACcipe verò aliam quoque demonstrationem quæ te ad Dei cognitionem decucat. Dic mihi, si sumpta terræ gleba, fastigiū domus conscendā, glebāque

inde demittā, nōne cū natura tēdat deorsum, deorsum semper feretur, donec solidius aliquid & immobile habeat, nullūque deorsum tendendi finem faciat? Nunc autem eam nullo terræ motu percelli videmus. Vnde inferitur, vim quandam potentiorē esse, quæ illam fulciat & gestet, quæ quidem nihil aliud est, quam verbum Dei. Nam si aliud subesse corpus dixeris, quo imitatur, quidnā esse queat, quo & illud gestetur? Atque ratio quidem hunc in modum disquirere contendens non autē conquiescet, quam certo in limite consistat, quo illa suffulciatur. Nec enim fieri potest, vt quæ superne finita est, infinita sit infernē. Quia quod vna ex parte finitum est, dubio procul ex altera quoque finitum erit. Verbi gratia, si funis hoc ex hemisphærio ad alterum vsque pertingeret, ego autem, patente funis extremitate atrepta, duos ad me trēsve cubitos attrahe rem, nōne altero etiam ex hemisphærio necesse esset, vt funis extremitas, quæ sursum traheretur, tāta mēlura decrederet, quāta ego attraherē? His rationibus inferiorem telluris terminum esse patet. Sic itaque demonstratum est, eorum quæ sunt creatorem esse.

3. *Quod rerum que sunt, omnium creator filius sit.*

SA R A C. Perbellē verò demonstrasti, gratiamque tibi habeo, quod mihi hac in re profueris. Quibus autem rationibus creatori huic filiū esse demonstrabis? A B V C. An ignoras aliud esse id quod verberat, aliudque id quod verberatur? aliud itē, quod videt, aliudque quod videtur? aliud denique quod nouit, atque aliud, quod noscitur? S A R A C. Haud dubie ita se res habet. Nec enim fieri potest, vt id quod agit, & id quod patitur, vnum idemque sint. A B V C. Deus autē nōne tale quippiam est, quod simplex sit, nec confundi omnino, cōmisceri, cōponique possit? S A R A C. Ita se res habere deberet. A B V C. Qui porro fieri potest, vt id quod vndeque quæ simplex vnumque in omnib⁹ est, seipsū cognoscat? Iam

Iam enim concessisti, aliud id esse quod nouit, atque item aliud quod noscitur: quod quidem maximē in iis elucet, quæ vnica parte constant, simpliciāque sunt. Fortassis enim fiat, vt eius quod ex partibus compositum est pars aliqua videat, aliquāque item videri queat, atque aliqua cognoscere, aliquāque cognosci. Iam quicquid est huiusmodi, compositionem id necessarid inferit. Deus autem expertus omnis compositionis est, quippe qui omni materiæ carētia & simplicitate constat. Necessē est ergo ex duobus alterum dicamus, vel quodd Deus seipsum cognoscat, atque ita compositus erit: atque aded quod primum concessimus, confessiq; sumus, inuertetur, nimirum aliud esse quod nouit, atque aliud quod noscitur, vel quodd Deus ita comparatus est, vt seipsum ignoret, quod & ipsum per absurdū est. S A R A C. Ea est tua ratio, vt ei refragari nemo possit.

4. *De quinque cognitionis modis, nimirum, A rei natura, A simili, A vestigio, Ab imagine, & A contrariis.*

AB V C. Cū ergo vtrumque absurdum sit, quonam modo seipsum Deus cognoscat, in simplicitate manens? S A R A C. Quonam id fieri modo possit, non video. A B V C. Omnis cognitio ex horū quinque modorum vno comparatur. Aut enim proprie ex essentia seu rei natura prouenit: vt cum primum quempiam video, tunc cognosco, albūne sit, an ater: crispo capillo, an plano: formosus, an deformis: longus, an breuis. Aut ex simili, siue eo, quod eiusdem substantiæ naturæ: vt sit, verbi gratia, vndēnam tibi cor, aut hepar, aut splenem, reliquāque corporis interioris structuram, quam ego nunquam viderim, esse cognosco, nisi ex alio, qui sit eiusdem naturæ, ex quo seipsum huiusmodi esse cognoui. Siquidem ex similibus similia deprehendantur. Aut tertid sæpe fit, vt vestigio ex aliquo res ipsa cognoscat, vt si per agrum aliquem aratro proficillum, & excultum transeam, statim ipso ex vestigio excultum ab aliquo fuisse cognosco: quamlibet aratorum nomina me fugiant. Itidem si aliquo ex propugnaculo vndeque munito telum vel lapidem, in sublime contorqueri videro, mox ab aliquo contortū esse conicio. Quartid sæpe fit, vt ex imagine innotescat quispiam. Nam si speculum præ manibus habeat, & vultum alicuius à tergo meo stātis, eodēque oculos desigentis, in ipso efformatum speculer, statim cognosco nūmnam caluus an sirtus, an adunco naso, an magnis sit oculis, idque ea ex similitudine, quæ speculo exprimitur. Quintid contraria non raro ipsis ex contrariis dinoscuntur. Vt cum Deus à dā dixit, In quocunque die ex ligno vitæ comederet, morte moriturū esse. Vndēnam sciebat Adam, quid esset Mors, quam nunquam viderat? (nullum enim morientem adhuc viderat) nisi ex eius contrario, nimirum vitæ? Constat enim Mortem nihil aliud esse, quā vitæ privationem. Sic & diues paupertatis, & sanus morbi noticiā habet.

5. *Quonam modo se Deus cognoscat, quodque Christus filius Dei sit: & idem patri consubstantialis.*

IAM quonam horum modorū, quælo, Deus seipsum cognoscat? Sui ipsius per seipsum noticiam assequi non potest. Hoc enim concessimus, aliud id esse quod nouit, atque aliud id quod noscitur. Neque verò quopiam ex vestigio. Res enim creatæ secundum locum obtinēt, multoque sunt imperfectiores. Ad ne per speculum quidem, neque vllum ex quatuor modis. Qua-

re necesse est quempiam esse per omnia similem, siue consubstantialē Deo, & cōæternū, ex quo seipsum nosse queat, ne ignorationis sui cōsignatur. Deus enim filium suum sibi ipsi per omnia similem vidēs, seipsum in illo videt. Is enim Dei, qui sub aspectum non cadit, imago est, atque hypostaticos eius character. S A R A C. Concedatur utique, Deo quempiam esse similem, vt seipsum illius intermedio cognoscat, quibus verò rationibus filium esse demonstrabis? A B V C. Censent aequitatis amantes eadem mensurā & trutinā, qua quid eis mensum pensumve fuerit, remetendum esse & rependendum. Nam si centum aureos numos à te mutuatus essem, eos autem tibi refundere vellem, eadem trutinā, qua pensos accepissem, nō aliā, tu à me recipere deberes. Sic enim Deus ait, Stateram parua & magnam ogio habet anima mea.

6. *Deum ab iis rebus describi, quæ nobis eximia sunt, & maiore in pretio habentur.*

Vndēnam Deum esse scimus, eiusque proprietates? An ex iis quæ sunt apud nos? Nam si nunquam eū viderimus, nec ex eius creaturis eum cōprehendamus, necesse prorsus est, vt numeris omnibus absoluta ignorantia Dei contenti simus. Ex quo fit, vt Deum ex iis describamus, quæ maiore apud nos in pretio habentur: accidentia ea, quibus obnoxij sumus, ab iis quæ de Deo enuntiantur, omninō subducentes. Verbi gratia, sunt apud nos vita & mors, vtrānam Deum à nobis efformari oportet? vitāne, in quā, an morte? S A R A C. Perspicuum est id vitā faciendum esse. A B V C. Ea itaque de causa Deum viuere, viuū, vitāque dicimus. At verò, quia vitā principium apud nos & finē habet, multisque rebus eget, quādoquidem extrario eget influxu, nimirum cibo, potu, aëris respiratione, & ceteris huiusmodi, quibus vitā nostra cōstat, omnibus his accidentibus & intermentis subducētis & sepositis, Deum vitā viuere dicimus, quæ neque principium neque finem habeat, nec vlla rerum extrariorum prorsus eget. An nō ita se res habere tibi videtur? S A R A C. Mirē admodum atque perappositē Deum ex iis describis, quæ sunt apud nos, nec fieri potest, vt is aliunde noscatur, aut aliis verbis exprimat. A B V C. Idem tu in ceteris quoque, amice mi, fac intelligas. Sunt apud nos visus & cæcitas, relicta cæcitate Deum visu præditum seorsum ab omni affectu dicimus, siue affectibus, qui visum comitantur, ab eo subducētis. Siquidē Deus qualibet in re ab omni affectu alienus est. Consimili modo auditus & surditas sunt apud nos. Auditū præditum, non autem surdum Deum esse dicimus. Idem de ceteris quoque iudicandum est. Nam etiam si scripturam nunquam accepissemus, huiusmodi tamen vestigiis & modis Deum inuestigassemus. S A R A C. Perbellē profectō & ad demonstrandum perappositē locutus es. A B V C. Eadem ergo mensura, vir æquissime, orationis consequentiam infero mihi. Vtra honoratior est apud nos, fecunditas, an sterilitas? generatio, an orbis? Nam si contendere super hac re, iniustēque agere velis, ego etiam ipse contēdam, mortem vitā potiorē, atque cæcitatē & surditatem visu & auditu honoratiora esse. Quid autem huiusmodi contentione absurdius, magisque ridiculum esse possit?

7. *Deum à perturbationibus, & vitijs affectibus liberum & immunem esse.*

SA R A C. Haud dubie Deum fecundum, vique genitali præditum esse demonstrasti. Nani citra con-

* *Adden-*
dum vi-
detur.

* *Auditus*
surditas.

* *Fecundi-*
tas.
Sterilitas.
Generatio
Orbis.

* *Generatio*
Orbis.

trouerham generare præstat, quàm sterilem esse, nec vllum afferre fructum. At verò generatio ipsa perturbationibus obnoxia est. A B V C. At, ô bone vir & sapiens, iam antè distinximus, Deum illa sibi à nobis assumpsisse, quæ maximè honorata sunt, ea tamen lege, vt à consequentibus illa perturbationibus & vitiosis affectibus sit liber & immunis.

8. Cur Deus plures filios non genuerit.

f. duorum.

S A R A C. Satis perspicuè verèque demòstrasti, quòd & Deus sit, & filium habeat. Ceterùm quid obstat, quo minùs Deus plures genuerit, vt pluribus imperaret, pluriùmque Rex esset? A B V C. Quandoquidem horum trium ¶ vni locus dandus necessariò fuisset, vt vel innumeros genuisset, atque in seculum seculi sine fine: vel certum & definitum numerum, vt, verbi gratia, centum vel vnum. Iam si infinitos & innumeros generasset, atq; in perpetuum generaret, haudquaquã desineret eius intentio, neque voluntas eius compos voti fieret. Quòd si definito numero quospiam, vt ceterum, genuisset, cuiusnã rei gratia hoc præstitisset, quasi vnus omni eius voluntati atque intentioni adimplenda non fuisset satis? Idcirco enim pluribus est opus. Quod si concederemus, imperfectus & indigus, nec sua sorte contentus esset filius. Quòd si filius egeat, æqualisque Patri atque consubstantialis demonstratus sit, erit haud dubiè ipse quoque Deus Pater (propitius esto mihi, Domine) imperfectus & indigus, nec sua sorte contentus, quod quidem absurdum est. Sin perfectus est filius, vt ipse quoque Pater, aliis opus non est. Dic mihi, quaso, nõne ita sentis? S A R A C. Maximè. A B V C. Cetera verò animantia rationis & liberi arbitrii expertia. S A R A C. Ita res est.

9. Quisnam hunc in mundum mittendus fuerit.

A B V C. Si ergo Deus ad nos, siue in hunc mundum, voluisset Apostolum quempiam mittere, vtrõnã ex ordine misisset, Angelorũ, an hominum? Absit enim vt ex rationis expertibus vllum missurus fuerit. S A R A C. Ita est, vt dicis. A B V C. Iam cum hi libero sint arbitrio præditi, misso integro fuisset Dei mandatis in obeunda legatione obsequi, vel non obsequi, eaque oratione vt, quæ imperata esset, vel nonnulla inuertere. An ignoras Mosen, Hieremiam, & ceteros, cum mitterentur à Deo, primùm id muneris deprecari & detrectare solitos, quia nimirum tanti ministerij prouinciam suscipere formidarent, vel aliud quippiam alio permoti affectu causarentur, donec id illis Deus pluribus verbis & exhortationibus persuasit. Quòd si in huiusmodi detrectatione perseuerare maluissent, id eis integro fuisset, quippe qui libero arbitrio præditi essent. S A R A C. Ita se res habet. A B V C. At tonas à Domini quoque facie fugam Tharsis adornauit. Cum ab eo Ninuè mitteretur. S A R A C. Ita legimus. A B V C. Si ergo ij qui mittebantur, vel legatione detrectarent, vel pro aliis alia nuntiarent, necesse prorsus est, vt ex duobus alterum admittatur, vel vt Dei voluntas irrita maneat, eo quod Apostolum nancisci non possit, vel ipse regio tribunali exurgens, sui sit ipsius Apostolus, mandatorũque suorum præco, suæque ad eò voluntatis minister, executor, & satelles: quemadmodum, vt nostra demonstrauit oratio, à regia dignitate alienum prorsus est & extraneum, si consiliorum mādatorũque suorum vllum per se suæque ipsius opera perficiat,

Porro si quis vel dixerit vllum rationis experts animal ad nos missum esse, is mente captus videatur. Quocirca necesse prorsus est, vt Deus aliquem sibi consubstantialem habeat, qui libero sit præditus arbitrio, cuiusq; voluntas à propria eiusdem intentione non prorsus abhorreat, & discrepet. Obstant quominus ea cõpleantur, quæ proposuerit. Hic autem filius eius coæternus ei est, idem cum eo velle, idemque nolle prorsus habens: qui & in scripturis Magni consilij Angelus vocatur, & præcis illis Patribus, Abraham, Isaac, Jacob, Mosi, & cæteris innotuit: vt factis ex scripturis diligens lector exactius ediscere potest.

10. Spiritum sanctum, Dei thesaurum, eiusque dispensatorem Christum esse.

S A R A C. Quid porro est quod de spiritu sancto dicas? quis eius vsus erat, cum filius, vt dixisti, ad Imperij regniq; paterni perfectione sufficeret? A B V C. Regni maximè legitimi proprium est, vt nihil, cuiusmodicunq; tandem sit illud, Rex per se faciat, sed aliis imperado animi sentia exequatur. Si quid enim per se faciat, id intertrimentum, diminutio, ruinãque regni est, non autem regium munus. Quocirca mediator est Christus. Præterea iis quæ ad regni complementum pernecessaria sunt, immensæ & inexhaustæ opes, thesauri, arariũque accensentur. Qui enim à populo ambitiosè non colitur, qui opibus non abundat, qui munerera non largitur, is pauper inopsque Rex est. Iam regie Patris opes aliæ nullæ sunt, quam Spiritus sanctus, qui gratiarum donis scatet. Itaque Pater, ministrante Filio, Spiritum sanctum, siue beneficia, spiritusq; charismata, seu gratiarum dona largitur.

11. Quare Christus Dei filius non seipsum, sed spiritum sanctum dei fidelibus.

S A R A C. At verò quid obstat, quominus seipsum det fidelibus, vt ipse thesaurus ille sit? A B V C. Hoc pacto filius dator & dator fuisset, quod quidem initio consistere non posse vterque concessimus, cum aliud id quod nouit, itemque aliud id quod noscitur, aliud quod agit, aliudque quod agitur, esse diximus. Ex quo fit, vt pater regio more imperet. Filius paternis iussis obsequatur, spiritumque sanctum donet, hoc est diuitias, & omnium donorum ararium, atque ita demum regnum huiusmodi deprehendatur, vt ei nihil omnino desit, immò numericis omnibus absolutum, pulchrèque constitutum sit.

12. Dei regnum, thesaurumque spiritum sanctum, ab æterno esse.

S A R A C. At verò antequam crearentur ea, quæ in rerum natura sunt, nulli diuites erant, nullis honos ambitiosè à populo deferebatur. Itaque spiritum esse non opus erat, quis enim eius vsus fuisset? A B V C. At, optime vir, regnum Dei perfectum ab æterno sit oportet, ne tempore subsequente perficiatur, etiam si nullus perficiatur, etiam si nullus particeps eius fiat: quemadmodum Philosophus & Medicus artem eiũque cognitionem perfectã adipisci cupiunt, etiam si nulli sint, qui discant, aut Medicina vtatur. Nam tu quoque ipse videndi sensu præditus es, etiam cum dormis & quiescis, tamen si nulli assent, quos videas, quandoquidem perfectus homo es, quia quoties videre vis, ipse visus præsto tibi est, neque tunc aliunde comparandus. Idem enim

enim tibi de spiritu dicam, quod de filio dixi: cum nimirum diuitias Patris esse, vel maiores, vel pares, vel minores. Iam maior eo non est, cum maior Deo nihil sit, neque verò minor, alias nimirum rebus creatis accenseretur. (Nam quod minus est, id creatura est) consequereturque adeò, vt Deus hic & pauper & indigus, & mancus esset, quod quidem absurdum est, nec vilo modo admittendum. Quare necesse prorsus est, vt sit æqualis & coæternus, vt sit Deus perfectus, & Rex æternus, cui honor, gloria, & imperium, per infinita secula, Amen.

Secunda disputatione, aduersus infidelem quendam habita, Deum esse vbique probat, modumque, quo sit, ostendit.

S A R A C. Nõne in omnibus & vbique Deum esse dicitis? A B V C. Dicimus. S A R A C. Eodem autem modo in virginis quoque, seu matris eius, vtero erat: quid ergo amplius in illa fuit? A B V C. Dic mihi, quaso, cum ea cogitas, perpendis & reputas, quæ iam tibi nota sunt, quonam modo nota sunt? eãne animum tuum vltro subeunt, an potius animus tuus ad ea se conuertit? S A R A C. Nimirum animus meus ad ea se conuertit, atque intelligendi vi & facultate contemplatur. A B V C. Animum itaque tuum & in rebus illis in quibus versatur & acquiescit, & in teipso esse dicimus, at non eodem modo in te & in illis: quia in te coniunctus est essentia ratione, in illis autem non ita. Sic tu mihi tanquam ex indicio Deum verbum intellige: & in carne propria, cum in vtero virginis esset, & à partu, ratione essentia per hypostasin coniunctum, incarnatum, & vbique prouidentem & operatione quicquid in rerum natura est moderantem & gubernantem. At nõ idem est in carne propria, & in hoc vniuersi corpore. Eo enim quod Deus est, vniuersum ipsum excedit, tamen si anlas quasdam & occasiones intelligentiarum ex iis quæ sunt in natura, intelligimus in eo qui super omnia est, & omnia fecit.

Tertia disputatione, aduersus Arabas Tritheitas, hoc est eos, qui tres esse Deos in sanctissima Trinitate contendent, Deum trinum & vnum esse contendit.

Tritheita. Dic mihi, Christus tuus estne Deus? Abuc. Est. Trith. Habes ergo Deum alium, præter illum? Abuc. Nequaquam. Trith. Itaque Pater & spiritus sanctus tibi memoria effluerunt. Abuc. Inuicissim me audi. Proponatur hic argumenti loco scriptura vestra illa, inquam, quæ de cælo descendit, vt dicitis. Iam à te queram, num aliam scripturam præter illam habeas? Trith. Ego verò non habere tibi respondebo. Abuc. Ergo omnem aliam scripturam improbas. Trith. Improbo. Abuc. Quid autem dicas, si alius tibi liber proponatur, eandem continens scripturam? tun' eam scripturam improbas? Trith. Ea verò nõ alia atque alia scriptura est, sed eadem: quamlibet alio atque alio libro continetur. Abuc. Idem & ego assero. Patrem & spiritum sanctum Deum à filio alium atque alium neutiquam esse, quamlibet in alia atque alia hypostasi, seu persona, reperitur.

Quarta disputatione aduersus Monophysitas, hoc est hereticos vnam in Christo naturam esse contendent, de lacta Christi cum diabolo, sex capitibus disserit.

1. Quonam modo Christus diabolum vicerit, quãque diuersa, eaque erronea, Iacobitæ & Nestoriani de Christo senserint.

Monophysita. Si Christus, cum Deus esset, diabolũ lucta deuicerit, quidnam præclari fecit? Dicit enim diabolus, Hominem vici, & à Deo sum victus. Iam

quid utilitatis naturæ nostræ ex eo accessit, quòd Deus victor euaserit? Abuc. Iacobitæ quidem Deum verbũ simpliciter luctatum esse, atque vicisse dicunt. Nestoriani autem contra, hominem simpliciter & solum. At Ecclesia mediam & regiam viam ingressa, Deum verbum carne luctam cum diabolo inisse docet. Iam si, vt Nestorianis placet, is qui vicit, & morte multatus est, homo erat, nihil nobis mors hominis profuit. Vt ra ceam eos in absurda multa incurfuros, antè quàm fieri posse demonstrent, vt nudus homo vicerit. Sin, vt Iacobitæ malunt, Deus verbum erat, nihil hoc ad nos, cum Deus simpliciter vicerit. Ceterùm postea quam diabolus animaduertit Adamum ceterosque homines eius posteros à se suãque ipsius vi subactos, cum lapsum hypostasi Adami ceterorumque hominum haudquaquam adscripsit, sed ipsi naturæ, dicens, Deus creaturam formauit, quæ nec mihi, nec peccato resistere potest. Ea de causa cum Deus verbum perfectam humanitatis naturam assumpsisset, libero eius arbitrio, sensibus, & cunctis naturalibus facultatibus vsus est ex naturæ præscripto, & prout iuxta Dei voluntatem expediebat. Atque ita diabolum vicit, nõ vt diuinam potentiam, humana longè præstantiorem, in colluctatione adhibuerit, sed naturæ facultatibus conuenienter Deo & legi diuinæ vsus sit, atque adeò naturæ partes omnes, facultates, & instrumenta ita dixerit, vt pro humanitatis modulis rationi consentaneum erat, atque ita vicit, & victricem naturam ostendit, vt naturæ deinceps victoria & iustificatio ascribatur.

2. De humana Christi mente.

Monoph. Age verò, humanæ mens erat, quæ cū diabolo luctata est: aut, vt simpliciter dicam, vtrum à se mouebatur, an ab alio? Abuc. Quemadmodum nec manus tua, nec mens, nec pes moueri dicitur, Tu enim mētem tuam, membra & facultates pro animi sententia moues & disponis, ita & Deus verbum propriam humanam mentem, sensus, & naturales habitus & facultates mouebat, & ex animi sententia moderabatur.

3. Primum mens Christi à seipsa, an ab alio mouebatur.

Obiectioni porro tuæ, vtrum à se, an ab alio mens Christi mouebatur, hoc respondemus, prout se natura, seu mens & animus habet, ita & corpus eiũque membra & partes sensiles, suum quæque simplicem & naturalem motum habent. Nisi enim prædita essent ea naturali quodam motu, haudquaquam à nobis moueri possent. Nos itaque naturali & simplici motu præditi, ea mouemus & moderamur, vt volumus, bene vel malè. Verbi gratia, pedibus is morus natura insitus est, qui gradiedi vim habeat, ego incesso ex animi sententia vtor, oculis vidēdi vis simpliciter inest, ego eorum aciem dirigo quocunq; mihi videtur. Vt ergo videã, à natura mihi datum est, vt autem hoc vel illo modo videam, arbitrio meo relinquitur. Idem de voluntate, cæterisque naturæ partibus, ipsõque adeò intellectu iudicandum est. Hic enim & ipse simplicem cogitandi vim à natura instram habet, ego autem huiusmodi facultate intellectus naturali vtor, vt volo: & ex animi sententia, nimirum honesta vel turpia cogito, intellectusque facultatem vt lubet exerceo. Itaque simpliciter moueri, ex vniuscuiusque naturalis facultatis proprietate prouenit: at hoc vel illo modo moueri, hypostaseos seu personæ ipsius est. Idem etiam in Christo intellige. Quemadmodum architectus propria manu sedile fabricasse dicitur, atque adeò sedile ipsum architecti manu factum esse dicimus, ita etiam Deum verbum carne vicisse, & è conuersione carnem, seu naturam

Alcoranũ Mahumeti intelligit.

humanam, victicem fuisse asserimus.

4. *Quanam arte Adam à diabolo victus sit.*

Monoph. Quomodo Adam victus est? nonne quia dubitavit, imò potius Dei verbo credere noluit, fidemque diabolo habuit? Abuc. Voluptatis illecebra ei primum cupiditatem ingessit, deinde addubita- uir: nisi enim pulchra fuisset, maturaque apparuisset arbor illa vetita, haudquaquam seipsum fecerisset, ad- uersariique sermoni paruisset. Attende verò quid dicā. Si diabolus ei putidā, spinosam, amarāque arborem ostendisset, dixissetque, Si comederis ex ea, Deus eris, non sine probatione, diligentique disquisitione fraudē admisset: sed curiosus perpēdisset, huiusmodi respo- sio vsus. Vndenam hoc scire tibi obigit? aut vndenam mihi probationem & demōstrationem huiusmodi de- promissit? & vt paucis aboluam, nunquam sine irrefra- gabili probatione adductus fuisset, vt eius dictis fidem haberet. Postea quā verò cupiditate constantiam il- lam remisit, tum de rationis gradu decidit.

5. *Mahometæ collatio cum diabolo, quibusque illecebris & seu doprophetes ille Saracenus ad exlegem legem suam pellexerit.*

Hunc etiam in modum, qui Agarenorum Pseudo- prophetam secuti sunt, in eius illi verba iurarunt, con- cessis & promissis sibi voluptatibus irretiti. Quia enim manubias multas, & spolia, exlegemque legem, & cupi- ditate suarum fruitionem dedit eis, idcirco stulti fa- cti sunt, propriamque conscientiam fecerunt: sibi que persuaserunt eum Dei Prophetam esse atque Aposto- lum. Quia si nihil eorū quæ cordi essent eis prætidif- set, at molesta quædā & laboriosa proposuisset, statim caperata fronte, adductoque supercilio, ei respondissent, Quibusnam verò rationibus nobis persuades, te à Deo missum esse? quibusnam argumentis hoc exfirmas? quin & si ab eo perspicuas eorum quæ dicit probatio- nes exigant, perturbatur, & vt vno verbo aboluam, ea potissimum animi parte agrotat, cui concupiscēdi vis inest, tunc denique mentem conuellit, & ad assensum sibi præstandum allicit.

6. *Quo sensu Christus in tentationem à diabolo induci non potuisse dicendum sit.*

Monoph. Poteratne ille Deo verbo hypostatice cō- iunctus, carōque illa vniuersis tentatoris & mundi vo- luptatibus irretiri? Abuc. Quod hac in parte non po- tuisset dicitur, id ad infirmitatem, debilitatem & inca- pacitatem referendum non est: sed ad decorum ipsum, prout de Deo dicimus, quod iniuste agere non possit.

Quinta disputatione, aduersus Saracenum, ostendit Christum esse verum Deum, quamuis homo fuerit.

Sarac. Christus dixit, Non potest filius à seipso face- re quicquam, nisi quod videt Patrem facientē. Quo- modo igitur Deus est, vt dicitis, & Christiani, qui à sei- pso facere nihil potest? Abuc. Volarene potes? Sarac. Minimè. Abuc. At si aquilam in sublimi volantem vi- deas, itidemque magnum per inane sublimis ferri, & instar aquilæ volare possis, vter vestrum maiori spe- ctantibus admirationi erit: tu an aquila? Sarac. Ego. A- buc. Deo ergo tuo admirabilior est Christus.

Sexta disputatione, aduersus Saracenos Theopa- schitas, hoc est Deum passum esse dicentes, ostendit Christi hypostasin, cum pro nobis passus est, minimè solutam fuisse.

Alio in conuentu Saracenus, ex illustrioribus illis, Episcopum interrogans, Age verò, inquit, Episcope, Deus ille tuus in cruce pendens, animam exspirauit? Maximè verò, respondit Episcopus. Saracenus autem in risum profusus, & eos qui tunc aderant Saracenos &

Christianos ludibrio velut habens, extensa manu ex- clamavit. Sine hypostasi factus est Christianorū Deus. Abuc. At vndenam sine hypostasi Deum Christiano- rum fuisse colligis? Sarac. Meo ipso exemplo. Abuc. Quonam? Sarac. Ego quondam non eram, quo ad vs- que duæ mei partes in ventre matris meæ coalescerunt, corpus, inquam, & anima: vnde tertium quiddam e- natum est, quia ego ex vtriusque partis concursu & cō- positione hypostasis vnica composita euasi. Cum ergo in ipso mortis articulo separatæ fuerint, an non hypo- staseos meæ nullitas tunc necessaria erit? Abuc. An ve- rō compositionis tui exemplum idem esse cum Chri- sti compositione censet? Sarac. Quidni censetam? A- buc. Antequam duæ tui partes illæ concurrerent, vt ipse confellus es, non eras: postea quā verò natus es, vtriusque partis integras proprietates conservare non potuisti: quandoquidem animæ immortalitatem, cor- porisque brutalitatem amisisti, & tertium quiddam, vt dicebas, euasisti: nec anima, nec corpus, sed homo fa- ctus. At Christianorum Deus, vt cauillans obiciebas, vel ante vtriusque partis suæ compositionem cum Pa- tre & Spiritu sancto erat: imò verò ante omnia secula, eoque ipso, quod compositus ex virgine processit, ni- hil quicquam ex partium suarum proprietatibus ami- sit. Perfectus enim Deus mansit, vt & Pater perfectus est: factus autem est homo, vt & mater, quandoquidē Christi partes hæc sunt, diuinitas & humanitas. At ipso passionis tēpote, cū à corpore separata est anima, ipse ab vtraque parte inseparabilis mansit, indiuisa cōiunctio- ne colligatus, vnāque suæ ipsius diuinitatis & huma- nitatis hypostasis existens. Sarac. Vbinam ergo anima erat? Abuc. Corpus quidem in sepulchro, anima autem in inferno. His dictis Saracenus magna cum exclama- tione, At quomodo, inquit, verbum in vtriusque tanto distans intervallo coniunctum est, cum à neutro indi- uisum manserit? Theodorus autem ridens, superest, inquit, ex hac tua sententia, vt Deus ille tuus in Maken- si & Magadeni Mesquitis inueniri non possit. Sarac. An verò duæ illæ partes, quamlibet separatæ, partici- pes diuinitatis erant? Abuc. Non minus quam quo tempore coniungebantur. Sarac. Qui verò diuinitatis particeps corpus exanime in sepulchro iacens non mo- uebatur? Abuc. Quia verbum in ipso tunc incorrup- tionem sacro illi cadaueri conuenientē seruabat. Tunc Saracenus tanquam reti quopiam implicatus, & clin- guis, præ stupore obmutuit.

Septima disputatione, aduersus Agarenos, tria capi- ta continentur.

1. *Iudæos improbe fecisse demonstrat, qui Christum, quam- uis volentem, crucifixerunt.*

Agarenus. Age verò, cum Iudæi Christum, quem Deum tuum esse profiteris, crucifixerunt, an id eo vo- lente fecerunt, necne. Abuc. Volente. Agar. Non so- lum ergo culpandi non sunt, imò etiam est, quod eis gratias agatis. Abuc. Tu mihi vicissim roganti respon- dero. Ego cum Deum tuum quotidie blasphemis, vt ais, seu conuittis mille profcindam, eone nolente id a- go, an volente? Si enim nolente, viribus infirmis est, at si volente, non solum tributa & vectigalia exigere à te deberem, sed etiam donis cumulati, qui Dei tui vo- luntati obsequerem.

2. *Axioma præcedens exemplo à morte fratris Saraceni ducto confirmat.*

Abuc. Denuò mihi responde. Cum in loca Ro- mano subdita imperio incursionem facitis, si quis ve- strum ibi occidatur, nonne in paradysum recta profi- ciscitur,

Christianos ludibrio velut habens, extensa manu ex- clamavit. Sine hypostasi factus est Christianorū Deus. Abuc. At vndenam sine hypostasi Deum Christiano- rum fuisse colligis? Sarac. Meo ipso exemplo. Abuc. Quonam? Sarac. Ego quondam non eram, quo ad vs- que duæ mei partes in ventre matris meæ coalescerunt, corpus, inquam, & anima: vnde tertium quiddam e- natum est, quia ego ex vtriusque partis concursu & cō- positione hypostasis vnica composita euasi. Cum ergo in ipso mortis articulo separatæ fuerint, an non hypo- staseos meæ nullitas tunc necessaria erit? Abuc. An ve- rō compositionis tui exemplum idem esse cum Chri- sti compositione censet? Sarac. Quidni censetam? A- buc. Antequam duæ tui partes illæ concurrerent, vt ipse confellus es, non eras: postea quā verò natus es, vtriusque partis integras proprietates conservare non potuisti: quandoquidem animæ immortalitatem, cor- porisque brutalitatem amisisti, & tertium quiddam, vt dicebas, euasisti: nec anima, nec corpus, sed homo fa- ctus. At Christianorum Deus, vt cauillans obiciebas, vel ante vtriusque partis suæ compositionem cum Pa- tre & Spiritu sancto erat: imò verò ante omnia secula, eoque ipso, quod compositus ex virgine processit, ni- hil quicquam ex partium suarum proprietatibus ami- sit. Perfectus enim Deus mansit, vt & Pater perfectus est: factus autem est homo, vt & mater, quandoquidē Christi partes hæc sunt, diuinitas & humanitas. At ipso passionis tēpote, cū à corpore separata est anima, ipse ab vtraque parte inseparabilis mansit, indiuisa cōiunctio- ne colligatus, vnāque suæ ipsius diuinitatis & huma- nitatis hypostasis existens. Sarac. Vbinam ergo anima erat? Abuc. Corpus quidem in sepulchro, anima autem in inferno. His dictis Saracenus magna cum exclama- tione, At quomodo, inquit, verbum in vtriusque tanto distans intervallo coniunctum est, cum à neutro indi- uisum manserit? Theodorus autem ridens, superest, inquit, ex hac tua sententia, vt Deus ille tuus in Maken- si & Magadeni Mesquitis inueniri non possit. Sarac. An verò duæ illæ partes, quamlibet separatæ, partici- pes diuinitatis erant? Abuc. Non minus quam quo tempore coniungebantur. Sarac. Qui verò diuinitatis particeps corpus exanime in sepulchro iacens non mo- uebatur? Abuc. Quia verbum in ipso tunc incorrup- tionem sacro illi cadaueri conuenientē seruabat. Tunc Saracenus tanquam reti quopiam implicatus, & clin- guis, præ stupore obmutuit.

Septima disputatione, aduersus Agarenos, tria capi- ta continentur.

1. *Iudæos improbe fecisse demonstrat, qui Christum, quam- uis volentem, crucifixerunt.*

Agarenus. Age verò, cum Iudæi Christum, quem Deum tuum esse profiteris, crucifixerunt, an id eo vo- lente fecerunt, necne. Abuc. Volente. Agar. Non so- lum ergo culpandi non sunt, imò etiam est, quod eis gratias agatis. Abuc. Tu mihi vicissim roganti respon- dero. Ego cum Deum tuum quotidie blasphemis, vt ais, seu conuittis mille profcindam, eone nolente id a- go, an volente? Si enim nolente, viribus infirmis est, at si volente, non solum tributa & vectigalia exigere à te deberem, sed etiam donis cumulati, qui Dei tui vo- luntati obsequerem.

2. *Axioma præcedens exemplo à morte fratris Saraceni ducto confirmat.*

Abuc. Denuò mihi responde. Cum in loca Ro- mano subdita imperio incursionem facitis, si quis ve- strum ibi occidatur, nonne in paradysum recta profi- ciscitur,

cificitur, vt docetis? Agaren. Ita prorsus se res habet. Abuc. Si ergo, cum tu eo vnā cum germano fratre pro- feceris sis, & cum hostibus manum conferueris, Ro- manorum quispiam propius accedens fratrem tuum occidat, vtrum malis de fratris occisore, tanquā hoste, vicissim eum occidendo, pœnas exigere, an eum tan- quam beneficium honorare, amplecti, & reuereri: A- gar. Eum certè mille mortibus confingerem, & frustil- larum discerperem, si possem. Abuc. Qui sit autem, vt eum, qui salutis huiusmodi deliciarumque fratri tuo auctor extiterit, dignum morte censeas?

3. *Altero item exemplo, ab oculo ulcerato, id ipsum con- firmat.*

Abuc. Iam verò ad aliud quippiam mihi respon- de. Si oculo tuo dolorificum quoddam lataléque vl- nus inesset, hostium autem tuorum aliquis tibi elthale vulnus infligeret, eaque opportunitate vsus te confe- stim viuis eximere vellet, vulnūque non alia tibi cor- poris parte, quā in ulcerato illo oculo infligeret, vt te quamprimum, prout dixi, è vita tolleret, atque eo ex- symptomate læsus oculus purulentas illas & humidas sordes euomeret, tu autem à dolore liberatus vulneris illius adminiculo perfectè conualuisses, num verò es, qui vulnus illud infixisset, tanquam amicum & bene- ficium, intuereris: an velut inimicum, nulla consilij e- ius voluntatisque ratione habita, sed eius quod præter ipsius voluntatem ex improuiso accidisset, amares, quia beneficio te hoc affecisset? Agar. Imò graues etiam mihi pœnas persolueret, si possem, eumque loco ini- micissimi & infestissimi hostis haberem. Abuc. Tu idem de beneficio etiam illo existima, quo nos Iudæi affecerunt.

Octaua disputatione, aduersus Iudæos, tria conti- nentur capita.

1. *De vero & catholico sacrarum scripturarum sensu, atque obiter de pio & legitimo sacrarum imaginum vsu.*

Ego tecum, Iudæus inquit, ex scripturis contendo. Nihil enim quicquam præter illas noui. Abuc. Nec ego illas improbo: hi tamen auditores mihi præmonē- di sunt, quo sensu scripturas accipio. Quemadmodum si quis in aedes depictas ingressus, Pauli forsitan ima- ginem videat, eamque digito commonstrans, dicat: Hic Tarfensis ille Paulus est, qui consensit in Stepaha- ni cadem, qui literis acceptis à Sacerdotum Principi- bus Damascum perrexit, diripiens, & custodiae manci- pans Christianos: Hic est qui diuina visione ad Chri- stianismum conuersus, præco doctōrque gētium eua- sit, & cætera id genus subiiciat, oculis in imaginē Pau- li defixis: Hæc omnia certè ad expressam imagine Paulum, cuius ea est imago, referuntur, non item ad pi- cturam & colores. Quod si Paulum à pictore malè depictum lineatūmve dicat, quia corporis humeros lōge quam deceat, depressiores effinxerit, aut oculum eius non conuinnè depinxerit, eisque crura tenuia & mutila fecerit, & cætera eiusmodi, ea verò nequaquā ad eum referuntur, qui depictus est, sed in sola imagine circumscribuntur, eodem prorsus modo ea quoque se habent, quæ de sanctis in scriptura dicuntur. Alia enim ad Christum referentur, quem illi quadam velut ima- gine præfigurant. Alia autem de sanctis, iisque aded so- lis enuntiantur.

2. *De Iudæico & heretico, eodemque falso scripturarum sacrarum intellectu.*

Abuc. Placet ne tibi, o Iudæe, hæc scripturæ le- ctio, & explanatio? Iudæus. Minimè verò, nec enim hoc admitto, sed ad literam omnia examino, vt quæ,

verbi gratia, de Dauide dicuntur, ad eum illa solum re- fero: eodemque modo quæ de Abraham, Isaac, Iacob, Iuda, & cæteris. Abuc. Vide quid dicas, nam si scriptu- ram ea phrasi cōque sensu accipias, Deum in pleiūque mendacem facis. Iudæus. Bona verba, quæso. Abuc. Nonne Deus dixit Abraham, Omnem terram, quā con- spicis, tibi dabo, & semini tuo? Iud. Haud dubiè. A. c. 7. Abuc. At quonam tempore Abrahamū terræ illius do- minum constituit: cum ne pedis quidem vestigium ibi possederit? Iud. Nec enim Sarram sepelire prius po- tuit, quam locum pretio sibi comparauerit. Abuc. An ergo Dei verbum excidit? Iud. Daturus est, inquit scriptura, eis terram. Abuc. At verò nō ita dixit Deus, Filiis tuis eam sum daturus, sed tibi & semini tuo. Iri- dem & Iacobo dixit. Terram hanc, quam dedi patri- bus tuis, Abraham & Isaac, eam tibi dabo, & semini tuo post te. Atqui ne Iacob quidem vestigium pedis in ea possedit, sed in aliena terra Agypto mortuus est. Videt- vero, vt ita scripturas intelligens Deum mendacem fa- cias? Quid autem Iacobo quoque dixit, gētes, & gen- tium congregatio abs te procedent. Vbinam verò, aut quomodo ex Iacobo gentes processerunt? Eidem præ- rerea dixit, adorabunt te filij tui. Idem, Ipse & semen tuū dominabitur eis. Quomodo dixit fratres tui, mul- titudinis numero? Atqui vnus tantum frater ei fuit, Esaus. Vbinam verò Esaus fratrem suum adorauit? imò secus se res habuit, septies Iacob humi pronoluitus E- saus adorauit, & dominum appellauit, eumque toto vitæ suæ tempore timuit & reueritus est. Quem post tot annorum curricula, egressis ab Agypto Israëlitis, descripsit Moyses ad primarium & principem filiorum E- saus, in hæc verba. Fratres vestri sumus: Liceat nobis transire per terram vestram, gradiemur via publica: nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, sed aquam & panem pretio cōparabimus, quoad peruenerimus in terram, quam dedit nobis Deus. Ille autem respon- dit eis. Non transibitis, si per terram nostram transe- tis, egrediemur, & interficiemus vos. Neque id impro- bauit Deus, imò potius confirmauit, & corroborauit, dicens. Hanc terram dedi Esaus, ne moueamini contra eos: & cætera quæ subsequuntur. Vbinam ergo adim- pleuit Deus ea, quæ Iacobo dixit. Aborabunt te filij Patris tui? Item tu & semen tuum dominabitur eis, & cætera id genus.

3. *Pium quemlibet Christianum filium Israelis esse.*

Vides, Iudæe, vt Deum vti que mendacem facias, im- proba tua interpretatione & imperitia. Quid? an non cum Deus Iacobo apparuit, & cum eo luctatus est, dicit ei. Nequaquam appellabitur Iacob nomen tuum, sed Israël, atqui innumeris postea locis & Deus & scri- ptura, & ipse seipsum Iacobum vocauit. Quid iam? excideruntne, adeoque sunt irrita Dei verba? Iud. At ego, inquit, sum filius Israël, mihi factæ sunt promif- siones. Abuc. Nequaquam sed ego sum filius Israël. Quānam enim de causa Israëlitem te iactas? quia capil- lū cuspum haberet, aut corpore maximo præ cæteris, aut fortissimo, aut præcellenti admittandæ forma es- set? Iud. Minimè gentium: sed quia Deum piè coleret. Abuc. Quiuis ergo pius, piisque moribus præditus, vir, Israël est, & filius Israël, & Abraham. Age verò, mira- rissime, si Deum Israëlis colens & diligens dicam, Filium sum Israëlis, moribus eum fidēque referens. Quemad- modum enim benedictiones erant Esaus primogeniti, cum autē venisset Iacob, & patri suo dixisset, Ego sum Esaus, cum tamen Esaus non esset, benedictiones acce- pit, nec eas immutauit Isaac, ne fraude quidem perce-

D. Pauli in cruce.

Christus sanctioris prototypo.

Gen. 28. 35. et 48.

Gen. 49.

Iacob ad Iudæ, for- saum adorauit, & dominum appellauit, eumque toto vitæ suæ tempore timuit & reueritus est. Quem post tot annorum curricula, egressis ab Agypto Israëlitis, descripsit Moyses ad primarium & principem filiorum E- saus, in hæc verba. Fratres vestri sumus: Liceat nobis transire per terram vestram, gradiemur via publica: nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, sed aquam & panem pretio cōparabimus, quoad peruenerimus in terram, quam dedit nobis Deus. Ille autem respon- dit eis. Non transibitis, si per terram nostram transe- tis, egrediemur, & interficiemus vos. Neque id impro- bauit Deus, imò potius confirmauit, & corroborauit, dicens. Hanc terram dedi Esaus, ne moueamini contra eos: & cætera quæ subsequuntur. Vbinam ergo adim- pleuit Deus ea, quæ Iacobo dixit. Aborabunt te filij Patris tui? Item tu & semen tuum dominabitur eis, & cætera id genus.

Gen. 17.

Num. 20.

Deut. 2.

Gen. 32.

Gen. 35.

pta, ita ego etiam hoc sensu promissiones accipio, meque filium Israelis esse dico.

Nona disputatione, aduersus Nestorianos, vnum & eundem esse Dei & virginis filium.

A B V C. Vter dixit, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra: filiusne virginis, seu homo, an verò Dei filius? Nestorianus. Homo. Abuc. Cum ergo potestas omnis cœlestium terrestriumque huic homini data sit, improbe, præterque Dei voluntatem ij faciunt qui Deum orant, aut ab eo quippiam petunt, Huius enim hominis omnia sunt, & quacunque peturi sumus, vel ad terrestre regnū, vel cœleste referuntur. Hæc porro cuncta sunt hominis. Iam si peccant, qui à Deo quippiam petunt, hic enim potestatem habet, Desque dona pœnitundini obnoxia non sunt, vel si preces Deo fundendæ sint, fallitur hic & insolecit, frustra dicens, Data mihi est omnis potestas, cum alius iis præficiatur & imperet, quæ ille se penes esse ait.

Decima disputatione aduersus eisdem Nestorianos, Deum verbum & Deum hominem vnum & eundem esse.

A B V C. Vter chirographum contra nos scriptum siue debitum repetiit, mortuus pro nobis, cuius quidē debiti solutione, à morte, corruptione, peccatōque liberati sumus. Deusne verbum, an homo? Nestor. Homo. Ei gratiæ quoque à nobis, salutis ergo nostræ, agendæ sunt, quandoquidem ipse noster benefactor est. Videmus enim, quod cum debitores Deo essemus, id debitum nos præfocabat, & pessundabat. Ex quo autē liberati ab illo sumus, salui euasimus, & reuiximus.

Vndecima disputatione, aduersus eisdem Nestorianos, duo continentur capita.

1. Christum verè, non phantasticè, seu fictè & imaginatiuè, natum esse ex virgine, passum, crucifixum, &c.

A B V C. Quatuor sunt in Christo, vt ita dicam, propria, nimirum natiuitas ex virgine, naturales & inculpabiles affectiones, crux, eique affecta tormenta, & mors. Iam verò nūmnā hæc quatuor Christi propria, aut eorum aliquod sibi ipsi Dei verbū adsciuit, an eorundem nullum assumpsit, suscepit, & vëdicauit? Nest. Certè omnia non naturaliter, at quodam dispensationis ordine. Abuc. Sit ita sanè, non naturaliter, sed dispensatiuè. Iam veritasne id fuit, an imaginatio tantū, & impostura? Nest. Nequaquam sed veritas. Abuc. Verè itaque Deum verbum è virgine natum esse, esuriisse, sitiisse, naturales affectiones subiisse, crucifixumque & mortuum esse dicimus. His auditis commotus & mirè perturbatus hæreticus exclamauit. Hæc sunt quæ dicit & docet Abucaras ille, qui res & personas calculis suis præcidit & approbat, quemadmodum

* Suprà di Agareno demonstrationibus Deo * filium esse asseruerat. *Pub. 1. c. 3*

2. De pudenda sophistæ cuiusdam Nestoriani tergiversatione.

A B V C. Age verò, Christus, siue homo, in vtero matris suæ notitiāne verbi Dei habuit? Nest. Haudquamquam. Tunc qui cum eo erant Nestoriani, blasphemū hoc responsum esse ducetes, eum obiurgauerunt, quālibet hæreseos suæ propugnatores Exarchum, se non amplius eum principis aciei suæ præfecturos asserentes, atque ab eo descinerunt.

Duodecima disputatione aduersus eisdem Nestorianos, probat Mariam virginem Theotocon vel Iesutocon, hoc est Deigenitricem vel Iesugenitricem, potius quam Christocon, hoc est Christiparam, appellandam esse.

Nestor. Quis sit, vt Mariam Deigenitricem, & non potiùs Christigenitricem, nominetis? Demonstra ex scripturis hoc nomē Θεοτόκος, seu Deigenitrix. Abuc. Tu verò dictionem Χριστοτόκος, seu Christigenitrix, demonstrato. Nest. Hem accipe. Iesu autem Christi generatione sic erat. Cum enim despōsata esset mater eius, & quæ sequuntur. Quocirca ea quæ Iesum Christum genuit, iure Christipara nuncupabitur. Abuc. Ego vocabulum ipsum expressè dictum requisivi, quemadmodum tu à me dictionem Θεοτόκος requisisti. Quod si hoc modo demonstrationem facias, ego quoque innumeris ex scripturæ locis Christum Deum esse comprobans, cæteris demonstrationibus hæc adiicio, quod ea quæ ipsum peperit Deipara dicenda sit. Quidni enim Deipara, quæ Deum habeat * filium? vel Imperatoris matrè hęc, sodes, compellatō verbis. Tu Imperatorem non genuisti. Tu Imperatoris mater non es.

Quis autem sit, quæso, vt cum ipse vocetur Iesus Christus, tu matrem eius Iesutocon, seu Iesuparam, non appellas, sed prætermisso Iesu nomine, Christiparam eā nominas? Quod igitur tu in nomine Iesu fecisti, eo præterito, & Christi nomine assumpto, idem & ego feci, Christi nomine prætermisso, & Dei nomine adducto, tanquam primo, proprio, & eximio? Siquidem à potiore parte, non à deteriore appellationes imponuntur, ab iis maximè, qui laudare quempiam & honore afficere instituit. Nest. Sed si Θεοτόκος dixerō, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum ex ea natos esse perspicue demonstrabo. Nam quicumque Deum absolute dicit, & hypostaticam paternitatis, filiationis, & spiritus sancti proprietatem infert, is totam Trinitatem sanctam significauit. Abuc. Verum minimè dixisti, sed excusas excusationes in peccatis. Quare legito initium Epistolæ Pauli ad Romanos. Nest. Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei.

Abuc. Quis est hic Deus, siue quānam hypostasis? Nestor. Tota Trinitas. Abuc. Rectè tuum ipsum in caput mentitus es. legito & quæ subsequuntur. Nest. Quod autē promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Abuc. Quid ergo? nūmnā Christus filius sanctæ Trinitatis est? Vides nequitiam tuam reprehensam? legito & epistolam ad Hebræos: nam & illa te sensus reprobi coarguit. Quin & plerisque diuinæ scripturæ in locis perspicua est huius hæreseos reprehensio. Siquidem non rarè monoypostatice, hoc est vnus hypostaseos seu personæ sensu hoc nomen Deus de filio dicitur. Vt, & Deus erat verbum. Item alio loco Diuus Paulus de filio inquit. Qui & super omnes Deos, & cæteta id genus plurima. At mihi per otium nunc testimonia scripturæ congerere non licet. Quare veri studiosis, nec contentiosis oblocutoribus hæc sufficiant.

Decimatertia disputatione, contra eisdem Nestorianos, Christi nomine vtrāque naturam, diuinam & humanam, designari confirmat.

A B V C. Dic mihi, hoc nomen Christus vtram naturam indicat, diuinitatis an humanitatis? Nest. Non vnam in parte, sed vtranque hypostasin, siue Dei & hominis simul. Abuc. Rectè censēs. Iam hoc mihi ediffere. An Christus ex virgine natus est? Nest. Maximè. Abuc. Ergo Deus verbum & homo natus est ex virgine. Christus enim, vt confessus es, Deus & homo est. Hoc insuper à te peto. An Christus mortuus est? Nest. Maximè. Abuc. Ergo Deus & homo mortuus est. Christus enim, vt vis, Deus & homo est: quānam verò

de causa

de causa Christus dicitur Christus? n.e. Quia vnixit ei Deus spiritu sancto. Abuc. Vter igitur vnctus est, Deus verbū, an homo? Nest. Absit, vt Deū verbum vnctum fuisse dicamus, sed hominem. Abuc. Christus igitur est homo. Si enim is, qui vnctus est, Christus est, & homo is est, qui vnctus est, alius denique Deus verbū, & alius homo est, vt vultis, consequitur, vt homo sit Christus in parte. Quid ergo vobis ipsis & aliis imponetes Christum Deum & hominem esse dicitis?

Quartadecima disputatione, contra Origenistas, iustitia quid, eiusque modi quōtam sint.

Origenista. Quid iuris hoc est? vt qui annis decem vel quinquaginta peccauerit, is decies millenis, imò etiam infinitis seculis pœnas luat? Abuc. Quid verò iustitia tibi esse videtur? Origen. Vt pro ratione delicti pœna infligatur. Vt, verbi gratia, si quis annorū quinquaginta spatio peccauerit, is annis totidem & plectatur. Abuc. Quōtam modis iustitiam dicimus? & vndē nā tu eam didicisti? Origen. Tu verò ipse dicitis, quōtam modis? Abuc. Omnem iustitiam vel ex Dei lege, vel ex legibus, quas homines sancierunt, vel ex rebus naturalibus cognoscimus. Harum autem iustitiarū specierum nulla temporalem penam irrogat. Prout fornicator quispiam, vel furatur, vel occidit, vnus horum spatio, at lex Dei hominumque leges, homicidam capitis damnātes, extremōque supplicio facinorosum aliquem afficientes, non vnus in cum horum spatio aduertit, sed si morte quidem plectatur, æterno cum supplicio afficiunt, vel si verberent, diuturnum ei dolorem ex rebus inferunt. Quin tu quoque si adulterum quempiam cum vxore filiiæ deprehēderes, non vnus illum horum spatio puniendum, sed trucidandum censes: quod quidem æternum est hominum supplicium. Sed ipse quoque rerum naturæ perinde se habent. Cum enim nobis ne frigidam, vel bi gratia, bibamus aquam, nec quoque noxio cibi genere vitamur, interdicitum sit, in vitium tamen nitamur, diuturnas nimirum pœnas damus. Itaque sæpenumerò sit, vt ex frigidæ potu, ignisue contactu, vel aceti vsu, continuum morbum incurramus, Atqui natura iustissima est. Tu verò iustitiam vndēnam habes, aut inuenisti?

multa deesse videntur. Nam præter huius contra Origenistas disputationis alteram partem, integræ aliquot disputationes desunt, & illa in primis, quæ de corporis & sanguinis Dominici veritate in Eucharistia disputantur. Et præter ex eisdem disputationum eius, prout habetur in Regia Bibliotheca.

Quintadecima & vltima disputatione, de quinq; hostibus disserit, à quibus nos Christus asseruit, nimirum morte, diabolo, legis maledictione & condemnatione, peccato, & inferno. Cuius quidem disputationis septē hæc sunt capita.

1. Mortem transgressionis primi Adæ introductam, secundum Adæ Christi obedientiam destructam esse.

Interlocutores. A. & B. quiuis.

A. Quinq; perniciosi nobis erant hostes, à quibus Christus homo factus nos liberauit. B. Ecquā illi tandem fuerint, quisne nostram à singulis liberandorū modus extiterit, libenter ex te rescicero, tēque obnoxie rogo, & vt mihi ediffereas, obsecro. A. Ego tibi tā cupide roganti, quæstionē istā, quantū mihi verbis assequitur, explanabo. Illud autē mihi percontanti respondebo. B. Quidnā? A. Ain' verò summū illum frustra quicquā agere, aut effari? A. Quānā istud de Deo dicere piū fuerit, cum ne de præsentibus quidē vnus sobrius liceat? A. Cū itaque contra hominē præcepti sui transgressorē hæc effectus sit, terra es, & in terrā reuorteris, pro-

Tom. 5.

ut iā antea eidē protestatus fuerat. Quacunq; die tome deris ex ea, verita nimirū arbore, morte morieris: quōnā modo suā hæc sententiā reuocasset, aboleuisset, nulla alia existente ratione, qua legitime dissolui posset? Nā si iudicē videres, qui iudiciū aliquod hodie die ferret, idēque crastino illud infirmaret, atq; inuertiret, an non eū malo percitū genio suspicareris? Quis fiat ergo, vt Deus primū iudiciū suum, sententiā quæ inuertat? B. Quis fiat? tu ipse dicitis, nec enim id allequi possum. A. Quid causæ fuit, vt morte condemnauerit? B. Præcepti transgressio scilicet. A. Quemadmodū per transgressionē vnus hominis Adæ mors ingressa est in hunc mundū, & in omnes homines se diffudit, ita per vnus hominis secundi Adæ Christi obedientiā mors destruetur, eiq; loco vita succedet. B. Nonne Abraham, Isaac, Iacob, Moses, & Enoch ante Christum obediuerunt Deo, eiq; accepti fuerunt? A. Tametsi Deo placuisse dicuntur, id tamē habita ceterorū hominū ratione intelligi oportet. Peccati porro prorsus expers nullus est, nisi Christus Dominus. Iam omne peccatum vel tantillum mortē infert. Merito itaq; Christus (ex quo summū illā obedientiā exhibuit, & omnes diaboli tentationes, ei colluctās in deserto, amolitus est) mortem destruxit, eiq; loco sua obedientia vitā introduxit. B. Quid ergo insuper opus erat, vt in cruce moreretur, cum illa damnatio ad mortē iam rescilla esset? A. At verò diaboli contra nos accusatio integra superfuisset. Ignorāne nos ei obnoxios fuisse, qui à Deo desciscētes ei morē gesserimus? Quid ergo curæ, vt ita dicam, illi fuisset, si mors quidē euerfa fuisset, illius autē tyrannis & potētia remansisset: imò maiore fortasse gaudio perfuls fuisset, quippe qui immortalibus damnaretur.

2. Quōnam modo serui diabolo facti simus, nosque ab eius seruitute Christus asseruerit.

B. Die mihi, quæso, quōnā modo serui diabolo facti sumus. A. Deus in mundi primordiis homine creato, fortè & inuictū eū exhibuit. Diabolus itaq; viribus ei præpollere nō valēs, sed ad malefaciendū peritus, artibus illū suis deludere nō antè cōquieuit, quān præuolente gratia denudaret, spontanea transgressionē, voluptatis illecebris titillās, atque hoc modo viribus eius effractis, eū sibi subiecit, faciliq; voluptati omni necō peccato & inobediētiæ vnā cū posteris mācipauit: postmodūq; Deus (iustissimi cuius præceptū transgressus erat, & ad hostē eius transigerat, ei per omnia dicto audientem se præbens) eū illius tyrānidē vxari meritis permittit. Cui enim quis obedit, ei seruū se phitetur, vt inquit Apostolus. Serui estis eius, cui obeditis. Quocirca scriptū homo, cū lib. esset, voluptati & aduersario vëdidit.

3. Quare post peccatum homo à seipso per penitentiam in integrum restitui non potuerit.

B. Quis verò factū est, vt cum post peccatū resipisceret homo, seipsum pristino statui restituere, diabolūq; iugū excutere nequiteret? A. Quia vt nos ipsos vendam, statū in nobis est, vt autē vëditione facta, & inita seruitute nos ipsos liberemus, in manu nostra non est. Nec eo potius de hac dicimus, vt diabolū Dominū nostrū esse, nobisq; energia de vi prorsus imperare, asseramus, sed quia peccato debitiū illi, postmodū tanquā ægroti facile in diaboli castes habet. incidim', qui facile ab eo peccatis & voluptatibus irriti fuerim'. Quēadmodū enim si quis hostē phligaturus est, veneno infestissimū lethali potat, vt eo debilitato, postea victor facili' euadat, ita diabol' hominū vitio fructu inescavit, & debilitatū sibi phariscavit seu vëdicavit. Nos igitur sibi mācipatos habuit, & nisi Christus hostē nostrū inescasset, quoad ab illo iniuste caelus, in-

2. O O O

iusta illa cede tum ipsum diabolum, tum seruos omnes ei mancipatos cepit: atque ita nos à diaboli seruitute liberauit (non nos ipsius Christi iustitia à diaboli seruitute afferuit) & mortem etiam, vt ita dicam, à nobis excussit. Nos enim, tamquam sibi morigeros, detinebat.

4. *Eliptypoticum exemplum modis, quo nos Christum à diaboli tyrannide vindicauit.*

B. Hæc exemplo dilucidius explanari velim, A. Fingatur Rex quapiam in regione seruos habens. Eam autem regionem circumalluat fluius: trans fluium verò statuat hortus arboribus cõstitus, pulchris & amoenis fructibus scatens, edicatque Rex subditis omnibus, ne quis tractato flumine eum in hortu ingrediatur. Ceterum subditorum quispiã fructuum huiusmodi aspectu & cupiditate pellectus, proprioque indulgens appetitui, Dominicũ temerè transgressus præceptum, & flumẽ trauiciat, vt cupiditate expleat: nec id solũ designet. Verum reliquos etiam conseruos eandem in fraudem adducat, prætenforum fructuum voluptate vsq; adeo infelcet, vt cõmuni Domino refractarij, & flumen trauiciat, & suas in manus incidat: tum deinde in conseruos huiusmodi tyrannidem ille peccati parens exerceat, & eos afflicet, ea demque tyrannide pressi ad legitimum Dominũ clamet, & eius opem implorent, vt à circumvallantibus ærumnis liberentur. Mox illorũ misertus clementissimus ille Rex propriũ filium mittat, seruorũ habitu amictũ, eisq; per omnia similit. * Hic autem in mediũ procedens ad fluminis ripas accedat, quẽ cõspicatus malorũ veterator ille tyrannus, & seruorũ vnum esse suspicatus, ad trauiciendũ flumen, & fructuũ illecebras more suo inuitet, vt eũ sibi mancipet. Reuientem porò, quin & illius hortibus magnopere obstitente, bile inuidiãque feruens tyrannus, tracto flumine, filiũ Regis interimat, tyrannũq; cõprehensum Rex ita interroget. Dic mihi, pessime tyranne, cum tu ceteris cõseruis antor eras, vt mihi naturali suo Domino refractaret, & ad te transfugerent, nũmmam eos è manibus tuis seruitioq; tuo auullis, qui se tibi spõre dedidissent? quãuis id agere potuissẽ, ius tamen abolere irritum ve facere nolui. At hũnce filiũ meũ, qui tentationibus tuis vsquequaque reluctatus est, quãna de causa peremisti, & iniuste occidisti? Quia ergo tantũ scelus designare ausus es, iccirco & te, & omnes conseruos tibi que deditio ei iure subiciã. Et si millies totidẽ possideres, ne tantillũ quidẽ debiti huius cũ illis permuauero. Quid enim præstare vnquã possis, quod vel vnica sanguinis Dominici guttula condignũ sit? Hoc pacto nos iusta ratione à mali tyrannide liberauit, non autem viribus & potentia simpliciter vsus.

5. *Quõnam modo nos Christum à damnatione legis exemerit.*

B. Satis superque hac etiã de re disseruisti. Iam mihi quĩnam sint quinque illi hostes edisserere, à quibus nos Christus liberauit. A. Mors, diabolus, legis maledictio, atq; cõdénatio, Peccatũ, & Infernus. B. Quod ad mortẽ quidẽ attinet, eã Christi obediẽtia destructã esse dixisti. Sic etiã quõnam modo nos à diaboli seruitute liberauit. Eloquenter itã, qui nos à legis maledictione redemerit, factus pro nobis maledictio? A. Eorum que antè dixi tibi veniat in mentẽ, quod vicibus innumeris Dei

legẽ transgressi, mille mortibus obnoxij eramus. Die enim mihi, quod à te antea, cum de Adamo agerẽ scicitatus sum, an Deus quippiã temerè fortuitoque agit? B. Absit. A. Si quis enim cuiquam mille nummos debere, nec refundere posset, creditor autẽ auri quantitatẽ ab eo reposcere non posset, at quispiã alius chirographo cõtra eũ scripto, in carcerẽ coniceret, eũque nullis non afflicteret modis, nolens, vt prædixi, auri vel tantillum accipere, an nõ huiusmodi hominẽ vanũ esse temerariũq; intelligimus? B. Quidni? A. Si ergo Deus à nobis iustificationes legis reposcere noluerit, quãnam de causa eã contra nos scripsit? At non ita se res habet, absit: (nec enim Deus curiosus, quãsi que ludificator est) sed iusto suo iudicio à nobis omnia illa exigebat, quæ in lege scripta sunt, quæ eũ soluẽdo non essemus, iccirco pro nobis. Christus Dñs noster illa persoluit: & maledictionẽ cõdénationẽque, cui obnoxij eramus, assumpsit, vltroq; in se recepit, & quæ pati debueramus illa ipse pertulit, flagellatus, spuris cõspersus, percussus, colaphis caesus, crucifixus, & pro nobis mortuus est: quãuis vel antea, vt diximus, obediẽtia ratione, mortẽ destruere posset, sed ex abundantia, vt nos à diabolo, maledictione legis, iustoque Dei iudicio liberaret, mortuus est pro nobis, vt esset quod nostri Deus miseretur, nec pppriã interim institiã infirmaret, irritã ve faceret, sed suis eã finibus circumscriberet, suãque munia subire sineret, neque misericordiam suam, vt cassam & vanam pretermitteret.

6. *Quõnam modo Christus nos à peccato liberauerit.*

B. Satis etiã superque hac de re disseruisti, iam edisserere, quõnam modo nos Christus à peccato liberauerit. A. Quid est peccatũ? nõne aberratio quãdã & deflexio à scopo? Quemadmodũ enim si quis sanus existat, ambulado pedẽ figat vbicũque collubatum fuerit: si verò morbi cuiuspiã habitu cõtraxerit, mox totũ cõtremitcet, nec pedẽ vbi vlet figere poterit, sed sicubi vestigiũ firmare stauerit, præualẽte morbo impulsus alibi vacillates gressus inuertet, ita etiã quandiu peccatũ animæ nostræ cohabitãt, itã debilitẽ eam & infirmã efficit, vt ab omni propositorũ suorũ scopo aberrantẽ & peccatẽ reddat. Christus autẽ nos in aqua & spiritu bapuzat: & sanctissimi spũs gratia nos cõfirmat, omnẽq; peccatũ, infirmitatẽ, & morbiã abradit, renouat, restaurat, & pristinis illis viribus pulcritudinẽque, quibus ante transgressionem prædita erat, restituit.

7. *Quõnam modo Christus regnũ inferni destruxerit, & piorum animas inde reduxerit.*

Quinta superest liberatio, nimirũ ab inferno, quia fieri nõ poterat, vt eũ carne ad inferos anima Domini descenderet, quã mors à carne separauerat, idcirco nuda cũ animabus, quæ sedebãt in tenebris, versata est, vsq; lumine suæ diuinitatis illucscẽs, eas quæ in eũ crediderant, in paradysum transfudit, & inferni regnum destruxit. Quemadmodũ enim porta & ingressus verbi Dei aduẽtus in hunc mundum sanctissima Virgo fuit, ita & mors ianuã & ingressum ad inferos descendẽsui præbuit. *Christianarum Theodori Abucaræ Disputationum, quarum vnica, eãque reliquarum velut coryphæa, de sacrosancto Eucharistiæ sacramento, desideratur, Finit.*

GENNADII SCHOLARII PATRIARCHÆ CONSTANTINO
POLITANI, LIBELLVS, QUI VITA SALVTIS HOMINVM
appellatur, in quo cum Mahumera Turcarum Imperatore, de quibusdam Religionis
Christianæ articulis differit, è Græco in Latinum à Gregorio Her-
monymo Spartano, translatus.

DIALOGVS PRIMVS.

Inter-



Imeylocutores, Mahumetus, Gennadius.
Vid est Deus? e n. Deus est substantia inuisibilis, intelligibilis, intelligensq; & nõ interpretabilis? Deus est spiritus sine materia, oculus pernegil, intellectus actu, semper existens. Deus est causa omnium visibilium & inuisibilium creaturarum. M. A. Vnde dicitur deũs, quod est Deus? e. Dicitur apud tr̃s deũs, quod est à speculati, eo quod cõsta speculatur, quasi speculator & spectator omnium. Dicitur præterea deũs apud tr̃s deũs hoc est ecurrere, anima intelligibilis sine tempore, Deus enim semper & vbiq; adest. M. Et quot dij sunt? e. Vnus Deus deorum & Dominus dominantũ, & præter eum non est alius. Dicitur tanquã dij aliquãdo homines per participationem, vt puta: Ego dixi Dij estis & filij altis. Vos autem tanquã homines mortemini & sicut vnus de principibus cadetis. M. Si itaque vnus Deus est, cur dicitis etiã tres esse personas, Patrẽ videlicet, filiũ & spiritum sanctũ? e. Ecce sic esse tres dicimus & vnũ. M. Doceas nos quãso quomodo est vnus Deus & tres personæ? quoniã nobis mirum videtur quomodo vnus Deus sit, & tres in eo personæ. e. Animaduerte quãso & facile poteris intelligere mysteriũ sanctę trinitatis, quãtu mēs humana valeat intelligere: ego autẽ pro viribus exprimere contẽdã. Idcirco dicitur Deus non interpretabilis, quia non possumus eius naturam percipere, neque similis est vlla nobis persona. Si enim esset persona vnica, illum proculdubidẽ cognosceremus quemadmodũ nos inuicem cognoscimus. Sed est vnus quidẽ Deus, tres autẽ personæ eiusdem deitatis, proinde animaduerte quæ dicturi sumus. Quemadmodũ est vnus sol, qui quidẽ radios habet & lumen, itãque in sole tres quasi personæ, substantia solis, radius & lumen. Radius vero qui discedit lapidis instar terram percutiens, lumen autẽ quod illuminat loca tenebrosa, absq; radio. Ecce itaque tres quasi personæ, corpus scilicet solare, radius & lumẽ, nõ tamẽ dicimus tres soles, verũ vnũ & solũ, nec dicim⁹ personã vnã, sed tres. Si enim fueris interrogat⁹, Quot sũt soles in cœlo? Responderẽ debes, vn⁹ est sol. Si autẽ interrogatus fueris, quæ sunt personæ in sole? responde tres. Solare corpus, radi⁹ & lumẽ, similiter sentiẽdũ est etiã de Deo. De⁹ quidẽ vnus, personæ autẽ in Deo tres Pater, filius & spũs sanct⁹. ex his poteris intelligere, quod quẽadmodũ sunt in sole tria distincta, ita est & vnus De⁹ triũ personarũ. Pater ipse est corpus solare, filius autẽ est radius, Spiritus sanctus est lumen solis. Et sicut in sole, est corpus solare, est radius & lumẽ, & tamẽ vnus sol, & non tres, similiter & in Deo Pater, filius & spiritus sanctus vnus Deus & nõ tres dij. Insuper dic sic, Quãdo substantia solis & radius & lumen nõ inuicẽ separantur, propterea dicitur vnus sol, & nõ tres, quia nõ separãtur ab inuicẽ, & quemadmodũ substantia solis producit radios & à sole & radiis procedit lumẽ: Ita pater generat filiũ seu verbũ eius, & à patre & filio procedit spiritus sanctus. Sis igitur attentus quãso, Quod sicut radius solis descẽdit de cœlo ad terrã & corpore solari & nõ separatur, & neque à cœlo abest neq; à terra, sed est in corpore solari & in cœlo, in terra & vbique, neq; sursum neq; deorsum abest, ita & filius, seu verbũ Dei descẽdit in terrã & neque à Patre abest, neq; à cœlo, neque à terra, sed fuit semper & est in gremio patris, inseparabilis & sursum & deorsum & vbique & nusquã deest: & quemadmodum est lumẽ solare & in corpore solari & in radio &

Tom. 5.

in cœlo & in terra, & ingreditur interiora domus, & omnia illuminat, ita & spiritus sanctus vbique & cum patre & cum filio est sursum & deorsum & omnes homines illuminat & nullibi deest. Spiritus enim vt ait Paulus, etiã inquit & profunditates Dei. Ecce igitur quemadmodũ si nunquã Helia Thebytem Prophetã illum, non potuissẽmus cognoscere qualis fuerit, quãdo autem videmus illius imaginẽ, tunc paulatim intelligimus figurã Prophetæ illius Helia, licet non sit eiusdẽ honoris: ita etiam de Deo, intelligere oportet, nam Deũ nullus vnquã vidit. Et quia Deum non videmus, nec cognoscere possumus qualis est, quia tamen Deus est lumẽ, reperimus autem lumen sensibile solis, tanquã imaginẽ inuisibilis Dei. Si autẽ dicimus, quoniã sol visibilis & vnus est, & tria in se habet & hæc tria sunt inseparabilia, sol itaq; est imago intelligibilis solis, videlicet Dei, cum sunt in sole vno tria distincta, & cum ita sit, ita sentiẽdũ est & credendum. Si autem exemplum hoc tibi nequaquã satisficit ad cognitionem trium personarum deitatis animaduerte & aliam imaginẽ Dei. Est autẽ anima hominis, quando enim Deus hominem creare voluit, dixit. Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nostrã. Ecce igitur & homo ipse imago Dei est: videlicet anima hominis. Est enim anima hominis vna quidẽ, & trium quasi personarum, tres enim potentias, quasi tres personas habet anima, & quomodo animaduerte. Est autem anima vna persona, anima verò producit sermonẽ, & ecce sermo alia persona animæ producit spirationem, & ecce spiratio alia persona, sunt ergo quasi personæ tres, anima, sermo, spiratio. Anima suat personæ & non corporis, quoniã euolans anima ab corpore, nec sermo, nec spiratio remanet in corpore, sed iacet corpus absq; sermone & spiratione, sermo verò & spiratio sunt in anima & hoc quidẽ patet, quia sermo & spiratio ab anima sunt personæ: & ecce igitur anima est persona, spiratio alia, anima est trina quasi in personis, licet anima sit vna & non tres. Si autẽ interrogatus fueris, quot animas habet homo? Responderẽ debes, vnã, si autem interrogatus fueris, quot personæ vnus animæ, responderẽ conuevit tres. Quoniã anima, sermo, & spiratio est vna anima & tres personæ. Et anima quidem est ad modum patris, sermo verò animæ ad modum filij, & verbi Dei, spiratio verò animæ est ad modum spiritus sancti: quemadmodũ enim anima est ingenita, ita Deus pater ingenitus est; & quẽadmodũ sermo generatur ab ipsa anima, ita & verbũ Dei à patre generatur, & quẽadmodũ spiratio generatur ab anima, & spũs sanctus procedit à patre. Et dic sic. Anima, sermo, & spiratio anima vna & nõ tres. Ita & pater, verbũ & spiritus sanctus vnus Deus, & non tres. Inseparabilis anima & sermo, & spiratio vna anima & non tres, inseparabilis pater & verbũ & spiritus sanctus. Inuisibilis anima inuisibilis & Deus, & quando mente hæstrabis quomodo possit esse vnus Deus, & triũ personarũ, cogita & dic. Quemadmodũ anima mea est vna, sed trium potestãtũ, anima, sermo, & spiratio, ita & Deus vnus est, sed triũ personarũ, Pater, verbũ & spiritus sanctus, & dic mēti tuę. Si enim anima quę est creatura Dei, similiter & sol est quasi trium personarum, si natura autem eorum vna est, tanto magis Deus creator omnium horũ, quare igitur nõ sequitur esse, ita vt sit vnus & triũ personarũ? Ita profecto anima, sermo, & spiratio tres personæ sũt, sic vnus Deus & nõ tres. Ita enim si semper cõsideras, de sancta trinitate nunquã errabis. Ecce ignis vnus est, sed triũ potestãtũ, ista enim est persona igni subiecta,

2 000 ij

calefactiva aut virt^o altera persona, illuminas autē alia: Ecce igitur quasi tres personę vni^o ignis videlicet ignis, calefactiuū & illuminatiuū, vna tamē natura ignis est. Similiter & in Deo, Pater est ignis, filius verō calefactiuū, & spiritus verō sanctus est illuminatiuū, & quē admodū in igne calefactiuū & illuminatiuū dicimus vnu & non tres. Ita & in Deo tres sunt personę, Deum autē vnu dicimus & nō tres Deos, & de cognitione sanctę trinitatis satis est hęc credere. Sermo verō hominis duplicē habet originē, duabus enim prononciationibus producitur, vna ab anima, altera à labiis. Produci- tur quidē sermo ab anima, quando aliquis cogitat aliquid exprimere: cogitatio fit ante formationē sermonis, quoniā cogitat sermone ut exprimat illū, non prononciat autē per labia, sed cōseruat sermone illū in gremio animę, & est illa cogitatio prima animę. Productio tamē & si formatur sermo primā formationē habet, quādo cogitat illū anima, non tamē manifestat eū anima, quādo autē vult manifestare sermone tunc format. Secunda autē formatio est ex labiis. Hęc autē secunda formatio labiorū est, tūc quādo omnes audiant sermone & manifestatur omnibus & nō amplius dicitur absconditus sermo sed clarus. Quādo verō generatur sermo videlicet quādo labiis articulatur, & dicitur hęc formatio per labia secūda formatio sermonis: itaque duę sunt originēs sermonis nostri, vna ex anima quando cogitat sermone, quę & prima formatio dicitur, altera verō ex labiis quę & manifestat sermone in omnib, hominibus & dicitur secūda formatio. Aspice igitur quemadmodū sermo hominis duas originēs habet, vna ex anima, altera ex labiis, ita & verbū Dei duas generationes habet, vna ex Deo patre, quę & prima dicitur generatio, & altera ex carne, quę & secūda dicitur generatio. Et quemadmodū sermo noster & si formatur, primā originem habet ab anima, attamē nō est clara nec manifestatur, sed iterū post formationē manet in gremio animę, sic & verbū Dei, quāuis natum est ante sæcula à Deo patre, non fuit tamē manifestum hominib, sed fuit in paterno gremio, quē admodū sermo noster, quando volumus formatur ex labiis nostris & manifestatur omnibus astantibus. Ita similiter & verbū Dei quādo bene placuit, natū est ex labiis Prophetarū fuerit prædictū ex sancta virgine Maria & tunc manifestu fuit toto orbi. Quē admodū enim manifestatur sermo noster cū sit natus ex labiis nostris, ita & verbū Dei natu est ex carne sanctę virginis, ac manifestatum est toto orbi, & qui credunt in eo salui sunt. Et quem admodū sermo noster, quando formatur, à labiis, nec ab anima deest, nec à labiis nostris & in auribus audientū & nusquā deest, & si mille millia audirent sermone, nō diminuit sermo, sed semper sermo noster integerrimus est: Ita verbū Dei natū est ex virgine Maria, vt ex Prophetarū labiis fuerat prædictū, attamē nec à patre defuit, nec à carne, nec ab omnibus hominibus nec ab vniuerso orbe, sed vbiq; erat, & nō diminutū est, verū amplius, erat: ita intellige & de verbo Dei, quia duplicē habet generationē, vna ex Deo patre ante sæcula, à carne verō altera à nouissimis dieb. Quē admodū sermo noster primū producitur ab anima, secūdo autem à labiis: & hęc de duabus generationib^o verbi Dei. **M.** Quid est cōmune sanctę trinitatis. **o. r.** Commune est substantia, carēs principio, potestas, bonitas ac iustitia, & omnia hęc æqualiter habet pater, filius, spiritus sanctus præter ipsas proprietates. **M.** Quid est propriū patris? **o.** In genitū. **M.** Quid est propriū filij? **o.** Genitū. **M.** Quid est propriū spiritus sancti? **o.** Procedēs. **M.** In Deo

quot naturas fateris? **o.** Ideo dicimus vna naturā, vnam formā, vnu genus, vna gloriā, vna dignitatē, vna dominationē. **M.** Hypostasēs quot fateris in Deo? **o.** In Deo dicimus tres personas, tria indiuidua & tres formas. Et cur dicitur Pater? **o.** Pater dicitur De^o, & Pater, ab hoc verbo πατὴρ & τρυφή, omnia obseruare. **M.** Et υἱός, i. filius vnde dicitur? **o.** υἱός, i. filius dicitur ab hoc nomine υἱός, hoc est talis, qualis enim pater talis filius & mutatione αἰ in υἱ Græcū υἱός, hoc est filius, similis enim Patri est filius. **M.** Et πνεύματι, i. spiritus vnde dicitur? **o.** Ab hoc verbo πνεύμα, i. intelligo. Omnia enim veraciter & acutē intelligit & prouidet. Spiritus enim sanctus omnia ingerit & profūditates etiā Dei. **M.** In Deo quę sunt principia productiua? **o.** Vnu dicimus principū generatiuū in Deo, hoc est Pater, ipse enim generat filium, & spirat spiritū sanctū. Scias quōd solus est pater generatiuus filij, filius autē non est generatiuus seu genitor, spiritus sanctus nō est productiuis sed productus, itaq; principū productiuum est pater & etiā filius, producti autē sunt filius & spiritus sanctus. Principū productiuū dicitur pater, quia generat & nō generatur, producit & nō producitur, generat quidē filij, spirat autē spiritum sanctū, & ideo dicitur pater principū productiuū. **M.** Er quot sunt personę in diuinis productę? **o.** Duę sunt in diuinis personę productę filius & spiritus sanctus. Nō generat filij, sed generatur, propterea dicitur productus, similiter spiritus sanctus nō spirat, sed spiratur, & ideo dicitur productus. Si igitur interrogatus fueris, in diuinis quę sunt personę producētēs. Respōdes duę. Nā pater generat filij & pater & filius spirat spiritum sanctū. Si verō quæratur, quot sint in diuinis personę producētēs nō productę? Respōdes, vna videlicet Pater, quia generat filij & spiritū sanctū. **M.** In sancta Trinitate quis fuit primus, pater, an filius, an spiritus sanctus? **o.** In sancta trinitate nullus est primus neque vltimus, sed simul pater, simul filius, simul & spiritus sanctus, & propterea simul nō inchoati dicuntur ante principū. Deus verō pater principio, licet est ante principū & propterea dicitur sine principio nō inchoatus pater, nō inchoatus filius, nō inchoatus spiritus sanctus. **M.** Et ecce simul cōterni & nullus primus, nullus vltim^o in sancta trinitate. **M.** Et spiritus sanctus quo procedit à patre. **o.** Interrogare de hoc minimē te decet, nō est interpretabile, attamen addisce quęso de hac re, quē admodū spiratio hominis procedit ab anima, ita & spiritus sanctus procedit à patre. **M.** Vtrū loco capiatur Deus? an nō? **o.** Animaduerte & intelliges diligētē, quōd De^o lumē est inuisibile, & loco nō receptabile, neque igitur aspicitur Deus, neq; respicitur in toto vbi habitaturus & recepturus, itaq; clarū manifestūq; est, quod nō recipitur, in vno loco sed in toto & vbiq; adest Deus. Etiā audiisti de sancta trinitate, q; vna persona est pater, altera verō spiritus sanctus, & alia filius & verbum. Ecce igitur scias, quod hic filius indutus est carne humana & ambulauit in terra, & posteaquā induit carnē & ambulauit in terra cū carne, nominatus est Iesus & appellatus Christus. Igitur Christus filius & verbum Dei est incarnatus habens formam hominis. **M.** Qua necessitate ductus, filius & verbum Dei incarnatus est, vt ambularet vt homo in mundo. **o.** Postquam interrogasti qua causā Deus incarnatus est, audi causā, Deus nulla re indigente incarnatus est, sed humana natura indigebat medicamine, postquā enim Deus fecit cælū & terrā & omnia quę sunt in eis, & creauit hominem & posuit eum in medio paradisi, & ordinauit eū imperare omnibus creatis, & habitare in paradiso

tanquam

tanquam Deus, aspiciens eum diabolus, inuidit dignitatē hominis cōsultūq; homini non parere mandatis Dei. Homo autē cum esset inexpertus prauitatis diaboli, paruit consilio diaboli, non obediens Deo, & tūc accepit mortem homo peccati, cum omnes qui ab homine illo sunt nati, quia acceperunt peccatum à parentibus: & tenebant hanc mortem & dominabatur in eis peccatum: & propter hominem, misit Deus Prophetas doctores in mundum vt docerent homines vt à peccato cōuerterentur. Non potuerunt verō Prophetę corrigere eos, & propterea talia secum dixit Deus. Descēdam & induam me carne & fiam in forma hominis, & docebo creaturam meam vt cōuertatur à consilio diaboli, & erit omnis homo tanquam Deus, non secūdo naturam sed secūdo participationem, & hoc voluit Deus pater bona voluntate & cooperatione spiritus sancti descendit filius aut verbum Dei & ingressus est puram & immaculatam virginem, & suscepit carnem & homo factus est & postea ex vtero virginis egressus, cōuersatus est in mundo cum hominibus vt homo & nominatus est Christus, qui docuit homines viam veritatis, iste est Christus filius & verbum Dei sumēs carnē, cui cōuenit gloria & laus in sæcula sæculorū, Amē. *Eiusdem Patriarchę Constantinopolitani libellus secundus, de articulis fidei nostrę ad eundem.*

Credimus quod Deus est creator omnium quęcunque sunt à non esse. Insuper Deus non est corpus neque habet corpus, sed viuūt intelligibiliter, & est intellectus immortalis, & est in mundo & super mundum. Non est in aliquo loco, & est in omni loco: hęc sunt proprietates Dei per quas distinguitur à creaturis eius & alia similes. Est sapiēs & bonus & verus & ipsa veritas & quęcunque habent creaturę eius virtutes, quasi per partes distinctiue, habet ipse sol^o, altiori quodam modo: & has perfectiones habent creaturę eius, quia ipse has tribuit eis, quia & ipse bonus est & creaturę eius bonę, quia sapiēs sapiēsque, quia verus verę, & similiter de aliis. Veruntamen Deus propriē habet eas, & creaturę autem secūdo participationem. Credimus etiā quod sunt in Deo alię tres proprietates quę sunt tanquā principū & fons omnū aliarū proprietatum eius, & per has tres proprietates viuūt Deus semper cōternē, etiam ante creationem mundi, & per has creauit mundum, & per has regit eum, has tres proprietates nominamus tres Hypostasēs, & quia hęc tres proprietates nō distinguunt aliam & amplissimā substantiam Dei, propterea Deus est, & cum proprietatibus suis vnus Deus & non tres dij. Credimus etiā à natura Dei oriri verbū & spiritum sanctū, quemadmodū ab igne lumen & calorem, & quemadmodū ignis si non est aliquid quod illuminatur & calefiat ab eo, tamen hic ignis semper habet, lumen & calorem, ita & ante creationem mundi fuerint verbum & spiritus sanctus *ἐπέγενεταί*, hoc est potentie naturales Dei. Insuper est Deus intellectus vt ante dictum est, & hęc tria, intellectus, verbū, & spiritus sanctus vnus Deus est, quemadmodū in vna anima hominis est intellectus, ratio intelligibilis & volūtas intelligibilis, tamē & hęc tria in vna substantia animę. Rursus verbū Dei nominamus sapientia Dei & potentiam, & filij eius, quia est natū, naturę eius, quemadmodū naturę hominis appellamus filium hominis, & quemadmodū intellectus hominis est natū anima eius. Insuper nominamus voluntatem Dei, spiritū Dei & charitatem, ipsum autem intellectum appellamus patre, quia ipse est ingenuus & sine causā & causā filij & spiritus sancti, quoniā igitur Deus non so-

Tom. 5.

lum intelligit creaturas suas, sed etiam intelligit & cognoscit seipsum & propterea habet rationē & sapientia per quā intelligit seipsum sempiternē, similiter neq; vult neq; diligit Deus creaturas duntaxat suas, sed vult & diligit seipsum multo magis, & propterea sempiternē procedit ex Deo verbum & spiritus eius, & sempiternē sunt in eo, & hęc duo sunt cum Deo. Insuper credimus, quōd Deus per verbum & sapientiam & potentiam eius creauit mundum, & per spiritum bonę voluntatis & charitatis eius prouidet & regit & mouet omnem naturam in mundo ad bonū, secūdo ordinē vnusquisq; naturę. Er propterea credimus quod quādo voluit Deus per solā misericordiā eius cōuertere homines ab errore damonū & idololatria, quia præter paucissimū locum Iudęorum, in quo adorabatur & credebatur vnus ex lege Moisi, vniuersus autē orbis adorabat creaturas Dei, & plures Deos pro vno & verō colebat, & cōuersabatur vnusquisq; propria voluntatē & nō secūdo legem Dei, tūc fecit Deus talem hominum præparationem per verbum eius & spiritum sanctū, & propterea verbū Dei indutū est carnē humanā, vt homo loqueretur cum hominibus & verbū & Dei sapientia doceret homines credere in vnum & verum Deū & cōuersari secūdo legem quā ipse dederat, & rursus vt homo daret politia exemplo doctrina suę. Primus enim ipse obseruauit legem quā dedit hominibus, & rursus vt verbū Dei & potentia possēt induere vniuersale bonū in toto orbe, quōd voluit & quod erat impossibile potentie vnus hominis cōuertere vniuersum orbem ad Deū, & hoc pacto verbū quidē eius seminauit veritatem omnipotēs, cum inuisibilis Deus in Hierosolyma, per spiritū autē eius illuminauit & fortificauit Apostolos eius vt seminarent & ipsi veritatem in vniuersum orbē, & vt despicerent mortē propter amorē veritatis quę docebat, & propter amorē Dei qui eos miserat, & propter amorē salutis mundi secūdo exemplū Iesu qui volūtaritē mortuus est, secūdo humanitatem pro salute mundi. Ita credimus nos vnum Deum in trinitate Patre, filij & spiritum sanctū, quem admodum instruxit nos Dominus noster Iesus Christus, & quia est verus, credimus etiā quōd est & hoc etiā verū, & discipuli eius ita latus instruxerūt nos, sic intelligimus à sapientia & potentia Dei. Credimus insuper, quod verbū Dei & homo quem induit verbum Dei & Christus, cuius vita cum esset in carne, erat vita hominis sanctissimi, potētia autē sapientię & operationum eius potētia Dei. Credimus insuper quod quemadmodū anima & corpus hominis est vnus homo, ita & verbū Dei ex vna parte, & ex altera parte anima & corpus filij sanctę virginis Marię erat vna persona Christus. Sed quemadmodū anima & corpus sunt omnino duę naturę in homine, sic & multo magis verbum Dei & homo in Christo fuerunt duę totaliter distinctę, neq; verbum Dei mutatum est in carnem vel in animam Christi, nec caro Christi vel anima mutata est in verbum Dei, sed semper erat & est in Christo, verbū quidē Dei, verbum Dei, humanitas autem humanitas & non quōd acceperat humanitas Christi deitatem, sed deitas verbum Dei suscepit in se humanam naturam ad nos ne quid deesset. Omne quod est in Deo & ex Deo, naturaliter Deus est, quia non est in Deo accidēs, & propterea hoc verbū intelligibile Dei, Deum appellamus & credimus, quia hoc verbū erat in Christo, propterea Christum Deum & hominē patremque, hominem quidē propter animā & corpus, Deum autem propter verbū Dei quod erat in eo. Credimus quōd verbū Dei

2000 iij

erat in Christo & in mundo & in celo & in Deo patre, quia verbum Dei est infinitum, ut infinitus est Deus qui generavit illud, & habet inuicem potentiam. Verum in Deo alio modo se habebat, & in Christo alio modo, & in mundo alio modo. Credimus insuper quando communicat bonitatem eius & gratiam alicui creaturae, nequaquam minuitur sed manifestatur magis, quia ex virtute creaturarum manifestatur celsitudo Dei, & quanto magis melioratur creatura, maiori communicatione bonitatis eius, tanto magis bonitas Dei & potentia ostenditur. Propterea bonitas Dei & charitas in homines magis magnificatur, propter aduentum verbi Dei & Deum, cum omnipotentia eius in Iesu, quam quando mittebat Deus ad Prophetas unam gratiam,

vel duas, & in unum minorem, in alium maiorem. Credimus etiam quod Christus crucifixus est & mortuus propria voluntate, propter magnam & plurimam utilitatem, quae longo sermone indiget, & haec omnia secundum humanitatem. Verbum enim Dei neque crucifigitur, neque moritur, neque resurgit, sed potens vivificat mortuos, quemadmodum vivificavit carnem qua se induit. Credimus insuper quod Christus resurgens caelos ascendit & iterum venturus est cum gloria, ut iudicet mundum. Credimus etiam quod animae hominum sunt immortales, clara, levia, non indigentia cibo nec potu, nec veste, nec vlla alia voluptate corporea, nec non & animae & corpora fidelium.

D. PELEGRINI LAVREACENSIS ARCHIEPISCOPI SYMBOLVM.

CONFITEOR Sanctam & ineffabilem Trinitatem, & credo Patrem & filium & Spiritum sanctum unum Deum naturaliter esse, unius substantiae, unius naturae, unius maiestatis, unius virtutis. Et Patrem quidem non genitum, non factum, sed ingenitum profiteor. Fons ergo & origo est ipse totius Trinitatis. Pater namque ineffabili substantia filium genuit, nec tamen aliud, quam quod ipse est genuit: Deus, Deum, lux, lucem. Filium quoque de substantia patris, sine initio ante saecula natum, nec tamen factum fateor. Igitur non sicut filius a patre, ita pater a filio est: quia non pater a filio, sed filius a patre generatione accepit. Filius ergo Deus de patre, pater autem Deus, sed Deus non de filio: si enim pater fuit, semper habuit filium, cuius esset pater Deus. Et ob hoc, filium de patre natum sine initio, confiteor. Spiritum autem sanctum, qui est tertia in Trinitate persona, unum atque aequalem cum Deo patre & filio esse credo, Deum unius substantiae, unius quoque naturae, nec tamen genitum vel creatum, sed a patre filioque procedentem, amborum esse Spiritum. Nec enim procedit de patre in filium, nec de filio tantum procedit ad sanctificandam naturam, sed ab utroque procedere monstratur, quia charitas siue sanctitas amborum esse cognoscitur. Et nec patris tantum, nec filij tantum, sed simul patris & filij Spiritus dicitur. In rebus vero personarum nominibus pater ad filium, filius ad patrem, Spiritus sanctus ad utroque refertur. Quae quum relatione tres personae dicantur, una tamen natura vel substantia creditur. Nec sicut tres personas, ita tres substantias praedico, sed unam substantiam, tres autem personas. Pater enim non ad se, sed ad filium, filius non ad se, sed ad patrem, & Spiritus sanctus non ad se, sed ad patrem & filium relatione refertur, in eo quod patris & filij Spiritus praedicatur. In hac ergo Trinitate tres personas, unum Deum confiteor, non ipsum qui pater est, dico esse filium, aut Spiritum sanctum, nec filium, patrem aut

Spiritum sanctum fateor, aut Spiritum sanctum, patrem aut filium, sed quod pater est, hoc esse filium & Spiritum sanctum, sine vlla ambiguitate pronuncio, personas enim distinguo, non naturam Deitatis separo. Et sicut tres personas unius atque inseparabilis naturae non confundo, ita nec separabiles praedico, quum nulla ante aliam, nec vlla post aliam, nullaque sine alia extitisse, vel quippiam operata fuisse credatur. Inseparabiles enim sunt, & in eo quod sunt, & in eo quod faciunt. Habet enim pater aeternitatem sine natiuitate, filius aeternitatem cum natiuitate, sanctus vero Spiritus aeternitatem processionis a patre & filio sine natiuitate. De his ergo tribus personis, sola filij persona, hominem verum sine peccato, pro liberatione humani generis, ex Maria virgine nouo ordine nouaque natiuitate sumpsit. Nouo ordine, quia inuisibilis diuinitate, visibilis monstratur in carne. Noua autem natiuitate est genitus, quia incorrupta virginitas, & virilem coitum nesciuit, & fecunda per Spiritum sanctum, carnis materiam ministravit. Dei enim filius non personam hominis suscepit, sed naturam nostram in vnitatem personae assumpsit. Idcirco & filius Dei, & filius hominis, vnus est Christus. In eo quod filius Dei est, aequalis est Patri, in eo vero quod filius est hominis, minor est patre. Qui etiam ex quo est homo, pro delictis nostris passionem sustinuit, mortisque addictus & cruci, vera carnis mortem accepit, tertia quoque die suscitatus de sepulchro propria virtute, & huius exemplo in hac (qua sum & moueor) carne resurrectionum me credo. Itemque Saluator noster peracto resurrectionis triumpho, paternam sedem repetiit, a qua per diuinitatem nunquam recessit. Inde in fine saeculorum venturus, iudicabit vivos & mortuos; reddetque singulis prout gessit quisque in corpore, siue bonum siue malum. Ecclesiam sane catholicam precio sui sanguinis redemptam, cum eo credo in perpetuum regnaturam. Credo denique unum baptismum, in remissionem omnium peccatorum. Hanc ergo fidem professionis meae inuiolatam me retinere, & ab ea nunquam deuiare me velle, promitto.

FIDEI PROFESSIO, QUAM MOSES MARDENVS, ASSYRIVS, IACOBITA, PATRIARCHA ANTIOCHENI LEGATVS, SVO ET PATRIARCHAE sui nomine est Romae professus Anno dno cl LII. ex ipso protestantis autographo Syrico traducta ad verbum, per Andream Masium Bruxellanum.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vnus Dei, qui est gloriosus in saecula. Obsecro te Domine Deus noster, ut referes portas misericordiae tuae coram me, & acceptes a me supplices preces, quas offero tibi, neque dimittas me vacuum responso gratiae tuae, neque sinas, ut exercitentur aduersus me cogitationes vanae, quae sint de rebus veritatis expertibus. Et non des locum in me diabolo, ut conturbet me fraudibus suis, & iaciat in me sagittas suas occultas, prohibeatque me a via plana fidei. Ne gaudeat de me aduersarius animae meae, cum a cognoscendis probis sensibus dimotus fuero. Nequaquam Domine tollas a me gratiam tuam, ut caream cogitationibus sinceris. Nequaquam Domine sit lingua mea offendiculum animae meae. Nequaquam Domine loquar quidquam quod tibi non sit gratum, neque ambigam cogitatio mea de fide recta. Nequaquam Domine verser in illis controuersis, quae ceu mare tempestuosum vndis crebris concutunt nauiculam animae, conaturque demergere ipsam in abyssum perditionis. Nequaquam Domine derelinquas me solum, ne gaudeat Sathanas videns me, & dicat, Deus ipsius dereliquit ipsum: venite deleamus nomen eius de terra. Nequaquam Domine ita fiat: sed illuminata me vultu tuo, atque adesto mihi auxilio, & caede hostes meos retrorsum, pedesque meos constitue super petram fidei verae, & pone in os meum verbum veritatis, ac da mihi cognitionem qua viuat anima mea, & regne gloriosum praedice propter salutem quam contulisti in ipsam, atque introducto me cum quiete & pace in numerum amicorum tuorum, qui sunt filij ecclesiae sanctae Catholicae, ecclesiae Romanae, ac colligito omnes proles eius dispersas, quas inimicus homo notus dispersit, ut intrent in medium ipsius, sintque vnus vnus professionis, & gloriose praedicent trinitatem sanctam, ita esto, Amen. Et ego miser Moses, charitate seruus eorum qui adorant Christum cum Patre ipsius, & Spiritu eius sancto, credo in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, tres personas, tria nomina, tres proprietates, vnum Deum, vnam substantiam, vnam potentiam, vnam dominationem, vnam voluntatem, vnam operationem, vnam naturam, vnā essentiam. Patrem genitorem, & non genitum: Filium genitum, & non genitorem: Spiritum sanctum procedentem ex Patre, & Filio absque diuisione vlla in substantia ipsorum. Nec esse personam iuniorē, aut seniore personam. Patrem creatorem cum Filio suo, & Spiritu suo sancto: Filium creatorem cum Patre suo, & Spiritu suo sancto: Spiritum sanctum creatorem cum Patre, & Filio. Cum Pater dicitur, Filius & Spiritus ex ipso sunt: & cum Filius dicitur, Pater & Spiritus in ipso cognoscitur, cumque Spiritus dicitur, Pater & Filius in ipso definitur, neque est diuisio in vnitatem illorum. Cum porro velle sancta Trinitas creare hominem, dicebat Pater ad Filium suum, & ad Spiritum suum sanctum, Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem nostram: vbi vero creasset illum sancta Trinitas, posuit ipsum in Paradiso Eden, imperauitque ipsi mandatū quod non obseruauit: itaque electus est foras iussu creatoris sui, qui his simul promissit ipsum fulciebat, Veniam ego, & redimam te. Porro sub finem eius promissionis descendit vna ex personis tribus de voluntate ipsarum trium, quae sunt vnus, & quae erat persona Filij, mansitque in gremio sanctae virginis Mariae filiae

Dauidis, non relinquens tamen locum suum. Et incarnata est ex Spiritu sancto, & ex Maria virgine, secundum praedestinationem scientiae suae, sumptisque formam serui sui. Neque tamen mutata est, ut non esset Deus qui fuerat, nec diuinitas ipsius facta est corporalitas, neque ipsius corporalitas diuinitas, nec confusae sunt naturae altera ab altera, neque fuerit duo in duabus personis: sed vna persona fuit in diuinitate ipsius, & humanitate ipsius, cum duabus naturis vnitis, cum duabus voluntatibus inseparatis. Neque erat vnus qui vellet, & alter qui nollet, neque vnus dominus, & alter seruus, neque vnus creator, & alter creatus: sed sicut erat ante incarnationem suam creator, ita & post. Credo etiam quod ille qui natus est ex Maria virgine, sit Deus perfectus, homo perfectus, natus ex Patre spiritualiter, & natus ex virgine corporaliter: & ille qui fuit ab initio, vnus est cum eo qui non erat, neque reliquit hunc vel nictu oculi, neque prorsus separatio in saecula saeculorum. Et crucifixus est pro nobis, & redemit genus nostrum humanum. Neque passa est diuinitas ipsius cum humanitate ipsius, nec mors attingit diuinitatem eius. Neque ego peruerser sector Arrium Alexandrinum, qui dicebat, Patrem solum fuisse aeternum creatorem, Filium vero tempore creatum, neque aequalem Patri in essentia & substantia, Filiumque sumptum esse ex Maria corpus sine anima: diuinitatem vero ei fuisse loco animae. Neque profiteor ego cum Macedonio, qui adhaerebat dictis Arrij de Filio, quod esset temporalis, & creatus, ac praeterea dicebat, Spiritum sanctum non esse Deum, sed creatum, & factum. Neque missum esse ex essentia Patris & substantia, neque aequalem esse Patri, & Filio: sed separatim ab illis existere in substantia & essentia. Neque credo ego quod Nestor, qui dicebat, diuam Mariam non genuisse Deum, sed Messiam, nec Messiam fuisse Deum verē natum cum corpore ex virgine sancta: sed hominem, in quo habitaret diuinitas, & quem fecisset sibi templum. Praeterea dicebat, Messiam esse duplicem: alterum Deum aeternum, natum ex Patre: alterum hominem temporalem natum ex Maria. Neque ego improbe sentio de natura eius humana, sicut loquebatur Euty chius, & eius socius Dioscorus, qui aiebant, corpus Messiae nequaquam simile fuisse humanitati nostrae, Messiamque ante vnitatem ex duabus fuisse naturis, quae duae naturae coniunctae, vnaque natura effectae sint. Sed sic credo ego in verbum Dei, quod sit Deus perfectus in diuinitate sua, homo perfectus in humanitate sua, absque tamen peccato: in vna persona diuina cum duabus naturis vnitis, cum duabus voluntatibus inseparatis. Praeterea recipio sanctos Patres trecentos & octodecim congregatos Niceae aduersus Arrium, item Patres sanctos centum quinquaginta, qui conuenerunt Constantinopolim aduersus Macedonium. Insuper Patres sanctos ducentos congregatos Ephesi contra Nestorem. Denique & sanctos Patres sexcentos triginta sex congregatos Chalcedone aduersus Dioscorum. Postremo recipio doctores selectos, & pastores veros qui instituerunt sanctam ecclesiam Romanam, ac Patres omnes, qui in ea habentur ab initio Christianae religionis usque ad hunc diem. Obtestor itaque Patrem Patrum, & pastorem pastorum, ornatum omnium dignitatum, coronam caputem nostrorum, ac lumen oculorum nostrorum, benedictionem vniuersae reipublicae Christianae, portantem clauas regni, fontem ex quo profluit suauitas Pontificem Iulium tertium, qui accepit signaculum nominis Trinitatis, ut dignetur

Iacobitarum veterem errorem dicit de vnica in Christo natura.

Cōcilium Chalcedonense adprobatur quod alioquin Iacobitarum, & Dioscori discipuli solebant detestari.

acceptate hanc meam professionem meo nomine atque etiam nomine Patriarchæ nostrri.

Insuper vos Patres electos, qui estis sepes ecclesiæ sanctæ, vos, inquam, Cardinales sanctissimos obsecro, ut acceptetis hanc professionem fidei ab humilitate mea, pro me, & pro Patriarcha nostro, qui iussit me confiteri coram vobis fidem hanc vestram veram, dicens se acceptare professionem per me factam. Ego vero ex quo huc adveni, non sum ilico eâ professus, quia ille iussit ne preproperus essem in profitendo, donec ipsam professionem probè assecutus essem. Nunc vero animaduerti professionem vestram esse veluti lucernam, quæ super candelabrum posita est, ad quam nullæ pettingant tenebræ, etsi vel totus mundus tenebras offuderit, illa nihilominus luxerit, ceu sol, super omnes. Plus quàm illa verò, aut minus non accepto. Charitas autem Iesu Dei nostri sit vobiscum in sæcula. AMEN.

MOSIS MARDENI THEOLOGICI DE SACROSANCTA TRINITATE CONTEMPLATIO SCRIPTA AB IPSO, ANNO 110. CL. LII. ET EX AUTOGRAPHO SYRICO AD VERBUM TRALATA, PER EUNDEM ANDREAM MASSUM.

PROOEMIUM.

AVDETUR atcanus ille & sublimis, qui occultus est & remotus ab omnibus ingenij humani motibus & cogitationibus: ille ex quo ille est, & quem ille novit, atque comprehendit. Ille inquam, qui est effector, structor, concinatorque omnium rerum aspectabilem, qui caret principio, manetque absque fine, causa æterna, incomprehensibilis, natura vna inexplorabilis: potestas vna æqualis: voluntas vna conors, Patris, filij, & Spiritus sancti. Qui nullum habet nomē quod non sit personæ, neque personam quæ sit inior, aut senior personæ, neque differentiam, aut variationē personarum in magnitudine, aut paritate, neque nomen, aut personam quæ sit tempore posterior, & separata ab ipsa suæ naturæ consortie personæ. Sed si pater dicatur, Filius & Spiritus ex ipso sunt. Et si filius dicatur pater, & Spiritus in ipso cognoscitur. Denique si Spiritus dicatur, Pater & Filius in ipso definitur. Pater genitor, & non genitus: Filius genitus, non autem genitor. Spiritus sanctus procedens à Patre, & sumens de Filio, & cū eo est eiusdem naturæ, & substantiæ, qui laudandus est, & gloriose prædicandus, atque adorandus.

SERIES.

QVA contemplatione considerabo mysteria gloriosa, & diuina, quæ latent in sacrosancta, celestique tua nascendi ratione, & verbum Dei, & in adicissimo illo, quo te Deus Pater æternus genuit modo, atque in sublimi illa intelligentia processionis Spiritus vivi, & sancti? Et quis est qui cum doctrina diuina non deat, altitudinem rerum diuinarum esse imensam, & quam nulla quis valeat assequi ratione? Cæterum intelligo equidem substantiam essentia vna esse. Et exiguis radiis illustratus censeo eam esse supra omnia, non quasi graduum ordine altior sit quibusvis rebus, quadam spacij ratione, aut altitudinis modo comparata cum cæteris omnibus. Est enim substantia non aspectabilis atque inuestigabilis: & essentia incomprehensibilis: substantia inexplicabilis: essentia sub nullâ

cadēs sensum: essentia essentia: oīm essentiatū essentia, quæ excedit captum omnium quæ circa materiam versantur. Vnitas quæ non subit vnitatem, essentia quæ non subiacet quantitatis rationi, vnitas quæ non orditur principium numeri, essentia simplex, quæ expers est omnis temperamenti atque compositionis. Cū porro intelligo eam essentiam habere verbum in natura essentiam quam mente contemplet, ducor in cognitionem verbi geniti ex ea substantia, illustratūque lumine genito, cogito esse vinū quid in natura, & vitæ fontem, atque ita intelligo Spiritum procedentem. Cæterum quum ipsam vnitatem essentia, atque trinitatem personarum animo volo, intelligoque proprietates diuersas (neque enim proprietates rationis gignendi sunt nascendi, neque nascendi gignendi: neque rursum gignendi, & nascendi sunt procedendi, aut procedendi sunt gignendi, vel nascendi) animadueto proprietates non esse diuersas ipsa natura, atque essentia: sed vnicam esse naturam: nomina verò tria, vnicam essentia, personas tres, vnam substantiam, tres proprietates. Sed iterabo dictum, ne me quis audiēs opinetur essentiam partiri, & substantiam diuidere. Trinitas, Deus vnus. Tria nomina, vna natura: tres personæ, vna essentia, tres personæ, vna substantia: tres proprietates, vna æternitas. Sed quid multa facio verba? Satius est me hic ad theologicum verbum confugere.

Quidquid habet Pater, habet & Filius, præterquam gignendi rationem. Quidquid item habet filius habet & Pater, præter rationē nascendi. Rursum quidquid habet Pater, aut Filius, habet & Spiritus, præter processionem. Quapropter quum reconditam profunditatem diuinorum tuorum mysteriorum consideramus, & verbum Dei, atque diuinas res tuas, & Patris tui, Spiritusque tui sancti admirabundo versamus animo, supplices rogamus obsecramusque gratiam tuam, ut illustres ecclesiā tuam sanctam, filiosque ipsius per tua diuina dona. Custodito portas eius cum diligentia, fortificato fidem ipsius per brachium tuum inuictum. Firmis paxillis distendito funes tentorij ipsius: hostes eius perditos, ut tibi laudem offerat, tuoque Patri, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, AMEN.

PROFESSIO FIDEI QUAM SVVD SIVE SILAKA, ELECTUS PATRIARCHA AB NESTORIANO ORÉ SCRIPTO EST PROFESSUS ROMA ANNO 110. IO. LIII. TRADUCTA EX AUTOGRAPHO SYRICO AD VERBUM PER ANDREAM MASSUM.

ME A monachi Siud professio fidei. Profitemur trinitatē gloriosam, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vnum Deum, tres personas, vnam substantiam, qui fuit à sæculo, & vsque in sæcula, tres personas, vnam dominationem, vnam virtutem, vnam potestatem: effectorem cæli & terræ, & omnium eorum quæ cerni possunt, & quæ cerni non possunt, carnalium, & spiritualium. Credimus de singulis personis, quod vnaqueque ipsarum sit Deus perfectus. Credimus in Filium Dei, & verbum ipsius, natum ante omnia tempora, existentem in sinu Patris sui, & cum eo fuit in omni eo quod faciebat. Per diuinitatem, & misericordiam suam respexit nos, videlicet multiplicatum esse peccatum nostrum. Misit verbum suum, & redemit nos. Et incarnatum est de virgine Maria, sicut vaticinati fuerant Prophetæ. Vna persona naturæ

naturæ diuæ. Natus est à Patre ante omnia tempora, & natus est ex virgine Mariâ Deus perfectus, & homo perfectus absque diuisione: filius Dei veri in duabus naturis, & ex duabus naturis in vna persona. Neque passio, neque mors accidit diuinitati, sed humanitati. Passus, mortuus, & sepultus est in humanitate sua propter nos, & propter redemptionem nostram. Et descendit ad infernum. Et tertio die resurrexit à sepulchro vera resurrectione. Et sublatu est post quadraginta dies cum eo corpore, cum quo surrexerat à sepulchro, & intra spiritu. Ascendit in cælum, & sedet ad dexteram Patris sui. Et illinc venturus est in die nouissimo, ut iudicet mortuos, & viuos. Et retribuet vnicuique secundum opera sua. Credimus etiam in Spiritum sanctum Deum perfectum, qui ex Patre & Filio procedit, & cū Patre & Filio adoratur, & gloriose prædicatur. Confitemur itaque tres personas, vnam Deitatem, quæ ut voluit fecit à sæculo, & vsque in sæculum, causa non aspectabilis, vna voluntas. Et profitemur ecclesiā sanctam catholicam, Apostolicam, & veterem, veram, in qua est vnum baptisma verum, dans remissionem omnium peccatorum. Et esse excommunicatum omnem hominem, quem excommunicat ista ecclesiā, sancta, Romana catholica, quæ excommunicat hæreticos. Et credimus in diem vltimum, & in resurrectionem, & quod resurget cum eo corpore in quo sumus nunc. Credimus quoque in vitam quæ nõ dissoluetur. Credimus præterea in scripturas sanctas & veteris & noui testamenti: & duodecim Apostolos. Omnium istorum Deus author est. Et in quatuor Euangelistas. Et Petrum & Paulum, ac omnes illos libros sanctos, quos retinet ecclesiā Romana. Credimus quoque in sanctum baptismum. Et in sacrificium, quod est corpus, & sanguis Christi. Et in sacerdotium sanctum. Et in matrimonium. Et in oleum sanctificans. Erat quidem olim apud nos consuetudo, ut reuelarem peccata nostra inter nos: sed surrexit violentus tyrannus, & aboleuit eam, orta est cædes ac contentio, & cessare fecit illam. Sed nunc est Pater noster, habemus spem in te, quod scribes per literas, & excommunicabis eos, qui id non obserua-

bunt. Confirmatione verò an veteres vsi sint, ignoro: monachus enim sum ego, & quis me id docuisset? Insuper profitemur quatuor concilia magna: primum Niceæ congregatum tempore Papæ Siluestri, in quod conuenerunt trecenti & octodecim Patres. Quod cōscribi fecit fidem veram, perfectam, catholicam, atque excommunicauit Arium impium. Similiter scripsit de ecclesiā sancta Romana, quæ est sedes Petri, quod sit caput omnium ecclesiarum, quod donum dedit ipsi Christus per illa verba, quæ dixit ad Petrum plantatorem illius: nimirum: Tu es petra, & super istam petrā ædificabo ipsam ecclesiā meam. Habetur apud nos illa fides. Et fecerunt ipsam trecenti & octodecim Patres orthodoxi. Credimus quoque concilio Constantinopol. in quo fuere congregati 150. Patres propter Macedonium, qui dicebat Spiritum non esse Deum verum. Credimus item concilio Ephesino ducentorum Patrum qui fuere congregati propter Nestorium diuidentem, duas personas esse in Christo. Profitemur denique concilium Chalcedonense sexcentorum, & triginta Patrum, qui conuenerant propter Dioscorum aliam Nestorianam, vnicam in Christo esse naturam, ex quo esset vnitas. Insuper recipimus omnia illa concilia, quæ recepit ecclesiā Romana. Et excommunicamus quos excommunicat ecclesiā Romana, & illa quatuor concilia præterea credimus de Mariâ virgine quæ peperit Christum, quod sit mater Dei, quæ peperit Deum verum, & hominem verum, & fuit virgo ante partum, & post partum, neque sensit dolores partus. Veneramur quoque & exaltamus, atque laudamus ecclesiā Romanam, & caput eius Papam sanctum, atque omnes proles ipsius benedictas. Nam ita habetur in libris nostris, quod sacerdotium nostrum ex ista ecclesiā Romana sit, ac propterea venimus ad accipiendum fermentum à vobis, sicut scriptum est in epistola nostra. Proinde petimus à vobis Patribas nostris sanctis, ut impertiamini nobis de dono illo Spiritus sancti, quod datum est vobis. Ne remoremini nos, sed absoluite nos gonium nostrum, ut cito abscedamus profus.

LIBELLVS DOMINI BERTRANDI, ADVERSVS MAGISTRVM PETRV M DE CVGNERIIS.

Libellus iste constat esse, & compositus per dominum Petrum Bertrandum, virum vtriusque iuris professorem, tunc Episcopum Eduensem, nunc vero, Cardinalem: aduersus dominum Petrum de Cugneris, super sacro prelatorum Ecclesiæ Gallicane.



ANNO Domini millesimo, tricentesimo, viciesimo nono, die prima mensis Septembris. Dominus Philippus de gratia Dei Francorum Rex Christianissimus, filius quondam claræ memoriæ domini Caroli, Comitis Valentis, mādauit Prælatos & Barones regni Franciæ, ad diem octauarum festi beati Andree proximò subsequenti, Parisiis conuenire, per literas suas, infra aram inclusas. Quarum quidem literarum, Prælati videlicet directarum tenor sequitur, & est talis. Philippus Dei gratia Francorum Rex, dilecto & fideli nostro Episcopo Eduensi, Salutem, & dilectionem. Quamto magis scientiæ diuine, diuinarumque scripturarum notitia, ac cæterarum virtutum magistra rerum experien-

tia vigent in vobis, tanto plenius nostris quantum & qualiter, omnes & singuli Clerici & laici, regni, tanquam membra simul in vno corpore viuentia sibi ad inuicem tenentur compati, mutuūque præstare cōsiliū & auxilium, temporaliter & corporaliter, ad defensionem & custodiam vnitatis & optatæ pacis mortalibus cunctis, & veræ vnionis, & contraria suis quique contenti iuribus pro viribus propulsanda. Cui igitur ad nostram ductum fuerit notitiam, quod vos, gētesque, & Officiales vestri asseritis, per Balliuos & officarios nostros & per Barones aliquos regni nostri Franciæ, vobis ac subditis vestris dictique Balliui & Officiales nostri ac Barones prædicti asserunt etiam, per vos & Officiales vestros ac per curiarum vestrarū satellites & cursores, nobis & ipsis, nostrisque & eorū subditis, quàm plura faisse retro actis temporibus illata, & in præsentia adhuc inferri hinc inde grauamina,

insolitasque & indebitas novitates, propter quas illius vere unitatis connexio, quae inter vos & ipsos vigere debet ut est dictum, suae quodammodo indissolubilitatis integritatem amisit. Quod, si nobis qui subditorum nostrorum, tam Clericorum quam laicorum concordiam, & unitatem diligimus, displicet, non est mirum. Et idcirco volentes super his de salubri remedio, quantum cum Dei adiutorio possumus, providere, Requiritur vos, nihilominus tenore praesentium mandantes, quatinus ad diem octavarum festi sancti Andree proxime venturum, Parisius personaliter interfutis aduisti super grauaminibus & novitatibus, quae, & quas per praedictos asseritis vobis fuisse illata & illatas. Nos autem praedictis Balliis & officialibus nostris, atque Baronibus, damus per nostras alias literas in mandatis, ut dicta die Parisius similiter interfutis personaliter aduisti super grauaminibus, & novitatibus, quas sibi, & subditis suis, per vos & Officiales vestros asserunt fuisse illatas: ut super his, & singulis hinc inde illatis grauaminibus, per nos & consilium nostrum de tam salubri possit remedio provideri, quod inter vos & ipsos amoris vinculum incorruptibile, & sincerae charitatis affectio indissolubilis futuris temporibus debeant obseruari. Datum Parisi prima die Septembris, anno praedicti: die Veneris xv. Decembris.

Die vero superius in dictis literis contenta, Praelati Parisius conuenerunt in Palatio regali, & comparuerunt coram rege ibidem Praelati adiuuicem, videlicet Domini Bituricensis, Auxitanus, Turonensis, Rothomagensis, Senonensis, Archiepiscopi, Beluacensis, Cathalan. Laudun. Parisiensis, Nouionensis, Carnotensis, Constan. Andegauensis, Picauensis, Meldensis, Cameracensis, Sancti Flori, Briocensis, Cabilonensis, & Eduensis, Episcopi. Quae die ipso rege sedente, & Consiliariis suis necnon aliquibus Baronibus ibidem assistentibus, & facta dignitati regiae reuerentia per praelatos, nobilis & discretus vir, dominus Petrus de Cugneriis, miles & consiliarius dicti domini Regis, in presentia omnium, & in publico locutus est pro rege, facto themate suo: *Reddite quae sunt Caesaris Caesaris, & quae sunt Dei Deo.* Et prosecutus est iuxta illud thema, materiam suam concludendo ad duo: Primum, quod Regi debebatur reuerentia, & subiectio: Secundum, quod debebant esse spiritualium & temporalium diuisio, ut spiritualia ad Praelatos, & temporalia ad Regem & Barones pertinerent. Et hoc probauit per multas rationes facti & iuris, prout in responsionibus factis infra per Senonensem electum Episcopum Eduensem plenius continetur: Et finaliter coneludit, quod Praelati essent contenti spiritualibus, & in eis defenderet eos Rex. Quibus sermonibus completis dixit verba quae sequuntur, in gallico, quod intentio regis erat reintegrare temporale. Deinde proposuit in gallico articulos infra scriptos. Et postea tradidit Praelatis in gallico, licet sint translati in Latino & proponendo eos probat contenta in eisdem non pertinere ad Praelatos, sed ad dominos temporales, & quia iniuste procedebatur per Praelatos super eis. Et nihilominus, propositione facta dixit idem dominus Petrus, quod Praelati super his deliberarent, & consulerent domino Regi, tanquam eius fideles. Sunt autem hi articuli, & responsiones super his factae necnon grauamina regi tradita per Praelatos, quorum quidem Articulorum in gallico traditorum: in latino tamen translatorum tenor sequitur, & est talis.

Haec sunt grauamina, & usurpationes, quae, & quas Praelati, & alia persona Ecclesiastica Regi Francia, vel co-

rum Officiales, & iudices pro ipsis fecerunt, & faciunt in praedictum iurisdictionis temporalis domini Regis, Baronum, & aliorum subditorum suorum dominorum temporalium.

Primo, de iure communi, cognitio causarum quae tangunt realitatem, siue sint in possessione siue in proprietate, pertinet ad iurisdictionem temporalem: Et Officiales Praelatorum, impediendo iurisdictionem temporalem nituntur sibi attribuire cognitionem causarum realium, specialiter super possessione, & super omnibus interdictionibus.

Item quando laicus turbatur, vel impeditur in possessione terrae suae per aliquem Clericum, & propter hoc impetrat adiornamentum ad Iudicem saecularem in casu nouitatis, vel aliam: Officiales Praelatorum impediunt iurisdictionem temporalem, faciunt moueri ad instantiam Clerici Iudicem saecularem, & partem, ut post adiornamentum cessent sub poena excommunicationis, & certa pecuniae quantitate.

Item, cum cognitio personarum laicarum pertineat ad Iudicem saecularem (exceptis casibus spiritualibus) Officiales Praelatorum faciunt eos citari coram se ad instantiam partis. Et si dictae personae laicae declinent iurisdictionem dictorum Officialium: vel domini quibus subiiciuntur requirunt eas remitti coram eis tanquam coram dominis, vel iudicibus suis temporalibus: dicti Officiales renunt hoc facere, & compellunt per excommunicationem partes ad procedendum coram eis.

Item Officiales Praelatorum faciunt saepe moueri personas laicas ad instantiam Clericorum dicentium se esse impeditos in rebus haereditariis suis per laicos. Et si ipsi laici asserant realitatem, & ita sit in veritate, & super hoc petant remitti ad iudicem saecularem, dicti Officiales movent eos sub poena excommunicationis & sub magna poena pecuniaria, ne propter hoc vadant coram iudice saeculari.

Item Officiales Praelatorum nituntur habere cognitionem contractuum initorum in curia saeculari per literas aut sine literis, & per monitiones excommunicationis sententias, nituntur excommunicationes facere re talium contractuum super obligatis.

Item Praelati faciunt concilia Provincialia, & Synodalia statuta, in quibus plura faciunt, & ordinant in grande praedictum iurisdictionis temporalis, de qua non spectat eis quomodo cognoscere vel se intromittere.

Item praedicti Officiales nituntur plures iuratos pro recipiendis obligationibus suis, in contractibus, in illis iurisdictionibus, atque locis dominorum temporalium super venditionibus rerum haereditare, & alias, & sic nituntur impedire iurisdictionem temporalem, cum extra sedem suam obligationem recipere non debeant, vel contractus.

Item faciunt citari plures laicos, ex officio suo super aliquibus quae sibi imponunt malificis responsuros, de quibus impositis asserunt sibi cognitionem pertinere. Et quando citati huiusmodi venientes ad diem sibi (ut praemittitur) assignatam negant maleficia opposita contra eos: dicti Officiales, ipsos detinent captos nec volunt eos recedere, licet in casibus eis impositis pertineat recedentia, Et licet captio, & detentio ad eosdem Officiales minimè pertineat, sed ad iudices saeculares.

Item in casibus supra dictis licet per inquestas, & processus factos per Officiales praedictos, contra dicto

Petrus de Cugneriis miles.

Mat. 23.

Ecclesiastici cognoscunt de casibus spiritualibus.

Concilia Provincialia, & Synodalia.

Etos laicos sic captos, & detentos iidem laici reperiantur puri & innocentes & ab imposito sibi maleficio absoluantur, nihilominus dicti Officiales nolunt eos expedire, donec pro scripturis processum, seu iniqua praedictorum satisfactionem fecerint de magna pecuniae quantitate, licet de iure in tali casu eis expensas restituere tenerentur.

Excommunicatio per sola citationem.

Item memoria sit de loquendo super sententia excommunicationis, quae datur per solam citationem, quotiens quis deficit.

Item loquendo super obligationibus de nisi, per quas quis excommunicatur incontinenti, si non soluat certa die, licet nequeat soluere die illa.

Item quando aliqui sunt qui excommunicantur vir tute excommunicationis curiae Praelatorum, & tales excommunicati non satisfaciunt de summis contentis in excommunicatione: incontinenti reaggrauantur: & tunc iidem Praelati vel eorum Officiales faciunt moueri Iudices saeculares sub poena excommunicationis, ut compellant per captiones bonorum, tales excommunicatos ad faciendum se absolui, & ad debitum persolvendum. Et ubi Iudices saeculares non obediunt monitioni huiusmodi, ipsi excommunicantur, nec possunt absolui, nisi satisfaciunt de debito pro quo personae praefatae excommunicatae existunt.

Iudicium excommunicatio per alienationem.

Item si Balliui, Praepositi, vel seruientes Regi aut alij subditi Iudices saeculares, talibus monitionibus inclinauerint, nec aliqua bona penes excommunicatos praedictos inueniantur, oportet dictos officarios regios ire cum expensis suis ad curiam Praelatorum, & ibi iuramentum praestare quod nulla bona inueniant penes excommunicatos, alioquin incontinenti denunciatur excommunicari & per sententiam excommunicationis compelluntur ad satisfaciendam de debito pro ipsis excommunicatis.

Item si duo laici sint in processu in curia alicuius domini temporalis super actione reali vel personali, & contingat quod altera partium diffugiendo appelleret ad curiam alicuius Praelati coram Officiali suo post magnum processum factum, & litem contestatam: Officiales dictarum curiarum nituntur retinere cognitionem talium causarum, tam in reali, quam personali: & virtute monitionum, & sententiarum faciunt desistere dominum temporalem a cognitione causae, post appellationem, quod nisi faciat, excommunicatur & trahitur ad emendam: ex quibus temporalis laeditur iurisdictioni & amittit resortum suum, quia nullus a curia Praelatorum appellat ad curiam regiam.

Appellationes a saeculari ad Ecclesiasticos.

Item, si quis laicus in villa Regis, faciat arrestari debitorem suum laicum per iustitiam saecularem loci, si arrestatus appellat illos qui arrestant eum & faciunt arrestari, Officiales volunt habere cognitionem talem. Et si aliquis attentatur super appellatione, ipsi nituntur exigere emendam a Iustitia sicut ab illo cui factum est arrestum. Et si gentes regie compellunt eos ad resistendum, ipsi excommunicant eos.

Praepositi Clericorum.

Item dicti Praelati habent magnam multitudinem Officialium, quos vocant Praepositos Clericorum, qui quidem Officiales faciunt communiter citationes viua voce, contra quascunque personas per dominum Regis & alibi sine commissione, licet in qualibet dice cessi esse non debeat nisi sedes vna duntaxat ubi cognoscatur de causis. Et ex hoc accidit pluries, quod multae personae sine causa coram eis citantur ad finem quod redimant se de magna pecuniae quantitate, quod est in magnam praedictum regis, subditorumque suorum, &

iurisdictionis temporalis eorum.

Item dicti Praepositi Clericorum sigillant domos Clericorum in villis Regis, & aliorum dominorum temporalium, in praedictum iurisdictionis domini regis, & aliorum saecularium, licet in domibus, & aliis tressundis regis, vel aliorum saecularium, dicti Praelati exercere aliquam iurisdictionem non possint.

Item dicti Praelati, vel eorum Officiales sigillant bona mobilia Clericorum coningatorum, & mercatorum, licet in talibus eorum cognitio pertineat ad Iudicem vel curiam saecularem.

Item compellunt personas laicas, ad dandum asecuramentum Clericis coram eis in curia Ecclesiastica, maximè Regis seruientes.

Item in iustitia, & in dominio regis, & subditorum faciunt gentes Praelatorum, inuentaria de bonis laicorum decedentium.

Item ipsi cognoscunt de actionibus hypotecariis quae sunt reales vel saltem mixtae.

Item dicti Praelati nituntur habere cognitionem personarum laicarum commorantium in domibus Dei, & leprosariorum, villarum regiarum, & subditorum suorum, vel extra villas, licet domino regi, vel eius subditis memoratis pertineat cognitio eorumdem. Et dant dicti Praelati, vel eorum Officiales, monitiones cum magis poenis pecuniarum, & sententiae excommunicationis, quod nullus trahat illas personas in alia curia quam sua.

Tonsura puerorum.

Item ad finem quod dicta curia ecclesiastica augmentetur, dicti Praelati faciunt magnam multitudinem tonsurarum pueris aetate minoribus, quorum aliqui sunt seruorum filij, alij de illegitimo matrimonio procreati, ac hominibus coniugatis insufficientibus, & illiteratis.

Item faciunt contagiari, & compelli, per suos praepositos Clericorum, mulieres viduas, & nituntur habere eorum cognitionem, necnon pupillorum, & sibi applicare bona eorum quando moriuntur, sicut de maioribus aetate quando decedunt ab intestato, quorum quidem cognitio spectat ad regem, quia tales personae sunt cum bonis suis de gratia regis.

Item faciunt capi praedictos praepositos Clericorum, & in dominio regis, & alibi, iuris ordine non seruato, plures personas laicas, imponentes eis quod in aliquo casu commiserunt aliquid contra fidem, & detinent eas in carceribus, licet eorum captio & detentio spectare debeat domino Regi, donec tales personae super illo casu imposito sint conuictae.

Item exercent suas iurisdictiones, currentes per villas regias subditorum, licet extra sedem suam non debeant iurisdictionem tenere.

Multa pecuniaria.

Item quando isti Praelati vel eorum Officiales faciunt moneri Praepositos, seruientes, & iusticiarios regis super aliquo faciendo per eos, in suis monitionibus magnam pecuniae summam apponunt applicantes Praelatis, nisi fiat & compleatur quod in monitionibus suis continetur: & cum hoc poenam excommunicationis apponunt, & hoc est inceptum de nouo in praedictum Regis, & subditorum suorum.

Item quando Praelati, vel officiatij eorum prosequuntur aliquem laicum in curia sua ex officio, & in casu huiusmodi deficiunt sibi testes, ipsi faciunt plures personas laicas ad ferendum testimonium in illa causa coram citari, siue sit burgenfis regius, siue alterius cuiuscunque conditionis, & tunc testibus nolunt aliquid constituere pro expensis eorum. Et nisi veniant ad diem

ad quam citantur, excommunicantur.

Item, si aliquis malefactor capitur per aliquem iustitiarum regium factus de furto suo, & ille cui res est furata veniat coram gentibus regis, & probet rem huiusmodi furtiuam, suam esse, & ideo expediatur eidem per gentes regias: si ex postfacto dicant Prælati veterum-officiarij, malefactorem esse clericum, ipsi faciunt compelli per monitiones & citationes suas, prædictas Gentes regias ad restituendum eis rem furtiuam: quod nisi fecerint, excommunicantur.

Item si contingat, quod Gentes regie capiant aliquem malefactorem pro crimine certo per eum commisso, & idem malefactor dicat se clericum esse, licet nec tonsuram, nec habitum deferat clericales: Officiales Prælatorum faciunt incontinenti, detinentes & captivos compelli per monitiones & sententias ad restituendum sibi prædictum malefactorem, tanquam clericum suum.

Tonsura clericalis.

Item, si Gentes regis, vel alij iustitiarum seculares ceperunt aliquem malefactorem latronem vel etiam homicidam qui tonsuram deferat clericalem, eumque restituunt Prælati: idem malefactor satis cito postmodum expeditur, licet cognouerit crimen, etiam licet aliqui laici qui cum eo fuerunt socij in maleficiis, propter hoc iustitiam fuerint eumque accusauerint de maleficio, & sic tales malefactores ad talia maleficia perpetranda, facilius excitantur.

Item si quis dicat se expoliatum fuisse, Officialis sibi dabit incontinenti monitionem contra expoliatorem, & virtute monitionis huiusmodi monebitur per aliquem de præpositis clericorum quod restituat sibi contenta in monitione, aut quod iuret, si spoliavit conquirentem de his de quibus est conquestus: & si iurare renuit, coram Præposito, ipse Præpositus incontinenti monitione sigillat, & excommunicat illum qui noluit iurare, nec poterit postea absolui donec satisfecerit de contentis in monitione, de quibus conquerens se prius dixerat spoliatum.

Item si quis pro delicto suo detineatur in carcere alicuius iudicis secularis, licet captus fuerit in habitu laicali, & sine tonsura, & quod gesserit se antea per totam vitam tanquam laicus, pro hoc solum, quod aduocabit se pro clerico, quia meliorem expedientiam habebit à Prælato, & officiariis quam per seculares, & delictum remanebit impunitum: dicti officarij faciunt moneri Iudicem secularem, vt cito malefactorem restituat eis, atque reddat: alioquin cessabit eis incontinenti per totam villam vbi sic captus tenebitur malefactor, & pro vitandis periculis, quæ venire possunt occasione dicti cessus, oportet quod iidem Iudices reddant malefactorem in magnum præiudicium iurisdictionis regis & temporalis ad quæ cognitio posset venire in casu ressorti.

Item quando aliquis malefactor redditur iudicibus Ecclesie per iudices seculares tanquam clericus, amici ipsius malefactoris veniunt ad Officiales Prælatorum & concordant cum eis, & sic dimittunt sine punitione ire, & sic peiora committunt quam ante, licet crimina essent notiora.

Item quamcunq; clerici coniugati, mercatores, vel alij clerici cuiuscunq; ministerij existant, trahuntur in causam coram iudice seculari pro aliquo delicto: ipsi clerici impetrat ab Officialibus quandam monitionem, & abducunt secum quendam presbiterum, per quem faciunt moneri iudicem seculare sub pena centum vel ducentarum marcharum argenti, & excommu-

nicant, ne curiam, vel cognitionem de talibus teneant, & ne molestent eos in corpore, vel in bonis: & si dominus iudex eos postea cessat ibidem incontinenti a celebratione Missarum: licet hoc pro facto suarum mercaturarum existat.

Item dicti Officiales concedunt citationes sine numero contra personas laicas in casu assicuramenti, personaliter coram eis, ad assicurandum personas taliter incognitas: & si cognita sint, in citatione continetur, quod ille qui citatus est, moneatur sub magna pena, ne illum qui sic citari eum fecerat: ipsum, pendente citatione, trahat ad iudicem secularem.

Item, cum quis excommunicatus est in aliquo loco: dicti Officiales dant citationes personales super participibus: & faciunt citari totam patriam ad vnam, vel duas leucas circumquaque: & tales, qui nouerunt excommunicatum, bene. 40. 60. vel centum personarum purgant se super participatione prædictorum. Ex quo sequitur, quod probi homines, antiqui & senes redimunt se, quilibet de duodecim denariis, vel de duobus solidis pro vitandis expensis & laboribus, boni homines loca propria diuiserunt.

Item dicti Officiales imponunt pluribus personis famæ laudabilis & honestæ vitæ, quod sunt vsurarij: & oportet eos cum ipsis Officialibus concordare pro euitanda eorum infamia, & labore.

Item dicti Officiales faciunt citari aliquem bonum hominem coniugatum, & imponunt ei quoddam adulteratus est cum aliqua. Et similiter mulierem aliquam coniugatam, imponendo sibi quoddam adulterata est, in perpetuam infamiam ipsorum coniugum: & cum hoc extorcionem pecuniarum recipiunt ab eisdem.

Item memoria sit de magna multitudo procuratorum, qui comedunt totum mandum virtute citationum, & recipiunt homines in gardia sua: & per villas tenent Placita & Assisas suas, & autoritate sua relaxant citationes propter pecunias quas extorquent, & recipiunt ob hoc ab ipsis citatis.

Item alia grauamina, quæ capitula, Abbates, Priores, Hospitales, & alia persona ecclesiastica regni, Francie faciunt contra populum, talia sunt.

Faciunt citari plures Burgenses Regis, & alios in pluribus & diuersis locis per privilegia, videlicet, Bricen. Nanneten. in Britania. Lugduni, Matisceni, & alibi: specialiter, hospitalarij magis vtuntur istis communiter, quam alibi: ex quibus multum damnificatur populus, & grauabitur multipliciter in futurum, nisi remedium apponatur.

Item iudices ecclesiastici quocunq; casu nituntur habere cognitionem iniuriarum, siue in verbis, siue in factis commissa sit iniuria: necnon vxores clericorum, licet sint mercatrices & eorum mariti similiter mercatores. Et si aliquando tales coniuges capiuntur per iudices seculares, Officiales faciunt cessum opponi in Parrochia illa, virtute concilij Syluancensensis.

Item voluit habere cognitionem bonorum tam mobilium quam immobilium, viduarum. Et si contingat quoddam aliquam vidua mercatrix in villa regis per viam Arresti, laicam personam faciat conueniri coram iudice seculari: & iam sit tam processum quoddam persona illa laica fuerit per sententiam iudicis secularis, in petitis viduæ condemnata: Si veniat ad notitiam Iudicis ecclesiastici, quod vidua illa in aliena curia suum conuenit debitorem, ipse iudex ecclesiasticus trahet ipsam.

Contumacia Syluancensensis.

ipsum ad emendam, & compellet eum emendare per monitiones, & sententias, & hoc sæpe contingit.

Item plures habitatores terræ dictorum Prælatorum, vocant se iniuncti ad curiam Officialium, ex quadam appellatione volagia: & nituntur Officiales de talibus appellationibus cognoscere in præiudicium iurisdictionis temporalis, domini Regis.

Item, si quis in briga, vbi sanguinis effusio facta fuerit capiatur per aliquam iustitiam secularem puniendus si laicus, restituendus iudicio ecclesiastico si clericus existat. Si talis captus appellat ad curiam Officialis, volunt dicti Officiales de hoc cognitionem habere, etiam de laico sicut de clerico, & cum hoc nituntur exigere emendam à curia seculari quæ prædictam fecit captionem: & si hæc permitterentur, nunquam malefactores punirentur quia incontinenti appellarent, & post appellationem statim fugerent.

Vsurarij in impunitis.

Item si faciunt citari plures ex officio, ipsi non admittuntur per procuratorem, Et si ad diem sibi assignatam accedunt, imponitur eis, quod vsurarij: & nisi respondeant ad voluntatem Promotorum, detruduntur in carcerem licet sint puri laici: neque liberantur, donec satisfactionem fecerint pro voluntate Officialium, licet non sint vsurarij: & si qui sunt vsurarij, Officiales recipiunt ab eis emendas: & postea, sicut prius, permittuntur exercere vsuras: vt in eis solitas emendas exercent.

Item capi faciunt per suos seruientes, clericos in quocunq; Trefundo, absque hoc quod iustitiam loci faciant appellari: & si per aliquos in hoc inspediantur, ipsi compellunt eos per sententiam Excommunicationis, ab impedimento desistere.

Item quotiens iudices temporales capiunt aliquem qui postea requiritur, & redditur tanquam clericus iudici ecclesiastico sine difficultate quacunq; nihilominus dicti Officiales faciunt ipsos iudices excommunicatis à canone nunciari.

Item faciunt Prælati Tonsuras hominibus 30. annorum, & ultra, & etiam coniugatis aliquibus, quando veniunt ad eos metu intrusis in carcerem, & punitionis alicuius criminalis delicti quod antea perpetravit: & hoc pluries fuit factum.

Item si contingat quod aliquis homo Regis, vel alterius cuiuscunq; excommunicatus existat, & velit satisfacere, & facere se absolui: Gentes Prælatorum exigent ab eo emendam ad ipsorum arbitrium, vnde plures remanent in excommunicatione.

Item, postquam debatatur duarum personarum ad iniucem contententium super possessionem alicuius rei immobilis, res contentiosa posita in manu Regis, per aliquem seruientem regis: monent ipsum, ne perturbent alteram partem in possessione, quod si fecerit: excommunicant eum.

Item dicti Prælati, Decani, & Capellani, & alie gentes ecclesiasticæ, tot, & tantos labores dant Officialibus regis ratione iurisdictionis regie, sicut predicatur, vsurparat: quod plures Officialij regij expenderunt de suo pro iuribus Regis obseruandis, & per vexationes & labores, faciunt eis expendere quidquid habent.

Item: si aliquis Iustitiarum laicus, pro certa & iusta causa, ad requestam partis apponat manum suam in rebus hereditariis clericorum, iudices ecclesie, & eorum ministri faciunt monitiones in scriptis contra dictum iustitiarum sub pena Excommunicationis, & sub pena pecuniaria, vt manum suam leuet, & amoueatur: & si iungit eidem, vt alteram partem de prædictis rebus gaudere permittat, alia ipsam denunciare.

excommunicatum, à qua sententia absoluti non potest, nisi redimat se ad Officialis arbitrium in præiudicium resorti domini Regis.

Item Iudices ecclesiastici, quam citius audiunt quod aliquis dices decessit, vel cogitant quam cito debet decedere, ipsi mittunt literas clausas Capellano suo, quod nullatenus audeat inhumare ipsum, licet fecerit testamentum, & ecclesiastica sacramenta receperit: & postmodum cum amici defuncti ad eos accedunt scitari propter quæ faciunt hoc, dicti Officiales asserunt quod dictus defunctus fuit vsurarius, vel mandata ecclesie non seruauit: & tandiu faciunt corpus super terram teneri, quod oportet amicos redimere de magna quantitate pecunie, & per talem modum magnas pecunias habuerunt.

Interdictum.

Item si in aliquo Cimiterio fiat effusio sanguinis vbi lenta propter quam ponatur interdictum, ipsi Prælati faciunt impositionem fieri decem librarum super omnibus parochianis, pro salario suo reconciliationis Cimiterij memorati, licet aliqui parochianorum à sua iurisdictione sint exempti: etiam licet illi tantum habeant vel plus de bonis illius qui talem violentiam commisit.

Item aliqui Capellani dicunt se habere privilegia Apostolica: quorum virtute sibi constituunt iudices quos volunt, & aliquotiens de suo proprio Collegio, & sicut iudices in suis causis existunt, quod de iure non possunt: vnde contingit, quod post magnos processus, & expensas factas in aliqua magna iniqua super realitate quam alias, ad eorum notitiam per consiliarios vel procuratores suos peruenit quod ipsi debent in causa succumbere, incontinenti reuocant suos iudices memoratos: & sic sunt subditi regis, damnificati: nec possunt ius habere ab ipsis.

Item si laicus vocat Clericum in causa hereditaria coram iudice seculari, ipsi iudices ecclesiastici faciunt cessare processum, sibi cognitionem attribuentes, & cum hoc pro impetratione talium adiornatorum trahunt laicos ad emendam.

Item cognitionem Clericorum coniugatorum mercatorum, qui sunt manu operarij quorum cognitio pertinet ad iudices seculares specialiter super facto mercaturarum suarum, attribueri sibi nituntur ecclesiastici iudices.

Item pluries posuerunt interdictum in pluribus villis, & Castris Regis, & diuinum Officium cessare fecerunt contra privilegia quæ habuit dominus noster rex à pluribus summis Pontificibus.

Item pro custodia temporalitatis suæ faciunt Clericos suos, Balliuos & seruientes suos: & sic quando delinquant, non possunt puniri sicut decet, propter quod iustitia non seruatur.

Excommunicati parati.

Item iudices ecclesiastici habent procuratores, qui si teneant aliquem excommunicatum, siue iusta sit sententia, siue non, ipsi faciunt monitiones fieri quod nullus operetur vel faciat negotium qualecunq; ei qui in tali statu consistit: propter quod terra & vineæ sæpe remanent incultæ, in præiudicium communitatis populi, & regis.

Item Promotores prædicti faciunt fieri Citationes per quas citari faciunt, 20. 30. 40. personas, vel amplius: in citatione imponentes eis quod participauerunt cum talibus Interdictis: & de vno capiunt decem, de altero viginti solidos, secundum quod possunt: vnde, communis populus est multum oppressus, & grauatus.

Item Iudices ecclesiastici faciunt iurare omnes Ad- uocatos Curiarum suarum, quod nullus litigabit sine eorum licentia contra eos: propter quod ius pauperum multotiens perit, & causae Regis retardantur: quia proprij pensionarij Regis non sunt admissi ad ipsorum Concilium accedere: nisi de ipsorum iudicum licentia speciali.

Item volunt Inuentaria facere de bonis illorum qui ab intestato decedunt, voluntque bonorum tam mobilium quam immobilium possessionem habere, & ipsa per manus eorum distribuere heredibus, vel illis quibus volunt conferre.

Item Testamenta quoque volunt per manus suas executioni tradere: inuentaria facere bonorum, defunctorum, eademque seruari & heredibus distribuere, & habent Officiales qui super his exequendis, duntaxat deputati existunt.

Item aliquando Testamentis, coram Tabellionibus, factis nolunt adhibere fidem, nisi prius per ipsos Officiales fuerint approbata. *Hic auditis dixerunt Praelati, quod super his valebant deliberare: & suis assignata dies veneris sequens: qua die respondit pro Praelatis dictus dominus electus senonens, & proposuit infra scripta apud Vicenas ubi rex tenuit dictam diem, dicens sic.* Quia dominus Petrus de Cugneris pridie proponens contra Ecclesiam Gallicanam cepit thema suum: quod scribitur. *Matt. 32. Reddite qua sunt Caesaris Caesari, & qua sunt Dei Deo.* In quibus verbis dicebat notari duo. Primo Praelatorum ad Reges obedientiam, reuerentiam, & subiectionem. Secundo Iurisdictionis temporalis, & spiritualis diuisionem. Et primū probauit per illud quod scribitur 1. Petri 2. Subiecti estote omni creaturae propter Deum, siue regi quasi praecellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis in vindictam malorum, laudem verò bonorum. Secundum verò probabat ita: quia Christus, cum diceret Apostoli: Ecce gladius duo hic: dixit Deus, sufficit. Per duos gladios intelliges duas iurisdictiones.

Item pro eo quod Christus pro se, & Petro voluit soluere tributum ad dandum exemplum quomodo ecclesiasticae personae tenebantur soluere, & reddere potestati temporali temporalia. Et hoc confirmabat per hoc quod scribitur 1. Reg. 1. ca. si tributum, & ca. magnum.

Item quia hoc cauetur lege humana, cum dicitur, magna duo dona collata sunt, sacerdotium, & Imperium. Sacerdotium, ut diuinis: Imperium, ut humanis praecisset, in corpore. *Autentico: quando oportet ipsum, & clericos ad Ordines perduci. in principio collationis primae, ex quibus concludebat, quod cum istae iurisdictiones sint distinctae à Deo: & vna sit reddita, siue credita Ecclesiae: & alia dominis temporalibus: quod nullo modo ecclesia debeat intrinsece se de iurisdictione temporali, cum scriptum sit. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Et bene signanter dicit antiquos, quia consuetudines, si quae essent ad oppositum introductae, non valerent. Quinimo essent potius corruptela. Nec prescriptio potest habere locum, cum ius sicut sit impraescriptibile: nec rex ipse possit se tale ius abdicare, sicut probabat per multa capita quae sunt 10. di. Quare cum rex in sua coronatione iurasset iura regi non alienare, & alienata ad se reuocare, si per Ecclesiam, aut per quemcumque alium erant usurpata: tenebatur rex per iuramentum, ad se illa reuocare.*

In speciali tradidit multos articulos: in quibus, ut dicebat, usurpauerat ecclesia Iurisdictionem tempora-

lem. Ut ergo respondeam praemissis secundum concordantiam vocalem & realem, accipio quod scriptum est 1. Petri 2. protestatione praemissa: quod quidquid diciturus sum, volo dicere. Non ad finem subeundi quodcunque iudicium: sed solum ad domini Regis, & ei assistentium conscientiam informandam. Accipio ergo thema tale.

Deum timete. Regem honorificate, 1. Pet. 2. In quibus verbis beatus Petrus duo nobis ostendit, primò, quomodo Deo debetur timor filialis & obedientia propter celsitudinem, & imperium suae maiestatis, ibi, *Deum time.* Secundo, quomodo debetur Regi honor specialis & reuerentia propter magnitudinē & fastigium suae dignitatis, ibi, *Regem honorificate in gallico. Premièrement, que nous deuons à Dieu redoutance, tremeur, & amour pour sa grande puissance, & haute maiesté. ibi, Deum time.* *Secolement, que nous deuons au Roy, reuerence & honneur pour sa grande excellence & haute dignité. ibi, Regem honorificate.* Et signanter praemittit Apostolus, quod primo, deo debetur timor: secundo, Regi honor: Deo enim principaliter debetur timor, quia si contraria Deo iubet Rex vel alius, contempto Rege obediendum est Deo. Act. 5. Obediendum est magis Deo, quam hominibus. Et 2. Machab. 7. Non obedio precepto Regis. Et rationem huius redit beatus Augustinus. & est in glo. ad Rom. & ponitur, 11. q. 1. Qui resistit potestati, voluntati & ordinationi Dei resistit. Sed quid si iubet illud quod non potes vel debes facere: hoc sanè: contemne minorem potestatem, timendo maiorem: ipsos humanarum rerum gradus adice. Si aliquid iussit procurator, nunquam faciendum est si contra Proconsul iubeat: si autem aliquid ipse Proconsul iubeat, aliud Imperator, & aliud Deus: contempro illo: obtemperandum est Deo, maior enim potestas Deus est. Ille enim carcerem, iste Gehennam minatur.

Ille corpus occidere potest, iste corpus & animam mittere in Gehennam ignis. Merito igitur praemittitur *Deum time*, propter hoc dicitur Eccl. ultimo, *Deum time & mandata eius obserua*, hoc est omnis timore. Et videtur mihi, quod quis perpenditur Deum timere, ex tribus: scilicet ex grata munerum & donorum largitione, ex prouida seruitorum suorum honoratione, & ex integra rerum & bonorum redditione. In gallico. *Quand il sert deuotement, & luy donne largement: quand il honore sagement, & deuement: quand il luy rend le sien entierement: quia econtra, qui ne le veult seruir, ou ne luy daigne obeir, ou veult le sien retenir, signum est quod non timet.* Et propter hoc dico primo ut Imperator Iustinianus dicit, quod, licet pene nihil immensum sit bonum, tamen principem immensa dare Ecclesie, bonum est: teneatur enim Imperator cui plura dedit Deus, & multū, & facile dare, & maxime sanctissimis Ecclesiis, in quibus optima mensura est dominicarum rerum immensitas.

Et Gregorius Alberto Patricio Gallorum *Etia do dona. c. 1* dicit: hanc sibi quodammodo nobilitas Legē imponit, cui debere se quod sponere tribuit, estimet: & nisi suis beneficiis creuerit, nihil se praestitisse putet. vnde Abel, qui de melioribus offerebat domino, benedictus est à Deo sicut pater. Gen. 4. Vnde & reges quantum plurimum offerebant Deo, tantum fuerunt ab eo, & spiritaliter, & temporaliter benedicti, sicut patet de Iosue, David, Salomone, & aliis per totum librum Regum. Et ideo Numer. 18. scribitur: in donaria Dei separabitur optima, & primo Paralipom. vlt. dicebat David

Dauid: letus obtuli vniuersa haec, & populum tuum vidi cum ingenti donario offerre tibi donaria. Nec mirum, quia sicut ipse dicit ibidem: tua sunt, deus, omnia: quae de manu tua accepimus, dedimus tibi. Et ideo videtur mihi quod inter ceteros Reges, Franciae reges plura dederunt deo, & ecclesiae, & etiam Barones regni, idcirco fuerunt super omnes, felices: & quanto plura dederunt, tanto plura dedit eis deus, sicut patuit de Clodoueo, Carolo, sancto Ludouico, & aliis. Quanto enim aliquis plura dat deo, tanto plura deus illi dat, cum ipsomet promiserit: dare, & dabitur vobis. Vnde donū quod Princeps facit ecclesiae, & est donum quod redditur cum maximo incremento, & tempore belli, & tempore pacis. Tempore belli, quia victoria belli non aliunde quam à Deo, illi praestatur. Vnde 1. Mach. 3. ca. Non in multitudine exercitus victoria belli, sed de caelo fortitudo est. Et Exod. 17. dicitur, quia cum Moyses eleuaret manum ad populum, vincebat Israel: sed si remittebat, superabatur. Et 2. Mach. vlt. Iudas habiturus sacerdotes orates pro populo & vniuersa ciuitate & c. Tempore etiam pacis, quia & vita Regis, & filiorum, ac prosperitas, pax, & obedientia per orationes Ecclesiae conseruatur in regno. Vnde Salomon quādiu fuit intentus operi domus Dei, rādiu pacem habuit. Vnde Prou. 16. Complacuerunt deo viae hominis, inimicos quoque eius conuertit ad pacem, & c. Esdrā 6. dicitur de sacerdotibus: Offerent oblationes deo caeli, & orent pro vita Regis, & filiorum eius. Bene ergo dicitur: esse hoc donum fauorabile & irreuocabile, propter quod victoria tribuitur, vita conceditur, & pax, & securitas conseruatur. Seruire ergo deo & dare liberaliter, est primum signum diuini timoris & amoris. Eccl. 2. Qui timetis deum, credite illi, & non euacuabitur merces vestra. Dico secundo & c. Scitis quod inter praecpta domini, primum praecceptum secundae Tabulae est, honorare patrem: quod praecceptum sicut pulchre dicit Apostolus Heb. 12. Est non solū de parte carnali, immo potius de parte spiritali: quia sicut spiritalia sunt portiora quibuscumque carnalibus seu temporalibus, ita tenetur tantum vel plus, filius spiritalis ad honorandum patrem spiritualem, sicut patrem carnalem. Patres autem spirituales, Praelati sunt. Vnde 4. Reg. 6. Rex Israel, Elisaeum vocabat patrem, dicens: Nūquam poeniteas pater mi. Et propter hoc Luc. 20. dicebat saluator Apostolus quorum successores sunt Episcopi: qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Et 1. Thess. 4. Qui vos spernit, non homines spernit, sed Deum. Et ideo ille Iustinianus Imperator alibi dicit: sicut nos habemus magnam sollicitudinē circa dei verba, dogmata, & sacerdotum honestatem quam illis obtinentibus, crederemus quia per eos maxima dona nobis dabuntur à Deo, & ea quae sunt firma habebimus, & ea quae nondum haecenus aduenierant acquiramus. Et beatus Greg. in registro scribens cuidam imperatori dixit sic & habetur. 1. q. 1. Sacerdotibus non indignetur imperator super excellenti consideratione, propter eum cuius sunt serui: in eis dominetur, sic ut debitam reuerentiam pendat, quia illi aliquando in diuinis eloquiis: dii: aliquando Angeli nominantur. Exod. 22. dii non detrahitis. Et Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, Angelus enim domini exercituum est. Et subdit: quid mirum, si nostra pietas illos dignetur honorare, quibus deus in suo eloquio honorem tribuens, Angelos, & deos appellat? Vnde & ibidem refert de Constantino imperatore, quod cum sibi

oblatae accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem recepit, & eosdem qui accusati fuerant episcopos conuocans, in eorum conspectu, libellos quos accepit incendit, dicens: Ite, & inter vos causas dispo- nite vestras, quia non dignum est ut vos iudicemus Deos, Quia scriptum est: Deus stetit in synagoga deo- rum, de medio autem eorum, deos diiudicat. Et subditur in eodem c. quod Pagani, qui deos ligneos colebant & lapideos, tamen eorum sacerdotibus honore maximum tribuebant. Quid igitur mirum, si Christianus Imperator, veri Dei sacerdotes honoret quasi dicat: non est mirum, sed debitum. Et ratio est, quia sicut dñs Petrus pridie dicebat, & bene: In hoc mundo duo sunt potestates, sacerdotium & regnum, spiritualis & temporalis, quae inter se differunt sicut Sol & Luna, sicut Caelum & Terra, sicut aurum & plumbum. Et ideo, si illi qui praest in potestate minori, est à subditis honor impendendus: multo fortius, illi qui praest in potestate maiori, est à quibuscumque sibi subditis honor debitus impendendus sicut expressit dic. c. soliti, de ma. & ob. ubi expresse responditur auctoritati quam dominus Petrus allegabat pro se, videlicet: subiecti estote omni h.c. propter deum, & ibi loquitur de subiectione quae est propter necessitatis meritum, non propter necessitatis debitum.

Si enim loqueretur de subiectione quae est propter necessitatis debitum, sequeretur, quod quilibet Episcopus deberet esse subiectus pauperiori vetulae quae sit Parisius, cum textus dicat: Subditi estote omni creaturae humanae: dicta autem vetula, est humana creatura. De dignitate episcopali dicit Gregorius in Pastoralis Greg. suo: sicut honor & sublimitas episcopalis, nullis poterit adaequari comparabilibus: si regum fulgore compares, quasi plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum videas regū colla, & principum subiectionis genibus, sacerdotum deosculata dextra, orationibus eorundem se credere communiti.

Et quia Reges Franciae praeceteris regibus istam honorem Praelatis impenderunt, idcirco praeceteris regibus prosperati fuerunt: Quia Eccl. 4. dicitur: Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis. Et sequitur ibidem: qui honorat patrem suum, viuet vita longiore. Istud est ergo signum timoris Dei. Et ideo dicitur Eccl. 4. Qui timet Deum, honorat parentes. Dico tertio, quod aliquis dicitur timere Deum ex integra rerum & bonorum redditione, qui enim reddit alteri quod suum est, sed conatur usurpare, nō timet Deum. Econtra autem, qui reddit integre rem, dicitur diligere, & timere, quia sic dicitur Eccl. 18. qui timet deū faciet bona, & Psal. A iudiciis enim tuis timui, feci iudicium & iustitiam. Sicut enim dicunt Iurista, & verū est: Aliquid efficitur alicuius, multis modis, aliquando ex successione, aliquando ex commutatione, aliquando ex praescriptione aut alia acquisitione, iure, aut consuetudine, & sic de aliis. Et quia dominus Petrus pridie per iurisdictionis distinctionem, scilicet temporalis & spiritalis, conabatur probare, quod habens iurisdictionē spiritalē non debebat habere temporalē, alioquin non esset distinctio, sed potius confusio iurisdictionū. Idcirco volo probare oppositū, quod istae iurisdictiones compatibiles sunt in eadē persona, & maxime in ecclesiastica, & hoc probō tam iure diuino & naturali, quam iure Canonico & ciuili, consuetudinario & priuilegiato, tamē prius praemittō quod formae accidentales quaedam sunt sic distinctae, quae non contrariae sunt sed dispares siue disparatae, sicut albedo, & dulcedo, & ali-

quae sunt in eadē persona, & maxime in ecclesiastica, & hoc probō tam iure diuino & naturali, quam iure Canonico & ciuili, consuetudinario & priuilegiato, tamē prius praemittō quod formae accidentales quaedam sunt sic distinctae, quae non contrariae sunt sed dispares siue disparatae, sicut albedo, & dulcedo, & ali-

quae sunt in eadē persona, & maxime in ecclesiastica, & hoc probō tam iure diuino & naturali, quam iure Canonico & ciuili, consuetudinario & priuilegiato, tamē prius praemittō quod formae accidentales quaedam sunt sic distinctae, quae non contrariae sunt sed dispares siue disparatae, sicut albedo, & dulcedo, & ali-

quae sunt in eadē persona, & maxime in ecclesiastica, & hoc probō tam iure diuino & naturali, quam iure Canonico & ciuili, consuetudinario & priuilegiato, tamē prius praemittō quod formae accidentales quaedam sunt sic distinctae, quae non contrariae sunt sed dispares siue disparatae, sicut albedo, & dulcedo, & ali-

quae sunt in eadē persona, & maxime in ecclesiastica, & hoc probō tam iure diuino & naturali, quam iure Canonico & ciuili, consuetudinario & priuilegiato, tamē prius praemittō quod formae accidentales quaedam sunt sic distinctae, quae non contrariae sunt sed dispares siue disparatae, sicut albedo, & dulcedo, & ali-

Matt. 32.

1. Pet. 2.

Luc. 22.

Matt. 17.

Psal. 22.

Luc. 16.

Exod. 17.

2. Machab. 7.

Act. 5.

2. Mach. 7.

Orationū

Ecclesiae

fructus.

Prou. 16.

1. Esd. 6.

Eccl. 2.

Heb. 12.

4. Reg. 6.

1. Thess. 4.

Exod. 22.

Malac. 2.

Accusationes

contra Episco-

pos.

Psalm.

Greg.

Eccl. 18.

Psalm.

formae: & aliae sunt formae quae sunt sic distinctae, quod non sunt contrariae, nec sunt compatibles in eodem subiecto, vnum enim contrarium expellit aliud, quia importat negationem alterius. Vnde contraria sunt quae à se inuicem maximè distat & in eodem susceptibili vicissim insunt non simul, sicut dicit Philosophus in praedicamentis. Sed illae formae quae sunt sic distinctae quod non sunt contrariae sed disparatae, sunt compatibles in eodem subiecto, sicut quantitas, & qualitas, quia distinguuntur genere generalissimo in eodem homine, sicut fortitudo & temperantia quae sunt species virtutis moralis, in eodem reperiantur, sicut Logica & Grammatica, quae sunt species in eodem intellectu.

Iurisdictio temporalis, & civilis, & spiritalis, & in eadem persona.

Non est ergo bonum argumentum, istae formae sunt distinctae, ergo non sunt compatibles in eodem subiecto: quia ergo iurisdictio temporalis & spiritalis sunt tantum distinctae, quod non sunt contrariae, sed bene comparabiles: quod patet quia vnum contrarium non ordinatur ad aliud, immo corrumpit ipsum, iurisdictio autem spiritalis ordinatur ad temporalem, vel è contra, & melius immo dependet ab ea, sicut claritas Lunae à claritate Solis.

Item vna iurisdictio confortatur & adiuvat aliam, per quod patet, quod non habent contrarietatem, & per consequens non sequitur propter eorum distinctionem, quin sint compatibles in eadem persona, quod & patet de facto, quia in eadem persona Christi fuit vtraque iurisdictio, nam domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & omnia, qui habitant in eo. Patet etiam ex alio, quia si non essent compatibles, sequeretur quod nulla persona Ecclesiastica posset habere iurisditionem temporalem, nec castrum, nec villam, nec aliquid aliud, quod est valde absurdum: vnde ex hoc sequitur, quod nulla persona Ecclesiastica posset esse subdita Regi, cum non possit illi subesse ratione spiritualitatis, sed solum ratione temporalitatis: quod esset in magna derogatione honoris regni. Patet igitur, quod istae iurisditiones sunt compatibles, non obstante earum distinctione ab inuicem. Et per hoc patet responsio ad omnia illa, per quae dominus Petrus probat distinctionem istarum iurisditionum.

Imcompatibilitatem.

His praemissis procedo ad probandum, quod talis iurisdictio temporalis potest cadere in personam Ecclesiasticam, habentem iurisditionem spiritualem: probatio quod iurisdictio temporalis potest cadere in personam Ecclesiasticam. Primo de iure diuino, & Testamento veteri. Ad cuius euidentiam est sciendum, quod Deus, post creationem mundi & hominis quasi vsque ad tempus Noe, mundum per seipsum regere voluit ministerio Angelorum. Vnde & ipse contra Cain, sententiam protulit. Noe autem, qui obtulit holocaustum domino, & edificauit altare (quod pertinebat ad solos sacerdotes) habuit regimem omnium qui erant in archa, idque in temporalibus. Melchisedech qui fuit sacerdos Dei altissimi, fuit etiam rex Salem, & vtramque iurisditionem habuit: dicit enim magister historiarum omnes primo-genitos à Noe vsque ad Aaron, fuisse sacerdotes, qui in conuiuibus & oblationibus populo benedicebant & habebant ius primogeniturae, ex quo compete-
bat eis regimem aliorum. Moyses est de quo dicitur

Gen. 14.

Moyses & Aarō in sacerdotibus eius, qui & Aarō & filios eius consecrauit in sacerdotes: & totam populū Israel, quantum ad temporalia iudicauit, & in causis hereditariis & mere realibus, sicut patet Numer. 27. & in multis aliis locis. Textus etiam hoc dicit expressè

Num. 27.

vbi dicitur sic. Si difficile & ambiguum apud te iudicium

esse prospexeris, inter sanguinē & sanguinem, causam, & causam leprā, & lepra, surge, & ascende ad locum quē elegerit dominus Deus tuus, & venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore quare ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, sequere eorum sententiam. Qui autem superbiuit nolens obedire sacerdotis imperio & decreto iudicis, morietur homo ille. Ecce quā manifestè dicit, quod ad sacerdotem pertinebat iudicare, non solum inter leprā & lepram, quantum ad ceremonialia & irregularitates legis, sed inter sanguinem & sanguinem, quantum ad criminalia: & inter causam & causam, quantum ad civilia. Item hoc apparet de multis iudiciis in libro iudicum. Samuel etiam qui fuit Propheta & sacerdos, etiā populum totum in temporalibus diuissime iudicauit, immo quādo populus petiit regem, displicuit multum domino, vnde dixit Samueli: Non te abiecerit sed me, ne regnem super eos, immo ex tunc duratibus regibus in populo dei, quā diu reges vsi sunt consilio sacerdotum, & Pontificum, bene fuit eis & regno: quando autem dimiserunt consilium sacerdotum, & Pontificū, regimem eorum factum est in dissipationem, & finaliter ducti sunt in captiuitatem: qua in captiuitate populus ex toto regebatur per sacerdotes & prophetas, sicut per Elsdram & Neemiam. Nouissimè vero, opera Machabaeorum, reductum est regimem ad sacerdotes, & iidem fuerunt reges seu duces populi habentes regimē tam in spiritualibus quā in temporalibus: sicut legitur. 1. & 2. Machab. de Marathia & filiis eius, videlicet, I. Reg. 8.

Juda Machabeo, Ionata, Simone, & Ioanne filio Simonis, qui in omnibus tam spiritualibus quā temporalibus praefuerunt populo dei. Quinimodò, Hieremias qui fuit de sacerdotibus, dictum est: Constitui te super gentes & regna, vt euellas, disperdas, destruas, & dissipes, aedifices, & plantes. Quin etiam tēpore iudicum, Eliachim sacerdos in temporalibus iudicauit: Et tota lex vetus plena est istis. Secundo etiam pro hoc, ex nouo Testamento: Christus enim non solum secundum diuinam naturam (secundum quā omnia ex nihilo creauit, & per consequens erat dominus omnium) immo etiā secundum humanam, habuit vtramque potestatem: Ipse enim fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & habebat in vestimento, & in fœmore scriptū: Rex regum, dominus dominantium. Apoc. 11. per vestimētum autem & fœmur, intelligitur humanitas per quam iugebatur diuinitati, sicut vestis vestito. Ipse etiā de seipso dicebat Mat. 16. Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra. Et ad Heb. 1. dicitur: Quem constituit heredem vniuersorum. Et in Psal. Et vt dixit Apostolus. Minuisti eum paulomin⁹ ab An. & honore cor. eum, & constituisti eum super opera man. tuarū. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues vni. insuper & pecora campi. In eo autem quod omnia subiecit, nihil exclusit non subiectam ei. Ex quo patet, quod quantum ad naturam, in qua erat minor Angelis. i. humanā, omnia erant ei subdita: hoc etiam patet vbi dicitur, Humiliauit semetipsum, propter quod exaltauit illum, &c. Et sequitur: Vt in nomine Iesu, omne genu flectatur caelestium terrestrium, & infernorum. Ecce patet, quod secundum naturam secundum quam humiliatus est, exaltatus est: quia sibi flectitur omne genu: hoc etiam dicit beatus Petrus Act. 10. cap. quod ipse constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. Et loquitur de natura quam Deus suscitauit tertia die, sicut patet ibidem. Tota etiam sacra scriptura hoc clamat. beatus Petrus etiam, hanc potestatem habuit

secundum humanam, habuit vtramque potestatem: Ipse enim fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & habebat in vestimento, & in fœmore scriptū: Rex regum, dominus dominantium. Apoc. 11. per vestimētum autem & fœmur, intelligitur humanitas per quam iugebatur diuinitati, sicut vestis vestito. Ipse etiā de seipso dicebat Mat. 16. Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra. Et ad Heb. 1. dicitur: Quem constituit heredem vniuersorum. Et in Psal. Et vt dixit Apostolus. Minuisti eum paulomin⁹ ab An. & honore cor. eum, & constituisti eum super opera man. tuarū. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues vni. insuper & pecora campi. In eo autem quod omnia subiecit, nihil exclusit non subiectam ei. Ex quo patet, quod quantum ad naturam, in qua erat minor Angelis. i. humanā, omnia erant ei subdita: hoc etiam patet vbi dicitur, Humiliauit semetipsum, propter quod exaltauit illum, &c. Et sequitur: Vt in nomine Iesu, omne genu flectatur caelestium terrestrium, & infernorum. Ecce patet, quod secundum naturam secundum quam humiliatus est, exaltatus est: quia sibi flectitur omne genu: hoc etiam dicit beatus Petrus Act. 10. cap. quod ipse constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. Et loquitur de natura quam Deus suscitauit tertia die, sicut patet ibidem. Tota etiam sacra scriptura hoc clamat. beatus Petrus etiam, hanc potestatem habuit

secundum humanam, habuit vtramque potestatem: Ipse enim fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & habebat in vestimento, & in fœmore scriptū: Rex regum, dominus dominantium. Apoc. 11. per vestimētum autem & fœmur, intelligitur humanitas per quam iugebatur diuinitati, sicut vestis vestito. Ipse etiā de seipso dicebat Mat. 16. Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra. Et ad Heb. 1. dicitur: Quem constituit heredem vniuersorum. Et in Psal. Et vt dixit Apostolus. Minuisti eum paulomin⁹ ab An. & honore cor. eum, & constituisti eum super opera man. tuarū. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues vni. insuper & pecora campi. In eo autem quod omnia subiecit, nihil exclusit non subiectam ei. Ex quo patet, quod quantum ad naturam, in qua erat minor Angelis. i. humanā, omnia erant ei subdita: hoc etiam patet vbi dicitur, Humiliauit semetipsum, propter quod exaltauit illum, &c. Et sequitur: Vt in nomine Iesu, omne genu flectatur caelestium terrestrium, & infernorum. Ecce patet, quod secundum naturam secundum quam humiliatus est, exaltatus est: quia sibi flectitur omne genu: hoc etiam dicit beatus Petrus Act. 10. cap. quod ipse constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. Et loquitur de natura quam Deus suscitauit tertia die, sicut patet ibidem. Tota etiam sacra scriptura hoc clamat. beatus Petrus etiam, hanc potestatem habuit

secundum humanam, habuit vtramque potestatem: Ipse enim fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & habebat in vestimento, & in fœmore scriptū: Rex regum, dominus dominantium. Apoc. 11. per vestimētum autem & fœmur, intelligitur humanitas per quam iugebatur diuinitati, sicut vestis vestito. Ipse etiā de seipso dicebat Mat. 16. Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra. Et ad Heb. 1. dicitur: Quem constituit heredem vniuersorum. Et in Psal. Et vt dixit Apostolus. Minuisti eum paulomin⁹ ab An. & honore cor. eum, & constituisti eum super opera man. tuarū. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues vni. insuper & pecora campi. In eo autem quod omnia subiecit, nihil exclusit non subiectam ei. Ex quo patet, quod quantum ad naturam, in qua erat minor Angelis. i. humanā, omnia erant ei subdita: hoc etiam patet vbi dicitur, Humiliauit semetipsum, propter quod exaltauit illum, &c. Et sequitur: Vt in nomine Iesu, omne genu flectatur caelestium terrestrium, & infernorum. Ecce patet, quod secundum naturam secundum quam humiliatus est, exaltatus est: quia sibi flectitur omne genu: hoc etiam dicit beatus Petrus Act. 10. cap. quod ipse constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. Et loquitur de natura quam Deus suscitauit tertia die, sicut patet ibidem. Tota etiam sacra scriptura hoc clamat. beatus Petrus etiam, hanc potestatem habuit

Act. 5.

buit: quem Christus suum constituit vicarium, & instituit. Qui etiam Ananiam & Saphiram pro crimine furri & mendacij iudicialiter condemnauit. Paulus etiam conuictum fornicatorem iudicauit. Quod autem Christus voluerit tale iudicium esse penes Ecclesiam, videtur expresse dicere textus. Si peccauerit in te frater tuus, Vade, & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos testes, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum: quod si non audierit, dic ecclesiae: si autem ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus: Amen dico vobis, quod quicumque ligauerit super terram, erunt soluta & in caelis, & quicumque soluerit super terram, erunt soluta & in caelis. Ecce quam expresse vult, quod in omni re in qua est peccatum vnius aduersus alterum: si ille qui deliquit, monitus charitative, non emendauerit debet negocium ad iudicium ecclesiae referri: quā ecclesiam si non audierit, debet vitari sicut Ethnicus & Publicanus. i. sicut ab ecclesia excommunicatus: ita vt nec communionem nec participationem cum eo habeat. Et quod ista fuerit intentio Christi, videtur multum probari per hoc, quod quasi assignando rationem huius, subiungit immediate: Amen dico vobis, &c. Vnde ly quaecumque, vniuersaliter distribuit: sicut ly omnia. Vnde sicut Apostolus arguebat ad Heb. 2. & ponebat supra in eo quod si subiecit sibi omnia, & nihil dimisit non subiectum. Et ita possum arguere: si quaecumque soluerit ecclesia, sint soluta, & quaecumque ligauerit Ecclesia, sint ligata: nihil est in quo ecclesia non possit soluere & ligare. Vel vt accipiam logicè: nihil est ligatum per ecclesiam, non ligatum in caelo.

1. Cor. 5.

Et tener istud argumentum per quandam logicalem regulam: quod contraria per negationem postpositam aequipollent. Omne autem, & nihil: quaecumque, & nulla, sunt contraria. Et sic nihil non valet omnia, & nulla non valet quaecumque. Secundo proba hoc, ex alio textu. Luc. 22. quem dominus Petrus allegabat pro se: volo eum percutere de baculo suo. Dicebat enim, & in hoc, bene, quod per duos gladios intelligebantur duae potestates, videlicet temporalis & spiritalis. Sed penes quos voluit esse istos duos gladios? certum est, quod penes Petrum & alios Apostolos. Petro autem successit dominus Papa: Apostolis verò succedunt alij Episcopi, sicut discipulis, curati: vt apparet in gl. Luc. 10. Ex quo arguo sic. Per duos gladios intelliguntur praedictae duae potestates: sed Christus voluit esse illos duos penes ecclesiam: ergo & vtramque potestatem. Sed dices, quod Christus reprehendit Petrum, quia percussit gladio temporali, amputando auriculam, dicens ei: Conuertere gladium tuum, &c. Sed hoc non valet. Christus enim non dixit Petro, quod expelleret à se raudem gladium, vt daret intelligi, quod talis potestas & si sit penes Ecclesiam: tamē eius exercitium (quantum ad causam sanguinis) in noua lege, vult esse in manu iudicis laicalis, secundum nuntium verò & imperium, penes sacerdotem.

1. Cor. 6.

Tertio proba hoc ex intentione Pauli Apostoli. 1. ad Corinth. 6. vbi dicit, quod habens negotium etiam seculare aduersus alterum, debet iudicari apud sanctos: Vnde fecit tale argumentum: An nescitis quomodo sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis vt de minimis iudicetis: quasi dicat: non nescitis quoniam Angelos iudicabitis?

1. Cor. 6.

Tom. 5.

1. Cor. 6.

Tom. 5.

1. Cor. 6.

Tom. 5.

1. Cor. 6.

Tom. 5.

1. Cor. 6.

Tom. 5.

Quantò magis ergo saecularia? Et sequitur: saecularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles si qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum, nec obstat quod subdit Apostolus ibidem: ad verecundiam vestram dico, quia illud referri debet ad hoc quod dicit: contemptibiles constituite. Vnde quasi ironice in hoc loquitur Apostolus, ac si diceret: quod citius deberent recurrere ad iudicium cōtempribilium qui sunt in ecclesia, quā ad iudicium aliorum qui sunt extra ecclesiam: ergo multò fortius deberet recurrere ad iudicium sapientum; qui sunt in ecclesia multi: vnde statim postquam Apostolus dixerat, ad verecundiam vestram dico, subiungit: si non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem, & fratrem suū: quasi dicat: immo est. Patet ergo ex istis & multis aliis quae causa breuitatis omitto, quod vtraque potestas, potest cadere in personam ecclesiasticam: & est persona Ecclesiastica dicte iurisditionis capax. Nec obstat si dicitur quod Petrus & alij Apostoli, immo etiam Christus, parum vsi sunt ista potestate temporali, & quod in eis non fuit alia ratio quā nunc sit in nobis: sicut non probatur. 1. 2. q. 1. cap. futuram: & in multis aliis cap. Apostoli ab initio non recipiebant agros, nec praedia: sed precia eorum: quae tamen, Ecclesia valde rationabiliter recipit, etiam cum magno merito dantium, & offerentium: sicut patet de Constantino, & aliis. Et ratio diuersitatis tangitur in dicto cap. pro eo quod Apostoli futurā ecclesiam in gentibus, prauidabant non apud Iudaeam remansuram, &c. Consimiliter quia Christus, & Apostoli ab initio totaliter erant nostrae salutis, & conversioni, ac eruditioni intenti, parum circa cuiuscumque iurisditionis exercitium insistebat. Attendentes illud primae ad Cor. 6. Omnia mihi licent, sed non expediunt. Et illud Eccl. 8. Omni negotio tempus est, & opportunitas. Sed nunc per Dei gratiam totus populus gallicanus colla Christianae fidei submisit. Merito igitur ecclesia insistit circa delictorum punitionem, & iustorum iudiciorum redditionem. Erit enim opus iustitiae pax. Isa. 32. cap. In istis enim iudiciis hoc solum attenditur, vt vita hominū corrigatur, &c.

Patet ergo nostra conclusio aequaliter de iure diuino fundata. Sed proba hoc de iure seu ratione naturali, primò sic: ille ad iudicandum videtur aptior & conuenientior, qui est Deo proximior, cum propriè Deus sit regula, & director omnium iudiciorum. Pro. 8. per me legum conditores iusta decerniunt. Sed persona ecclesiasticae sunt Deo proximiores, cum sint electae in populum peculiarem Deo: de quibus dicitur 1. Pet. 2. ca. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, &c. ergo conueniens est, quod ecclesia possit de talibus iudicare. Propterea nullus dubitat quod cognitio de peccato, ad personas ecclesiasticas pertineat: eum ergo talia non perpetrentur sine peccato alterius partis: patet quod Ecclesia cognoscere potest. Item cuius est iudicare de fine, eius est iudicare de ordinatis ad finem, quia ratio eorum quae ordinantur ad finem, sumitur ex fine: Cum igitur corpus ordinatur ad animam, & temporalia ad spiritualia tanquam ad finem, ecclesia, quae habet iudicare de spiritualibus, potest & merito de temporalibus iudicare. Et hoc satis deducitur Extra de iudic. ca. Nouit.

Et confirmatur ex eo quod accessorium sequitur naturam principalem, quod satis apparet ex eplo: cum enim istae duae iurisditiones comparentur duobus luminaribus, Soli scilicet & Lunae, & tota claritas lunae sit à Sole & in sole formaliter & virtualiter: non ante claritatem Solis.

tas Solis à Luna, nec in Luna: patet quòd iurisdic-
 tio spiritalis quæ comparatur Soli, habet in se formaliter
 vel virtualiter iurisdictionem temporalem quæ com-
 paratur claritati Lunæ, & non e contra: multæ aliæ ra-
 tiones possunt adduci, sed omitto causa breuitatis.
 Tertio probatur: de iure ciuili: dicit enim lex, quòd si
 Iudex laicus fuerit suspectus, adiungatur ei Episcopus
 ciuilitatis. Si autem fuerit negligens, totum iudicium ad
 episcopum refertur vt probatur in copore Authentici-
 corum vt disse. iud. f. si tamen Co. 9. Præterea Theodosius
 Imperator, talē legē condidit: quicumque litem habēs
 sine petitor fuerit sine A. & sine ab initio litis vel decur-
 sis temporū curricula: sine cum peioratur sine cum in-
 ceperit perimi sententia: si iudicium elegerit sacrosan-
 ctæ sedis Antistitis, illico sine aliqua dubitatione ces-
 serit: si alia pars refragatur, ad episcoporum iudicium cū
 sermone litigantium dirigatur. Quam legem postea
 Carolus Magnus qui erat rex Franciæ, ita confirmauit
 Volumus atque præcipimus, vt omnes nostræ ditioni
 subiecti tam Romani quàm Franci ceterique nobis
 subiecti, siue vinculo Legis videantur districti, siue cō-
 suetudinario more connexi: hanc sententiā perpetua
 lege teneant, vt quicumque litem habent, &c. vt supra
 sicut recitatur i. q. 1. quicumque &c. se. Sed dices quòd
 ista lex est abrogata. vt videtur tangere glos. ibidem. sed
 hoc non valet: quia licet ista lex non fuerit in corpore
 iuris redacta, tamen propter hoc non est abrogata: im-
 mo est priuilegium honorabile toti Ecclesiæ concessum:
 quod Imperator tollere non potest, vt nec alias
 ecclesiæ libertates. vt notatur C. ego Ludouicum. Item hoc
 priuilegium confirmatum est per ius canonicum extra
 de iudic. ca. non in. Secundum Inno. & hoc etiam vide-
 tur esse confirmatum per ius ciuile. C. de sac. ff. de l.
 priuileg. licet non sit ibi expresse nominatum, sed genera-
 liter, vt ibi patet. De iure ergo ciuili est clarum, quòd
 talis iurisdic- tio in personam ecclesiasticam cadit: hoc
 etiam de iure canonico possit probari per infinita. 2. 2.
 di. c. omnis patriarcha 2. q. 5. c. si quis presbiter 11. q. 1. rela-
 tum 2. 5. di. ecce extra de iudi. non in. de foro competen. licet &
 in multis aliis immò in tantum procedunt iura cano-
 nica, quòd quicumque talem iurisdictionem haben-
 tem de consuetudine nititur impedire, sententiam
 excommunicationis ipso facto incurrit. sicut probatur
 in ca. cum intelleximus. de immuni. ecclesiæ lib. 7. hoc etiam
 patet de consuetudine notoria & approbata, & tanto
 tempore obseruata, quòd memoria in contrarium nō
 existit, & temporibus regum Christianorum, & san-
 ctorum. Talem autē consuetudinē violare sacrilegium
 est 11. q. 1. r. 1. & ca. st. Consuetudo autem secundum
 iura dat iurisdictionem: maximè personæ capaci, im-
 mo consuetudo, de cuius contrario memoria non est,
 habetur loco constituti iuris inter omnes personas: &
 multo magis videlicet pro ecclesiâ. extra de præscri-
 ptionibus. c. episcopus, in fine lib. 6. Cum ergo eccle-
 sia galli. cōsueuerit inter laicos cognoscere in actioni-
 bus personalibus: & etiam in realibus alicuius eccle-
 siæ: patet, quòd cōsuetudo potuit sibi dare illam iurif-
 dictionem, ideo &c. sed dicebat dominus Petrus, quòd
 hoc non poterat introduci consuetudine, quia in hoc
 non poteramus habere bonam fidem. Item istud ius
 dicitur in præscriptibile, cum sit fisci. Sed ista non va-
 lent. ecclesiâ. Galliana magis vendicat sibi ius istud
 consuetudine, quàm præscriptione: quia consuetudo
 videtur introduci magis ex voluntate, & electione po-
 puli recurrentis ad iudicium ecclesiasticum, potius
 quàm ad iudicium seculare: & in fauorem eorum.

Item multum confirmatur ad hoc ista consuetudo,
 quia fuit in cōtradictorio iudicio obtenta. frequēter. n.
 reclamantibus Baronibus responsione Prælatorum
 audita fuit per prædecessores vestros reges Franciæ
 consuetudo eiusmodi ecclesiæ firmata, & per eccle-
 siam pacifice obtenta: sed adhuc potest hoc sibi vendi-
 care ex præscriptione & c. Ad præscriptionem enim
 non requiruntur nisi tria. Titulus, bona fides, & conti-
 nuitas temporis. Certum est autem quòd ecclesiâ ius-
 tum titulum habuit: sicut priuilegium concessum à
 Theodosio imperatore: & confirmatum à Carolo, &
 mandatum inuoluntate obseruari. Item habuit titu-
 lum ex iure diuino, naturali, & humano: sicut superius
 est expressum, & allegatum: habuit etiam bonam fi-
 dem cui noscuntur tot, & tanti clari tituli suffragari:
 concurrebat etiam continuitas temporis, & tanti quòd
 sufficit ad præscript. etiam contra fiscum. Non enim
 fuit continuitas solum centum annorum: immò etiam
 sexcentorū, & ultra. Nec etiam hoc est verum, quòd
 istud ius sit in præscriptibile: maximè ab ecclesiâ: quæ
 quantum ad spiritualitatem non est subdita regi, im-
 mò nobilior sicut sol, luna, aurum, plumbum, & cælum
 terra. Certum est autem quòd æqualis, vel maior bene
 potest præscribere ius æqualis, vel inferioris: sicut vi-
 nus rex ius alterius: quare patet quòd ecclesiâ hoc
 præscribere potuerit, etiam si esset ius fisci: quòd tamē
 non est. Vltimo probatur istud ex priuilegio concessio,
 & per Carolum mag. tractat. vt dictum est prius: &
 per S. Ludouicum, & per Philippum auunculum ve-
 strum: & per Ludouicum, & Philippum consanguineos
 vestros reges Franciæ: quæ priuilegia habemus in
 præptu. Sed forte dicerent, quòd ista nō possunt stare:
 quòd scilicet ista iurisdic- tio competat ecclesiæ de iure,
 de consuetudine, & de priuilegio, quia ista non stant
 simul: si enim competit ex vno: non videtur compete-
 re ex alio, sed ad hoc potest dupliciter responderi. Pri-
 mò quòd priuilegium, vel consuetudo potest esse du-
 pliciter quoddam noui iuris edictiuū. Et istud non cō-
 gruit cum aliis aliud veteris iuris confirmatiuum, seu
 declaratiuum. Et istud bene potest concurrere. Et ista
 distinctio etiam locum posset habere in consuetudine.
 Et secundum hoc posset responderi, quòd licet eccle-
 siæ competat hæc iurisdic- tio de iure, competit etiam
 de consuetudine, & priuilegio non noui iuris editiuū:
 sed antiqui declaratiui, & confirmatiui, vel potest al-
 liter responderi quòd habitas, & capacitas huius iurif-
 dictionis competit de iure: sed actus, & executio de
 consuetudine, & priuilegio. Sed forte ad hoc dicitur:
 quare hoc sibi vendicat ecclesiâ galli. cum aliæ eccle-
 siæ sibi in aliis regionibus hoc ministim vendicare no-
 scantur. Ad q. potest faciliter respondēri, si enim reges
 Franciæ, quos Deus singularibus priuilegiis, gratiis, &
 honoribus præ cæteris regibus insigniuit, & prospera-
 ti sunt inter cæteros propter tria, scilicet propter ma-
 gnā fidem, & deuotionem ad Deum.
 Item propter maximum honorem, & reuerentiam,
 ad ecclesiā. Item propter iustitiam prælibatam ad po-
 pulum sibi subditum, ecclesiæ plures libertates conce-
 serunt, vel concessis vti libere permiserunt, non est mi-
 rum: immò tanta fuit ad ecclesiā eorū deuotio, quòd
 ecclesiæ tanto eis propinquiores, quanto pluribus li-
 bertatibus gaudent. Nec ex hoc minus habuerunt: sed
 plus sicut rei euidētia manifestat, immò hoc redun-
 dat in magnam nobilitatem regni, & regis: Audiui e-
 nim aliās quòd quatuor vel quinque sunt quæ singu-
 lariter istud nobilitant benedictum regnum.

Primò

Primò fidei inuiolata sinceritas: quia nunquam legitur
 quòd reges Franciæ, ex quo susceperunt fidem, vllō
 vnquam tempore à fide abertauerunt. Secundò san-
 guinis nobilitas. Quia à Priamo rege Troianorum, &
 successiue à Carolo, & aliis regibus tam inclitis descen-
 derunt. Tertio pacis & cōcordiæ vitas: quæ potissimè
 vigent in regno Franciæ. Quarto Prælatorum solenni-
 tas. Quintò Baronum, & aliorum subditorum ad obe-
 diendum voluntas. Si ergo Prælati regni non haberēt
 istud ius, sed tolleretur ab eis, iam perderet rex, & re-
 gum vnam de dictis nobilitatibus, siue conditionibus,
 per quam multum nobilitatur, scilicet Prælatorum so-
 lemnitatem. Tunc enim non essent solēiores, sed pau-
 periores, & miseres omnibus aliis, cum in hoc con-
 sistat magna pars emolumentorum suorum. Conclu-
 dit ergo tanquam probatum de iure diuino, naturali-
 que, canonico & ciuili, & consuetudine, atque priuile-
 gio, quòd ius cognoscendi de talibus temporalibus, ec-
 clesiæ competere potest, & competit ecclesiæ gallica-
 næ. Ex quibus deduco thema domini Petri contra eū:
 sic suppono tamen primo tanquam clarum, quòd ea
 quæ sunt oblatæ ecclesiæ, & iam in dominium, & pro-
 prietatem ecclesiæ cōuersa Dei sunt, immò & intan-
 tum quòd dedicata, & sanctificata dicuntur, vt satis ap-
 patet per totum librum Leuitici. Et satis etiam ap-
 patet per hoc quòd scribitur, de panibus oblati Deo, vnde
 dicitur ibi, non habeo panes laicos ad manducan-
 dum, sed tantum panem sanctam. Vnde de illis pani-
 bus non licebat laicis comedere, nisi in tempore neces-
 sitatis extreme. Patet etiam istud clare vbi legitur pro-
 eo quòd Balthasar rex, & optimates, & vxor ei⁹ bibe-
 runt in vasis aureis, & argenteis, quæ Nabuchodonosor
 asportauit de templo, quòd est in Ierusalem appa-
 ruit manus scribentis in pariete, vna Thesephares, quòd
 est dictu sicut apparet ibidem quòd Deus numerauerat
 regnum suum, & compleuerat quòd appensus erat
 in statera, & inuentus minus habens, & quòd diuisum
 erat regum suum, & datum Medis, & Peris, vnde eadē
 nocte interfectus est, & successit Darius Medis in re-
 gno, vnde facta est tunc translatio Monarchiæ Assi-
 rum in Medos, patet ergo quòd, quæ sunt oblata eccle-
 siæ, Dei sunt, & à Deo dedicata ad eūque, quòd non
 licet laicis eis vti quòd & si faciant, habent docere vin-
 dictam diuinā, sicut habuit Balthasar. His ergo suppo-
 sitis arguo ex themate domini petri. Redditæ quæ sunt
 Cæsari Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Sed ista iurif-
 dicio, quæ est vt supra probant multipliciter in dominium
 & proprietatem ecclesiæ gallicanæ cōuersa est iam
 Dei, ergo reddenda est sibi. Vnde cuiuslibet volenti tolle-
 re, debet dicere, & quilibet Prælati bon⁹ respōde-
 re, sicut respondit Ambrosius militibus Gotthis mis-
 sis ab imperatore. Respondit enim sic: Si quòd meum
 est petere imperator, nō denegarem, quamuis omnia
 mea pauperum sint: Sed quia quæ Dei sunt postulari in
 quibus Imperator potestatis non habet potius volo vt
 me in carcerem mittat, & vitam mihi auferat quòd si-
 bi concedam. Vnde alludendo illi historiæ quæ habe-
 tur, de Naboth subiunxit, Naboth sanctum vitum pos-
 sessoriem vineæ suæ scimus intrepellatum petitione re-
 gia vt vineam suam daret. Cūque respondisset, non
 ego possam patrum meorum tradere hereditatem, &
 sic regem contristatum esse. Et subdit. Si ille non tradi-
 dit vineam suam, nos trademus sibi ecclesiā Christi?
 Absit à me vt tradam Christi hereditatem, non tradi-
 dit Naboth vineam. nec ego tradam eam, quæ Christi
 est, ecclesiā. Et subdit optimum verbum, templo dei

Tom. 5.

nihil possunt deserere, nec tradere, cum istud custo-
 diendum, non tradendum acceperim. Deinde consu-
 lere me oportet Imperatori salutis, nec mihi expedi-
 ret tradere, nec illi accipere, sicut istud 1. 23. quæstioni-
 vlt. cap. conuenior. Non est ergo Dei solum iurif-
 dicio spiritalis, sicut supponebat dominus Petrus, sed
 etiam quæcunque iurisdic- tio, quæ ecclesiæ competit,
 siue de iure, siue de consuetudine, siue de priuilegio,
 intantum nobis non expedit eam tradere: nec regi pro-
 certo recipere, sed dicebat dominus Petrus, quòd Chri-
 stus ad dandum exemplum soluerat tributum, hoc e-
 nim est falsum. Vnde sicut apparet Gen. 41. Terra sa-
 cerdotum fuit libera, & immunis ab omni tributo, &
 seruitute præstata, & si dominus Petrus bene inspe-
 xisset test. Matth. 17. Christus non soluit tributum, ad
 præstandum exemplum, immo prius probauit quòd
 non tenebatur soluere. Concludendo ergo liberi sunt
 filij, &c. sed soluit propter scandalum vitandum: vadē
 ad mare & c. sed forte dicitur quia nos Ecclesiastici
 Christi exemplo, ad euitandum scandalum debemus
 soluere: Sed hoc non valet, quia duplex est scandalum,
 pusillorum, scilicet Pharisæorum, propter scanda-
 lum pusillorum quòd est ex ignorantia & non ex mali-
 tia, sunt aliqua euitanda ad tempus donec fuerint in-
 structi, sicut dicit Apostolus Roman. 14. Sed propter
 scandalum Pharisæorum qui peccant ex certâ malitia,
 non est aliquid omitendum sicut ipse Christus dicen-
 tibus Apostolis, scis quòd Pharisæi audito hoc verbo
 scandalisati sunt: respondet, sinite illos, & c. & du-
 ces cæcorum: quia tempore Christi fuisse scandalum
 pusillorum, & nunc esset scandalum Pharisæorum,
 ideo tunc fuit soluendum propter scandalum vitan-
 dum, sed modò non. Patet ergo quòd tertium signum
 timoris Dei est, ex integrâ bonorum redditione. Vnde
 de habente talem timorem, per quæ reddit Deo quic-
 quid suum est, dicitur Ecclesiast. 10. Semen hominum
 honorabitur quòd nō præterit mandata Domini &c.
 Et sic patet primum, scilicet quomodo debetur Deo
 timor filialis & obedientia propter celsitudinem &
 imperium suæ maiestatis, quia dictum est Deum timere.
 Dico secundò, quòd debetur Regi honor specialis &
 reuerentia propter magnitudinem, & fastigium suæ di-
 gnitatis, quia sequitur in themate Regem honorare, & Ec-
 clesiast. 10. In medio seaturum, rector illorum in hono-
 re. Et videtur mihi ad præfens, quòd est duplex honor:
 vnus verbalis, qui est adolatiu⁹ & periculosus, de quo
 dicitur Matth. 7. Populus iste labijs me honorat, cor
 autem eorum longe est à me. Alius est honor realis,
 qui est debitus, & virtuosus, & de isto non de primo
 dicitur, Regem honorare. Et videtur mihi quòd ille de fa-
 cto, & realiter, & virtuose honorificat regem, qui
 vult ei seruare illa per quæ eius dominium diligitur
 & eius potestas & excellentia non dimittitur, & eius
 fama custoditur ne perdat, & eius conscientia non
 laeditur. In gallico. Ce parquoy sa sigeuerie est ayme, sa
 puissance n'est appesistee, sa renommee est garde, & sa con-
 science n'est pas blessee: & e contra, ille non honorificat
 regem, qui suadet sibi opposita istis 4. Dico ergo pri-
 mò quòd ille honorificat regem facto, qui suadet sibi
 illud propter quòd eius dominium diligitur: Princeps
 enim debet studere potius diligi quàm timeri. The-
 saurus enim nobilior quem possit habere Princeps, The-
 saurus est habere corda subditorum, sicut dicit Seneca de cle-
 mentia ad Neronem.
 Inexpugnabile munimentum amor ciuium, quid enim
 optabilius, & pulchrius est, quàm viuere optantibus

2 P P P iij

Gen. 41.

Matth. 17.

Scandalis duplex.

Rom. 14.

Matth. 16.

Ecclesiast. 10.

Ecclesiast. 10.

Favor di-

plex.

Principis.

Thesau-

rus.

Pro. 22.

Perfignum no-
uorum
instituen-
dorum mo-
du.

3. Reg. 11

Mat. 2.

D. Thom.
Cathar.
Eul. in
Gallia.

Pipini ve-
ge. f. omni.

Ioan. 8.

Ecl. 3.

cuñtis? Modo videtur mihi quod nulla res facit tan-
tum diligi principem, quantum seruare & augere li-
bertates subditis cōsuetas, & non inducere nouitates.
Ideo cuiuslibet regenti dicitur Prou. 22. quod dominus
Petrus pro se allegabat, sed ego reduco contra eum:
non transgredieris terminos antiquos quos posuerunt
patres tui. Nouitas enim parit discordiā, & ideo in re-
bus nouis constituendis euidentis debet esse vtilitas, vel
vrgens necessitas. Et ideo si princeps vult libertates per
suos prædecessores concessas tollere, eius dominium
non diligitur, sicut patet de Roboam 3. Reg. 18. cap.
Et apparet in Cronicis, ex hoc multa dominia & reg-
na translata de gente in gentem, & de regno ad po-
pulum alterum. Modo certum est, quod prædecessores
vestri Carolus magnus, sanctus Ludouicus, Philippus
pulcher, Ludouicus & Philippus & filij eius & plures
alij istam Ecclesiæ libertatem confirmauerunt, modo
ergo consulere vel requirere quod vos tollatis aliquid
Ecclesiæ, est consulere, quod vos tollatis, seu quod tol-
latur a vobis aliquid propter quod dominium vestrum
diligitur. Et ideo nobis videtur consulere illud Matth.
2. cap. Memento operum patrum quæ fecerunt in
generationibus suis, & accipietis gloriam magnam &
nomen in æternum. Nota hic quomodo Rex Philippus
Auis sancti Ludouici fouebat & nutrebat in regno
suo sanctum Thomam Cantuarien. Archiepiscopum,
qui pro libertatibus Ecclesiæ defendendis fuerat de re-
gno Angliæ bannitus: quanto ergo magis decet vos de-
fendere Prelatos vestros in libertatibus suis per præde-
cessores vestros confirmatis: quia sicut dicit Gregorius,
& habetur 2. 5. 42. cap. si ea. Si ea destruerem quæ præde-
cessores, & antecessores mei statuerunt, non essem
conductor, sed euerfor esse iuste comprobater, testan-
te veritatis voce quæ ait. Omne regnum in se diuisum
desolabitur, & omnis scientia & lex aduersum se diuisa
destruetur. Et alibi dicit idem: Nimis est asperus, &
præcipue bonis moribus inimicum, quempiam qua-
cunque rationis excusatione, quæ bene sunt ordinata
rescindere & exemplo docere ceteros, sua quâdo que
posse constituta dissoluere. Nota hic de castro dato san-
cto Remigio per Ecclesiā Laudunen. per Clodouicum
regem quod postea Pipinus rex voluit detrahere facta
recompensatione Ecclesiæ: cui dormienti apparuit bea-
tus Remigius, & eum super hoc graniter increpauit di-
cens: Melior te mihi dedit, & te vis auferre? Et ideo
percutit eum qui in crastinum inuentus est totus deni-
gratus. Et ex tunc reges Franciæ non fuerunt ausi in
illo castro iacere. Non honorificat ergo regem factum,
qui consulit sibi quod transgrediat terminos anti-
quos quos posuerunt patres sui, imò rex debet eis di-
cere illud Ioan. 8. Ego honorifico patrem meum, ser-
uando scilicet Ecclesiæ libertates, sicut ipsi fecerunt &
concesserunt. Vos autem inhonorastis me, contrarium
consulendo, quia scribitur Ecl. 3. Gloria hominis ex
honore patris sui: & dedecus filij, pater sine honore: sic
qui suadet sibi illud, per quod sua potestas & excellen-
tia non diminuitur eum honorat: multum enim decet
honorem suum augere potentia, & multum indecet
eam diminueret: unde Imperatores consueuerunt se vo-
care Augustos, quasi rem pub. augentes. Dicere autem
quod vos aut prædecessores vestri non potuistis hæc
concedere Ecclesiæ, videtur esse valde in diminutione
vestræ potestatis & excellentiæ. Vos enim, præclarissime
domine, qui ita pingue ius habetis in regno Franciæ
quod non solum electione, sed iure hereditario possi-
detis, & ad posteritatem transmittitis, quod non possi-

tis istud concedere, videtur quæ plurimum vestræ poten-
tiæ derogare, immo in tantum quod si esset verum, quod
absit, sequeretur prædecessores vestros in peccato con-
tinuè fuisse. Immo quod impiū est dicere, beatū Ludo-
uicum, per quæ tota Francia illustratur, non iuste cano-
nizatū. Si enim sicut proponēs dicebat, iurauit nō ali-
nare, & alienata reuocare, & istud esse inseparabile à
corona, sequitur quod Deierasset: & per consequens,
mortaliter peccasset, & ita canonisari non potuisset,
quod est nepharium dicere. Et si dicatur quod potuit
pœnitere, cito potest responderi, quod peccatum legitur
sed pœnitentia non inuenitur, sicut de Salomone qui-
nimo si esset verum quod dicit, sequeretur quod nihil
possetis dare, neque comitatū, neque castrū, neque vil-
lam, & tamen pauci sunt qui nō libenter reciperēt, nō
obstante iuramento fidelitatis, in quo vobis tenentur.
Conseruet ergo & confirmet nobis vestra magnificen-
tia regalis, quod per tam inclitos progenitores vestros
concessum est: alioquin honor vestræ excellentiæ mi-
nor seruaretur, vt dicatis illud Rom. 3. Ministeriū meū
honorificabo. Dico tertio, quod ille honorificat regē
facto, qui ei suadet illud per quod sua fama custoditur
nec perditur. Inter cætera enim de quibus debet quilibet
curare, est fama post cōscientiā, quia Pro. 22. Melius
est nomē bonū quā diuitiæ multæ. Super argen-
tū enim & aurū, gratia bona. Et B. Aug. dicit: duo sunt
tibi necessaria, cōscientia & fama: cōscientia propter
Deū, & fama propter proximiū. Et ideo Ecl. 41. Curā
habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi
quā mille thesauri magni & preciosi. Istud autem
nomen, dñs, qui vos vnxit oleo lætitiæ præcūctis prin-
cipibus vestris, vobis dedit in tā modico tēpore, quod
quasi miraculosum videtur. Et ideo summo opere habe-
tis curate quod illud permaneat, quia non minor est
virtus querere quā parta tueri, vt non solum in vitam
sed etiā post mortem istud nomen permaneat glorio-
sum, ne aliquid fiat per vos, per quod in tanto nomine
macula inueniatur. sed de vobis dicatur illud, Pro. 10.
Memoria iusti cū laudibus. Attendat ergo regia celsitu-
do si tēporibus vestris libertas Ecclesiastica tollatur, q̄
absit, vel in aliquo diminueretur, si in vestro glorio-
lo nomine aliqui macula se ingereret, quā multi essent
qui hoc in Chronica redigerent. Unde Christianissime
domine, si qui non sperabant aliam vitam, tamen pro-
pter famā quæ remanebat apud homines, adeo virtuo-
sē vivebant: Quid nos Christiani qui speramus vitā æ-
ternā, ad memoriam perpetuam facere debemus? Ad-
uertat etiam dominatio vestra, si possit esse dignioris
nominis. cum reges Franciæ semper fuerint Christi-
anissimi, deo & Ecclesiæ deuoti & semper dederint ex-
plum aliis principibus, dotandi & augendi Ecclesias &
libertates earū: si nunc, quod absit, quādo Ecclesia est in
magna persecutione in aliquibus locis, vos daretis ex-
plum reuocandi dona facta per prædecessores eorum,
Ecclesiæ: Eadē enim ratione possit aliquis Imperator,
reuocare omnia quæ data fuerūt Ecclesiæ per Constan-
tinū Imperatorem: Et etiam alij Reges, data Ecclesiæ
per eos in regnis suis. Absit autem quod vos detis tale
exēplum, quoniam pro certo plus vellem mortuū esse
quā vobis consuluissē quod super re tam pernicio-
sa præbuissetis exēplum: specialiter cum prædecessores
vestri Reges Franciæ cōtra volētes tollere libertates se-
p. Ecclesia opposuerint defensores, hoc enim est regū
officiū vt dicit super. Hieremiā, & habetur 23. 9. 5. c.
Reg. Cognoscant principes seculi, se deo redditoros. ra-
tionem propter Ecclesiam Christi quam tuendam sus-
cipiunt.

Ecl. 37.

Mat. 6.

1. Reg. 15.

Inuamēta
regū Gal-
lorum in
sua Coro-
natione.

Nobilium
eum Eccle-
siasticis
dissensio-
sequitur
populi se-
ditio.

Nota.

scipiunt. Et nota hic aliqua exempla, quomodo hoc
seruauerunt Reges Franciæ. Exemplo ergo eorum, ser-
uatis & vos, & augeatis. Tunc autem de vobis dici po-
terit illud Ecclesiastici 37. sapiens in populo heredita-
bit honorem, & Eccle. 3. Sicut qui thesaurizat, ita qui
honorificat matrem, dico quarto quod ille honorifi-
cat Regem factum, qui ei suadet illud propter quod
cōscientia sua non læditur. Super omnia enim Chri-
stianus quilibet debet aduertere, ne faciat illud per
quod cōscientia sua lædatur, quoniam anima
plus est quā esca, Matth. 6. Et certe credo firmiter,
quod pro toto mundo noletis aliquid facere scienter,
de quo cōscientia vestra esset læsa: & merito, quāto
enim Deus vos magis quasi miraculosè ad Regem vo-
cauit, & vobis pluries gratias fecit: tantò plus debetis
& habetis cauere ne eum offendatis, quia dubitandum
esset quin contra vos acrius indignaretur, sicut fecit
contra Saul.
Modò præclarissime attendatis, si vos in coronatio-
ne vestra iurastis ista, & non plura: scilicet quod Episco-
pis, & Ecclesiæ, & eis commissis Canonicis priuile-
gium, & debitam legem, & iusticiam seruaretis & de-
fensionem, quantum possēt, exhiberetis. Item quod
vestro arbitrio omnis populus Christianus veram pa-
cem Dei, & Ecclesiæ suæ omni tempore seruaret. Item
quod omnes rapacitates, & omnes iniquitates omni-
bus gentibus interdiceretis.
Item quod in omnibus Iudiciis, æquitatem, & mise-
ricordiam præcipietis. Item quod de tota terra & iur-
isdictione vestra, hæreticos, ab Ecclesiis denotatos,
pro vitibus bona fide exterminari studebitis. Ista iura-
stis & non plura, salua reuerentia Domini Petri qui
vos adhuc vnū aliud iurare dicebat. Cū ergo sit pri-
uilegium Ecclesiæ Canonicū: & in corde Canonis in-
corporatum, 5. q. 1. c. quicumque. & sit etiam de consue-
tudine introductum (quæ consuetudo est Canonica)
quod Ecclesia possit cognoscere inter laicos in multis
casibus contra quos sunt Articuli positi: si istud nō ser-
uaretur Ecclesiæ, sic possit in aliquo cōscientia vestra
lædi. Item si debetis pro posse, facere quod omnis po-
pulus Christianus veram pacem Ecclesiæ Dei, omni
tempore seruet: multò fortius habetis hoc procurare
de Baronibus qui semper fuerunt vnū & idem omni
Ecclesia. Semper enim vbi fuit Ecclesia in honore, ibi
viguit Baronum & militum strenuitas, quorum offi-
cium est Ecclesiam defendere, sicut officium Ecclesiæ
est pro eis orare, & inde Sacrificium pro eis Deo of-
ferre. Et ad hoc multum conatus est. B. Ludouicus, suo
tēpore: quia cum maiores Barones totius regni se con-
federassent ad tollendam istam Ecclesiæ libertatem,
& ordinassent adhuc dare centesimam honorum suo-
rum: ipse nunquam eis adhaerit, sed potius eos ab istis
compescuit, & finaliter hanc libertatem Ecclesiæ con-
firmavit. Nota hic quomodo Innocentius Papa tunc
contra illos Barones processit, &c. Et bene audeo di-
cere quod si inter Prælatos & Barones esset dissentio,
dubitarem quin cito populus velleret dominium vsurpa-
re, sicut patuit de facto in multis locis, & de facto qui-
libet nostrū potuit videre: quia cū aliqui incitassent
populum contra Curiam Ecclesiasticam in aliqua par-
te Campaniæ, & Burgundiæ, in tantum quod inimicus
populus, quasi in qualibet villa fecerat Regem qui por-
tantes citationes verberari faciebat, Et Papam qui ab-
soluebat: statim idem populus contra dominos tem-
porales insurrexit, & idem in eos faciebat quousque
per potestatem Regis multi fuerunt suspensū: & scan-

dalum illud fuit sedatum hoc tempore Ludouici Re-
gis vltimi. Et vere, nobiles non debent conueni de
his quæ habet Ecclesia, quoniam pauci sunt qui non
habeant fratres aut propinquos qui viuunt de bonis
Ecclesiæ: qui si diuiderent cum eis hereditatem, paula-
tim redigerent ad nihilum. Aduertant etiam Barones,
quod pauci sunt qui non sint fideles Ecclesiæ, Ecclesia
autem vna est. Can. 6. vna columba mea. Sic nec absq;
periculo transgressionis possent laudari cū tales Ec-
clesiæ libertates tolerentur. vt ergo vestra cōscientia
immaculata remaneat, placeat vestræ celsitudini, pri-
uilegium istud iustum & canonicum cōfirmare, & at-
tentata si quæ sint, per proclamationes, vel aliās reuo-
care, & matrem vestram Ecclesiam gallicanam in suis
franchisiis, libertatibus, & consuetudinibus conserua-
re, vt per vos in omnibus honorificetur Deus, cui est
honor & gloria in secula seculorum Amen. Et ipse
vos honorificet, qui dicit. 1. Reg. 2. Quicumque hono-
rificabit me, glorificabo eum in gloria, in qua est ve-
rus honor qui nulli conceditur indigno, imò ad quē
nullus admittetur nisi dignus, sicut dicit B. Aug. quem
honorem nobis & vobis concedat, qui est benedictus
in secula seculorum, Amen. Et quia multi Articuli pro-
ponebantur, quorum aliqui totam iurisdictionem
Ecclesiasticam eneruarunt. Idcirco eos volumus de-
fendere & tueri cū scriptum sit: vsque ad mortem
certa pro iusticia, & Deus expugnabit pro te inimicos
tuos. Aliqui alij sunt, qui continent solum abusum
quem non credimus per gentes nostras fieri: & si fie-
rēt, nollemus aequaliter tolerare eosdem: & ideo pro-
pter honorem Dei principaliter, & propter exonerati-
onem conscientiarum nostrarum, & propter Regis
reuerentiam, & populi profectum & pacē, omnes hic
simul congregati disposuimus tale remedium appo-
nere, quod abusus prædicti si qui sint, cessabunt ad pa-
cem populi, & laudem Dei: cui est honor & gloria in
secula seculorum, Amen.
Altera autem die veneris immediate subsequente,
videlicet die 30. Decembris in palatio regali Parisius,
conuenerunt Prælati, & Regebidem more solito se-
dente assistentibus sibi consiliariis suis & Baronibus,
reuerendus pater Dominus Petrus Bertrandi, diuina
providentia Eduensis Episcopus, locutus est in publi-
co coram Rege, factum pro themate suo.
Ne indignis Domine si loquar. Gen. 18.
Quod Thema applicuit ad hoc quod propter regis
magnificentiam, consilij sui prudentiam, & loquentis
insufficienciam (cū magnum negotium esset) loqui
formidabat: Sed de regia benignitate confusus audaciā
assumebat, & quia fuerat sibi à Dominis Prælatibus in-
iunctum. Deinde fecit thema suum tale.
Domine refugium factus es nobis.
Et persecutus est thema, Regis magnificentiam cō-
mendādo: deinde vocationem suam ad regnum Fran-
ciæ, quasi mirabilem declarando: tertio, quomodo de-
bet esse pugil Ecclesiæ, ostendendo. Et ista probauit sa-
tis breuiter per auctoritates & rationes multas. Post
modum respondit ad ea quæ proposita fuerunt per di-
ctum Dominum Petrum de Cugneriis in modum infra
scriptum, ad informandum conscientiam Domini
Regis, & ad præstandū consilium super prædictis dun-
taxat, & non ad finem ordinandi iudicij, seu resposio-
nis faciendæ per quam sententia, ordinatio, vel statutū
aut quouis alius processus sequi possent, vel ius aliud
personæ cuiusque acquiri. Primò, ad illud quod pro-
positum est. Reddite quæ sunt Cæsaribus, & quæ
2 P P P Y

Can. 6.

1. Pet. 4.
1. Reg. 2.

Ecl. 4.
Articulo-
rum cōtra
Ecclesiasti-
cos pro-
prietarios
Petri de
Cugne-
riis, 2. ge-
nera.

Actio. 2.
pro Eccl-
siastica li-
bertate.

Gen. 18.

Psal. 89.

Matth. 22. sunt Dei, Deo, Mat. 22. per quæ verba, proponebatur ad Regem obedientia & subiectio: & spiritualium ac temporalium diuisio: & primum membrum proponebatur per illud quod dicitur. Subiecti estote omni creature. Rursus per verba quæ sunt in *solite, extra de materia. Et obe. per capitulum. Nouit, extra de ind. c. de sacerdotibus 10. q. 1. Cum ibi notatis.* Ad illud quod dicitur de diuisione, probatur quod temporalia debebant pertinere ad temporales & spirituales: tum quia Deus instruit duos gladios, Vnde dicit: Ecce duo gladij. Item Christus censum soluit vt denotaret quod temporalibus reddenda sunt temporalia 12. q. 11. *cap. si tributum & magnum.* Præterea l. *imperatoris* cauetur ista diuisio cum dicitur: magna enim à Deo collata sunt dona, Sacerdotium, & Imperium. Sacerdotium, vt diuini: imperium, vt humanis præset. in corpore *Auten.* quomodo oportet *Episcopum. col. 1.* & dicebatur quod isti erant termini, qui non debebant aliquo modo immutari & ff. de cimo mo. l. 1. & vl. Dicebatur etiam quod talia iura regia rex non poterat à se abdicare, cum essent iuris sui regalis: & iurasset in coronatione sua, iura Regni non alienare, & alienata reuocare: & quod talia erant imperprescriptibilia. 11. *disti. c. quæstiones:* & aliis pluribus. l. eiusdem. Ad prædicta respondetur sic: quod iurisdictio causarum civilium, de quibus agitur, pertinet ad Ecclesiam de iure diuino, & humano. Et de iure diuino probatur à tempore Adæ, vsque ad Christum, per ea quæ notantur per Innoc. *c. licet, extra de fo. compe. A* tempore Christi, sicut commissis Petro, & successoribus 12. *di. c. omnes.* Et qualiter Ecclesia in terris Catholicorum principum, istud ius obtinuerit, & obtinet: probatur. 2. q. 5. *si quis presbiter. 11. q. 1. relatum. 2. 5. di. ecce,* & istud ius confirmauerunt Imperatores in corpore *Aut. vt. ff. 3. §. si causam col. 9. 23. q. 1. c. bis:* & à quibus dicit etiã cano: & quod beatus Petrus præcipiebat omnes principes terræ, & ceteros homines Episcopis obedire in *c. omnes, extra de ma. obe. 16. di. duo sunt.* quare concluditur quod non est faciendâ diuisio vt hæc Ecclesiis offerantur: & si in Tyrannorum regum terris status iste Ecclesiæ fuerit læsus vel etiã violatus, in regno tamen Franciæ benedictio, vsque ad hæc tempora, extitit obseruatus. *Extra de iudic. c. Nouit.* Præterea leges Theodosij Imperatoris, & Caroli magni, hanc iurisdictionem confirmauerunt, *Ext. de iudic. c. nome all. 11. q. 1. quicumque, c. ca. se. iurisdictio. c. expresse* cauetur, quod idē Carolus Rex Franciæ, & Imperator in Francia, specialiter hoc ius constituit.

Item de consuetudine à tanto tempore obseruata, quod in contrarium memoria hominum non existit: horum iurisdictio pertinet ad Eccle. gallicanam tempore omnium regum Christianorum, & sanctorum. Quis ergo videbit hanc consuetudinem violare, & nõ dicit sacrilegium est? 11. q. 1. c. 1. & 2.

Item non miretur regalis dignitas, si in regno Franciæ nobiliori Mudi, hæc prerogatiua Ecclesiis debeatur: in hoc enim sua potentia & nobilitas decoratur, in corpore *Aut. vt iudi. sine quocung suffra si. in prin. col. 2.* Præterea Dominus Rex in coronatione sua iurauit ad sancta Dei Euangelia, privilegium canonicum seruare Ecclesiæ: omnes etiam Barones, vel quasi sunt fideles Ecclesiæ: & iurauerint fidelitatem: sub qua fidelitate tenentur per iuramentum, iura ista seruare ecclesiæ. Cum igitur omne iuramentum quod non tedit ad interitum salutis æternæ, sit seruandum: istud quod est in fauorē ecclesiæ præstitum multo fortius est seruandum, *extra de iure iurando. cap. si vero 22. q. 4. 7. l.* Item beatus Lu-

curameta seruanda.

ducus, Carolus Magnus, & Philippus, privilegia, & consuetudines, & libertates ecclesiæ confirmauerunt, & Dominus Philippus pulcher seruauit: quare, & c. Et omnes isti in suis coronationibus iurauerunt, vt supra. Quis ergo poterit isti Domino Regi, absq; damnatione propria contrarium suadere, maxime in istis concessis & declaratis, & confirmatis ecclesiæ, cui donare inmensitas est mensura in *Auten. de non alie. ac. per mu. re. ca. si nimis col. 2.* nec obstat quod dicitur, quod duo sunt gladij, & c. Et quod distinctum sit Sacerdotium ab Imperio: quia verum est quod duo sunt gladij. Sed istud dictum est ecclesiæ: & verum est quod ius, & potestas istorum duorum gladiatorum est penes ecclesiam: licet executio gladij materialis sit penes temporales, *Mdt. 26.* vel seculares, & hoc est quod dicit Dominus, conuerte gladium tuum in locum suum. Et quod dicitur, distinctum est Sacerdotium & Imperium: verum est ex parte finis, & quantum ad executionem sanguinis, & non ex parte principij seu subiecti: quia in eodem subiecto sunt, & esse possunt: immo dicuntur esse vt superius est probatum. Ad illud quod dicitur quod Christus soluit tributum. Respondetur, quod non, ideo quod deberet soluere, quia, certum est quod filij regis non debebant, qualis ipse erat: sed propter scâdulum hoc fecit, immo etiam ne Clerici ad hoc tenerentur dixit. Vnde talia nõ sunt ad consequentiam trahenda. Nec obstat de immutatione terminorum, quia dictum est quod hæc allegatio sit pro ecclesiâ, cum ista ad ecclesiam pertineat sicut dictum est. Nec obstat quod Dominus Rex non potest illa iura abdicare à se, maxime cum hoc iurauerit in coronatione sua, & c. Respondetur quod immo potest totum, quia non abdicat à se, cum Deo & ecclesiæ dat: quia dictum est, Dominus est terra. Tale enim dare, nihil aliud est nisi reddere Deo & ecclesiæ quod suum est: quia si sequeretur quod donatio Imperij ecclesiæ à Costantino, nõ teneret: quod falsum est. Et hoc probatur. 16. *di. Constitutus.* præterea Imperator, vel rex potest alienare res imperij. *ff. de lega. 1. l. apud. Milanu. §. 7. l.* nec per hoc legitur Imperium, vel Regnum, eod quod res redit ad statum suum pristinum. *ff. de pactis. l. vnus. §. pactus 35. di. ab exordio.* Præterea ista ratio proposita damnaret omnes Reges Fraciæ qui fuerunt: & specialiter B. Ludouicum: quia si verum esset quod abist, omnes essent mortui in peccato mortali, & periuri, quod nephas est dicere. Nec obstat quod dicitur imperprescriptibilia sunt talia: verum est enim ab alio quàm ab ecclesiâ: vel aliter, quia à subiectis non possent præscribi, sed à non subditis: sic præterea, ex quo potest alienari, potest præscribi. maxime de consensu Regum qui hoc confirmauerunt: & à tanto tempore quod omne ius excludit, & fiscale, & ecclesiæ. Cõcluditur ergo, quod omnes Prælati, asserunt prædicta esse vera & tenenda: & supplicant Domino Regi pro salute animæ suæ, & pace ecclesiæ seruanda: quod nihil immutat, sed prout prædecessores sui tenuerunt ecclesiam, ipse teneat, & libertates ecclesiæ seruet, & consideret quanta bona spiritualia habet quotidie ab ecclesiâ, quod nunquam sibi defuit ecclesiâ gallicana cum opus fuit, etiam in auxilio temporali. Et consideret qualiter Dominus noster Papa, qui nunc est, diligit & dilexit Regnum Franciæ, & personam Domini Regis, ita quod nunquam fuit in sede Petri qui Regnum plus se dilexerit. Deinde præfatus Dominus Eduen. concludit ad finem prædictum: videlicet quod ad informandum conscientiam Domini Regis, & ad præstandum consiliu super petitis duntaxat, & non ad finem ordinandi iudicij, seu responsionis faciendæ

E *scd. 6.*

faciendâ per quam ordinatio, vel statutum, vt quibus alius processus sequi possit, vel ius aliquod personæ acicunquæ acquiri, & ad singulos articulos sic respondit & diuisit in tres partes: quia quidam articuli tangebant iura ecclesiæ: & quidam pertinebant ad ecclesiam de iure & de consuetudine, & eis ecclesiâ iuste vtiebatur: quos erant parati defendere sicut B. Thomas Cantuariensis Episcopus, cuius festum celebratur, illa defenderat. Secunda pars Articulorum continebat abusus & errores si veri essent, & illos nullomodo volebat defendere: immo prouidere ne talia fierent, & corrigere si quæ talia facta erant. Tertia pars continebat aliqua quæ poterant esse iusta, & aliqua sinistra: quantum ad iusta, respondit vt de contentis in prima parte: quantum ad iniusta, vt de contentis in secunda. Omnes articuli contenti in prima parte, significati in margine per a. articuli contenti in 2. parte, per B. articuli contenti in 3. parte. Deinde respondit singulariter ad singulos, prout sequitur. Et primo. Ad 1. Articulum qui loquitur de cognitione actionum realium, personalium, & mixtarum, & interdictorum: dicit Dominus Episcopus Eduen. quod cum de iure sit probatum superius in generali responsione, talium cognitionem ad ecclesiam pertinere de iure, & posse pertinere de consuetudine, maxime in actionibus personalibus de iure. Et ad probandum istam rationem, allegauit. 63. *d. c. valentinianus. 11. q. 1. quicumque. in autem. vt disse. iudic. f. si vero c. f. si tamen. colla. 9. extra de iudic. Nouit. 22. di. c. 1. 11. q. 1. relatum. 2. q. 1. si quis presbiter 1. di. consuetudine.* in duxit etiã ac hoc probandum, privilegia, libertates, & confirmationes. B. Ludouici, & omnium aliorum Regum prædecessorum istius. Ad secundum articulum qui loquitur de Clericis turbantibus possessiones Laicorum, & de causa nouitatis: dicit Episcopus prædictus, quod vbi clericus impedimentum apponit vel violatam, laicus est actor, & Clericus est reus: & cum de iure & consuetudine actor teneatur sequi forum rei, non est irratioabile, maxime in ecclesiis quæ de consuetudine hoc habet, si de talibus ecclesiâ cognitionem habeat. Alias enim sequeretur, quod Iudices seculares pro voluntate sua haberet cognitionem Clericorum pro eo quod dicerent, hoc vel illud esse casum nouitatis. Maxime quia in talibus impedimentis vel violentiis, habet locum interdicta quæ sunt personalia de iure, licet in rem videatur concepta. *ff. de interd. l. 1. §. vt. que sunt personal.* quod superius est probatum. Et ad probandum prædicta allegauit. *Ext. de fo. compe. c. si clericus 24. 3. & alia iura supradicta de consuetudine loquentia.* Ad tertium qui loquitur de actionibus personalibus inter duos laicos, vel inter Clericum actorem & laicum reum, dixit idem Episcopus, quod de iure & consuetudine notorii, cognitio talium actionum personalium, pertinet ad ecclesiam, secundum quod superius est probatum: quare dicebat multi super hoc iniuriam fieri maxime ratione peccati quod comittitur in retinendo illud quod tenetur quis ad soluendum vel restituendum. Et ad hoc probandum induxit iura supra alle. *Ext. de fo. compe. cum sit generale.* Ad quartum, qui loquitur de laicis iniuriam inferentibus in rebus hereditariis Clericorum, dicit quod tam de iure communi, quàm consuetudine, Clericus potest quocunquæ iniuriam sibi inferentes in hereditate sua coram iudice Ecclesiastico conuenire, quia in hoc committitur sacrilegium, cuius ad ecclesiam duntaxat debet cognitio pertinere. Et ad hoc probandum induxit. 24. q. 3. c. si quis. & alia iura, quæ superius tam de consuetudine quàm de iure

fuerunt allegata. Ad quintum, qui loquitur de contractibus initis coram iudice seculari, dicit, quod cum talium contractuum petitiones sint personales de iure, maxime vbi est transgressio iuramenti, vel fides merita, de quibus ecclesiâ solum habet cognoscere, nulla fit iniuria. Et licet ibi non esset iuramenti vel fidei transgressio, adhuc ratione personalitatis potest ad ecclesiâ cognitio pertinere: & ad hanc responsionem probandam allegauit iura superius in articulis præcedentibus allegata. Ad 6. qui loquitur de Conciliis provincialibus & statutis synodalibus, dicit idem Episcopus, pro sanctis & iustis (vt quæ sancti patres instituerunt) teneri, & quod Prælati nihil statuunt ibi quod temporalitatem tangat (nisi quatinus commissarum sibi animarum tangit salutem) & iura & libertates ecclesiasticas esse seruandas & eis licitum esse ea facere, & ad hoc probandum induxit in *Auten. de sanctis episcopis. f. vt autem col. 9. c. in decretis. 18. di. per totum.* Ad 7. qui loquitur de contractibus recipiendis per Notarios ecclesiasticos in terris secularium, dicit quod tam de ratione naturali, quàm de iure præscripto in terris dominorum temporalium, ecclesiâ habebat iurisditionem suam spirituales, sicut Domini temporales suam temporalem: & nulli inferatur iniuria si tales notarij recipiant contractus illorum qui voluit se in foro ecclesiæ obligare, hoc enim est pro communi & publica vtilitate: quia multi magis eligunt vinculum ecclesiæ, quàm vinculum temporale: & ante dimitteret contractus facere sine quibus viuere nõ possent, quàm se supponerent curiæ seculari: & illud de consuetudine notariorum est, & fuit semper obseruatum, & ad hoc probandum ille idem Episcopus. *Extra de of. or. cum Episcopus. l. 6. ff. de of. proconsulis. l. 2.* Ad 8. allegauit, qui loquitur de officialibus qui crimina imponunt laicis, vt se redimant, & c. dicit idem quod nullus Prælati, si sciret talia facere suum officialem, aliquo modo sustineret, nisi esset de maleficiis quorum cognitio ad ecclesiam pertinet, & correctio de consuetudine vel de iure, & etiam in casibus vbi recedentia fieri non deberet: & si quis esset qui in speciali, vellet conueniri super istis, erant parati (veritate prius inquisita) prout iusticia esset, facere emendâ & apponere remedium opportunu. Ad 9. qui loquitur de Officialibus qui inquirunt super maleficiis, & ab innocentibus volunt habere expensas & emendas, & expensas reddere nolunt succubant in causa: dicit Episcopus, quod si Prælati scirent ista fieri per officiales secundum quod in articulo proponitur, nolent ista sustinere: sed vbi illi contra quos proceditur petunt copiam processuum sibi fieri, tenentur, petens eã soluere: & si super imposto sibi maleficio condemnentur, expensas restituere Promotori. Si verò per iudicem absoluantur, & Promotor maliciosè & per fraudem hoc falsè suggererit contra ipsum, debent ei expresse restitui: sed vbi verè & ex officio proceditur, siue per famam publicam siue ad denunciationem alicuius vel aliâ secundum quod licitum est de iure, iudex in hoc casu expensas cuiquam restituere non tenetur. Ad 10. qui loquitur de sententiis excommunicationis quæ dantur pro sola vna citatione: dicit idem Episcopus, quod nullo modo sententia Excommunicationis debet ferri, nisi citatio vel monitio præcesserit sufficienter. Sed si citatio vel monitio præcesserit, quod propter periculum animarum aut antecessas corporum, aut quia est causa fauorabilis, vel propter ratio peremptoria, quæ valet tres: 2. tunc propter talem defectum, poterit licite sententia Excommunicationis

Excom. nisi citatio vel monitio præcesserit sufficienter. Sed si citatio vel monitio præcesserit, quod propter periculum animarum aut antecessas corporum, aut quia est causa fauorabilis, vel propter ratio peremptoria, quæ valet tres: 2. tunc propter talem defectum, poterit licite sententia Excommunicationis

ferri. Ad 11. qui loquitur de obligationibus de Nisi, dicit quod est secundum formam iuris, & pro communi utilitate statutum, nec sequitur ex hoc inconueniens: maximè, quia in talibus nunquam fertur vel ferti debet sententia, nisi post sufficientem terminum de consensu contrahentium, assignatum: & ad hoc probandum, induxit c. praeterea, de App. Ad 12. qui loquitur de Monitionibus quae sunt contra Iudices seculares, ad compellendum excommunicatos per captionem bonorum, &c. dixit praefatus Episcopus, quod cum ecclesia suo brachio spirituali contra tales procedendo, fecit quod potuit: tunc habet recurrere ad brachium seculare: & hoc, de iure diuino & humano conceditur. Et si propter maliciam vel negligentiam, Dominus temporalis omittat facte super hoc monitioni parere, & talem excommunicatum compellere, propter quod contingat debitorem amittere debitum in quod excommunicatus tenebatur eidem: non est inconueniens, si (sufficienti Monitione praui) per sententiam excommunicationis procedatur contra eum, & si de damnis illatis non faciat satisfactionem competentem & condignam, in talibus enim de iure diuino & humano, brachium temporale spirituali debet obedire, maximè ubi quis in excommunicatione persistit ultra annum: de quo, in statuto beati Ludouici, mentio fit expressa. Ad 13. qui loquitur de expensis quas faciunt Iudices seculares, veniendo ad excusandum se coram Iudicibus Ecclesiasticis, super compulsionem excommunicatorum: dicit, quod postquam de iure & consuetudine tenetur in hoc Iudices seculares Iudici ecclesiastico obedire, debent cum expensis propriis ad se excusandum venire. Sed si talis Monitio maliciose vel indebitè ad suggestionem alicuius fuerit impetrata: talis suggerens, ad restitutionem expensarum tenetur. Expensae uero quae fuerunt in excommunicatione contra excommunicatum factae per praedictos Iudices seculares, excommunicatus ipse debet ad restitutionem compelli. Ad 14. qui loquitur de Appellationibus quae sunt in Curia laicorum ad ecclesiasticos Iudices: dicit idem Episcopus, quod si in Curia Praelatorum fiat processus aut detur iudicium temporale, & super huiusmodi processu aut iudicio, appellatio ordinaria aut ratione falsi iudicij vel aliis sequeretur, debet talis appellatio remitti ad examen sui Iudicis temporalis, sed si laicus non per uiam iurisdictionis ordinariae, sed quia uult, magis eligat ecclesiasticam curiam quam temporalem (sicut de iure & consuetudine licitum eis existit) tunc nullum inconueniens sequeretur, si officialis ad quem ueniret talis cognitio, tanquam officialis & iudex ordinarius cognitionem haberet: & sic, à Remens. Laudum, & multis aliis regni Francie ecclesiis obseruatum probari potest per aliqua iura superius allegata. Ad 15. qui loquitur de Arrestis quae sunt in illis curiis quae uidentur lege, dicit quod si talia fierent sicut in articulo continentur, nisi de consuetudine aliqua, ecclesiae hoc haberent: quae consuetudo est obseruanda (maximè ubi tale fieret sub aliquo conductu Curiae & sine fraude quod arrestatus non esset alicuius Praelati Clerici) nolent ea sustinere, idè, &c. Ad 16. qui loquitur de illis qui dicuntur Praepositi Clericorum, dicit quod tam de ratione quam de iure & consuetudine, quilibet Praelatus in quacunque parte suae Diocesis, potest habere officiales suos & alias personas ad iurisdictionem ecclesiasticam exercendam siue in ciuilibus siue in captionibus personarum ecclesiasticarum, vel cognitione causarum quae ad forum ecclesiae pertinent: & potest illam talibus quae

Nō absoluantur.

sibi uideatur personis concedere potestatem, si tales, iuxta commissionem sibi factam Citationes faciant, aut personas ecclesiasticas delinquentes capiant, siue cognitionem causarum assumant, seu alias quocunque modo ecclesiasticam iurisdictionem exercent, nulla sit iniuria. Quilibet enim Dominus temporalis, ubi quocunque in terra sua potest habere Gentes & Instituitarios suos, & eadem ratione spiritualis Iudex, scilicet si tales Commissarij abusi fuerint in aliquo seu etiam abutantur: parati erant Praelati tales abusus corrigere, & apponere remedium opportunum: vel si alicubi sit talium Commissariorum nimia multitudo, ipsi de sufficienti numero prouidebunt: Caeterum si tales Commissarij iuxta potestatem sibi commissam arrestauerint in casu licito de iure bona mobilia Clericorum, nullus laicus habet super hoc materiam conuenerendi. Nam bona mobilia sequuntur possidentem personam, tam de consuetudine quam de iure. Et hoc etiam in statutis regni Franciae continetur. Ad 17. & 18. est responsum, quia spiritualis iurisdictionis Clericorum, & honorum suorum mobilitatem in quacunque parte diocesis, pertinet ad Praelatos: Et ad ista probanda induxit: quod Samuel Iudex Israel, ibat & circuibat Bethel, Galgala, & Masphat, & adhuc etiam induxit. Extra de officio, cum Episcopis. Ad 19. qui loquitur de Assuramento quod petitur in Curia ecclesiastica: dicit Episcopus, quod de iure & consuetudine, Clericus potest malefactorem suum, vel illum à quo uersimiliter dubitat sibi iniuriam irrogari, coram ecclesiastico Iudice conuenire, quia si per laicum committeretur maleficio in personam Clerici, ecclesia tanquam de sacrilegio cognosceret super maleficio memorato: ergo faciliore ratione potest etiam prouidere dando Assuramenta ne talia maleficia committantur: specialiter in ecclesiis, ubi hoc de consuetudine speciali habetur. Si autem hoc esset inter duos laicos, debet consuetudo seruari, quae etiam in hoc concordat cum iure communi per quod ecclesiastici Iudices debent pacem apponere, & peccata vitare: quia melius est peccanti ante tempus occurrere, quam post culpam uindictam sumere. Et ad hoc probandum induxit iura superius allegata, & Extra de uerba & pace per to. Ad 20. qui loquitur de inuentariis quae sunt de bonis laicorum: dicit tam de iure sanctorum Patrum, quam Imperatorum & Regum, quilibet Praelatus in sua diocesi est executor legitimus testamentorum, maximè elapso termino expresso in iure. Quod si cõtigerit quod executor Testamenti uenerit ad Praelatum, non est inconueniens si ex quo ad eum pertinet principale, pertineat & accessorium, siue sit in inuentariis siue in aliis faciendis, specialiter in ubi de consuetudine obseruatur: aliam enim posse non fieri executione Testamenti: ad ista uero probanda induxit. c. de sacros. eccle. i. & melius. C. Eccle. i. de Episcopis, & clericis. l. nulli, in Autem. de ecc. ii. ff. si quis autem col. 9. extra de testamentis. c. tua, & c. nos quidem, & c. Joannes. C. de fideicommissa. Ad 21. qui loquitur, de hypothecariis actionibus, dicit idem Episcopus, quod si hypothecaria procedat ex contractibus ubi sit iuramenti vel fidei interpositio, & fiat directè positio, siue petitio super re obligata: talis petitio plus est personalis quam realis, & in hoc casu nulla fiet iniuria. Quantum ad hypothecarias quae sunt reales, debet consuetudo seruari quod si nulla fuerit consuetudo super hoc, dicebat dictus Episcopus, ius scriptum esse in talibus sequendum. Et ad hoc probandum allegant. C. de praescrip. 30. vel xl. annorum. l. cum notissimi. extra de iure iurando, si uero. Ad 22. qui loquitur de personis hospitalium, dixit, quod si tales

Indignitas Clericali non promouendi.

Nota.

Ecclesia est Tutrix personarum indeseptu.

I. Reg. 7.

tales personae sint perpetuo donatae hospitali, huiusmodi quidem, factae sunt de foro ecclesiae, & talium cognitio pertinet ad Praelatos: De aliis uero quae non essent talis conditionis, nisi ius, priuilegium, vel consuetudo aliud daret ecclesiis, Praelatos de hoc non uelle se introumittere. Ad 23. qui loquitur de Tonfuris dandis indignis: dicit quod quando plures digni sunt in Dei seruitio constituti, tanto melius potest diuinum seruitium celebrari. Et bene cauebunt domini Praelati, Deo ducente, quod non conferat personis insufficientibus, & indignis: Nullus enim Praelatus bonae conscientiae faceret ea quae in dicto Articulo continentur: & uere super huiusmodi Tonfuris conferendis, Domini temporales, plures & importunas requestas Praelatis facere consueuerunt. Ad 24. qui loquitur de uideis, pupillis, & interstatis: dicit idem Episcopus, quod de iure diuino & humano, guardia talium personarum (quantum ad uolentias & lasinas) pertinet ad ecclesiam, & sic de consuetudine obseruatur in ecclesiis Gallicanis: quantum uero ad bona intestatorum, & pupillorum: dicitur quod in ecclesiis ubi consuetudo est super hoc specialis, debet eadem consuetudo seruari: ubi autem non esset, quantum tangit petitoriam cognitionem, ecclesia uolebat se introumittere, nisi hoc haberet ex priuilegio vel consuetudine speciali. Et ad hoc induxit. 24. q. 3. c. si quis de potentibus. Extra de foro competentis. Ad 25. qui loquitur de impositionibus quas officiales faciunt laicis super fide, dicit quod hoc est irrationabile si alicui tale crimen imponeretur malitiose, prout in articulo continetur: sed ubi aliquis habetur suspectus super articulis fidei, ad Ecclesiam in hoc casu debet cognitio pertinere, & per consequens, propter inuestigam & alios processus faciendos, oportet Iudicem ecclesiasticum de persona factum esse, & lata sententia, contra eam expediri brachio seculari: quare in his nulla iniuria irrogatur, maximè in locis ubi sic obseruatur à tanto tempore quod in contrarium hominum memoria non existit. Ad 26. qui loquitur de officialibus currentibus, dicit quod Praelati possint habere in quacunque parte suae diocesis, tam de ratione quam de iure scripto & consuetudine, officiales suos secundum quod superius est ostensum: quare nulli sit iniuria. Ad 27. de pœnis pecuniariis quas officiales in suis monitionibus apponunt, dicit, quod licitum est eis tales pœnas apponere, tam de consuetudine quam de iure, quia ex quo licet apponere sententiam excommunicationis quae est maior, licet apponere pœnam pecuniariam quae est minor. Item ex quo tali Iudici ecclesiastico subditi existunt, & si est eorum ordinarius, Iudex ipse potest in tali casu eis apponere pecuniariam vel aliam secundum quod sibi uidebitur expedire. Et ad hoc, ius diuinum & humanum concordant. Ad hoc probandum allegauit de pœnis. c. licet. de officio. cu. c. dilectus. 23. q. 5. c. si uos 22. q. 4. c. Quisquis. Deus etiam infligebat pœnas tales aliquando, Leuit. 3. & 5. c. Exod. 23. ca. si quis furatus fuerit. ad hoc facit. 23. q. 5. prodest. Ad 28. qui loquitur de laicis qui uocantur ex officio ad ferendum testimonium, & non soluentur eis expensae: dicunt, quod tales quotiescunque uocantur ad ferendum testimonium, tenentur venire: aliam non possent excommunicari de iure: & quia ueritatem caelare est peccatum mortale: eis tamen dicunt expensas tradi, saluis consuetudinibus specialibus, vel ubi proceditur contra suspectos in fide vel in aliis casibus specialibus, vel nisi aliquod ius consuetudo conferret. Ad 29. qui loquitur de rebus furatis à Clerico, dicit, quod cum ad ecclesiam solum pertineat cognos-

cere de Clericis, laici non possunt nec debent se introumittere de rebus furatis, Quia ad eum pertinet accessorium, ad quem, principale: sic enim laici haberent indirectè cognitionem Clericorum: & multi possent fingere notorium, quod non esset. Et ad hoc probandum induxit, Extra de dote post diuorsum restit. c. de pruden. extra de regulis iuris. causa principalis. lib. 6. Ad 30. de Clericis non coniugatis, captis in habitu laicali: dicit quod tales pro eo quod non deserunt Tonfuram, vel habitum Clericis congruentem non amittunt priuilegium Clericale, unde si sit notorium Iudici Ecclesiastico talem esse Clericum vel fama sit publica super hoc, idem Iudex, sine cuiuscunque iniuria potest ad restitutionem talis Clerici iustitiam compellere secularem. Sed si dubium esset, talem, Clericum esse vel non, & captus fuisset in habitu laicali: ad ecclesiam pertinet cognitio, & detentio ad Iudicem secularem, secundum quod iura dicunt extra de sen. 110. si in dex. laicus. lib. 6. c. de fabric. l. si. c. de aqua duc. l. 7. Ad 31. qui loquitur de Clericis captis per laicos, & redditis officialibus: qui si non expediuntur, dicit quod male fit, si maleficia eis imposita notoria sunt: Sed communitè accidit, quod cum laici accipiunt quendam Clericum, licet non sit eis licitum de iure, postquam ipsum Iudici Ecclesiastico reddiderunt, de nullo maleficio dictum Iudicem ecclesiasticum informabunt: propter quod, cum causam rationalem detentionis non receperit Iudex, non potest eum in bona conscientia detinere. Ad 32. qui loquitur de monitionibus quae dantur contra spoliantes, & iuramenta quae exiguntur: dicit idem Episcopus, quod tales monitiones non conceduntur communitè per Iudices ecclesiasticos nisi super factis notoriis, vel in casu ubi illi contra quos, tales Monitiones dantur, essent super aliquo crimine diffamati. Unde quotiens Iudices memorati aut eorum Commissarij talibus sic diffamatis iniungunt quod satisfaciant, aut ueniant, se per iuramentum suum coram eis, super impositis sibi maleficiis purgaturi: & ipsi non obediunt Iudicibus aut eorum Commissariis in praedictis, nec allegant causam rationabilem, quare ad hoc minimè teneantur: tales sunt de iure conuicti, quare nulla sit eis iniuria, maximè quia causa spoliationis probata, debet iuramento Actoris super praedictis fides plena adhiberi. Ad 33. qui loquitur de captionibus Clericorum: dicit sicut ad 30 superius iam dictum. Ad 34. qui loquitur de Clericis malefacientibus, quos officiales Praelatorum de facili expediunt pro pœnis pecuniariis: quod hoc esset irrationabile, ubi maleficio esset notorium vel manifestum, & tale vel tantum propter quod perpetua pœna ei deberet imponi: si pro pœna pecuniaria tale crimen transiret: sed nullum est inconueniens, si pro causa iusta, dicti officiales pœnam corporalem in pecuniariam conuertant, quia hoc etiam uolunt iura tam canonica quam ciuilia. Ad 35. qui loquitur de Clericis coniugatis: dicit, quod si Clericus coniugatus deferat Tonfuram & vestes clericales, & in tali habitu capiat per Iudicem secularem, cum de iure & consuetudine notoriis, tales Clerici (quantum ad delicta) sint de foro ecclesiae, officiales praedicti nullam faciunt iniuriam Dominis temporalibus si compellant eos per sententias excommunicationis vel alias, ad abstinendum à cognitione talium delictorum, quia quocunque modo delinquatur, cognitio pertinet ad Praelatos: & laici offendunt, exactorem seu pœnam pecuniariam à talibus exigendo. De illis autem Clericis coniugatis, dixit idem Episcopus, quod in nullo casu, cognitio eorum pertinet

ad laicos, secundum quod iura declarant: salua consuetudine speciali in pluribus ecclesiis Regni Francie existente. Ad 36. qui loquitur de Assuramentis laicorum, & inhibitione qua faciunt officiales pendente citatione Assuramenti, dicit, quod si tale fieret pro laico contra laicum, maxime ubi ecclesia hoc haberet de consuetudine speciali, nulla fieret iniuria, si ecclesia prohiberet sub pena excommunicationis, ne pedente Citatione faceret eum coram alio Iudice conueniri, quia posset aliis magnum scandalum oriri. Ad 37. qui loquitur de Citationibus que fiunt contra participantes eorum excommunicatis, dicit, quod erat intentionis Prælatorum quod ea que continentur in Articulo prout sunt proposita, ecclesia instituerit: nec credunt quod officiales eo modo procedant: maxime quia aliqui Prælati in suis diocesis statuta ediderunt per que, talia fieri prohibentur. Et alij qui nondum fecerant, erant super his parati pro tempore salubriter providere: bene enim debet de iure, participatio cum excommunicatis, absque tamen populi grauinibus per Iudices ecclesiasticos puniri & prohiberi: ideo, &c. Ad 38. qui loquitur de Impositionibus quas faciunt officiales laicis, super usurariis, dicit quod si in his, officiales eorum aliam quam secundum formam iuris procederent, vel pro exactione iniusta a talibus exigenda, maxime ubi persona contra quam proceditur non esset diffamata: nullus Prælati, vellet quoquomodo talia sustinere. Et si quis in speciali vellet conqueri super istis, ipsi erunt parati, quod actum esset, facere iuste & debite emendari. Ad 39. qui loquitur de adulteriis, que laicis per officiales imponuntur, dicit quod nunquam talia faciunt prout, loquitur Articulus memoratus, nec fieri debent talia nisi super factis notoriis vel manifestis: aut ubi tales contra quos procederetur essent publice diffamati, seu in aliis casibus a iure permixtis: & nihilominus parati erant Prælati præcipere suis quod aliis in talibus nullo modo procedant. Ad 40. qui loquitur de multitudine procuratorum & de abusionibus quas faciunt: dicit quantum ad multitudinem, quod quilibet Prælati in sua diocesi debite providebit: quantum ad abusus, dicit, quod nullo modo tales abusus fieri permittent, quin immo illi qui abusi fuerint (cum ad eorum notitiam peruenirent) iuste punient, secundum quod aliis ad eorum quemlibet pertinebit. Ad 41. qui loquitur de abusus religiosorum in Citationibus: dicit quod valde displicet Prælati si religiosi prædicti faciunt aliquid indebitum vel iniustum, & quod libenter apponerent remedium in subditis suis quilibet prout ad eum pertinebit. Ad 42. qui loquitur de vxoribus Clericorum coniugatorum: dicit dicens Episcopus, quod in locis ubi de consuetudine speciali vxor Clerici esset de foro ecclesie, quia etiã ad hoc, ius Imperatoris concordat: nulla sit iniuria si cognitionem ipsarum mulierum ecclesia retinet: quantum ad cognitionem iniuriarum inter laicos, quedam emenda pro iniuria peruntur per viam actionis personalis, vt in 3. articulo superius est responsum, & ad præmissa probanda induxit. ff. de iurisdic. l. presb. c. de interditi. l. vlt. ff. ad immiti. l. ca. que. c. de epis. & cle. l. 4. ideo, &c. Ad 43. qui loquitur de viduis trahentibus debitores suos ad Curiam ecclesiasticam, dicit quod Prælati non intendebat sustinere dictum Articulum, prout iacet, nisi de consuetudine speciali aut privilegio fuisset aliquibus ecclesiis ius illud acquisitum. Ad 44. qui loquitur de appellationibus volagiis, dicit sicut ad 14. articulum. Ad 45. qui loquitur de captis in delicto clericis, & laicis, di-

cit, quod si sint laici qui capiuntur in tali delicto, tales appellationes de quibus ibi fit mentio, non essent per ecclesiam admittenda nisi de consuetudine, vel privilegio aliquibus ecclesiis esset in hoc, aliquod ius acquisitum. Sed si in delicto huiusmodi, Clericus caperetur per iustitiam secularem, quia ad nullum potest præterquam ad ecclesiam eius captio pertinere, officiales possunt, immo debent procedere contra iustitiam secularem, aliis perderetur privilegium: nec possunt etiam tales captiones fieri absque sententia excommunicationis, à Canone propter hoc incurrenda. Ad 46. qui loquitur de impositionibus, quas officiales faciunt laicis, super usuris & Arrestis corporum, dicit præfatus Episcopus, quod si talia fierent prout in Articulo proponuntur, male fierent, & Prælati displicerent: Et si esset qui in speciali vellet eos informare super his, erant parati maleacta facere corrigi & emendari quantum ad eos pertinet. Sed ubi laicus esset super usura diffamatus publice, officialis potest & debet ad inquisitionem contra talem procedere. Et si requisitus coram dicto officiali, contumaciter neglexerit ad oppositum respondere: potest officialis donec sufficienter responderit, per Arrestum corporis procedere contra ipsum. Sed post responsum factum, debet fieri recedentia corporis: nisi alia causa subsit rationabilis quare debet ulterius detineri. Ad 47. qui loquitur de captiombus Clericorum in terris Baronum, dicit quod de iure diuino & humano, licitum est Prælati & eorum Iudicibus capere Clericos ubique, quia secundum quod dictum est superius, non est dare locum, ubi non sit Iurisdicatio spiritualis sicut temporalis: unde talis captio Clericorum que est spiritualis & de foro ecclesiastico, potest & debet fieri per Iudicem ecclesiasticum, & non per alium quemcumque. Et nisi ita fieret quod capi possent Clerici per Iudices ecclesiasticos ubique, sæpius delicta Clericorum remaneret impunita, cum per laicos non possint capi absque sententia excommunicationis à Canone incurrenda propter hoc. Ad 48. qui loquitur de laicis capientibus Clericos, qui excommunicantur: dicit quod nulli Domino vel Iudici seculari licitum est in quocumque casu Clericos capere: quare si tales capientes clericos, declarantur per Iudices ecclesiasticos, sententiam excommunicationis incurtere: nulla sit iniuria. Et contra illos specialiter dicebat dominus Episcopus grauius esse procedendum qui Clericos, & presbiteros capiunt indifferenter, maliciose ac in ecclesie contumeliam & contemptum. Ad 49. qui loquitur de Tonfuris que conferuntur indignis, dicit, quod si ita fieret sicut in articulo continetur, non esset vitique sustinendum: nec aliquis prælati vellet facere que proponuntur ibidem: in quacunque vero ætate potest Prælati personis literatis, omni fraude & impedimento canonico cessantibus, Tonfuras conferre. Sed illi qui hunc articulum fecerunt, deberent Prælati qui talia fecit nominatim exprimere: Et si qui forsitan hæc fecissent (quod absit) non deberet imponi omnibus Prælati. Ad 50. qui loquitur de pœnis pecuniariis que exiguntur ab excommunicatis, dicit quod cum sententia excommunicationis fertur propter peccatum mortale, oportet quod excommunicato (si perat absolui) iniungatur pœnitentia & pœna pro peccato, quia non remittitur peccatum nisi Deo & ecclesie fiat satisfactio condigna. Unde antequam absolui mereatur talis excommunicatus, debet satisfacere pœna corporali aut pecuniaria. Et hoc in foro pœnitentie obseruatur specialiter, quia in quibusdam locis sunt emendæ taxatæ, & in

& in aliis sunt emendæ arbitrariæ, ideo, &c. Ad 51. qui loquitur de hæreditariis contentiosis positis ad manum laicorum propter debitum partium, dicit quod si duo ad inuicem contententes essent laici, & fieret sine fraude & non pro impediendo Iurisdictionem ecclesiasticam, Prælati non negarent articulum supra dictum, nisi de consuetudine vel privilegio, aliquæ ecclesie hoc haberent, aut si essent ambo clerici vel alter eorum. Ad 52. qui loquitur de iniuriis & grauinibus illatis gentibus Regis per officiales Episcoporum, dicit, quod Prælati nullo modo permetterent quod per officiales suos Gentibus regis damnum laborum vel expensarum aut aliud incommodum inferretur. Nec est verisimile quod sint vera que in dicto articulo proponuntur, quia semper Prælati habent in suis agibilibus, recursum ad regios Officiales: tamen si aliquis vellet in speciali aliquid super hoc declarare, parati erant Prælati corrigere mala acta, &c. & iniuriam passis, emendam facere fieri. Ad 53. qui loquitur de hæreditariis Clericorum positis propter debitum in manu Iudicis secularis, dicit quod si hæreditaria Clericorum sine causa rationabili, aut maliciose, aut impediendo Iurisdictionem ecclesiasticam, ponuntur in manibus Iudicis secularis, specialiter cum sit per violentiam, & de facto sine causa cognitione, aut aliis in casu personalitatis: nulla sit iniuria dominis temporalibus si ecclesia super hoc se intromittat. Nam aliis laici omnem Iurisdictionem Clericorum haberent, quia ubi non possent Clericos compellere, ipsi procederent ad captiorem bonorum: & sic quantum ad hoc, periret privilegium ecclesiasticum. Ad 54. qui loquitur de neganda sepultura usurariis, dicit quod de iure, usurario manifesto debet denegari ecclesiastica sepultura: quare nullam faciunt iniuriam Officiales prædicti Prælatorum, talibus sepulturam denegando: maxime donec fuerit restitutum, vel cautio data sufficiens de restituendo illo quod per tale pactum per eos fuerat acquisitum: sed si pro Excommunicatione duntaxat false imponeret alicui tale crimen, & propter hoc interdiceret ei Ecclesiasticam sepulturam: Prælati nullo modo ista fieri permetterent si ad illorum notitiam perueniret: nec est inconueniens ubi aliquis usurarius manifestus decedit, si teneatur ecclesie satisfacere pro ratione peccati manifeste commisi. Ad 55. qui loquitur de reconciliatione Cimiteriorum faciendâ, dicit dictus Episcopus, quod Prælati ad reconciliationem Cimiteriorum faciendam cum expensis propriis, non tenentur: & ultra hoc, possunt emendam exigere ratione violentie in Cimiterio commissæ: quare si 10. libras exigunt vel ultra quantum ascendunt eorum expensæ, non debet pro iniuria reputari. Sed ille qui commisit violentiam, si habet unde possit de prædictis satisfacere, non modo ad emendam, sed etiam ad expensarum restitutionem & satisfactionem tenetur. Ad 56. qui loquitur de privilegiatis qui possunt eligere Iudices, & abusus eorum: dicit quod si tales quibus talia privilegia sunt indulta, eisdem privilegiis, vt proponitur in Articulo, abutuntur: Prælati nollent eos excusare, immo eis displicerent (& non immerito) tales abusus. Ad 57. qui loquitur quando laicus citat Clericum super causa hæreditatis coram Iudice seculari: dicit quod super actione personali vel mixta, aut super interdicto quod in parte personale existit, si Clericus fuerit coram Iudice seculari vocatus, non debet eorum eo respondere: ubi autem actio esset mere realis, de iure deberet super hoc cuiuslibet ecclesie consuetudo seruari: & ubi consuetudo non esset, deberet

ius scriptum in talibus imitari. Ad 58. qui loquitur de coniugatis Clericis Mercatoribus, dicitur quod nisi talis actio vel petitio veniat ex maleficio vel delicto, Prælati nollent in talium cognitione laicum turbare, nisi aliquibus ecclesiis, consuetudine, privilegio seu cõpositione ius aliquod fuerit acquisitum. Ad 59. qui loquitur de interdicto apponendo in terra domini Regis, dicit dominus Episcopus quod privilegia domini Regis omnes Prælati vellet integraliter seruare, nec vellet facere aliquid contra ea: supplicantes eidem Domino nostro Regi, vt ei placeret, eisdem Prælati dum erant congregati, dicta privilegia ostendere, ita quod super his possent certitudinaliter respondere. Ad 60. qui loquitur de Balliuis & Præpositis Prælatorum qui sunt Clerici, dicit quod hoc licitum est Prælati tam de ratione quam de iure, & cedit ad utilitatem iusticie, quia iura vel Iurista melius possunt & sciunt iusticiam tenere: quam laici qui literas non nouerunt. hoc etiam eis sepe ex necessitate incumbit, quia non inueniunt seculares ad hoc sufficientes qui velint eorum officia assumere, aliquoties propter timorem dominorum temporalium, & aliquoties propter alias causas. Ad 61. qui loquitur de Monitionibus que fiunt contra participantes cum excommunicatis in operibus faciendis: dicit quod hoc possunt & debent facere de iure, cum participare scierit cum excommunicatis sit peccatum mortale: maxime post Monitionem super hoc sibi factam, & hic est vnus modus participandi, videlicet operari, & cum excommunicato negociari. Ad 62. qui loquitur de illis qui citantur propter participationem: dicit quod si talis citatio ad instanciam partis fuerit impetrata, & pars illa non possit contra tales citatos participationem probare: Imperator tenetur ad restitutionem expensarum huiusmodi citatorum: præterea nunquam talis citatio conceditur, nisi talis citatus, primò in generali, secundo in speciali fuerit monitus cõpetenter, ne cum tali excommunicato scierit participare audeat: & cum hoc, Officiales nunquam contra tantam personarum multitudinem tales citationes concedunt, nisi videant ex hoc grande periculum animarum imminere, aut scandalum maximum exoriri, & ubi contra aliquos reperitur quod sprete monitione eis facta super hoc, & contra mandatum ecclesie cum tali excommunicato participare curauerunt, seu etiam præsumserunt, bene tenentur de iure ad satisfactionem Deo & ecclesie (quos propter suam contumaciam offenderunt) pecuniaria, aut in pœna, aut corporali. Ad 63. qui loquitur de officialibus qui faciunt iurare Aduocatos ne dent consilium cõtra Curiam, dicit Episcopus quod si sic fieret, meritò displiceret Prælati, cum deberent Officiales vnique consilium præstare, qui in Curia sua litigat: nec credunt quod aliquis Iudex spiritualis faceret hoc quod continet Articulus supra dictus, nisi questio esset de familiari aut pensionario proprio, vel qui aliis teneretur eidem Iudici ratione fidelitatis aut iuramenti præstare consueti pro aliquo honore, aut alia iusta causa: adhuc tamò ubi litigans consilium nõ haberet, debet ei Curia provide. Ad 64. & 65. qui loquitur de Executoribus, & Inventariis bonorum Testatoris, & Intestatoris: dicit, quod tam de iure scripto, quam de consuetudine speciali, Prælati sunt executores legitimi Testatorum: unde si executio venerit ad Prælatum, nulli facit iniuriam, bona inter hæredes distribuendo, & de eis inventaria faciendo. Et hoc idem dicit de bonis intestatorum, maxime in locis ubi sic de consuetudine extitit

*Neganda
Usurariis
sepultura*

Participatio cum excommunicatis.

Fori pœnitentia.
& in

Curia Archidiaconi

obseruatum à tanto tempore, quòd in contrarium memoria non existit. Ad vltimum qui loquitur de approbatione Testamentorum, dicit idem Episcopus, quòd quando in presentia alicuius notarij Curie Archidiaconi, vel alterius minoris Iudicis ordinarij Ciuitatis, aliquod conditur Testamentum: quia multotiens tales notarij non sunt magnæ authoritatis: vel si per aliquem notarium Curia secularis recipiatur huiusmodi Testamentum, habet consuetudo specialis plurium ecclesiarum Regni Franciæ, & hoc etiam iura dicunt, quòd donec talia Testamenta coram Iudice principali & ordinario illius Diocesis fuerint approbata vel publicata, non adhibetur ei fides, neque debet aliquo modo adhiberi. Et si aliàs hoc fieret, esset in maximum populi detrimentum: quia possent in talibus multa falsitates committi. Quibus rationalibus sit factis per dictum Episcopum, fuit petitum ex persona Domini Regis, quòd præfata responsiones prout dictæ fuerunt & propositæ, verbo tenus in scriptis redigerentur & traderentur. Super quibus petitis Prælati ad inuicem diligenter habuerunt deliberationem, & tandem deliberauerunt inter se tradere loco responsionum prædictarum Domino Regi cedulam infra scriptam in gallico: licet sit in latino translata, cuius tenor sequitur in hæc verba. Supplicat regiæ maiestati, Prælati presentes (tamen se aliquo iudicio minimè submittendo) quòd placeat ei iura, libertates, privilegia canonica, consuetudines, & salinas quæ, & quas ecclesiæ gallicanæ habet & habuerunt temporibus retro actis, eis defendere & seruare, specialiter super cognitione actionum personalium, realium, & mixtarum, nec non & introductarum maximè inter laicos. Item super cognitione Clericorum, quando per laicos quia sit eis petitio, aut quando Clerici super violentia in bonis illorum illata per laicos conueritur. Item super cognitione Contractuum initorum coram Iudice seculari. Item quòd non impediatur quin eorum Notarij contractus recipere valeant in quacunque parte suarum Diocesium. Item quòd non impediatur super Inuentariis faciendis de bonis defunctorum, quorum, de iure vel consuetudine vel compositione, executores existunt. Item quòd non impediatur super cognitione hypothecarum, quæ habent de iure vel consuetudine. Item quòd non impediatur super cognitione viduarum & pupillorum, & super bonis Intestatorum, quantum ad eos pertinet de consuetudine vel de iure. Item quòd non impediatur in quacunque parte Diocesis suæ, quin possint habere suos Officiales, & suos Clericos capere, & ab ipsis clericis nec non à laicis emendas pecuniarias exigere debitas de consuetudine vel de iure. Item quòd non impediatur super cognitione rerum furatarum à personis ecclesiasticis. Item quòd tam super captione, quam super cognitione Clericorum non coniugatorum & coniugatorum, eorum iura & consuetudines obseruentur, & confirmentur eisdem: quia vobis manifestè ostenderunt quòd hæc debent fieri de iure diuino & humano. Item significant Regiæ Maiestati, quòd super abusus quos aliqui conquerentes imponunt officialibus & gentibus suis, dicendo quòd ipsi abutuntur, eis imponendo crimina vt redimant, & emendas ac expensas ab innocentibus exigendo proferendisque sententias excommunicationis, vna sola citatione non peremptoria præcedente: ac super eo quòd propositum fuerit contra ipsos Prælatos quòd ipsi cõferebant Titulas indignas, Et dicti eorum Officiales imponunt maliciose laicis pro extorsione pecuniarum inde ab eis ex-

libellus supplex pro libertatibus ecclesie Gallicane.

gendarum, quòd ipsi sunt circa fidem suspecti, quòdque Clericos super maleficiis accusatos, & eis redditos per Iudicem seculares dimitrunt impunitos. Item quòd labores & expensas multis irrationabiliter conferunt prætextu participationum cum excommunicatis. Item quòd laicis maliciose vsuras imponunt, vt redimant se & coniugatis tam viris quam mulieribus, quòd adulteria commiserunt. Item super abusus quos facere dicuntur Procuratores eorum, & super abusus quos religiosi faciunt in multis ciuitatibus. Item super iniuriis & grauaminibus quæ aliqui (vt dicitur) faciunt ratione priuilegiorum eis indultorum. Item super eo quòd dicitur, quòd litigantes in curia ecclesiastica contra officium, non reperiunt Aduocatos: nec non super omnibus aliis in quibus eorum Officiales inueniuntur negligentes, abusi fuisse vel conuicti, tam in prædictis quam aliis, quæ si scirent, non permitterent vlllo modo ipsi, & sunt parati corrigere, & facere corrigi: & emendari, & pro futuris temporibus, tam per statuta synodalia & provincialia, quam per alia quæ poterunt bona remedia salubriter providere. Super aliis verò Articulis supplicat dicti Prælati, quatenus iura Ecclesiæ siue de iure, aut per priuilegium seu compositionem vel consuetudinem acquisita, placeat Domino Regi seruare & defendere ac etiam cõfirmare: vbi autem in dictis capitulis essent aliqua contra ius, priuilegium, consuetudinem vel compositionem, ipsi Prælati nollent ea aliquo modo sustinere. Supplicationem iidem domino regi vt pro Dei honore, in statu in quo sui boni prædecessores tenuerunt ecclesiam, ipse eam teneat & defendat, nec ei faciat aliquam nouitatem. Et placeat ei, proclamationes & inhibitiones factas (scilicet quòd nullus laicus trahat alium laicum coram Iudice ecclesiastico) reuocare, quia hoc esset omnia ecclesiarum iura tollere: & licet in aliquibus locis pro toleranda eorum malicia, in talibus proclamationibus seu inhibitionibus, verba quæ sequuntur apponant: videlicet, *quod laicus non trahat alium laicum coram ecclesia super casibus pertinentibus ad Iudices seculares*: hoc est propter iura ecclesiæ vsurpanda, quia multa peruenerunt ad forum laicorum quæ nihilominus pertinent ad ecclesiasticum, si ius & consuetudo tolleretur, per quæ in electione laici est quòd possit alios laicos in foro ecclesiæ conuenire: Item quia tales proclamationes seu inhibitiones factæ, licet etiam essent bene generales, dant occasionem omnimodo iurisdictionem ecclesiasticam perturbandi. Vnde Reges Franciæ quondam semper prohibuerunt tales proclamationes seu inhibitiones fieri, & factas penitus faciebant reuocari & ad nihilum reduci.

Post hæc, die veneris sequenti apud Vicenas venerunt Prælati coram domino Rege ad audiendum rationem suam: vbi dominus Petrus dictus de Cugneris proposuit pro domino Rege, sic dicendo. *Pax vobis, ego sum, nolite timere*, & prosecutus est qualiter Prælati non essent turbati de aliquibus quæ essent dicta, quia intentio domini Regis erat seruare iura ecclesiæ & Prælatorum, quæ habebant tam de iure quam de consuetudine bona & rationabili: & interseruit inter primam conclusionem & vltimam, & probare voluit quòd causam civilium cognitionem non poterat ad ecclesiam pertinere, quia temporalia debent pertinere ad temporalia, & spiritualia ad spiritualia: & vltra propositiones alias quas proposuit, allegauit. *Et dicitur cum ad verum, allegauit etiam, quòd propter hoc Clericis debebantur capitula in signum, quòd temporalia abijcerent. Et allegauit ad hoc duo genera. Item dicebat quòd de iure*

iure, habebant Prælati cognitionem in certis casibus A iure expressis. Vnde isti casus faciebant regulam contra eos. Ad hoc allegauit, *de reg. iuris cap. i. ff. de lega. i. l. Titia*. Item dicebat quòd ratione non poterat ad eos pertinere, quia decre. *Novit*. loquebatur de facto regis Franciæ qui superiorem non habet: sed in aliis dicebat fecus. Tamen istis allegatis dixit & conclusit, quòd dominus Rex paratus erat audire informationem eorum qui vellent eum super aliquibus consuetudinibus informare, & illas consuetudines de quibus esset informatus, quæ essent bonæ & rationales, faceret obseruari. Quæ responsio audita cum non videretur sufficere Prælati, statim dictus Episcopus Eduensis respondit pro Prælati in modum qui sequitur: Primò commendamus bonam responsionem generalem, dixit sic. Laudabitur Princeps populi in prædicitis sermonis sui. *Eccle. 9. cap. Et sic, ad hoc commendauit quantum ad bonam & generalem responsionem* Domini Regis propositum & sermonem prolatum. Quantum verò ad illa quæ Dominus Petrus dixit quæ parebant obscuritatem, & poterant dare materiam aliis dominis temporalibus impediendi iura & consuetudines Ecclesiæ, & quia non erat clara responsio vt videbatur Prælati, dixit sic dictus dominus Episcopus, *dixit mater ad filium, fili quid fecisti nobis sic*. Et prosecutus est admiratiuè loquendo, & curialiter conquerendo de responsione facta: & postea respondit ad ea quæ dixerat Dominus Petrus de Cugneris. Primò ad *6. cum ad verum* dixit, quòd superius est responsio de dictione ista temporalium, quia possunt esse in eodem subiecto vt superius probatum est. nec obstat quòd dicebat idem Dominus Petrus, quòd non possunt esse in eodem subiecto, quæ sunt diuersa & sunt sub eodem genere, vt homo & asinus, non possunt esse in eodè subiecto: sed si essent sub diuersis generibus, vt albedo, & dulcedo in lacte, bene possunt esse in eodem. Respondebatur quòd hoc dictum non erat verum: Quia iustitia & temperantia sunt duæ diuersæ virtutes & sub eodè genere sunt, & tamen sunt in eodem subiecto. Præterea istæ species diuersæ, homo & asinus non cõparantur in aliquo: sed aliæ de quibus agitur, sic. Item ad illud quòd dicebatur de rasura capitis, quòd ibi sit corona & rasura, & corona designat excellentiã & dominiũ, & rasura significat quòd non dicuntur thesaurifare in temporalibus ibi cor applicado: Sed temporalia dicuntur illis subiecti, non ipsi temporalibus, vt in dicto cap. *duo sum genera*, innuitur & probatur. Itè ad illud quòd dicebatur de regula: respondit dictus Episcopus, quod regula est pro Ecclesiâ, vt supra per iura probatum est. Item consuetudo facit regulam pro Ecclesiâ. Item iura semper excipiunt in quocunque dicto consuetudinem:

quare non obstat dictum suum. Item ad illud quòd dicebat de decretali, *Novit*, respondebat dictus Episcopus quòd licet in dicta decretali, *Novit*. casus fuerit in persona Regis: tamen ibi expresse dicitur in textu, idem de quolibet Christiano. Et licet loquatur ibi Papa, idè tamen est in aliis Episcopis in diocesis suis. *63. di. Valentianus*. Quare cõcluit dictus Episcopus quòd placeret Domino Regi, magis clarum & magis confortatiuam dare responsionem Prælati, ne ab ipsis præsentia recederet contristari: Et ne daretur laicis materia, iura & consuetudines Ecclesiæ impugnarè: quia de ipsius Domini Regis bona cõscientia nullatenus dubitabant. Et tunc fuit hoc responsum ex parte Domini Regis: quòd non erat intentionis suæ, consuetudines Ecclesiæ, de quibus sibi constaret, impugnarè.

Postmodum die Dominica sequenti, iteratò venerunt Prælati ad Dominum Regem apud Vicenas, & proposuit Dominus Senonensis vltimam supplicationem factam per Prælatos, & vltimam responsionem factam pro parte Domini regis. Ad quod cum Dominus Bituricensis significasset Prælati, Dominum Regem dixisse vt non timeret Prælati, quia nihil suo tempore perderent, & quòd defenderet eos in suis iuribus & consuetudinibus, quia nolebat tempore suo exemplum dare aliis Ecclesiis impugnandi: Quæ verba asseruit ibidè se dixisse: de his verbis idem Dominus Senonensis nomine Prælatorum reuerentiatus est Domino Regi. Secundò dixit idem Dominus Senonensis, quòd quadam præconisationes factæ erant in præiudicium iurisdictionis Ecclesiasticæ: quas supplicabat reuocari. Tunc Dominus Rex respondit ore proprio, quòd non erant factæ de suo mandato: nec aliquid fecerat: nec eas ratas habebat. Tertiò dixit quòd de aliquibus abusus de quibus temporales erant conquesti, taliter ordinauerant Prælati, quòd Dominus Rex & ceteri, meritis deberet contentari. Quarto supplicauit Regi quod vellent eos confortari de benigna sua responsione clariori. Tunc respondit dictus Dominus Petrus pro Domino Rege, quòd placebat Regi, si prælati emendarent ea quæ essent emendanda & corrigenda, expectare vsque ad festum Natiuitatis Domini proximè venturum, infra quem terminum nihil innouaret. Et si infra dictum terminum Prælati non emendassent emendanda, vel correxissent corrigenda, Dominus Rex apponeret tale remedium; quòd esset gratum Deo & populo. Et sic Prælati receperunt licentiam à Domino Rege, & recesserunt.

Explicit quidam libellus de Iurisdictione Ecclesiastica, factus per Dominum Petrum Bertrandi, & in Concilio conuenerunt Prælati regni Franciæ, verba tenus in gallico per ipsum deputatum ex parte ipsorum Prælatorum, recitatum in pressis. &c.

D. ALEXII COMNENI DE DONARIIS, ET REBUS SACRIS. ORATIO, QUAM AVREAM BYLLAM INSCRIPSIT.



Vi corpore malè affecti sunt, medicaque A curatione egent, si modo se morbo laborare senserint, multo facilius à medicis curantur. Qui vero morbi, quo laborat, gratitatem minimo persentiscunt; imò nec se agrotare sciunt, ij proculdubio non parum negotij & sibi & medicis facere solent. Hoc ipsum quidem certe in animi quòque morbis perspicuum est. Atque ex nobis, cum peccamus, alij, quamlibet in profundum mariorum gurgitem prolapsi, in ytramvis securi dormi-

mus autem, scelerumque grauitati succumbentes, vix ac ne vix quidem nos peccare sentimus, quia nimirum malus ille habitus iam in naturam transit. Quibus autem salutiferi sui luminis scintillam aliquam Deus indidit, quorūque intellectus non omnino mundi huius sublanatis cæno obfoudit, nec lateritio operi mens prorsus inservire cogitur, ij demum à lapsu resurgere, Dei que consortio præter animi sententiam exturbati sapius, ad eundem, non sine sedula spontinaque rerum meliorum disquisitione recurrere possunt.

Quæ Res haud dubiè nobis imperantibus vsu venit. Variæ enim multiplicæque negotiorum circumstantiæ, dam ubique publica exhauriuntur æraria, passimque hostium incursionibus patet aditus, tranquillum Imperij nostri statum represserunt: Cum primùmque ad id Imperatorij maiestatis fastigium cõscendimus, nos à tergo illa malorum myrmecia insecta est. Ex quo cœnit, vt in summam rerum angustiam adducti, illique omnibus exuti, quæ lapsis alioqui adiuuentum aliquod adferre poterant, tandem vel sacra diuinæque dinodia cõtingere, usque facinus in plerisque sacris diuinisque ecclesiis admissum est, nec sacrorum donariorum pauca in publicos cesserunt vsus. Neque eod quidem adacti sumus, vt quicquam moliremur vel in Dei contumeliam & contemptum, vel in eorum despectum, quæ illi pia cõsecrauit antiquitas (quod omne Deus ab omni animo Christiani nominis amantissimo auertat) sed vrgere temporum necessitate, atque etiam cõsilio nostro, quod medio se operi immiscuit. Imperatoræ enim maiestatis nostræ animo visum est, nulla Deum ita inde percitum iri, vbi mens male cõscia nullius agentem criminis reum coargueret. Cum autem quicquid in Imperatoris ærariis supererat, exhaustum & insumptum esset, nec in vllus vsus necessarios ea celsissent quæ à sanctis extorseramus ecclesiis, tum verò cõsiliū omne nostrum, tot vniuersique periculis Romanam circumuallantibus, inuersum & labefactum est. Quocirca plerisque in locis hostium nostrorum cotnu exaltatum est, nostrique ad id Imperij nauiculæ naufragium imminet: nisi præpotēs Dei virtus iis quibus affolet iudiciis illam vindicet, procellamque ipsam in auram conuertat. Itaque Imperatoræ maiestati nostræ maiore cura disquirendam & inuestigandam esse visum est, quid tandem sit illud, quod tantam Dei iram concitauit, violentumque eius furorem in nos exacuit. Præterea cum viris diuino maxime spiritu afflatis de te ipsa cõsiliū iniit & postea quàm certior ab illis facta est, satis esse causæ, cur in nos ira diuina excaudisset, quod profanis sacra venerandaque sanctarum ecclesiarum vasa contrectastemus (etiam multa nos improbitas, male vè cõscia mens eod permouisset) quia nimirum neque res diuinæ profanandæ sint, nec e Dei manibus repetenda, in alios vè vsus conuertenda ea, quæ semel illi cõsecrata fuerint: operepretium illi fore visum est, & futurum mali impetum reprimere, ne vllō in posterum tempore inter Christiani nominis principes irrepat, & præteritis, quoad eius fieri posset, præsens adferre remedium. Quamobrem vt sit erranti medicina cõfessio, coram deo & hominibus Imperatoria se maiestas prolapsam fateatur, veniamque delictis, quæ temere admisit, ex intus animi adytis postulat, seq;

A omnia quæ sui sunt Imperij, diuino numini manciantur, eaque viribus Imperatoris denno Restitutum pollicetur, quæ in hodiernum vsque diem ab ecclesiis deo sacris ablata, in publicosque vsus male versæ sunt, si modo, quæ orbem vniuersum exagitat, procella desauerit, Imperioque status melior restitutus fuerit. Hæc enim persoluenda nihilo secius quam priuatum aliquod debitum in se recipit, nec se sanctis obæratum Ecclesiis inficiatur. Quare in posterum tum sibi tum post se futuris Christiani dogmatis Principibus, A V R E A H A C V L L A legem non minus obseruandam imponit, quam si à Deo ipso diceretur, N E Q V I S P O S T H A C S A C R A T E M E R E C O N T R E C T E T, etiam si vel Cadmea necessitas vrgeat, ne manus impuras sacris rebus iniiciat, ne profana ex diuinis dinodia fiant, dum in publicos vsus circumferuntur. Cùmque inter Deum & homines sit interstitij loco positum, quod nullus, si modo pius fuerit, transgredietur: Homines quidem rebus nostris vtentur fruemur, Deo autem facta recta manebunt quæcumque illi consecrata fuerint, nec illa manibus vel audacissimis contingent. Quod si quis, domine Deus, in posterum manus sacris & diuinis dinodiis, vtensilibus, & vasis quæ sacris olim & venerandis Ecclesiis tuis dicata, vel in posterum dicanda fuerint, iniicere audeat, is ne lumine in die visitationis tuæ, fruatur, ne sol illi matutinus illucescat, nec tuo hic auxilio, nec tua isthic diuina protectione gaudeat: sed ubique despectus à te, desertusque iaceat. TANTVM propitius esto nũc, ò rex hereditati tuæ, siste iustâ illâ irâ, qua in nos exarsisti, quin parce nobis, qui cum peccauerimus antea, nunc tandem ad te conuertimur, quoniam omnia peccata nostra cum misericordiæ tuæ abyssu collata, & velut ad perpendicularum examinata, sic se habent tanquam aquæ hemina, si cum toto mari cõferatur. V T E R G O coram te, domine, multitudinem peccatorum meorũ confiteor, ita tum quoque maxime salutarum auxilium imploro, ex intusque animi penetralibus à sacris in posterum pertractandis desistens, etiam si extreme me necessitas eod impellat & debitorem eorum quæ antea inde ablata fuerunt, me ingenuè profiteor. I N H V I V S enim rei confirmationem vniuersis Ecclesiis tuis sanctis hanc aurea bulla obsignatam orationem, tanquam tutum aliquod antidotum appendi, vt quicumque posthac sacrorum dinodiotum quodpiam contrectare ausus fuerit, impij sacrilegij nomine apud te & pios quosque homines censetur.

Datum mense Augusto quinta indictionis sexies Anno mille simo quingentesimo nonagesimo, quo quidem tempore piū quoque hoc Deo subactum Imperium nobis designatum est.

D. PETRI DIACONI ET ALIORVM QVI IN CAUSA FIDEI A GRÆCIS EX ORIENTE ROMAM MISSI FVERVNT, DE INCARNATIONE & gratia Domini nostri Iesu Christi, seu de Gratia & libero arbitrio, ad Fulgentium & alios Episcopos Africæ, Liber vnus.

PETRVS Diaconus qui fuerit, non satis constat, sed qualis in doctrina fuerit, ex hoc libello exiguo colligitur. Cuius tamen alij Augustinum, alij Fulgentium faciunt auctorem: illos resutat tempora, quia quatuor in hoc libro ponuntur Concilia, quorum duo sunt post mortem Augustini congregata: hos ipsa ratio conuincit, quia ad se ipse Fulgentium scribere non potuit: nam quod Bertramus, ex hoc verba quadam citat Fulgentij nomine, id auctoritatis nihil habet. Inuenti ante annos octo sunt in campis Parcesis, quod est Societatis Pramonstratensis in agro Louanienſe. Vixit Petrus Diaconus circa annum Christi. CCCC. LXXXI. tenente imperium Valente Ariano.

Quod

Quod consensus Ecclesiarum in fide, sit confirmatio fidelium. Cap. I.



Omini sanctissimis & cum omni veneratione nominandis, Daciano, Fortunato, Albano, Oroncio, Boetho, Fulgentio, Ianuario, & cæteris episcopis, & in Christi confessione decoratis, exigui Petrus Diaconus, Iohannes, Leontius, Iohannes & cæteri fratres, in causa fidei Romam directi. Vile & perneccesariũ sanctisque Dei Ecclesiis specialiter credimus profuturum, ea quæ de incarnatione & dispensatione diuina, nobiscum vniuersæ sanctæ Ecclesiæ Orientalium contra hereticos defendunt (qui prauis & iniquis argumentis antiquam Ecclesiæ fidem inquietare non cessant) sanctitati vestræ suggerere, arque de his consensum vestræ beatitudinis suppliciter promereri. Quia in nullo sanctam gloriosamque confessionem vestram credimus dissentire: præsertim cum vno ubique spiritu sanctam Dei Ecclesiam vegetari, minime dubitemus. Nō enim parua, immo potius magna læticia vniuersi replebuntur Orientales, si sanctitatem vestram suis, immo magis catholicis nouerint in omnibus cõsentire dogmatibus. Vnde suppliciter petim⁹ & obsecramus beatitudinem vestram, quatenus diligenti examinatione, ea quæ inferius continentur discutiētes (vt decet verissimos & intrepidus Christi prædicatores) scriptis sententiam vestram nobis patefacere inbeatis: vt si Deo præstante catholice fidei conueniēs & Apostolicis traditionibus nostra apud nos (sicut nō diffidimus) fuerit expositio comprobata, & facile autorum virotum probatissimorumque sacerdotum auctoritate muniti: iniqua loquentium ora obstruere valebimus, & in fide sanctorum patrum perseverantes, Deo qui nos sanctimonij sui confessione glorificauit, gratias referamus, domini sanctissimi & Deo dignissimi. Nunc ea quæ sequuntur, diligentius petimus exploretis.

Quod in Christo duæ naturæ, sine confusione in vnã personam sunt vnite. Cap. I I.

Igitur iuxta sanctorum patrum traditionem, dominum nostrum Iesum Christum in duabus naturis vnitus & inconfusus, id est, diuinitatis, & humanitatis, in vna persona siue substantia confremur: nec illis acquiescentes, qui vnã Dei verbi naturam incarnatã prædicantes, venerabilis Chalcedonenſis Concilij fidem refugiant: nec illos admittētes, qui duas naturas dolose pronunciantes, vnã Dei verbi naturam incarnatam minime confitentur, æstimantes hoc duarũ naturarum professioni contrarium: Quasi aliquid aliud, quàm duas naturas ineffabiliter vnitas, vna Dei verbi natura incarnata significet, Beato Cyrillo Alexandrinæ ciuitatis antistite, ad Successum Episcopum Diocæsariæ ita scribente: Si enim vnã naturam dicentes, dei verbi tacuissimus, non inferentes incarnatam, sed velut abiicentes dispensationem, erat illis forsitan non improbabilis sermo simulatibus interrogare, vbi est in humanitate perfectio, aut quomodo substantia nostra subsistit. Quoniam verò & perfectio quæ in humanitate est, & essentia nostræ manifestatio illata est, per id quod dictum est incarnati, iam deserant arundineam virgam sibi in supponentes.

Quod beata Maria propriè sit Dei mater. Cap. I I I.

Beatam verò virginem Mariam non propter dignitatem hominis illius, qui ex ipsa natus est (quem gratia & non natura Deum, quidam impiè prædicare

non metuunt) sed propriè, & secundum veritatem credimus theotocon, id est, dei genitricem, eo quod peperit verè & propriè deum verbum incarnatum, & hominem factum, atque essentialiter siue naturaliter carni vnitum. Propterea etiam essentialiter siue naturaliter factam naturarum vnitionem omnimodis cõfitemur, nō sicut illi, qui tãquam in propheta, ita in Christo domini verbum inoperasse contendunt. Quos redarguit beatus Gregorius Nazianzenus ad Clidonium *Greg. Nazian.* dicens: Si quis sicut in propheta secundum gratiam dei dicit inoperasse domini verbum, & non essentialiter factam cõfiteretur vnitionem, sit vacuus melioris inoperationis, magis autem plenus sit deterioris. Nec sicut illi qui secundũ illustratione, aut dilectionem, aut affectionem personalem, vel substantialem, siue secundũ auctoritatē, aut potentiam aut æqualitatē honoris, vnitionem tentant astruere naturarum. Quos paulò superius memoratus beatus Cyrillus anathematizat, dicens contra Nestorium: Si quis in vno Christo diuidit substantias post vnitatem sola societate cõnectens secundum dignitatem, & auctoritatem, aut potentiam, & non magis coniunctionem quæ est secundum vnitatem naturalem, anathema sit. Deus enim verbum non nomine vacuo, non particula sui, sed natura Deus tantus, quantus & Pater est, æqualis per omnia patri, præter hoc tantummodo quod ille Pater est, iste Filius, naturæ se humanæ vnies, factus est homo. Hinc etiam à sanctis patribus adnationem ex diuinitate & humanitate Christus noster compositus prædicatur. Quod nolens Paulus Samosatenus confiteri, damnatus est ab Antiocheno Concilio, Malchione presbytero eiusdem Antiochenæ Ecclesiæ viro per omnia eruditissimo, & ab vniuersis sacerdotibus, qui contra eundem Paulum conuenerant, tunc electo, qui summum disputationis certamen à Concilio memorato suscipiens, ita eundem hereticum inter cætera redarguit dicens: Ex simplicibus sit certè compositum, sicut in Christo Iesu qui ex Deo verbo & humano corpore, quod est ex semine dauid vnus factus est, nequaquam vltius diuisione aliqua, sed vnitate subsistens. Tu verò videris mihi secundũ hoc nolle compositionem fateri, vt non substantia sit in eo filius Dei, sed sapientia secundum participationem. Hoc enim dixisti, quod sapientis dispendiũ patiat, & ideo cõposita esse possit, nec cogitas, quod diuina sapientia sicut, antequam se exinanisset, indimuta permanſit: ita & in hac exinanitione quam gessit misericorditer, indimuta atque indemutabilis extitit. Et hoc etiam dicit quod sapientia habitaret in eo. Habitamus & nos in domibus, alter in altera: sed neque pars domorum nos sumus, nec nostra pars domus est. Similiter etiam beatus Athanasius in libello, cuius est titulus: Quod vnus sit Christus. Hæreticorum vanitatem refutans, postquam de filij Dei diuinitate inquisitiones eorum superfluas approbasset, ita prosequitur: Sic inquit, etiam de incarnatione inquirunt: Quomodo (inquirunt) incarnatus Deus? quomodo incorporatur? quomodo componitur? Ad paruum corpusculum incapabilis, quomodo vnitur, increatus creato, & circumscripto incircumscriptus? aut quomodo in partem, magnus ille & immetus & indiuidus? Si autem magnitudo illa in paruo loco contracta est, au paruam illud factum est magnum, aut pars, & non omnis diuinitas carni vnita est: quod est impium credere. Et prolapsi sunt ex hoc quod dicunt quomodo,

Tom. 5.

Qq ij

& quali modo? & qua sententia imperfidiam etiam isti & inhabitationem pro incarnatione operati sunt, & pro unitate & compositione in operatione humanam, & pro vna substantia Domini nostri Iesu Christi, duas substantias, & duas personas, & pro sancta & ineffabili Trinitate, quaternitatem indecenter dogmatizantes & impie. Rursus Beatus Gregorius in sermone de filio: Vno autem, inquit, capitulo meo, ut altiora quidem ascribas diuinitati, & illi naturae quae passionibus & corpore probatur esse superior: humiliora vero composito tribuas, qui propter te semetipsum exinanivit, & incarnatus est. Hinc ergo rectissime credimus, quod plenus & perfectus Deus verbum etiam post assumptam carnem, nullum augmentum detrimentumque pertulerit, immo vnitione sua ineffabilem gloriam contulerit assumptae naturae.

Quod non sit facta quaternitas in Deitate per incarnationis mysterium. Cap. IIII.

HAC de causa Trinitas, etiam post incarnationis mysterium Trinitas mansit, quia idem Deus verbum, etiam cum propria carne vnus est ex Trinitate: non quod caro eius sit de substantia trinitatis, sed quia caro Dei verbi est, qui est vnus ex Trinitate. Ipse enim omnino, & non alius ascendit in caelum, qui descendit de caelo, filius hominis, qui est in caelo. Quapropter & Deum verbum passum carne, & crucifixum carne, sepultum carne, secundum beatum Cyrillum profitemur, dicentem: Siquis non confiteretur Deum verbum passum, crucifixum carne & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod est vita, & vnificator, tanquam Deus, anathema sit. Similiter etiam hominem Christum dicimus verbum, secundum illud beati Iohannis Quod fuit ab initio, quod audiui-mus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostrae tractauerunt de verbo vitae. Neque enim verbum secundum deitatis suae naturam tractari potuit manibus humanis, nisi fieret homo. Est etiam proculdubio puer ille, quem beata virgo genuit, quae pannis inuoluit, quae in praesepe collocavit, quae octauo die circumcidit, quem Simeon vir iustus, propriis amplexatus est gremiis, quem subiectum parentibus Evangelistae referunt, quem profecisse aetate & sapientia protestantur, natura Deus, per quem facta sunt omnia visibilia & inuisibilia, vnigenitus & primogenitus, in quo omnia constant, secundum Apostolum. Et hoc ipsum claris vocibus etiam Esaias Propheta protestatur dicens: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius potestas in humero eius, & vocabitur magni consilij angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, dominator, princeps pacis, pater futuri saeculi. Et idcirco ac quiete ascendit illis nullatenus credimus, qui puerum illi Deum fortem vnitum asserunt, nec Deum forte ipsum esse puerum credunt, praesertim cum non alterius cuiuslibet, sed eius omnino thronum, qui de Spiritu sancto & Maria virgine natus est, atque in Iordane a Iohanne, ut aquas sanctificaret, batizatus est, in saeculum saeculi virga aequitatis, virga regni tui, Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus tuus oleo exultationis praeparatibus tuis. Quomodo autem vngi poterat Deus, cuius thronus est in saeculum, nisi fieret homo?

Quod Deus factus sit homo, & homo non sit factus Deus. Cap. V.

Secundum hanc ego Prophetae sententiam, Deus factus est Christus, non autem Christus factus est Deus: sicut dicunt haeretici, qui per profectionem, non per na-

turam Christum Deum audent asserere: Deus enim vnctus est, quia ipse factus est homo, non enim est alter Deus, alter homo, sed id est Deus, idem homo. Qui enim naturalis est filius virginis, idem naturalis est filius Dei, propterea & duas natiuitates credimus Dei verbi, & confitemur, id est, vnam ante saecula in Patre, secundum diuinitatem: alteram in nouissimis diebus a virgine sancta, secundum carnem: execrantes eos qui negant secundum carnem verbi natiuitatem: qui etiam refugunt vnus eiusdemque filij Dei fateri mirabilia, & passionem, quod omnis dei Ecclesia confitetur. Accipimus autem & quatuor concilia secundum hunc expositionis nostrae sensum, Nicenum trecentorum decem & octo episcoporum, Constantinopolitanum centum & quinquaginta, qui damnauerunt impios pneuomachos: necnon etiam Ephesinum primum, cui praefuerunt beatissimi Celestinus Romanus, & Cyrillus Alexandrinus antistites, & sanctumque venerabile, quod apud Chalcedonem celebratum est. Epistolas quoque beati Leonis amplectimur, anathematizantes vniuersos contraria dogmatibus Ecclesiae sentientes, simul & omnia scripta Theodori Mopsuestini, & Nestorij discipuli eius, omnisque qui illis similia sapiunt cum eodem Nestorio, necnon etiam cuncta scripta duodecim capitulis aduersantia beati Cyrilli, quae contra eundem Nestorium adidit: his adiciens Eutychem, Dioscorum cum sociis eorum, omnisque quos iuste ac regulariter sedes apostolica condemnauit.

Qualis homo sit creatus, & qualis cum sua posteritate per peccatum est effectus. Cap. VI.

POST haec consequens est, etiam qualiter de Christi gratia sentiamus, qua nos eruit de potestate fatanae, secundum quod nobis est traditum, vestrae beatitudini declarare: quia etiam in hac parte auctoritas vestra nobis valde est necessaria. Credimus itaque bonum, & sine vlla carnis impugnatione a Deo creatore omnium factum Adam, magnaque praeditum libertate, ita ut & bonum facere in propria facultate haberet, & malum, si vellet, posset admittere: eratque mors & immortalitas in eius posita quodammodo arbitrij libertate. Capax enim erat virtusque rei, ut si seruaret praecceptum, sine experientia mortis fieret immortalis: si vero conteneret, mors continuo sequeretur. Itaque serpentis astutia deprauatus, sponte diuinae legis prauiator effectus est, & ideo secundum quod ei praedictum fuerat, iusto iudicio Dei mortis poena damnatur, totusque, id est, secundum corpus & secundum animam, in deterius commutatus, amissa libertate propria, sub peccati seruitio mancipatur. Ex hoc nullus est hominum, qui non huius peccati vinculo noscatur astrictus, praeter eum qui ad hoc vinculum peccati solvendum, nouo generationis modo natus est, mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Quid enim aliud potuit aut potest nasci ex seruo, nisi seruus? neque enim cum esset liber Adam, filios procreauit, sed postquam seruus peccati factus est.

Ideo sicut omnis ab illo est, ita & omnis homo seruus peccati per ipsum est. Hinc & Apostolus, Ex vno, inquit, in omnes homines in condemnationem. Et rursus, Per vnum hominem peccatum intravit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Falluntur ergo omnimodo, qui dicunt mortem solam, non & peccatum transisse in genus humanum: cum Apostolus & peccatum & mortem mundo per eum restetur illatum. Ab hac igitur damnatione & morte, nullus omnino

Regula.

Ioh. 3.

Cyrrill. ana thematis. mo. 12.

1. Ioh. 1.

Colof. 1. Es. 9.

Qualis Adm sit creatum.

Per peccatum homo factus est deterior.

omnino liberatur, nisi gratia redemptoris. Qui cum esset Dominus, utpote Deus, ut nos a seruitute perpetua & potestate diaboli liberaret, atque ad veram libertatem educeret, factus est seruus, accipiens formam serui. Hinc est, quod dicit ad Iudaeos: Tunc vers liberis eritis, si vos filius liberauerit. Putabant enim se vere liberos, qui humanis occupationibus intentione vanissima seruiebant. Ut ergo falsa libertas fieret Christiana libertas, eadem libertas liberatore indignit, quo posset per eius gratiam ab occupationibus humanis auersa, ea cogitare & desiderare, quae pertinent ad vitam aeternam. Sine hac igitur gratia potest quidem cogitare & desiderare humana, non autem potest cogitare aut velle, seu desiderare diuina. Quorum primum est & precipuum fundamentum, & crepido quodammodo sine omnium bonorum origo, credere in Dominum gloriae crucifixum. Quod vtrique non est ex naturalis arbitrij libertate, quia non hoc caro & sanguis, sed pater coelestis reuelat cui voluerit, ad veram eum attrahens libertatem, non violenta necessitate, sed infundendo suauitatem per spiritum sanctum, ut mox credentes dicamus: quia Dominus est Iesus, quod nemo per naturalem arbitrij libertatem potest dicere, nisi in Spiritu sancto. Frustra ergo garrunt, qui dicunt, meum est velle credere, Dei autem gratia est adiuuare, cum etiam ipsum credere, quod est consensum praebere veritati, nobis a Deo dari testetur Apostolus dicens: Vobis enim datum est a Christo, non solum vt in eum credatis, verum etiam vt pro illo patiamini.

Quod Deus alios faciat credere sua bonitate, alios deserat iudicio sed occulto. Cap. VII.

Sed dicunt, si nolentes Deus facit, ut velint credere, nullus autem est qui naturaliter, ut dicitis, potest credere in filio Dei, aut aliquid boni velle quod pertinet ad vitam aeternam: cur ergo non facit omnes velle, cum non sit personarum acceptio apud Deum, praesertim cum de ipso scriptum sit: Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: Aut enim vult & non potest, aut mentitur scriptura diuina. Quod si horum quodlibet sentire est impium, restat vt non ille exciter voluntatem humanam, sed eam expectet ab homine, vt aequum sit in volentibus praemium, in nolentibus autem iusta damnatio. Haec si ita sunt, vt haeretici iactant, comprehensa sunt ab ipsis inscrutabilia, & incomprehensibilia Dei iudicia. Si enim, vt ipsi volunt, volentes damnat, saluat autem nolentes, nihil est omnino quod quaeratur ulterius. Et quantum ad ipsos, fallit scriptura diuina, quae incomprehensibilia Dei testatur iudicia. Nos autem incomprensibilia credentes, & demonstrantes iudicia Dei, ex vna massa perditionis alios saluari dicimus bonitate & gratia Dei, alios iusto & occulto iudicio derelinqui. Alioquin dicant, si possunt, hi qui hoc diuinae iustitiae & bonitati contrarium aestimant: cur is qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, tam multas virtutes fecit in Corozaim & Bethsaida, & nullam harum in Tyro & Sidone facere voluit: vbi si factae fuissent, si cur ipse restatur, forsitan in cinere & cilicio poenitentiam egissent? Aut cur in Asia & Bithynia Apostolum vetuit verbum salutis annunciare? Quod si ista nequeunt comprehendere, redeant ad se, & inuenientes se homines, desinat quaerere, cur alios saluet gratuito dono, alios derelinquat iusto & occulto iudicio: qui potestatem habet ex eadem massa aliud vas facere in honorem, aliud in contumeliam, & clamant vna nobiscum, imò iuxta Apostolum: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae

Ioh. 8.

Sine gratia, non nisi humana cogitatur.

Quid sit credere. 1. Philip. 1.

Obiectio. 1. Tim. 2.

Rom. 11.

tiae Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius? Quis enim cognouit sensum Domini: aut quis consiliarius eius fuit: aut quis prior dedit ei & retribuetur illi? Quonia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in saecula saeculorum, Amen. Manifeste ergo non nobis, sed a postolo omnino resistit, qui dicit, Nisi ego prius voluero, gratia ad me non venit. Quod omnino nihil aliud est dicere, nisi prius dare Deo, vt retribuat illi.

Quod sancta cogitatio, primum consilium, & omnis motus bonae voluntatis ex Deo sit. Cap. VIII.

Sed nos sequentes eundem Apostolum, omnem bonarum cogitationum originem, carumque confessionem & voluntatem ex Deo, & per Deum, & in Deo dicimus, qui prauas hominum voluntates & terrenis actibus implicatas, per infusionem & operationem intrinsecus sancti Spiritus absoluit, & corrigit, sicut scriptum est: Praeparatur voluntas a Domino. Hinc etiam beatus Basilius Caesariensis Episcopus in oratione cri altaris, quam penes vniuersus frequentat Oriens, inter caetera: Dona (inquit) Domine virtute ac tutamentum, malos quae sumus bonos facito, bonos in bonitate conserua, omnia enim potes, & non est qui contradicat tibi, cum enim volueris, saluus, & nullus resistit voluntati tuae. Ecce quam breuiter, quamque districte, doctor egregius olim huic controuersiae finem posuit, docens per hanc precem, non a seipsis, sed a Deo malos homines bonos fieri, nec sua virtute, sed diuinae gratiae adiutorio in ipsa bonitate perseverare. Similiter beatus Innocentius apostolicae sedis antistes, in Epistola ad Concilium Mileuitanum. Omnia, inquit, studia, & omnia opera ac merita sanctorum, ad Dei gloriam laudemque referenda sunt, quia nemo aliunde ei placet, nisi ex eo, quod ipse donauerit. Quod diligentius manifestumque in Epistola sua ad Papam Romanum replicat, ipse Papae sententiam explicans Africana Concilia dicentes: Illud autem quod in literis, quas ad vniuersas prouincias curasti esse mittendas, posuisti dicere: Nos tamen instinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, vnde nascuntur) ad fratrum & coepiscoporum nostrorum conscientiam vniuersa retulimus: sic accipimus dictum, vt illos qui contra Dei adiutorium extollit arbitrij libertatem, districto gladio veritatis, velut cursum transiens amputaret. Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quam quod vniuersa in humilitatis nostrae conscientiam retulisti? Et tamen instinctu Dei, factum fideliter sapienterque vidisti, veraciter fidenterque dixisti, ideo utique quia praeparatur voluntas a Domino, & vt boni aliquid agant Paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda filiorum. Quot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei, vt nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humanae singulis motibus magis illius praenire non dubitemus gratiam, quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operetur arbitrio, vt sancta cogitatio, primum consilium, omnisque motus bonae voluntatis ex Deo sit, quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. His congrue beatissimus Celestinus in Epistola ad Gallos data: Cum enim (inquit) sanctorum plebium praesules mandata sibi legatione fungantur, apud diuinam clementiam humani generis agunt causam, & tota secum Ecclesia cogemisciente postulant & precantur, vt infidelibus donec fides, vt idololatrae ab infidelitatis suae liberetur erroribus vt Iudaeis ablato cordis velamine, lux veritatis appareat, vt haeretici catholicae fidei perceptione re-

Basilius.

vide in capitulis Coelest. cap. 18.

Rom. 8.

Celest. ca. 12.

si piscant, vt schismatici spiritum rediunt charitatis accipiant, vt lapsis poenitentia remedia conferantur, vt denique catechumini ad regenerationis sacramenta perducantur, celestis misericordiae aula referatur. Hac autem no perfunctorie neque inaniter a Domino peti verus ipsarum monstrat effectus, quandoquidem ex omni errorum genere, plurimos dignatur attrahere, quos eruens de potestate tenebrarum transfert in regnum filij charitatis suae, & ex vasis irae facit vasa misericordiae: quod a Deo totum diuini operis esse sentitur, vt haec efficienti Deo gratiarum semper actio, laudisque confessio pro illuminatione talium vel correctione referatur. Rursus post pauca. His ergo (inquit) Ecclesiasticis regulis ex diuina sumpris autoritate documentis, ita adiuuante Domino Deo confirmauimus, & omnium bonorum effectuum, atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profiteamur auctoritate: & non dubitemus ab ipsius gratia omnis hominis merita praeueniri, per quem fit, vt aliquid boni & velle incipiamus & facere: quo viq; auxilio & munere Dei non auferatur liberum arbitrium, sed liberatur, vt de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudenti sit prouidum. Terminat au-

Idem r. 12

TIMOTHEI PRESBYTERI SANCTISSIMAE MAGNAE ECCLESIAE, ET VASORVM CVSTODIS SACROSANCTAE DEIPARAE, quae est in Calchopraetis, de differentia eorum qui accedunt ad sanctissimam nostram fidem.

Nuenimus tres ordines eorum qui ad sanctam Dei Catholicam & Apostolicam ecclesiam accedunt, sanctissime sacrorum comminister Ioanes, & mihi omnium dilectissime, & primus quidem ordo est eorum qui sancto baptisinate indiget. Secundus autem eorum qui non baptizantur, sed sancto Chrismate inunguntur. Tertius autem eorum qui nec baptizantur, nec inunguntur, sed solum anathematizant suam & propriae haresin. Et qui baptizantur quidem sunt hi, Talcodrugii, Marcionistae, seu Artotyritae, Saccophori, Apotaetiae, Valentini, qui etiam Basilidij, & Hermiae appellantur, Nicolaitae, Montaniculites ad Regem, Pepuzeni, Manichei, Eunomiani seu Anomij, Paulianistae, qui etiam a Paulo Samosatenno, Photiniano a Photino Syrii episcopo, Sabelliani, Cerinthiani a Cerintho, Menadriani, Ebionaei, Simoniani a Simone Maggo, Carpocratiani, qui a Carpo crate Saturniani, & qui ab impio Marco initium duxere, Et qui ab Apelle, & qui a Theodoro Cortario, Helcesnatae qui a Nepote, qui a Pelagio & Caestino, & Melchisedechitate. Qui autem sancto Chrismate vntur, sunt hi Telsaredecitae, seu Tetraditae, Nouatiani, seu Sabbatiani, Artiani, Maccodoniani, Apolaristae. Qui neque inunguntur, neque baptizantur, sed suam & omnem haresin anathematizant, sunt ij, Meletiani, schismatici, qui a Meletio schismatico orti sunt. Hi quidem non habent mala opinionem, sed proprium schisma anathematizat. Nestoriani, Eutyriani, & eorum socini Dioscorus, Seuerus, Iacobus, & reliqui acephali. Marcianistae qui a Marciano Trapezita, Messaliani, qui etiam Euchitae, & Enthusiastae, & Choreutae, Lampetiani, Adelpiani, & Enthusiastae, Apochitae, qui & Doxarij, & Anthroposcoptae. Iam vero videmus in magnis, & vniuersalibus ecclesiis seu patriarchalibus, & metropolitibus, & reliquis, quod ad Armenios & Iacobitas, & Nestorianos, & reliquos Acephalos, & quicumque eis similes ad fidem orthodoxam

capitulum huiusmodi. Baptisinate indiget qui velle non sunt baptizati.

Qui baptizantur acedunt ad Regem, Pepuzeni, Manichei, Eunomiani seu Anomij, Paulianistae, qui etiam a Paulo Samosatenno, Photiniano a Photino Syrii episcopo, Sabelliani, Cerinthiani a Cerintho, Menadriani, Ebionaei, Simoniani a Simone Maggo, Carpocratiani, qui a Carpo crate Saturniani, & qui ab impio Marco initium duxere, Et qui ab Apelle, & qui a Theodoro Cortario, Helcesnatae qui a Nepote, qui a Pelagio & Caestino, & Melchisedechitate. Qui autem sancto Chrismate vntur, sunt hi Telsaredecitae, seu Tetraditae, Nouatiani, seu Sabbatiani, Artiani, Maccodoniani, Apolaristae. Qui neque inunguntur, neque baptizantur, sed suam & omnem haresin anathematizant, sunt ij, Meletiani, schismatici, qui a Meletio schismatico orti sunt. Hi quidem non habent mala opinionem, sed proprium schisma anathematizat. Nestoriani, Eutyriani, & eorum socini Dioscorus, Seuerus, Iacobus, & reliqui acephali. Marcianistae qui a Marciano Trapezita, Messaliani, qui etiam Euchitae, & Enthusiastae, & Choreutae, Lampetiani, Adelpiani, & Enthusiastae, Apochitae, qui & Doxarij, & Anthroposcoptae.

Christum sanctum quoniam vntur. Qui baptizantur acedunt ad Regem, Pepuzeni, Manichei, Eunomiani seu Anomij, Paulianistae, qui etiam a Paulo Samosatenno, Photiniano a Photino Syrii episcopo, Sabelliani, Cerinthiani a Cerintho, Menadriani, Ebionaei, Simoniani a Simone Maggo, Carpocratiani, qui a Carpo crate Saturniani, & qui ab impio Marco initium duxere, Et qui ab Apelle, & qui a Theodoro Cortario, Helcesnatae qui a Nepote, qui a Pelagio & Caestino, & Melchisedechitate. Qui autem sancto Chrismate vntur, sunt hi Telsaredecitae, seu Tetraditae, Nouatiani, seu Sabbatiani, Artiani, Maccodoniani, Apolaristae. Qui neque inunguntur, neque baptizantur, sed suam & omnem haresin anathematizant, sunt ij, Meletiani, schismatici, qui a Meletio schismatico orti sunt. Hi quidem non habent mala opinionem, sed proprium schisma anathematizat. Nestoriani, Eutyriani, & eorum socini Dioscorus, Seuerus, Iacobus, & reliqui acephali. Marcianistae qui a Marciano Trapezita, Messaliani, qui etiam Euchitae, & Enthusiastae, & Choreutae, Lampetiani, Adelpiani, & Enthusiastae, Apochitae, qui & Doxarij, & Anthroposcoptae.

DIVI

De Saraceni Anathematismo seu Abrenuntiatione. Rimum Qui ad fidem Orthodoxam accedit, duas hebdomadas ieiunat, orationemque illam edicit, quae nobis a Domino nostro Iesu Christo sanctis in Euangelis tradita est, quam sacrorum fidei symbolum sublequitur. Deinde sacerdotali stola exornatus sacerdos in baptisterio, praesentibus aliis quoque fidelibus, quotquot adesse volunt, eum accersit, & ante sacrum lauacrum sistens reiectum caput habentem, ait illi. Dic, heus tu, qui a Saracenis hodie ad Christianorum fidem accedis, non ex violentia quadam aut necessitate, neque dolo aut hypocrisis, sed ex tota anima & corde puro atque sincero, Renuntio omni Saracenorum religioni, & anathematizo Moamedum, qui alias Muchumetus dicitur, quem Saraceni vt Dei Apostolum & Prophetam venerantur. Postquam autem ille confessus, iisdem verbis prolatis, vel a seipso, vel per interpretem, si Gracae nesciat, vel per fidei suorum eius, si sit puer, tunc sacerdos subiungit ea quae sequuntur, quibus denuo responderet eodem modo.

De Saraceni Catechismo seu institutione. Anathematismo coperto diaconus ait. Dominum Aoremus. Populus, Amen. Eoq; qui ad Christum conuertitur caput inclinans, sacerdos pro ipso ita precatur. Deus magne, magnique nominis, qui oris tui verbo priores tenebras illuminasti, qui vnigenitum filium tuum in mundum misisti, vt esset propitiatio pro peccatis nostris, qui sedes super Cherubim, quem glorificat Seraphim, cui omne genua flectitur, caelestium, terrestrium, & inferorum: quem omnis terra regem saeculorum constituit, qui quem errantem in seruatoris nostri Iesu Christi ouilem reduxisti, qui conuertis peccatores a via ipsorum: ipse huc quoque seruum tuum a tenebris aduersariis ad lumen aeternum conuerte. Reuoca ipsum ab errore diaboli ad diuinitatis vnigeniti filij tui Iesu Christi cognitionem. Confirma cor eius in fide & dilectione Christi tui. Partem & hereditatem ei largire in ecclesia tua: Tu enim es Deus noster, & vnigenitus filius tuus, & spiritus sanctissimus, nunc & semper in saecula.

Mox Amen responso, signoque crucis impresso, eum dimittit: qui postmodum Catechumenus accensetur. Eum enim exutum & discalceatum sacerdos introducit, atque intra templi valuas ad Orientem sistit, eique tertium insufflans, fronti & pectori eius signum crucis imprimit, manumque capiti eius imposita, orationem hanc pronunciat.

In nomine tuo, Domine, Deus veritatis, & vnigeniti filij tui, & sancti tui spiritus, impono manum meam super hunc seruum, qui ad nomen tuum confugere dignatus est, vt sub vmbra alarum tuum protegeret. Aufer ab eo veterem illum errorem, eumque imple ea fide & charitate, quae in te est, vt cognoscat te solum verum Deum, & vnigenitum filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, & sanctum spiritum tuum. Da ei, vt in quibus praecipis tuis ambulet, & quae tibi complacita sunt, obseruet: quia si fecerit ea homo, viuet in eis. Scribito eum in libro vitae tuae, & vnito eum cum ouili haereditatis tuae. Glorificetur nomen sanctum tuum, in eo, & nomen dilecti filij tui Domini nostri Iesu Christi, & viuifici spiritus tui. Sint oculi tui intendentes in eum misericorditer in perpetuum: & au-

res tuae, vt audiant vocem deprecationis eius. Exhilara eum in factis manuum eius, & in omni generatione eius, vt glorificetur in te, adorans & glorificans magnum & sublime nomen tuum, & laudet te in aeternum cunctis diebus vitae suae. Exclamatio. Te nanque laudat omnis virtus caelorum. Mox Amen responso, signoque crucis impresso, eum dimittit.

De Saraceni exorcismo, seu adiuratione. Postmodum vero per exorcismum, seu adiurationem, religione obstringitur. Sacerdos enim illum denuo in templum ducit, & insufflans ter in faciem & aures eius, tandemque exorcismorum orationes adiciens, eum rursus signo crucis munitum a se dimittit, atque ita denuo Catechumenus, seu discipulus, in ecclesia moratur, & scripturas audit. Deinde peractis omnibus baptismi caerimoniis, dignus habetur, quod diuina regeneratione experiet. Saracenicorum anathematismorum, seu execrationum forma haec est.

Ego qui a Saracenis hodie ad Christianorum fidem accedo, non ex violentia quadam aut necessitate, neque dolo aut hypocrisis, sed ex tota anima, & corde puro atque sincero, quibus Christum & eius fidem diligo.

I. Renuntio omni Saracenorum religioni, & anathematizo Moamedum, qui alias Muchumetus dicitur, quem Saraceni vt Dei Apostolum & Prophetam venerantur. II. Anathematizo Alim, Moamedum generum, item Apopicertum, Bacicer, Amar, Falchan, Apupacren, Sadicerum, Maeniue, Zapeerum, Abdelan, Zeir, Istih, Saik, Vihman, & ceteros omnes Moamedum collegas, sodales, & successores. III. Anathematizo Gadise, Aise, Zeinep, & Omclthum, primas eiusque purissimas Moamedum coniuges, vna cum Phatuma eius filia. IIII. Anathematizo eum qui dicitur Coré, hoc est vnuerfam Moamedum scripturam, quae sibi per Archangelum Gabrielem diuinitus delata esse fingit, atque simul & semel doctrinam eius vnuerfam, leges, apocryphas narrationes, & mysteria: necnon traditiones, & omnes eiusdem blasphemias. V. Anathematizo Moamedum paradysum, in quo fluuios quatuor esse ait, vna aquae lympidae, alterum lactis suauitatem suam non amittens, tertium vini dulcis, quartum mellis dulcissimi, atque futuro iudicij die, quae in annorum quinquagena milia definit, Saracenos in ipso comoratos vna cum propriis vxoribus, & cum illis carnaliter, vt ita dicam, & in paradysis hoc est cum perturbato & patherico affectu congesturos, vitamque acturos sub vmbra quarundam arborum, quae Sidra & Talech vocantur, atque auium quas cupiet carnes comesturos, & ex omnibus fructuum speciebus. Ad haec ex fonte Caphura, & ex fonte Zinciber, qui Sallabila nominatur, bibituros. Item vino vsuros, cuius cornu quidem ex fonte Theonim. Quorum Saracenorum, tam masculorum, quam foeminarum, aetates eiusdem cum caelo magnitudinis: membra autem cubitorum quadraginta, cum citra saturitatem coram Deo Venerea exercebunt: quia Deus, vt ait ille, nullo pudore suffunditur. VI. Anathematizo Angelos, qui propriis a Moamedo nominibus exprimuntur, nimirum Aroth, Marone, Tzapha, & Maroua: quos piis in Deum prodigiolo medacio accenser, vnaque cum illis fabulosos eiusdem Prophetas & Apostolos, scilicet Chud, Zalech, vel Starech, Soaip, Ehdres, Duaciphel, & Loehma. VII. Anathematizo testimonium oia Moamedum, quotquot scilicet ex veteri testamento adducit, quae inuertit & adulterat, insinuatque adeo mendacia de Noe, Abrahamo, Isaaco, Iacobo, Iosepho, Iobo, Mose, Aarone, Dauide, Salomone, Elia, Iona, & Zacharia, Ioanis praecursoris patre cogit, VIII.

